Digitized by Google

Palat. XIV-126

XII. C. 15

Digitized by Google

DD. NN.

IMPERATORUM

CÆSARUM AUGUSTORUM, AC REGUM

S. IMPERII ROMANO-

THEUTONICI

RECESSUS, CONSTITUTIONES,

ORDINATIONES ET RESCRIPTA, IN PUBLICIS COMITIIS PROMULGATA, AUT ALIAS EDITA, INDE AB INSTAURATIONE MONARchia Germanica uſque ad D. N. IMP. CÆS. RUDOLPHUM II. P. F. AUG. PP. incluſivè.

IN QUIBUS QUIDQUID DE JURISDICTIONE IMPERII ET ECCLESIÆ, POTESTATE IMPERATORIS ET PAPÆ, AUCTORITATE ET LIBERTATE REGUM, Principum, & cæterorum Imperii Occidentalis Ordinum per Theutoniam, quæ & Magna Francia dicta, id eſt, per Germaniam, Galliam, Italiam, Angliam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Daniam, &c. de juribus civilibus & feudalibus, Pace religioſa & profana, aliisque rebus omnibus ad Eccleſiam & Politiam ſpectantibus, ab Anno ſalutis Chriſtianæ CCCC. uſque ad annum MDC. conſtitutum eſt, & in prioribus Tomis non habetur, fere comprehenditur.

TOMUS TERTIUS.

Hiſce turbulentis rebus & præſentibus controverſiis decidendis apprimè commodus; collectus ac digeſtus

à

MELCHIORE GOLDASTO HAIMINSFELDIO.

Cum Indice locupletiſſimo juxta ordinem materiarum concinnato.

FRANCOFURTI AD MOENUM,

EX OFFICINA ZUNNERIANA,

Sumptibus JOHANNIS ADAMI JUNGII,

Typis Antonii Heinſcheidii A. O. R. 1713.

Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principi,

JACOBO, MODERATORI BRITANNIARUM, REGI ANGLIÆ, FRANCIÆ, SCOTIÆ, ET HIBERNIÆ, RELIGIONIS AC FIDEI DEFENSORI.

Sereniſſime ac Potentiſſime Rex,

THUISTONIAM, quam nunc Gothorum dialecto THEUTONIAM dicimus, ex cujusque traduce Britanni, Scoti, Picti, Angli, Saxones, Dani, populi ſub impetio tuo poſiti, profluxere, latius initio, quam hodie pateat, gentes Scytharum, Pannonum, Sarmatarum, Manorum & Gallorum habuerunt. Quæ gentes ſub nullo certo aut publico Imperio, communem tamen pattiam ita in commune rexerunt, ut in nationes diviſæ, ſuis quæque moribus & conſuetudinibus, ſua libertate ſub Regum ſingulorum ditione viverent. Ipſæ porro nationes, quas *haidas* & *gouvas* Theutoni, Romani *Pagos* dixere, ad fluenta fontium & camporum nemorumque limites deſcriptæ nominibus pariter & regnis diſcriminabantur, ſuosque ſingulæ Reges proprios, virtute ſimul & genere præſtantes, liberos ac immunes, nulliusque ſuperiori obnoxios imperio, habebant. Verum Reges eorumque populi, ut ſanguine, ſic fœdere perpetuo juncti erant, quo cavebatur, ne alter alterius fines invaderent, ſed ut conſanguinei, amici atque ſocii, auxilio ſibi mutuo fierent, communiaque bellorum munia adverſus Theutonicæ libertatis hoſtes obirent. Unde illis GERMANORUM nomen inditum fuiſſe nonnulli memoriæ prodiderunt. Sane Strabo alluſiſſe videtur, quum Germanos ſic dictos ſcripſit, quod Gallorum fratres eſſent. Sed mihi veriſimilius videtur, quod Tacitus ait, qui res Germanorum ab ipſis Germanis acceptas ſingulari judicio atque brevitate compoſuit, Manos à ſe id nomen inveniſſe, ut ſcilicet *Chermanos* in terrotem hoſtium, Herman. cum primis Romanorum, hoc eſt, Mattigenas ſeſe vel Mattis homines appellarent. Id nominis, uti aſſolet, prolatatum deinde, & illis quoque impoſitum fuit, qui aut armis victi, aut ſponte nomina ſua in fœdus dediſſent. Et ad hunc quidem modum in pace degebant. At vero belli tempeſtate ingruente, aut neceſſitate aliqua publica exigente, cuncti Reges atque Principes de Republica deliberaturi indictis Comitiis concurrere ſolebant, in commune conſulentes, quid opus facto foret.

In hoc rerum ſtatu, ſæpe communibus omnium Regum ac populorum ſuffragiis, Imperator creari ſolitus erat, in cujus verba cæteri ſacramentum jurarent, parere, contribuere, pugnare, & quidquid aliud Imperator juſſiſſet, & tamquam legitimi ſubditi Domino bona corporaque (ſalva interim pacis libertate) religioſiſſime addicerent. Etenim ante Chriſtum natum, Cæſare cum Romanorum viribus ingruenter adverſus eum à Germanis & Gallis Imperator electus Arioniſtus fuit. Et ipſo Domino noſtro JESU Chriſto in terris agente, adverſum eosdem Romanos Imperium

Harminio Cheruſcorum Regi collatum legimus. Sed ne exempla tantum caſca & nomina ſæculis noſtris ignota in teſtimonium citemus, certe Alaricum, (quem Elrich priſci Germanorum Vates nominant, undeque inſtituti noſtri primordia texere ac telam exorſi ſumus) ſplendidiſſima Balthorum Principum familia ortum, Scytharum, Pannonum, Sarmatarum & Germanorum Reges, quos inter præcipue Alani, Gothi & Huni præcellebant, Romanorum injuriis exaſperati, Imperatorem declararunt. Qui Italiam ingreſſus, & infeliciter cum Stilicone congreſſus, quum trans Alpes in Theutoniam inglorius rediiſſet, Theutonis eſſe contemptui ac inviſus cœpit. Ea re Scythæ, Sarmatæ & Germani, quum maxime Gothi, Norici, plerique Transdanubiani, ut Zoſimus auctor eſt, & Transrhenani, veteres Romanorum hoſtes, Redagaſum itidem Gothorum Regem, ad Imperium relevarunt, ducentis hominum militibus ei attributis. Quo in Tuſcia ſuperato & capto, quum Theutoni Alaricum victum fœdere ſe cum Romanis junxiſſe, ac propterea ab inferendis armis abhorrere viderent, ex Scythia, Pannonia, Sarmatia & Germania conſpirantes Vandali, Alani, Gothi, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turcilingi, Suevi, Alamani, Saxones, & Burgundiones, ſi qua fides D. Hieronymo ejus ætatis ſcriptori, communi conſilio Godigiſilum Vandalorum Regem ſibi Imperatorem conſtituunt. Is, declinata Italia, Galliam invadere præoptavit, uti Gallos, veteres fratres ſuos, Romanorum jugo preſſos ac gementes, tamdem aliquando redimeret, ac in priſtinam libertatem & ſocietatem Theutonicam aſſereret. Quorum proſperis ſucceſſibus excitatus Alaricus, & ſimul ut prioris expeditionis ignominiam inſigni aliquo facinore elueret, ex Epiro, ubi deſidebat, cum Gothis, Teruingis, Grutungis, Alanis, Hunis, Scytharum & Germanorum populis, Italiam repetiit, Romam expugnavit, Attalum Imperatorem & Ampelium Cæſarem ejus filium cepit, tamdem per ſequeſtros pacis, cujus erat perinde ſtudioſus ut æquitatis amans, cum Honorio Imperatore Occidentale Imperium hoc pacto partitus eſt, ut is Italiam ac Illyricum, ipſe Galliam & Hiſpaniam obtineret. Exinde Legatos in Galliam miſit, qui Godegiſilanos milites ad Imperium ſuum, cui ſacramenta priores dediſſent, revocarent, bello ut hoſtibus indicto qui detrectaturi eſſent. Sed morte præventus tam feliciter jacta Imperii fundamenta ſtabilire non potuit. Cui ſubtus Padum tumulato ſucceſſit Arhaulphus, quem nos Adolſum vocitamus: & ducta Galla Placidia, Theodoſii I. Imp. filia, & Honorii germana, ſororio ſuo ex pactis conventis Italiam relinquens, Attalum & Ampelium ſecum captivos in Galliam, & porro Hiſpaniam abduxit, quo primus omnium Theutonorum Imperiales titulos intulit. Ab eo namque ſucceſſores, Galliæ Narbonenſis & Hiſpaniæ Reges, acceptam purpuram, & FLAVIORUM prænomen, & Majeſtatis venerationem, honores Divis Imperatorib. ſuos ſibi ac proprios, & Regibus tum temporis interdictos, per aliquam multa ſæcula conſtantiſſime retinuerunt. Etenim in inſcriptionibus Edictorum Alphonſi Regis, qui vixit circa annum Chriſti nati MCXX. exſertim legitur: *Regnante glorioſiſſimo Adefonſo Imperatore Hiſpaniarum, & Rege in Toleto, Legione, Gallecia, Caſtella, & Nagara &c.*

Interea dum Gothi, Vandali & Alani in Hiſpania & Africa de Imperio confligantur, diſcordiis inter eos aſtu Romanorum Cæſarum ſeminatis, Theutoni, tentatis per Legatos ſingulorum Regum animis, coeuntes Sigambriæ prius in Hungaria, dein Iſenaci in Thuringia, Scytharum, Pannonum, Sarmatarum & Germanorum populi, Huni, Gothi, Beſſi, Rutheni ſive Ruſſi, Cumani, Daci, Roſſomonæ, Tanaitæ, Roxolani, Alani, Cariones, Amaxobii, Budini, Sturni, Ubiones, Acibi, Navari, Cemandri, Scyri, Sedagarii, Rugi, Geloni, Neuri, Baſtatni, Bellonori, Venedici, Marcomani, Suevi, Quadi, Heruli, Thuringi, Rhæti, Vindelici, Burgundiones, Bructeri, Saxones, Franci, Nicri accolæ, denique (ut idoneus teſtis eſt Sidonius Attilæ ſuppar) Scoti, unanimi conſenſu Imperii poteſtatem in Attilam Hunorum Regem, illuſtriſſima Zomejarum ſtirpe natum, virum prudentem & manu ſtrenuum, conferunt. Imperator fuit haut dixerim clementior ne in ſuos, an ſævior in hoſteis, præſertim Germanos & Gallos, qui ſociorum votis ſuffragia ſua impertiri noluiſſent, nec in electionem ejus conſentire. Canitur adhuc apud nos Etzel / Poëtarum noſtrorum carminib. celebris; Græcorum annalib. parum laudatus, quorum ignaviam & ſocordiam virtute ſua oppreſſerat: Romanis haut perinde gratus, dum, ſuarum incurioſi, alienas injurias extollunt. Et hic primus Theutonorum, cujus quidem memoria exſtet, coronatam Aquilam victrix Imperii inſigne, Regibus reliquit Hungariæ; cujus memorabile monimentum,

ut dicta

ut dicta rebus exſequar, juvat hoc loco apponere. Id ab Jornande Gothorum Epiſcopo refertur in hæc verba: *Præcipuus Hunnorum Rex Attila, patre genitus Mundzucco, fortiſſimarum gentium Dominus, qui inaudita ante ſe potentia ſolus Scythica & Germanica regna poſſedit, necnon utraque Romana Urbis Imperia captis civitatibus terruit, & ne prædæ reliqua ſubderet, placatus precibus, annuum vectigal accepit.*

Atila Sigambriæ in Hungaria defuncto, quum Reges earum, quas minus dudum diximus, nationum in Scythia, Sarmatia, Pannonia, Germania & Gallia, pro antiqua libertate, ad ſe quisque redirent, quod Atilæ filii, perpetuum Imperium adfectantes, libertatem popularium adverſam haberent, bella inter eos orta ſunt civilia: quorum occaſione captata Genſericus Vandalorum & Alanorum in Africa Rex exercitum in Italiam traduxit, Romam vi pugnando cepit, Maximum II. Imperatorem trucidavit, Eudoxiam Auguſtam Maximi conjugem, & Valentiniani Imperatoris filiam, cum Imperatorio theſauro captivam in Africam abduxit, & ſimul cum Imperii Inſignibus filio Hunerico in uxorem collocavit, Africæque Imperatorem ſeſe indigetari juſſit. Inde ergo eſt, quod in Edicto Huneticus *triumphalem* ſibi *Majeſtatem & Regum virtutem* juxta adſcribit, quia Africæ Imperium, Vandalorum & Alanorum regna *ſub Imperii ſui regimine*, ut ipſe loquitur, habebat.

Filiis Atilæ ad Imperium adſpirantibus ingens orta ſeditio inter Theutonos fuit, diverſum maxime in electione Hunis & Germanis ſentientibus, quorum pars Chabam, alii Aladarium ad Imperium poſtulabant. Contra ea Sarmatæ, Scythæ, & quidam Germanorum Reguli, omnino pacem publicam, & in ea avitam libertatem jam captaverant. Hoc motu Ottuacar, ab Italis Odoacer dictus, Herulorum Saxonum Rex, à quibus Erfurdiæ nomen, Herulos ſuos, Turcilingos an Turingos, * Scyros ac Rugos interioris Germaniæ populos, qui nuper inter valida Atilæ ſævientis auxilia militaverant, excitavit: Sarmatas quoque, qui nunc Poloniam habent, Suevos & Noricos, id eſt, Bavaros atque Auſtrios, magnorum ſpe præmiorum ſollicitatos haut ægre, ut ſeſe in Italiam ſequerentur, induxit, ac diem ad profectionem præſtituit. Quæ ubi vere novo advenit, cum his omnibus ex finibus Theutoniæ egreſſus, in Italiam per Alpes Tridentinas, ac fines Veronenſes intravit, Romam cepit, Momyllium Auguſtulum Imperatorem Imperio privavit, Julium Nepotem pariter Imperatorem in fidem ac clientelam ſuſcepit, Urbi Baſilium Patricium & Præfectum Prætorio præfecit, ipſe Imperii ſedem Ravennæ locavit, & per annos quaſi tredecim pacifice quieteque tenuit. Hic eſt qui in veterum Poëtarum carminibus Keyſer Ottnit/ à Gregorio Turonenſi *Dux Saxonum* appellatur. Cui præter Italiam, Siciliam, & Galliæ Transalpinam provinciam in Germania & Hungaria paruerunt Heruli, Turingi, Scyri, Rugi, Saxonum pars, Dalmatæ, Rhæti, Vindelici ac Norici.

* Qui conſederunt in Norico, hodie Oetingen: unde Comites Palatini nomen invenerunt.

Verum enim vero quod nullis eſſet legitimis Comitiorum communium ſuffragiis more majorum Imperator creatus, cæteri Germaniæ, Pannoniæ & Sarmatiæ Reges Imperium ejus ſequi recuſarunt. Ex quo Imperium Odoacris pro injuſto haberi cœptum eſt, atque ipſe Tyranni potius, quam Imperatoris famam obtinuit. Quapropter Scythiæ & Pannoniæ Reges, Gepidæ, Bulgari, Gothi, Daci, in partes Germaniæ conterminæ Regibus pertractis, Theodoricum Gothorum Sirmienſium Regem, ſereniſſima Amalorum vel Amalungorum genere editum, Imperii Romani ſocium ac confœderatum, juvenem ſumma virtute, magnisque opibus ad res in Imperio Romano novandas inſtructum, quippe qui Moeſiam, Daciam & Macedoniam in poteſtate ſua haberet, ex aula Conſtantinopolitana, miſſis publice legatis, ad Imperium Theutonicum evocant. Hic primis Imperii auſpiciis Babaim Sarmatarum Regem, electioni ſuæ reſiſtentem, adortus in prœlio interfecit. Dein converſis in Zenonem Imperatorem armis, Imperium Græcum vi potius Principum quam ſua voluntate adactus invadere cœpit. Sed re cum Imperatore Zenone compoſita, ab eo in filium adoptatus, & Urbis Romæ Conſul dictus eſt. Namque Italiam ei, quemadmodum inquit Paullus Diaconus, per Pragmaticum tradidit, ac, ſacto velamine capiti impoſito, confirmavit, in ſocietatemque Imperii adſcivit. Quibus titulis mactatus, juſtioribus nimirum ac magis legitimis acquirendi Imperii modis, quam anteceſſores ejus habuerant, confeſtim Legatos in Italiam miſit, qui Odoacri & electionem Principum nuntiarent, & ſimul ab eo Italiam repeterent. Deneganti

 bellum

bellum indixit, & in Italiam profectus imperata facere coegit: rebellantem denique obtruncavit. Hic quantum fuit Theutonorum Imperatorum, poſt Atilam potentiſſimus exſtitit. *Nulla* enim, inſit Bonfinius, *in Occidentali plaga gens fuit, quæ ad Theodorici nutum, aut amicitiam ejus, fœdusque ſponte non iverit, aut obſequium ultro præſtiterit.* Germani, Galli; Pannones, Hiſpani, & in his Rhæti, Alamani, Heluetii, Suevi, Francones, Heſſi, Thuringi, Botuſſi, Heruli, Rugi, Bavari, Norici, Hungari, Daci, Moeſi, Macedones, Dalmatæ, Hiſtri, Provinciales, Aquitani, Navarri, univerſa Italia, Sicilia, Sardinia, Corſica, & cæteræ inſulæ marinæ ejus Imperio obſecundaverunt. Cujus, ſimiliter & ſucceſſorum ejus, Athalarici, Amalaſuinthæ, Theodahathi, leges ac conſtitutiones Juſtinianus Imperator ſingulari ſanctione Pragmatica, ad petitionem Vigilii Papæ edita, confirmavit, ut videre eſt in appendice Novellarum. Quinimo tam legitimus Princeps cenſitus fuit, uti conſtitutio ejus integra Codici Juſtiniano, qui hodie in toto terrarum orbe vim juris ac legum obtinet, inſereretur: quæ eſt L. 2. Cod. de Feriis. Nemo Princeps, cujus quidem memoria ſuperet, Theutonorum carminibus celebratior ullus fuit, quæ paſſim adhuc à vulgo noſtrate in Germania, Dania, Suedia & Hungaria decantantur. Plerique eum Vates **Dietrich von * Bern**/ id eſt, Theodoricum non Veronenſem, ut vulgus literionum opinatur, ſed Ravennenſem, in qua civitate ſedem Imperii fixerat, dixerunt: alii **Wolffdietrich**/ ſed ii poſteriores & imperitiſſimi, quum Onulphus & Thierrichus, qui rem in Norico eadem tempeſtate geſſerunt, Regia Herulorum Saxonum ſtirpe Heldungia ſati, Rugorum & Scyrorum in Norico Reges, & Odoacris Imperatoris fratres fuerint, quemadmodum recte etiam Sigonius obſervavit.

In hujus legis inſcriptione Interpretes fœdè hallucinantur.

* corrupte pro **Bern** à Raven.

Theodorico, uti paullo ante memoravimus, ordine in Imperio Romano ſucceſſere Athalaricus, Theodahathus, Witiges, Ildobaldus, Araricus, Baduillas ſive Totilas, Teias, omnes Gothorum Reges: quorum poſtremo victo & extincto, quum Narſes, Juſtiniani Imperatoris Eunuchus & Gubernator, rerum in Italia ſolus potiretur, & calumniis apud Juſtinum Juniorem imperatorem Sophiamque Auguſtam traductus Conſtantinopolim revocaretur, Albuinum Langobardorum Regem, quem jam Hunis, Avaribus, Gothis, Winulis, Gepidis, Herulis, Rugis, Noricis, Saxonibus, Danis, aliisque nonnullis Pannoniæ & Germaniæ populis pro imperatore eſſe intellexiſſet, in Italiam ſollicitavit. Qui nulla ratione ſibi dubitandum eſſe putavit, quin oblatam occaſionem arriperet, atque armis apertam, ac prope deſertam Italiam occuparet. Itaque rebus in Pannonia ſeu Hungaria conſtitutis, cum Langobardorum, Saxonum & Danorum copiis Italiam ingreſſus, eam ſibi poſterisque ſuis ſubjugavit, & inſtitutum ab ſe imperium in annos propemodum ducentos propagavit.

Interea Francorum in Theutonia res valde quam augeri, creſcere, & invaleſcere cœperunt, donec Karolus, cui Magni cognomen ex virtute inditum, totius ferme Theutoniæ Imperator, per Germaniam, Galliam, Pannoniam & Sarmatiam, latiſſime Francis, Alamanis, Bavaris, Saxonibus, Thuringis, Sclavis, Danis, Friſiis, Burgundis, Brittonibus, Waſconibus, Gothis, Hiſpanis, Hunis & Avaribus, cæterisque magnæ Theutoniæ populis præpoſitus, à Pontifice, Senatu Populoque Romano in Italiam excitus, victum Deſiderium ultimum Langobardorum Regem in Germaniam abduxit, deletoque omni Romanorum imperio, Occidentis Monarchiam, virtute ac ſanguine Principum populorumque Theutonorum partam, ad ipſos Theutonos tranſtulit, & ſedem imperii Aquis-Graniis apud Juliacos firmavit. In qua Franci, Galli, Longobardi, Burgundi, Saxones, Lotharingi, Suevi, Anglo-Britanni, Belgæ, Auſtrii, Bavari, Bohemi, Hungari, Imperium annos jam octingentos & amplius alternatim ac precario adminiſtraverunt, ut quisque virtute in Theutonia aut meritis validus, tam grande decus quæſiverit, Principesque ad vota & ſuffragia pellexerit.

Hæc ſunt Imperii Theutonici, quod Germanicum modo ſive Francicum appellari cœptum eſt, incrementa, progreſſus, & ſtabilimenta: ad quod nobis primum aditum Gepidæ, atque Hungari patefecerunt: Saxones & Dani fundamenta jecerunt: Franci, & poſt eos iterum Saxones, ad eam Majeſtatis tremendam amplitudinem, qua ſub Karolis, Ludovicis, Ottonibus, Conradis, Henricis & Fridericis floruit, provexerunt.

Sed hoc loco quæri à me poſſet, quî Gothos, Hunos, Herulos, Langobardos, in Impeatorum numero ponam, quum ne ipſi quidem tales indigetari, ſed Reges voluerint? Ratio in mundo: quia familiæ ſuæ dedecus eſſe duxerunt, Regium avorum ſtemma & Diis genitum in civis alicujus Romani & (ut vetus verbum habet) terræ filii, quales Cæſar & Auguſtus, homines origine obſcura & ementita, fuerunt, familiam tranſcribere. Itaque ſpreta *Cæſaris & Auguſti* appellatione, gentile quisque nomen extollere, & in illorum loca ſubvehere ſtuduerunt. Hanc illis mentem fuiſſe ex Paullo Oroſio, ejus temporis ſcriptore, didicimus, apud quem Athaulphus: *poſtquam inprimis*, inquit, *ardenter inhiavimus, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum, Gothorum Imperium & faceremus & vocaremus; eſſetque Gothia, quod Romania fuiſſet: fieretque nunc* BALTHUS, *quod quondam* CÆSAR & AUGUSTUS. Satin' clare? Fuit autem Balthorum apud Wiſigothos Regia progenies: unde aut vehementer fallor, aut Balthico mari nomen, cujus litora videntur Gothi accoluiſſe. Et Gutlandia in Danico litoris tractu abunde fidem poteſt hæſitantibus facere. Atila, quum nullum idoneum vocabulum Theutonicum eſſet; quo ſatis Imperatorii nominis vis ac dignitatis exprimeretur, conculcatis Mediolani Cæſarum Auguſtorum imaginibus edicto ſancivit, ut in literis ſuis Imperatoris loco CHUNINGUS ſcriberetur: ita fore exiſtimatur, ut exſtincto Romano nomine, cujus plusquam Vatiniano odio Theutoni flagrabant, Hunorum honos æternaretur. Nec animi falſus eſt. Nam ſucceſſores nomen illud conſtantiſſime retinuerunt, omnesque adeo Germaniæ Reges, olim à Celtis eadem opinor ratione CHELDI appellati, qui pluribus Principibus dominari cœpiſſent, illud ſibi poſtea communi conſenſu ſumpſerunt. Sed cur non & *Zomeiæ* appellationem Imperiali titulo adjecit loco Cæſaris Auguſti? Neſcio, niſi quia alia cognomina uſurpavit, ut ex inſcriptionibus liquet. Odoacer, Regio * *Heldungorum* apud Saxones ſtemmate cretus, Erulorum & Thuringorum Rex, primus poſt Atilam, ſub cujus imperio adverſus Romanos militaverat, Cæſaris Auguſti nomine contempto, devictis à ſe Romanis atque Italis imperare cœpit, haut ſcio an & Chuningi, certe Cheldungi nomine contentus. Theodoricus, Regio Amalorum ſeu Amalungorum apud Oſtrogothos ſanguine natus, de quorum præſtantia apud Bonfinium legitur: *Balthorum poſt Amalos inter Gothos erat ſecunda nobilitas.* * *balthanamque lingua Gothica ſignificat audaciam*: tanti id nomen fecit, ut præ illo Cæſaris Auguſti nomen non æſtimaret unius aſſis, quemadmodum ex Caſſiodori Variis colligitur. Et Athalaricus edicto IV. de ſua electione ad Gothos ſcribit: *Recipite proſperum vobis ſemper nomen*, AMALORUM *Regalem proſapiem*, BALTHEUM *germen, infantiam purpuratam: per quos, Deo juvante, parentes noſtri decenter evecti ſunt, & inter tam prolixum ordinem Regum ſuſceperunt ſemper augmenta.* Interim tamen, quamvis Reges more majorum à ſuis Theutonis, exempli graria, Wiſigothis, an Hunis, aut Herulis, ſeu Oſtrogothis, vel Langobardis, penes quos electio ſolos; excluſis Romanis atque Italis, ſemper fuit, nominarentur, tamen in publicis Edictis & Reſcriptis Latinis ſubinde *Imperatoris* ſibi & *Imperii Majeſtatem, Auguſtam dignitatem, purpura adorationem, ſacros affatus, divina mandata* videmus tribuere. Et omnium es ſertiſſime Theodoricus in Sacra ſua ad Herminafridum Turingorum Regem: *Deſiderantes*, ait, *vos noſtris aggregare parentibus, nepti caro pignori, propitia divinitate, ſociamus: ut qui de* * *Regia ſtirpe deſcenditis, nunc etiam longius claritate Imperialis ſanguinis fulgeatis.* Ecce tibi Amalabergam, ſuam ex filia Amalafreda & Thraſamundo Vandalorum Rege, Genſerici filio, neptem, *Imperiali ſanguine claram* dicit. Quamobrem autem, niſi quod ipſe Romanorum, Genſericus Afrorum, Imperatores exſtiterint? Denique Atila in antiquiſſimis noſtris Carminibus vocari ſolet, der Werlte Voget/ hoc eſt, *Mundi Imperator*: & Odoacer, Keyſer Ottnit/ *Cæſar Otnitus*: & Theodoricus, Vogt von Bern/ *Imperator Ravennenſis*: & Karolus Magnus, Vogt von Rom/ *Imperator Romanus.* At vero CÆSARIS appellatione, etiam ipſe Karolus Magnus, à Senatu Populoque Romano Imperator Auguſtus (id Majeſtatis, non familiæ nomen eſt) ſalutatus, omnesque ejus in Imperio ſucceſſores, quorum usque contigit Diplomata inſpicere, perpetuo abſtinuerunt. FLAVIORUM prænomen Gothi primum, dein Langobardi uſurpavere: CÆSARIS cognomen nemo umquam; adeo quisque ſuam ſtirpem Cæſarea

Marginal notes: Pfeſſerſäck. — Hic locus apud Oroſium eſt corruptiſſimus. — König. — Helden. — * ex quo ad huc ſupereſſe Comites Mansfeldiani putantur hodieq; dicti Edle Herren zu Helderungen. — * Walt ſein Gewalt. — Locus Caſſiodori illuſtratus. — * Heldungorum.

longe

longe digniorem habuere. Nec indagari poteſt, quo primum tempore nomen illud **Kayſer** Germaniæ obtruſum ſit: niſi opinor, non aliam vocem Germanis fuiſſe, qua Imperator à Rege diſcriminaretur.

Imperatori autem, quemadmodum ipſis etiam quoq; Regibus, numquam apud Theutonos infinita aut abſoluta poteſtas fuit, ſed certis limitibus ac legibus circumſcripta, quas Romani *Regias*, noſtri *Palatinas*, dixere, ut Aimoinus, Abbas Urſpergenſis, & alii auctores ſunt. Nos *Capitulationem* hodie vocamus. Queis cavebatur, ut operam daret, ne Reſpublica aliquid detrimenti caperet: ut Principum lites ſalvis cujusque privilegiis componeret: ut libertates popularium ſartas tectas haberet: ut fœdera ſervaret: ut onera ſine populi conſenſu nulla imponeret: ut bellum ſine ejusdem ſcitu non inſerret: ut provincias exteras bello partas inter nationes Theutonicas diriberet: & id genus alia Capitula, in quorum verba ſacramentum dare cogebatur. Comes Palatinus, cujus ſecundum Regem prima auctoritas fuit, ipſi Regi cuſtos atque arbiter adjunctus, exſecutor erat, ſi quid Rex aut Imperator deliquiſſe, vel contra Rem libertatemque publicam molitus eſſe argueretur.

Omnis vero de Republica deliberatio in Principum ac Optimatum Comitiis tractari & peragi ſolebat, in queis de bello, de pace publica, de Principum controverſiis, de magiſtratuum electione, & conſimilibus aliis in commune conſulebant. Ea duum generum fuere, univerſalia & particularia. Et illa quidem, quum univerſæ Theutonum gentes, Germani, Galli, Sarmatæ, Scythæ, Pannones, communi aliqua clade ingruente & calamitate hoſtili, congregarentur, ut fœdera de conjungendis viribus inter ſeſe pangerent. Hac enim conditione non ſemel Germanos, Polonos, Lituanos, Ruſſos, Moſcovitas, Hungaros, ut hodie nominamus, nunc in Germania, nunc in Hungaria, adverſus Romanos patriæ communis & libertatis juratos hoſtes, conveniſſe, conſilia participaſſe, auxilia univiſſe, leges ſalutares conſtituiſſe, in Ducem & auctorem generalem conſenſiſſe, Annales noſtri memoriæ prodiderunt. Interdum duæ tantum gentes, periculo propiores, puta Germani & Galli, Germani & Pannones, Pannones & Sarmatæ, iidem Sarmatæ & Scythæ, de communi ſalute, concordia, animorum conjunctione, & libertate popularium adverſus quosvis propugnanda, in omnium Ordinum præſentia & conſenſu ſtatuerunt. Et de Germanis quidem atque Gallis putidum ſit commonere, quum exempla petere ex hoc noſtro promptuario liceat. Qui ante & poſt Karolum Magnum, Regnis quantumvis & Principatibus diviſi, ad Comitia tamen communia Reges, Duces, Comites, de pace publica conſtituenda, de Principum diſcordiis conciliandis, de legibus generalibus ſanciendis, de Principatuum finibus terminandis, deliberatum convenire, haut ſecus ac ſub uno capite, conſueverunt. Qui mos inde ab ultima Francorum memoria usque ad annum Chriſti nati milleſimum in utraque gente conſtantiſſime perduravit. Capitula, de quib. communi conſenſu convenerat, (Receſſum hodie vocant) Latine per Epiſcopos & Abbates concepta, dein Germanice ac Gallice, in utroque populo publicabantur. Quomodo Bonfinius auctor eſt, Edicta Atilæ & leges Comitiales, tribus plerumque linguis perſcripta & promulgata fuiſſe, Latina, Germanica & Sclavonica: quibus nimirum futurum Imperatorem, & Electorum filios imbui Karolus IV. Imperator in Aureæ Bulla ſancivit. Quandoque una aliqua gens in plura Regna & Principatus diſtracta, boni tamen publici gratia & concordiæ populorum ac unitatis ſervandæ, colligi ac congregari rebus exigentibus in more habuit. Exempla Galliæ & Germaniæ commemorare, id vero eſſet otio abuti. Unionem Britanniæ tuæ Regum, Sereniſſime Rex, non debeo nec volo præterire. Ejus paradigma exſtat Conventus Hedtfeldenſis, anno Domini noſtri DCLXXIX. celebratus, cujus Eccleſiaſtica tantum Capitula nobis Bedas conſervavit. Quorum hæc eſt inſcriptio: *In nomine Domini* JESU CHRISTI *Salvatoris, imperantibus Dominis piiſſimis noſtris, Ecfrido Rege Humbronenſium, anno decimo Regni ejus, ſub die quintodecimo Kalendis Octobris, indictione octava: & Edilredo Mercinenſium, anno ſexto Regni ejus: & Aldulfo rege Eſtranglorum, anno decimo ſeptimo regni ejus: & Lothario Rege Cantuariorum, Regni ejus anno ſeptimo & cætera.* Particularia autem Comitia, quæ noſtris moribus ſola nunc obtinent, ſingulorum fuere privatim Regnorum: quorum Decreta majores noſtri *Denuntiationes* vocaverunt, non modo quod ea populo denuntiarentur, verum etiam

quod

quod Rex vicinis ſociis & amicis Regibus, ut in Regnis quoque ſuis publicarent, au-ctoritateque ſua confirmarent, denuntiarit. Qui mos inter Germaniæ cum primis & Galliæ Reges admodum quam ſolemnis fuit, & cum damno haut parvo utriusque Regni deſitus, ut experientia jam pridem olim edocuit.

Illud autem ſanctiſſimum unionis publicæ inter Theutonos inſtitutum, maximo Theutonicæ Reipublicæ & exiſtimationis malo neglectum ac deſuetum, utinam no-ſtris moribus revocari poſſet! ut & noſtri Reges atque Principes alii alios ſocios ami-cosque habere mallent, quam ſervos & inimicos. Nec enim minores hodie hoſtes, quam olim Romani fuerint, univerſæ Theutoniæ faucibus incumbunt. Atque adeo in ipſis viſceribus noſtris hoſtis eſt, in omnem occaſionem præſto ut nos evertat. Quod ei aliquando (Dominus averruncet omen) haut difficile factu erit. Nam dum in jus conſervandi ſtatus, quisque intentus eſt, & ea re liberas provincias aut ab Im-perio divellere & eximere, aut certe ſub eo opprimere ſtudet, verendum eſt, ne non modo ipſum tandem Imperium alienæ libidini exponatur, ſed divulſæ quoque pro-vinciæ pertrahantur ad conſequentiam. Attila potentiſſimus ille Theutoniæ Impe-rator, ſummi judicii ſummæque prudentiæ Princeps, ad jus Comitiorum Reique pu-blicæ deliberationem ſocios peræque ac ſubditos adſcivit. Idem feciſſe & Karolus Magnus, nullo genere Princeps inferior, memoratur, ut ad Imperii Senatum & ſuf-fragia Comitiorum non vaſallos tantum & beneficiarios, verum etiam ſocios & a-micos liberos invitaverit, allegerit, & ad ſententias dicendas aſſidere inter Ordines Imperii juſſerit, ut ii, quos res communis tangit, communem quoque curam ſubi-rent. Ac, ne longius abeam, Henricus II. Angliæ tuæ Rex, Sereniſſime Princeps, non-ne Comitiis Herbipolenſibus ut Imperii amicus interfuit, eorumque decreto, ſalvis Regnorum ſuorum privilegiis, ſubſcripſit? Quid de Poloniæ Rege & Magno Duce Lituaniæ commemorem? quos ab Imperii obſequio Ordinis Theutonici plusquam tyrannica uſurpatio abalienavit, non modo amicitiam & fraternitatem inſuperha-bentis, ſed libertatem præterea avitam violantis, & privilegia atque jura à majori-bus accepta, & ab ipſis Imperatoribus confirmata, opprimentis. Quaſi vero dignior Ordo fuiſſet, cui Reges, Principes, Archiepiſcopi & Epiſcopi parerent, quam Impe-rator? Aut non jam pridem olim longe antenatum Ordinem Rex Poloniæ fuerit Im-perii Princeps? Et Poloni, Boruſſi, Lituani, Livones, à Theutonico ſanguine alie-ni eſſent, ut debuerint ab Ordine Theutonico excludi? Aut Dux Mazoviæ & Cuja-viæ, vetus Germaniæ Princeps, Culmenſem & Boruſſorum terras Ordini in præjudi-cium ſuæ Nobilitatis, ut nimirum à Commendaturis arceretur, concedi voluerit? Sed quemadmodum male parta male dilabuntur, ita Ordo dignum factis exitum in-venit: æternus indubie futurus, ſi tueri quam offendere, & Paganos quam Chriſtia-nos oppugnare maluiſſet. Quid de Hungaris dicam, qui ſe ſalvis Regnorum privile-giis Imperio non ſemel commendaverant? De cæteris ſilere melius puto, quam vera cum offenſione narrare. Quid de Danis autem [illegible] Noruegis? quorum hæc memo-rabilis ad Karolum V. Imperatorem reſponſio le[illegible]r: *Se non Cæſari, ſed Imperio fidos eſ-ſe: quod ſi Cæſar contra Imperium machinaturus ſit, pro virili nixuros, ut antiqua Imperii liber-tas defendatur.* Nec minus præclara Chriſtierni, Daniæ, Noruegiæ, Sueciæ, Gothiæ & Vandaliæ Regis vox eſt. Cui quum Lubecenſes in publico libello non ſemel objeciſ-ſent, quod *Cæſari ſuperioritatem Regnorum ſuorum non fateretur*, publico libello & Cancel-larius ejus Cornel. Scepperus reſcripſit: *Neque enim minus Romano Imperio fidi Dani fuere, quorum ingenium tale hactenus fuit, ut liberi amici eſſent: ſi cogerentur, protinus in amicitia contineri non poſſent. Sic Romani Cæſares olim Voldemarum, Kanutum, Erycum recentiores Chri-ſtophor. Chriſtiernumque hujus D. Chriſtierni avum, longe fidiſſimos habuere, quorum illis virtus maximo uſui fuit & compendio. Neque vero debet Illuſtriſſimus Chriſtiernus ab avita patria & Regni libertate, citra rationem, tam facile deceſſiſſe, cum neque id Cæſar expetierit, qui optime compertum habuit, aliquando plus poſſe amicam libertatem quam ſuperbam & invitam ſervitu-tem.* Et ibidem paullo poſt: *Eſt vero quandoque longe ſpecioſius, exterum amicum habere, quam intraneum & ſuperbum hoſtem. Isque in amicitia longe præcellit, qui cum facto opus eſt, adeſt, quam qui vana iactatione turgidus, res ipſa cum poſtulat, vanus invenitur.*

Si nunc Reges ac Principes noſtri aures arrigerent, & quod veterum fuit Theu-toniæ Regum atque Principum in conſervanda communi libertate atque unitate ſtudium, eadem noſtrorum eſſet voluntas, & ipſi communem gubernationem

ſervare

ſervare mallent, quam homagia ligare, æquabilius & conſtantius ſeſe res Theutonicæ haberent, & victricia Aquilæ inſignia jam per Thraciam & Helleſpontum volitarent. Nunc dum alius alium opprimere ſtudet, & quisque, neglecto bono publico, privatis tantum commodis ampliandis inhiat, metuendum eſt ne, quod univerſis nulla vi humana poſſet, ſingulis propria culpa contingat, ut ſe ſuosque prædæ alienæ lancinandos exponant. Si æmulatio & ζηλοτυπία, obtrectatio & invidia gloriæ, ſuſpiciones ac ſimultates, quas ambitio & avaritia peperere, juxta leges majorum veluti monſtra ſuffocarentur, eâdem operâ & technæ ad Reges ac Principes perdendos paratæ profligarentur. Romanus hoſtis idem eſt atq; erit, qui olim ac ſemper fuit. Antiquiſſima ſpectemus. *Haut leve decus*, ait veterrimus auctor Tacitus, *Druſus quaſivit inliciens Germanos ad diſcordias, utq; fracto iam * Maroboduo usq; in exitium inſiſteretur.* Quis tum religionis prætextus fuit, cujus velo pleræque omnes hodie Monarchiæ palliantur, Turcica, Perſica, Africa, Romana? Quæ religioſæ pacis fractio, quum Germani eandem religionem profitentes totiens inter ſe Romanorum fraudib. committerentur, Gothi, Vandali, Alani, Franci, Suevi, Burgundiones, Alamani, Langobardi, Saxones, Bauari? Finge Tibi, Sereniſſime Rex, Vandalorum & Alanorum Reges reſurgere, atque hæc verba, quæ olim Gothis idem ſecum in religione ſentientibus bellum illaturi, ad Honorium Imperatorem Romanum dixiſſe ab Paullo Oroſio referuntur, nunc ad Pontificem Romanum dicere *Tu cum omnibus pacem habe, ab omnibus pacem accipe. nos nobis, confligimus nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quaſtus Reipublica tua, ſi utrique pereamus.* Finge, ex altera parte Imperatores Teutonicos Karolum M. & Ludovicum Pium aſſiſtere, atque hæc verba ex Capitularibus ſuis occentare: *Quoniam ſi nos ipſos comedimus, cito deficiemus.* Finge, Diſcordiam, relictis Tartaris & Cocyti tenebris, ſummas Alpeis petiiſſe, unde omnes terras omniaque litora poſſet aſpicere, atque has furibundo pectore voces erumpere:

* Hic fuit Marcomannorũ Rex, Cui Sueui, Semnones ac Langobardi parebãt, adverſarios nactus hinc Cheruſcos, inde Gothos, quib Druſi opera atque magiſterio, oppoſiti Hermunduri, Quadi, Varni, &c.

Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma,
Sumite, & in medias immittite lampadas urbes.
Tu legem Calvine tene: tu concute plebem
Lutherio: tu fortem ne Papa ſupprime Martem.
Quid porro tu Hiſpane tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſolvis,
Theſaurosque rapis? Neſcis tu Galle tueri
Germanas arces? Saxa atque Palatia quære.
Rhenanosque ſinus humano ſanguine tingue.

Nonne futurum in terris videtur, quidquid Diſcordia jubet? Nonne flammæ hæ ſunt Romanorum, quibus mentes noſtræ accenſæ inter ſe confligant, invicem conſumantur, & hoſti Romano interim pacem habenti vincant? Eamus autem per omnia ſæcula, & perpetuas longiſſima ſerie artes atque machinas Romanorum conſideremus, non mihi præſentius ullu[illegible]nquam remedium Theutonis ad eas cavendas ac vitandas fuiſſe oſtentabitur, qua[illegible]ctior ſocietas & conjunctio.

Quam ubi nobis magnanimi Teutoniæ Reges, Principes, Rectores Civitatum reddiderint, facient næ concordando, ut quod de majoribus illorum Bonfinius ſcriptor Hungarus, idem de illis ipſis aliquando poſteri exclamaturi ſint: *Scilicet armis dumtaxat Thuiticis Imperii Romani faſtus ſemper proterendus erat.* Ex altera parte Turcus in faucibus hæret, cujus magnitudinem videmus, violentiam ſubjectarum ei gentium, & quam propinquus Theutoniæ hoſtis ſit. Obverſatur ante oculos noſtros Græcorum interitus, & tantæ cauſas ruinæ vel ipſi etiamnum victores deteſtantur. Num quorum peſtilentes imitamur diſcordias, eorundem etiam exitioſis non par eſt participare periculis? ut idem Imperii excidium cum Graiis inveniamus, niſi in eo pte hoſte deſtruendo communia conſilia contulerimus.

Ad quam rem concinnandam, qua communi patriæ nulla ſalutarior alluceri poterit, ductus & auctoritas tua, Potentiſſime magnæ Theutoniæ noſtræ Rex, præcipue opus eſt, qui pro ſingulari tua atque unica prudentia, cujus oleo Te Deus unxit præ conſortibus tuis, quum poſſis atque valeas, etiam velle videris. Accingere ergo, & præſta nobis alter Britannus, quod Magnus ille Conſtantinus præſtitit, qui primus Britannorum pernicioſiſſimas turbas & civiles Principum Chriſtianorum motus in orbe Romano compoſuit, & ceu Phœbus lumen diſpulſis nubilis lætiſſimum, ita pacem disjectis

diſjectis contentionibus deſideratiſſimam generi humano redonavit. Converte animos in pietatem, arma in vindictam divini nominis, Principes in concordiam, phalanges in Thraciam, bellum in hoſtes: quod ſi omnino in patria pro libertate majorum ſanguine parta, aut conſcientia cogi neſcia, gerendum ſit, ut quod ſapientes voluere, propter pacem conſtituendam geratur. In id ſtudium ut incumbas, ſupplicare Majeſtatem tuam neceſſitas publica, ſalus patriæ, popularium libertas, & conſanguineorum tuorum honos videtur, ut Rex ſanguine, gente, lingua, affinitate, jure Germanus laboranti Germaniæ ſuppetias ferat. Germanus inquam: etenim vetuſtiſſima Britannorum lingua eadem, quæ Celtica, fuit, id eſt, Germanica: ipſamque adeo Britanniam à Germanis, qui ſine dubio ipſi Britanni fuerunt, ante ſupervenrum Scotorum, Anglorum & Danorum, adminiſtratam fuiſſe rerum geſtarum annales teſtantur. Tum deinde Conſtantinus Magnus Imperator, cui Saxones noſtri leges ſuas acceptas ferunt, ea ſola de cauſſa primus Germanorum Imperator putatur, quod in Britannia natus, & * Coyli Britannorum Regis ex Helena filia nepos fuit. Arturus quoque, Magnus ille Magnæ Britanniæ Rex, à vernaculis ſcriptoribus noſtris in Germanis reponitur. Scotorum etiam, Hibernorum & Anglorum Epiſcopi atque Monachi, quibus poſt Deum fidei Chriſtianæ cognitionem, non Romanæ Eccleſiæ, Germani maximam partem debemus, morum linguæve commercio majores noſtros ad fidem convertiſſe memorantur. Sed, ne longos logos arceſſam, Matthæus Pariſienſis verba ponat ad compendium, qui ſuis in Annalibus: *Anno Domini* 1257. ſcribit, *Richardus Cornubienſis, Regis frater, in Regem Alemanorum eligebatur, quia odio tunc habebatur Francorum ſuperbia, Alemanorum inteſtinum bellum, & Italorum inſatiabilis rapacitas. Elegerunt eum propter linguam Anglicanam Alemanicæ conſonam, atque originis communitatem.* Quo quid clarius dici potuit? Fuit autem Matthæus ille ipſi Richardo imperatori familiaris, & Regi fratri à conſiliis, ut teſtimonio eius aliud magis idoneum aut locuplerius requiri nec poſſit nec debeat. Neqꝫtamen hic primus ex Britannia ad Imperium accitus: verum Conſtantinus ille Magnus, qui Conſtantio Chloro patre, ut Aur. Victor ſcribit, *in Britania mortuo, cunctis qui aderant annitentibus, ſed præcipue Eroco Alemannorum Rege, auxilii gratia Conſtantium comitato, Imperium cepit.* In cujus Britannica familia Imperium aliquam multis poſt ſæculis partim continuatum, partim repetitum fuit. Nam ex ea Criſpus & Delmatius Cæſares, Conſtantinus II. Conſtantius II. Conſtans & Anibalianus Imperatores, Gallus Cæſar, Iulianus Imperator, Maximus I. Imperator & Victor Cæſar, Marcus & poſt eum Gratianus II. Imperatores, Conſtantinus III. & Conſtans II. Imperatores & Iulianus Cæſar, Ambroſius Aurelius Imperator & Vter Cæſar, ultimi ſtirpis Conſtantinianæ fuerunt ex Britannia ad Imperii culmen provecti. Richardus in ſchiſmate fuit electus, & Eduardus communibus omnium Electorum ſuffragiis poſtulatus onus Imperii recuſavit. Unde nobis, ſi recte calculum ponamus, Britannia tua, Sereniſſime Rex, unum & viginti Imperatores ac Cæſares tulit. Præter quos Otto inſuper Quartus, Pictavienſis Comes & Regis Angliæ nepos, ex Britannia ad Imperium vocatus eſt, avunculo Rege cum primis annitente. Richardus, quo de memorabilia ſunt Matthæi Pariſienſis verba: *Elegerunt eum ob fidelitatem, conſtantiam & ſapientiam, theſaurique abundantiam,* Imperii æmulum Alphonſum Hiſpanum nactus erat, qui pontificiis artibus Germaniæ nonnullis Proceribus obtruſus, quod Imperii vaſallus in Regno Narbonenſi eſſet, quia tamen originis Germanicæ non fuit quâ Franci tantum, Angli, Scoti, Dani, Norvegi, Sueci, Hungari, Bohemi, Poloni, Lituani & Ruſſi cenſentur: & cæteri omnes ſubactorum ac provincialium numero habeantur: nullo jure ad coronationem pervenire potuit, à Germania pariter & Italia excluſus. Contra ea Richardus Monarchiam legitime obtinuit, non modo quod origine Germanus, in Theutonica Imperii ſede Aquiſgranenſi coronatus & unctus, verum etiam quod ipſo iure Germanus & Imperii noſtri Princeps eſſet. Nempe Henricus Rex ſe ſuaque omnia Regna diapontana & Principatus ciſmarinos in Galliis, Imperio commendaverat, cum eo conjunxerat atque univerat, ut ex ejus ad Fridericum Imperatorem epiſtola conſtat à nobis in hunc Tomum relata. Unde & ſeſſionem in Comitiis Imperialibus & ſuffragii jura ſortitus juxta Reges Bohemiæ, Poloniæ & Daniæ fuerat. Quod ni ita foret, non potuiſſet Eduardus Imperii Vicarius generalis conſtitui, & ſecreta Reipublicæ cum Electoribus pari poteſtate amminiſtrare.

* nobis Kyli, id eſt Kylini.

Horum

Horum Britannorum & cæterorum magnæ Theuroniæ Imperatorum leges, conſtitutiones, ordinationes, & decretiones in ſacro Imperio de rebus qua Eccleſiaſticis qua Politicis ſancitas, editas & publicatas, cœpi nuper vndiquaq; colligere, & vt nonnullorum vel ignorantiæ ſuccurrerem, vel malitiæ occurrerem, in publicum reducere. Interſperſi nonnusquam & Edicta Græcorum Cæſarum minime negligenda, eorum nimirum, qui pariter cum Theutonis Occidentale imperium habuere. Pleræque autem ſunt de ſumma Trinitate & fide Catholica, de reformatione Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarum, de diſcrimine iurisdictionis politicæ & eccleſiaſticæ, de hæreſibus & Pontificum Sacerdotumq; Romanorum uſurpationibus, ut aliarum rerum verba compendifaciam, ab Imperatoribus & Regibus Auguſtis partim compoſitæ, aliæ promulgatæ, ut In hoc volumine, ceu in ſpeculo, Imperator, Reges, Principes, Civitatumq; Rectores contemplati habeant, quid eorum anteceſſores in ſanctiſſimis Imperii Comitiis, aut ſacro Palatio, jam ipſos mille ducenros annos, ſibi ex officio atque munere divinitus conceſſo in fidei definitionem, Papam, Clerum & univerſum Ordinem Romanum ſumere adauſi ſint. Præterea & illud liquet. nec Papæ injuſtam uſurpationem numquam interruptam fuiſſe, nec ipſius Cleri poſſeſſionem poſſe longiſſimi temporis præſcriptione niti, totiens à veris Dominis interpellatam.

Quid ergo? inquiunt adverſarii; num & Saul inter Prophetas? Quid laico cum fide? Imperatori cum Eccleſia? Plurimum, ó Rex. Neq; enim Imperator aut Rex purus putus laicus eſt, quod illi contendunt, ſed veluti unctus Domini Dei Zebaoth magnam cum Sacerdotio cognationem & affinitatem habet, quemadmodum Maieſtas tua alibi non minus erudire quam vere demonſtravit. Dicant enim ſodes contentioſuli iſti, uter in populo Judaico major ſuerit Deoq; propior, Moyſesne an Aaron: uter eorum, populum de fide & voluntate Dei inſtruxerit: uter ordinem ac ritum eccleſiaſticum inſtituerit: uter canones ac cærimonias Eccleſiæ præſcripſerit: uter præcepta ipſi Summo Sacerdoti, Presbyteris, cunctisq; Leviis dederit: uter leges populo tulerit: uter de cauſſis matrimonialibus, de blaſphemiis, de ſabbati violatione, de ultimis voluntatibus, atque Legatis ad pias cauſſas, uti appellant, cognoverit, judicaverit. Nonne Moyſes Imperator? cui Aaron, Summus Sacerdos, legitime ſuberat, & modeſte parebat. Quid autem ego Ebræos commemoro? quum Zoſimi, Chomateni, Balſamonis, & aliorum auctoritate conſtet, Principes omnes Chriſtianos, antequam Imperium invaſiſſet Pappia tyrannis, Pontifices maximos fuiſſe, & Pontificalem veſtem à Pontificum collegio accepiſſe. Hinc Auſonius, poëta Chriſtianus, Gratianum Imp. *religione Pontificem* dixit. Et exſtat in actis Concilii Chalcedonenſis edictum, quo illius Decreta approbantur, cum hac præſcriptione: *Impp. Cæſares, Flavius Valentinianus, Pontifex Inclytus,* &c. *& Flavius Marcianus, Pontifex inclytus,* &c. In cujus Synodi acclamationibus non defuerunt eidem Marciano Auguſto hæ Patrum voces: *Pio & Orthodoxo Imperatori, Pontifici Imperatori.* Legitur etiam inter Pontificum Epiſtolas Anaſtaſii Imperatoris Sacra cum inſcriptione iſthac: *Imperator Cæſar Flavius Anaſtaſius, Pontifex Inclytus,* &c. Nec non in veteri quodam monumento antiquarum Inſcriptionum: D. N. CÆSAR JUSTINUS PIUS. FOELIX. VICTOR. TRIUMPHATOR. SEMPER AUGUST. PONT. MAX. FRANC. MAX. &c. Inde adeo mos ille inoleuit, qui hodieque in Imperatoris inauguratione ſervari ſolet, ut Aquisgrani poſt conſecrationem & præſtitum juramentum, alba veſtitus in album Canonicorum S. Petri accipiatur, hocque modo Canonicus fiat ac renuntietur. Sigismundus Imperator in ſua Reformatione cap. LXI. §. VI. ſive eius interpres Fridericus à Lanizcron Imperatoris Conſiliarius, ut Imperialem ac Regiam ſacris in rebus auctoritatem oſtendat, in hæc verba edicit: *Primus Rex Melchiſedech, ſimul Sacerdos fuit. Imperator Indiarum Presbyter eſt, nec quisquam ibi imperator fieri poteſt, niſi ſit Presbyter. Sub eis omnis ſalus Chriſtianis apparuit: & ſunt in India etiamnum hodie optimi Chriſtiani. Quis ſcit quid Deus operari velit? Imperatorem oportet Evangelium annuntiare: id ad ejus officium pertinet ex ordinatione Chriſtianitatis. Quare ſi Presbyter eſt, eo beatior eſt, & magis laudandus, quam ſi non ſit.* Denique Maximilianus Primus Imperator in Sacra ſua ad Paullum Lichtenſtaini Baronem de ſuo Pontificatus Maximi ambitu ſcribit: *Non dubitamus, quin etiamnum recorderis eorum ſermonum, quos antehac tecum habuimus de cauſſis & rationibus, propter quas deliberaverimus ac conſtituerimus Pontificatum Maximum, ſi quoquo modo ad illum pervenire poſſemus, ambire ac appetere; in id omnes noſtras cogitationes ab eo tempore ſemper conjecimus. Namque domi docti ſcimus, & ita ſeſe res habet ipſa, nihil nobis honorabilius, nihil glorioſius, ni-*

hil

hil melius obtingere poſſe, quam ſi præfatum Pontificatum Maximum ad nos proprie pertinentem, Imperio noſtro recuperaremus. Videtur prudentiſſimus Imperator quum ad ea, quæ modo allata ſunt, tum ad Ludovici IV. Bavari Imperatoris conſtitutionem reſpexiſſe, qua is edicto publice propoſito ſancivit, Imperatorem Romanum, vacante Eccleſia, Papæ ſuccedere, & ipſius Papatus in temporalibus & collatione beneficiorum, caduci nomine, amminiſtratorem eſſe, ut Marſilius Paduanus, qui Imperatori, ab arcanis conſiliis fuit, in Deſenſore Pacis, & Alpharus in lib. 1. de Planctu Eccleſiæ art. LXVIII. auctores ſunt. Et ne ipſos tantum Imperatores in teſtimonium advocemus, certe Patres Concilii Conſtantinopolitani Quiniſexti, can. LXIX. decreverunt: *Nulli omnino liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra ſacrum altare ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate Imperatoris, quandoquidem voluerit Creatori dona offerre ex antiquiſſima traditione.* Theodorus item Balſamo Patriarcha Conſtantinopolitanus in dict. can. LXIX. Sextæ in Trullo: *Orthodoxi Imperatores, qui per ſanctæ Trinitatis invocationem Patriarchas provehunt & ſicut Chriſti Domini ſine ullo impedimento, quando voluerint, ad ſacrum altare accedunt & ſuffiunt, & cum cera characterem imprimunt, ſicut & Antiſtites, ſed etiam populum ad eum inſtituendum docent, quod ſolis illius regionis Antiſtitib. conceſſum eſt, &c.* Et Demetrius Chomatenus Bulgariæ Archiepiſcopus in reſponſo ad Conſtantinum Dyrrachii Archiepiſcopum: *Imperator enim, ut communis Eccleſiarum* Επιςημονάρχης *exiſtens & nominatus, Synodalibus præeſt ſententiis, & robur tribuit: Eccleſiaſticos Ordines componit, & legem dat vitæ politiæque eorum, qui altari ſerviunt: hoc amplius, litibus Epiſcoporum Clericorumque & vacantium Eccleſiarum electionibus, è minore etiam honore ad majorem reducit, ab Epiſcopio videlicet in Metropolim, vel viri virtutem vel civitatem ornans. Hæc autem omnia ſtudioſo facile eſt diſcere ex ſacrorum divinorumque canonum volumine, & Juſtinianea novella conſtitutione, poſita in toto libro tertio Baſilicorum. Qui quæ ſunt de Epiſcopis & Clericis, eorumque privilegiis, & vitæ ſtatu, & cauſis criminalibus & pecuniariis, fuſe diſputat. Et, ut uno verbo dicam, ſolo ſacrificandi excepto miniſterio, reliqua Pontificalia privilegia Imperator repræſentat, quando legitime canoniceque facit. Inveniturque decimonono libro Judaicar. antiquitatum Flavii Joſephi, ſubſcriptio Imperialis ſic habens:* TIBERIUS CLAUDIUS CÆSAR AUGUSTUS. GERMANICUS. PONTIFEX MAXIMUS. TRIBUNITIÆ POTESTATIS. CONSUL CREATUS ITERUM. *Quod igitur unctus Domini ſit is, qui pro tempore eſt Imperator propter unctionem Imperii, Chriſtus autem & Deus noſter, cum aliis, & Pontifex noſter factus eſt, & prædicatur: merito & ipſe Pontificalibus decoratur gratiis.* Veriſſime: ſed & caute interjecit: *ſacrificandi excepto miniſterio.* Equidem Pontificis nomen ab Imperatoribus Chriſtianis uſurpatum doceo, non quod ſibi divinorum myſteriorum, & clavis cœleſtis aſſumpſiſſe auctoritatem aſſeverem: minime gentium: hæc enim propria Sacerdotum ac perpetua ſemper fuit: ſed propter Pontificis Maximi ſuperioritatem temporalem, & ut immediatam ſuam poteſtatem à Deo acceptam, ipſiusque Dei in terris vicariam, in omnes homines, ſacros, profanos, prædicare voluiſſe declarem: quippe nec Synodalia Decreta, nec ſacri Canones, nec definitiones de fide, nec id genus ſimilia rata eſſe poterant, niſi ab Imperatoribus aut Regibus confirmarentur prius & edicerentur. Interim diviſum Moyſis & Aaronis munus fuiſſe, & diſcretam poteſtatem Eccleſiaſticam à civili, nullus abnuo. *Priſcum tempus*, ait Syneſius, *eoſdem tulit Sacerdotes & Judices: disjunxit Deus vitas: & una facta eſt Eccleſiaſtica, altera civilis, quid igitur revocas? quid porro conjungere tentas, quæ ſeparata ſunt à Deo?* At num ideo Princeps à rerum Eccleſiaſticarum cura ſubmovendus? Minime vero: ſed ut Moyſes olim, ita Imperatoris hodie & Regis auctoritas non ſolum ad Eccleſiæ politiam, ſed ad ipſam etiam religionem conſtituendam, ordinandam, purgandam, tuendam & prolatandam neceſſaria eſt. Et idcirco Conſtantinus Britannus, qui primus in altiſſima Imperii ſede palam ſe Chriſtianæ Eccleſiæ Pontificem Maximum, id eſt, propagatorem & defenſorem, profeſſus erat, hoc meruit in priſco quodam lapide elogium: IMP. CÆS. FLAVIUS CONSTANTINUS AUG. PACIS ET JUSTITIÆ CULTOR. PUB. QUIETIS FUND. RELIGIONIS ET FIDEI AUCTOR, &c. Quin imo Græci in Calendario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ eum τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἀπόςολον, & ἰσαπόςολον auſi ſunt appellare. Multa loquor; quid ſibi volunt tritæ illæ voces & in ore omnium volitantes; *Sacrum* vel *Sacroſanctum Imperium. Sacra Cæſarea Majeſtas, Sanctiſſimus* vel *Sacratiſſimus Imperator*, ſi nihil cum Sacerdotio commune habet?

Ergo igitur Pontifex eſt Imperator, & quidem Maximus, qui canonum conditor & legum cluit, cæterorum omnium Pontificum moderator atque arbiter: à cujus

appellatione Romanæ Eccleſiæ Paſtores aliquot centum annos abſtinuere, ſimpliciter Pontifices tantum, aut Epiſcopi, aut Archiepiſcopi, aut Patriarchæ, vel ſummi Sacerdotes dicti, donec partito inter Theutonos & Græcos Imperio Romano, dum utrique ſtuderent Epiſcoporum Romanorum benevolentiam, ad devinciendum ſibi populum Romanum, apud quem auctoritas eorum plurimum valebat ac poterat, dando, donando, concedendo demereri, captata occaſionis opportunitate, caput efferre, beneficia Eccleſiaſtica pro libitu diſponere, quid Principes ac Magiſtratus facere deberent imperare, cenſum Imperatori negare, populum Romanum concitare, & ipſis adeo Imperatoribus formidabiles eſſe cœperint. Nam ſimulatque ſe in ordinem redigi à Theutonis ſenſiſſent, Græcorum arma in eos converterunt: & viciſſim à Græcis ad officium & debita legitima vocari, Theutonorum ſimplicitatem adverſus eos efferarunt ac ſtimulaverunt: ipſos denique Theutonos, Langobardos videlicet & Francos, Germanos & Gallos, hosque ambos & Hiſpanos, inter ſe commiſerunt, quo illis ſeſe invicem conſumentibus ipſi interim dominatum & monarchiam ſuam otioſi conſtabilirent, & Pontificatum Maximum, more Gentilium, cum Epiſcopatu, & Imperium cum Sacerdotio coniungerent, hoc eſt, ſacra profana omnia confunderent & commiſcerent. Hoc ipſiſſimum eſt, quod Henricus IV. Imperator Patresque Concilii Ticinenſis, Gregorio VII. Papæ Romano obiiciunt, ut in actis apud Aventinum legitur: *Utrumque Imperium & Pontificatum, ſicuti Decii & falſorum Deorum cultores factitare conſueverunt, uſurpat.* Heic nobis oggeri ſolet Tertulliani auctoritas in libro de Pudicitia ſcribentis: *Audio etiam edictum propoſitum, & quidem peremptorium: Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit: Ego & mœchis & fornicationis delicta, &c.* Sed ſcire licet Tertullianum ſæpe Latinius quam Chriſtianius loqui, & formulis uti ex Paganorum ſuperſtitione petitis. Deinde quum Urbis Paſtor in Decreti ſui præſcriptione *Archiepiſcopus* nominaretur, eam vocem Tertullianus interpreraturus ait: *Pontifex Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum*, Simul etiam Romani Paſtoris faſtum etiam tum gliſcentem notat, eam ſibi poteſtatem in edicendo apud Chriſtianos arrogantis, quæ Pontificis Maximi inter Gentiles fuit, atque ea in re Cæſaris maluerit quam Chriſti exemplum ſequi. Etenim Pontificatus Maximus, uti multis rerum argumentis evicimus, Imperatorum, tam Ethnicorum quam Chriſtianorum, dignitas fuit, qua ſibi jus in ſacrum Ordinem, ut Tribunatu Maximo in plebejum, vindicaverunt. Ecce autem Imperatores dico, qui gentibus dominabantur. At vero ad Apoſtolos eorumque ſucceſſores, Epiſcopos & Sacerdotes, expreſſum Chriſti mandatum eſt: *Vos autem non ſic:* quorum ad munus pertinet animas curare, Scripturarum ſacrarum lectioni & explicationi inſiſtere, plebem docere, clavibus regni cœleſtis ab ipſo Chriſto datis atque conceſſis ad ligandum ſolvendumque uti, ſacra myſteria à Domino ſancita adminiſtrare, excommunicare, hæreticos monere, confeſſiones audire, pœnitentiam injungere, manus imponere, matrimonia benedicere, lapſos recipere, & id genus alia merè ſpiritualia, quæ vocantur. Ad Pontificis autem Maximi officium ſpectat, Concilia indicere, eorum Decreta publicare, de fide Catholica conſtituere, hæreticos proſcribere, Eccleſiam reformare, Epiſcopatus & Sacerdotia ordinare, cauſſas Eccleſiaſticas decernere, jejunia edicere, rogationes & ſupplicationes publicas mandare, laudes divinas publice habendas jubere: in mores & vitam Clericorum inquirere, cavere ut bona Eccleſiaſtica in pauperum uſus & fabricarum Eccleſiæ recte diſtribuantur, feſtorum curam gerere, ferias diſponere, faſtos ſive Calendaria recenſere, & paria negotia, quæ Principi cum Sacerdorum conſilio veniunt deliberanda.

Quod officium, amiſſo licet Pontificis Maximi titulo, poſteriores Imperatores conſtanter usque ad eum, quem diximus, Gregorium VII, cognomento Hildebrandum retinuere ac perſeverarunt. Quorum etiam eo nomine duplex in Imperio Theutonico Senatus Palatinus fuit, Eccleſiaſticus & Politicus, ſive (ut nunc loquimur) ſpiritualis & ſæcularis. Utriusque decreta & ſententiæ Imperatorio vel Regio nomine pronuntiabantur. Par eademque forma in ipſis Comitiis generalibus obtinuit, ut ſeparatus locus Eccleſiaſticis, puta Epiſcopis, Abbatibus, & Præpoſitis, alius Laicis Regni Principibus, Ducibus, Comitibus, & Civitatum Rectoribus, attribueretur. Illorum conſeſſus ampliſſimus dicebatur *Synodus* vel *Concilium*: horum *Mallus publicus, Placitum*, vel etiam κατ' ἐξοχὴν *Conventus*. Utrique ſuprema cum poteſtate Imperator vel Rex præſidebat: illi tamquam Pontifex Maximus: huic velut Dictator, Conſul & Tribunus Maximus. Interdum uterque Senatus, pro re nata, convenire in commune conſultaturus

turus ſolebat : & tum proprie Comitia vocabantur. In Senatu Eccleſiaſtico res ſpiri-
tuales, in Laico res ſæculares, in Comitiali res mixtæ tractabantur. Sed ne confinxiſſe
quidquam videar aut cum animo meo commentus, apponam verba Hincmari Rhe-
menſis Archiepiſcopi, quæ in libro ejus Epiſtolarum III. ad Regem Franciæ cap.
XXXV. leguntur in hunc modum : *Seniarum* (ita Principes ſuos illa ætas appellabat)
*ſuſceptacula ſic in duobus diviſa erant, ut prima omnes Epiſcopi, Abbates, vel hujusmodi hono-
rificentiores Clerici absque ulla Laicorum commixtione congregarentur. Similiter Duces, Comi-
tes, vel hujusmodi Principes ſibimet honorificabiliter à cætera multitudine primamane ſegrega-
rentur, quousque tempus ſive præſente ſive abſente Rege occurrerent : & tunc prædicti Seniores
more ſolito, Clerici ad ſuam conſtitutam Curiam, ſubſelliis ſimiliter honorificabiliter præpara-
tis, convocarentur. Qui cum ſeparati à cæteris eſſent, in eorum manebat poteſtate, quando ſimul,
vel aliquando ſeparati reſiderent, prout eos tractanda cauſa qualitas docebat, ſive de ſpiritua-
libus, ſive de ſæcularib. ſeu etiam commixtis.* Hæc cauſſa eſt, Sereniſſime Rex, cur in hoc
volumine tot Canones, tot Capitula Eccleſiaſtica, tot Decreta videamus ſub auctori-
tate ſua Imperatores ac Reges, non juxta aulicorum diſtorta judicia, ſed juxta Epiſco-
porum ex verbo Dei & SS. Patrum dictis propoſitas ſententias, ſanciviſſe. Unde liqui-
do parere debet Pipinum, Karolum Magnum, Ludovicum & Ottonem, errores in Ec-
cleſiam non intuliſſe, ſed inventos, quod in ſe fuit, tollere ſtuduiſſe. Idem ſane poſteri
eorum Gallici & Germanici Britannicique Monarchæ ſedulo egerunt: ſed fruſtra. *Quia*,
ut Daniel inquit, *Antichriſta ſuccedere debebat, quoad ira Dei ſuper populum ſuum finiretur.*

Si nunc, Sereniſſime Rex, Imperatores iſti ac Reges, Theutonici Imperii condito-
res, in vitam reſurgant, & præſentem Imperii ſervitutem videant, quid putat (quæſo)
Majeſtas Tua, dicturi ſint? Nonne Imperatorem, Reges atque Principes hiſce verbis ag-
greſſuri eſſent? Quid, Cariſſimi nepotes, Turcorum & Paparum injurias accuſatis, eo-
rumque oppreſſiones perpetuis vocibus querulamini? Vos, vos accuſandi eſtis, qui o-
ptime à nobis inſtituta pervertiſtis. Nos corpora animasque noſtras conſtrinximus, ut
junctis viribus tantum vobis Imperium conſtitueremus : quod vos disjunctis animo-
rum & Provinciarum opibus ignavia ac torpore perdidiſtis. Nos vitam & ſanguinem
profudimus, ut vobis hanc libertatem, in qua fuiſtis, pareremus; quam vos turpiſſima
nundinatione proſtituiſtis. Nos Saracenos & Turcos Hiſpania, Africa & Syria expuli-
mus; quos vos, in mutuam perniciem conjurati, medium in Imperium, tanto labore &
ſudore à nobis partum, introduxiſtis. Nos Romanos Pontifices imperio, juſſis & manda-
tis noſtris ſubjecimus, ut haberemus eos morigeros ac rectos ad ingenium probum, ne
pro libidine dominari, aut quid deterius in Eccleſiæ ſanitatem, animarum ſalutem, &
libertatem Chriſtianorum Principum tentare auderent; quos vos humeris, ut ita di-
camus, veſtris in cœlum ſuſtuliſtis, tantosque feciſtis, ut non poſſint vobis eſſe non hor-
ribiles & pertimeſcendi. Nos ſupremum Imperii tribunal unanimi conſenſu & voto
inſtituimus, in quo omnium magnæ Theutoniæ Regnorum ac principatuum, libero-
rum utique & immunium, Legati de communi Republica deliberarent, & Regum at-
que Principum controverſias, qui ſuperiorem magiſtratum alioqui non agnoſcebant,
ex æquo & bono componerent; vos tam fraterna communione diſſociata, ad Pontifi-
cem Romanum, cui imperare debebatis, invidiſſimis ſimultatibus transverſum rapti,
ultro vos dedentes concurriſtis. Nos bina quotannis generatim Comitia indiximus, in
queis certatim Reges atque Principes de ſacris profanisque rebus in commune conſul-
taturi convolavimus; veſtrum quo ſe quisque alieniorem ab Imperii Comitiis oſtentare
ſolet, eo ſe majorem eſſe falſa perſuaſione ducitur. Nos ſacra Concilia, Synodosque
modo generales, interim etiam provinciales, convocavimus, in quibus Epiſcopi & Do-
ctores Chriſtiani de fide Catholica, de religionis veritate, de crimine hæreſeos, de refor-
mandis moribus, de tollendis Eccleſiæ abuſibus, de ipſo Papa & univerſo Clero in ordi-
nem redigendo, ſub auctoritate noſtra, ut Pontificum Maximorum, ſtatuerent ac defi-
nirent; vos Eccleſiam unius libidini corrumpendam expoſuiſtis, vos libertatis Eccle-
ſiaſticæ vela nimis impleſtis, nimis longe provexiſtis, ut quantum de jure veſtro detra-
heretis, quantum Sacerdotali adderetis, cæca quadam pietate ducti parum animad-
vertiſtis. Nos Eccleſiaſticam ſuperbiam, luxum, ambitionem, dominandi cupiditatem
acerrime refrænavimus: vos hæc omnia, inconſulta & noxia bonitate veſtra, aluiſtis.
Nos Antiſtitum, qui in demortuorum loca creari ſolent, deligendorum facultatem
penes nos, in quorum imperio erant, eſſe voluimus; vos ut eam Pontifices Romani,

qui nepotes, propinquos, famulos, mercenarios, venalitiarios, dominationi ſubſidia deligunt, in ſe transferrent, conceſſiſtis. Cur, cur, Deus bone! hæc aut fieri permiſiſtis, aut contuliſtis ultro? cur ſurdas Divum atque hominum aureis querellis veſtris fatigatis? Reſtaurate priſcam illam Imperii amminiſtrationem à nobis minime imprudenter, ut res docuit, conſtitutam: animos in fraternam concordiam reducite: de communi re conſulite, agite: jus & æquum pari conditione reddite: ſite fratres, hoc eſt, Germani: abuſus & deformitates rerum ſacrarum participatis conſiliis tollite: ſcandala publica ſubitis & periculoſis mutationibus vitate: malorum ſeminaria exſtirpate: concuſſiones ſeditioſorum compeſcite: Eccleſiam in antiquum & Apoſtolicum ſtatum reſtituite; Deum veremini, itaque colite, ut vobis in Verbo ſuo præcepit: *& diſperdet Dominus omnes gentes ante faciem veſtram, & poſſidebitis eas, quæ majores & fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcavit pes, veſter erit: à Deſerto & Libano & flumine magno Euphrate usque ad mare Occidentale erunt termini veſtri: Nullus ſtabit contra vos: terrorem veſtrum & formidinem dabit Dominus ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis. Locutus eſt Dominus Deus veſter.*

Deuteron. 11. videnda Sigismundi Imperatoris Reformatio cap. 61. §. 4. & ſeq.

Nonne hæc, Sereniſſime Rex, aut parilia, priſci illi Imperatores atque Reges, ſi nunc reviviſcant, ad Imperatorem, Reges atque Principes, dicturi eſſent? Etiam profecto, quum ne nunc quidem abſentes, & in Elyſiis illis defunctorum campis poſiti, colloqui tamen eos & in mutis iſtis ipſis monimentis affari non ceſſent. Quorum opinum corpus, ſummis opibus atque induſtriis omnibus à me ſparſim collectum & compoſitum, Majeſtati Tuæ dare, dicare conſecrare more majorum volui, ut quæ alibi à Majeſtate Tua in eam, quam ſupra poſui, admonitionem divine diſſertantur, ipſorum Imperatorum atque Regum calculis confirmentur, orbique humano manifeſtum fiat, Te nec novatoris nomen nec uſurpatoris ullo pacto poſſidere, ſed juſtum libertatis vindicem, & rerum violatarum legitimum eſſe reciperatorem. Siquidem jure conſtitutum eſt, ut mala fides præſcriptionem non pariat: & vi excommunicatoria poſſeſſarum rerum uſucapionem Lex Julia & Plautia inhibet: error etiam falſæ cauſſæ bonum titulum impedit, veluti eſt falſa & ementita perſuaſio: denique rerum fiſci Regii præſcriptionem per leges prohibitam eſſe inter omnes gentes conſtat.

Spero, & eam ſpem ex Majeſtatis Tuæ Monitorio ad Principes Chriſtianos concepi, in quo Tibi hoc meum inſtitutum probari ac laudari animadverto, iſtoſce Imperatores atque Reges ad Majeſtatis Tuæ purpuram ſalutandam admiſſum iri, ut quantum Majeſtati Tuæ temporis ab amminiſtratione auguſta, quantum à curis publicis, quantum ab exercitiis Regiis, tantum iis excipiendis & tractandis impendere dignetur. Imperatores ſunt, Reges ſunt, Principes Theutonici & majores Tui, Rex Sereniſſime, nullius palatio, nullius colloquio, nullius familiaritate, quam potentiſſimi Theutoniæ Regis, eorum nepotis, digniores. Scripſi Francofordiæ ad Mœnum, pridie Kalend. Septemb. A. C. N. MIↃCX.

MAJESTATI T.

Devotus

MELCHIOR GOLDASTUS HAIMINSFELDIUS.

SACRO

SACRO IMPERIO THEU-
TONICO. PATRIÆ ET
POSTERITATI.

MELCHIOR GOLDASTUS HAIMINSFELDIUS.
HENRICI F. CONRADI N.

HAC ETIAM PARTE. QUOD POTUIT.
PRO TEMPORE. V. S. L. M.

PAULUS APOSTOLUS.

Omnia probate, quod bonum eſt,
tenete.

GERMANORUM PROVERBIUM:

*Bonus Eckardus cunctorum mortalium
monitor eſt.*

Der getretwe Eckhardt warnet jederman.

ELENCHUS

CONSTITUTIONUM HOC III. TOMO COMPREHENSARUM, INDE A PRIMORDIO IMPERII ROMANO-

Theutonici usque ad præſentem ætatem : inſertis etiam nonnullis Conſtitutionibus & Reſcriptis Romanorum Principum, qui in Occidente cum Theutonis imperarunt.

1. Alarici Gothi, primi Germanorum Imperatoris in Imperio Romano, *Edictum de Crudelitate militum, in captarum urbium incolas & loca ſacra, reprimenda*: An. 410. Pag. 586
2. Conſtantini III, Britanni Imp. & Conſtantis Cæſaris *Conſtitutio de Comitiis Imperialibus annuatim in urbe Arelatenſi celebrandis*: anno 411. 1
3. Athaulphi Gothi Imp. *Edictum de Legum Romanorum reſtauratione*: 412. 586
4. Honorii & Theodoſii II. Imp. *Reſcriptum contra Pelagianorum Hæreſin de gratia Chriſti & originali peccato*: 418. 586
5. Honorii Imp. *Decretum de Confirmatione Eulalii electi Pontificis Romani, & reprobatione Bonifacii*: 419. 587
6. *Ejusdem Reſcriptum de duobus electis in ſchiſmate Papis ad judicium Imperiale præſentandis, ut ſuper eorum electione cognoſcatur*: 419. 588
7. *Ejuſdem Commonitorium ad Epiſcopos Ravennæ congregatos, ut de alterutrius ex electis Papis electione legitima cognoſcerent, nec Epiſcopos, qui electionibus eorum interfuerunt, ad judicium reciperent*: 419. 588
8. *Ejusdem Reſcriptum de recipiendo Vicario Interſacerdotii Papalis per Imperatorem ordinato*: 419. 589
9. *Ejusdem Mandatum ad Achilleum Epiſcopum Spoletinum, quo ei Vicariatus Interſacerdotii Papalis committitur*: 419. 589
10. *Ejusdem Sacra ad Senatum Romanum, de recipiendo Vicario Sedis Papalis per Imperatorem ordinato*: 419. 589
11. *Ejusdem Sacra ad Populum Romanum ſuper eodem*: 419. 589
12. *Ejusdem Sacra ad Epiſcopum Nolanum, de Synodo Spoleti cogenda in cauſa Schiſmaticorum Pontificum*: 419. 590
13. *Ejusdem Sacra ad Epiſcopos Africanos ſuper eodem*: 419. 590
14. *Ejusdem Sacra ad Carthaginienſem Epiſcopum ſuper eodem*: 419. 590
15. *Ejusdem Sacra ad Epiſcopos Africanos ſuper eodem*: 419. 590
16. Conſtantii III. Cæſaris *Reſcriptum de Seditionis auctoribus in ſchiſmate duorum Paparum, & præceptis Imperialibus de ordinato Papalis Sedis Vicario exſequendis*: 419. 591
17. Honorii Imp. *Reſcriptum de Eulalio ſchiſmatico Papa ex Urbe pellendo, & Vicario Sedis Papalis recipiendo*: 419. 591
18. *Ejusdem Reſcriptum de Confirmatione Bonifacii electi Papæ, & reprobatione Eulalii ſchiſmatici*: 419. 591
19. *Ejusdem Præceptum, ut judicio de ſchiſmaticis Papis per Imperialem auctoritatem terminato, Epiſcopi ad Synodum vocati domi remaneant*: 419. 592
20 *Ejusdem Reſcriptum de Electione Romani Pontificis*: 419. 592
21. Honorii & Theodoſii II. Impp. *Reſcriptum adverſus Pelagianos*: 419. 592
22. Conſtantii III. Imp. *Edictum contra Pelagianos*: 420. 593
23. Faramundi primi Francorum Monarchæ *Leges Salicæ*: 424. 2
24. Theodoſii II. & Valentiniani III. Impp. *Sacra de Indictione Concilii Epheſini per Imperatores convocati*: 430. 594
25. *Eorundem Conſtitutio de Officio Legati Imperialis in Concilio*: 431. 595
26. *Eorundem Sacra de Confirmatione actorum Synodalium*: 431. 596
27. *Eorundem Sacra de Reviſione actorum Synodalium, ut reſciſſis omnibus, quæ antea per*

Concilii

Concilii Patres acta fuerant, fidei & controverſiarum quæſtio reſumpta, de integro legitime diſcutiatur: 431. 596
28. Valentiniani III. *Decretum in Cauſa Syxti III. Papæ rei & Baſſi Exconſulis actoris*: 433. 597
29. Theodoſii II. & Valentiniani III Impp. *Decretum de Condemnatione Neſtorii*: 436. 598
30. Atilæ Huni Imp. *Receſſus Comitiorum Iſenacenſium de Imperio Occidentali conſtituendo*: 444. 598
31. *ejusdem Ordinatio de Veredariis*: 447. 599
32. Theodoſii II. Imp. *Edictum de confirmatione Epheſinæ Secundæ, & libris Hæreticorum cremandis*: 449. 599
33. Valentiniani III. Imp. *Sacra, Ut liceat Romano Pontifici auctoritate Imperiali in partibus Italiæ Concilium celebrare, & de auctoritate ipſius Pontificis in fide & Sacerdotibus judicandis*: 449. 600
34. Theodoſii II. Imp. *Reſcriptum de Confirmatione Epheſinæ Synodi ſecundæ*; 449. 600
35. Marciani Imp. *Sacra de Electione Imperiali, & celebratione Concilii univerſalis*: 450. 601
36. *Ejusdem Reſcriptum ad Archiepiſcopum Romæ Leonem quo vocat eum ad Synodum*: 450. 601
37. Atilæ Huni Imp. *Receſſus Comitiorum Sicambrienſium de Romano Imperio conquirendo*: 450. 601
38. Valentiniani III. & Marciani Impp. *edictum de prohibitis diſputationibus inter Chriſtianos*: 452. 602
39. Marciani Imp. *edictum de prohibitis diſputationibus de Fide, & geſtorum Chalcedonenſis Synodi obſervatione*: 452. 602
40. *ejusdem Reſcriptum, ut nemo ad fidem cogi debeat*: 452. 604
41. Valentiniani III. & Marciani Impp. *Edictum de infirmanda lege Theodoſiana pro confirmatione Epheſinæ ſecundæ Synodi edita*: 452. 604
42. Genſerici Vandali Imp. *edictum de Crudelitate militum in capta Urbis incolas reprimenda*: 455. 605
43. *ejusdem edictum de Conſtitutionibus Principum*: 456. 605
44. Leonis I. Imp. *encyclica de pace eccleſiæ, & confirmatione Chalcedonenſis Synodi*: 457. 605
45. Richimeris Suevi Imp. *Reſcriptum de Pace publica*: 472. 606
46. Olibrii Imp. *Commonitorium de Eutychianorum cavendis erroribus*: 472. 606
47. Baſiliſci Imp. *Encyclica de Concordia Eccleſiæ, & actis Chalcedonenſis Concilii abolendis*: 476. 606
48. *ejusdem &* Marci Cæſaris *edictum de Fide Catholica*: 476. 607
49. Hunerici Vandali Imp. *Edictum de Pace Religionis, & libero utriuſque Religionis exercitio in toto Imperio*: 480. 508
50. Zenonis Imp. *Enoticon de Pace & reconciliatione Eccleſiæ*: 482. 680
51. Odoaeris Herculi Imp. *Edictum de Electione Romani Pontificis, & non alienandis bonis Eccleſiæ*: 483. 609
52. Hunerici Vandali Imp. *edictum contra Homouſianos ſive Catholicos*: 484. 610
53. Clodovei I. Regis Francorum Auguſti *Decretiones Legibus Salicis addendæ* 490. 15
54. Theodorici Gothi Imp. *edictum de Romanæ libertatis jure non concedendo rebellibus*: 494. 611
55. *ejusdem Reſcriptum de Generali indulgentia rebellibus Imperii præſtanda*: 494. 612
56. *ejusdem Decretum in Apoſtatam*: 495. 612
57. *ejusdem edictum continens varia capitula*: 497. 18
58. *ejusdem Decretum de electione Romani Pontificis, & confirmatione ab Imperatore petenda*: 498. 412
59. *ejusdem Conſtitutio de electione & ordinatione Romani Pontificis*: 499. 613
60. *ejusdem Reſcriptum, Quod Romanus Pontifex ſupra ſe Judicem habet Imperatorem*: 500. 613
61. *ejusdem Decretum in cauſa Symmachi Papæ*: 502. 613
62. *ejusdem Conſtitutiones, Edicta & Reſcripta varia variis temporibus facta.* 31
63. Anaſtaſii Imp. *Reſcriptum de invalida arrogantis Romani Pontificis in Imperatorem excommunicatione*: 503. 615
64. Clodovei I. Regis Francorum Auguſti *edictum de Pace Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum*: 507. 618
65. *ejusdem Reſcriptum de Pace eccleſiarum & perſonarum rerumque eccleſiaſticarum*: 507. 618
66. Anaſtaſii Imp. *Sacra de Concilio congregando ad componenda in Scythiæ partibus orta diſſi-*

dia: 514. 618
67. Ejuſdem Sacra, Ut Pontifex Romanus veniat ad Concilium Heraclea congregandum ob componendas in Scythia de fide ortas quæſtiones: 515. 619
68. ejuſdem Reſcriptum de Fide Catholica, de Chalcedonenſis Synodi Decretis cuſtodiendis, & pace ſervanda: 516. 619
69. ejuſdem Sacra, Quod Imperator à Papa juberi non poſſit. 517. 621
70. Fl. Juſtini I. Imp. Sacra de Electione Imperiali: 518. 621
71 ejuſdem Reſcriptum de Unitate Eccleſia: 519. 622
72. Juſtiniani I. Cæſaris Reſcriptum de Reſtitutione Epiſcoporum in ſuis Sedibus ad interceſſionem Papa: 520. 622
73. ejuſdem Reſcriptum ad Papam de Non damnandis Epiſcoporum nominibus, ne ſcandala & tumultus fiant in populo: 520. 623
74. Athalarici Gothi Imp. Conſtituta, Edicta & Reſcripta varia ab anno 526. 92
75. ejuſdem reſcriptum de electione Romani pontificis: 531. 95
76. ejuſdem Conſtitutio de Ambitu coercendo in electione Romani pontificis: 532. 106
77. Amalaſuenthæ Gothæ Imperatricis edictum de electione conſortis in Imperio, & officio Imperatoris: 534. 110
78. Theodohathi Gothi Imp. Conſtituta, Edicta & Reſcripta varia ab anno 534. 111
79. Fl. Juſtiniani I. Imp. Sacra de Societate adverſus Orthodoxa fides perduelles ineunda: 535. 624
80. Vitigis Gothi Imp. Edicta de anno 536. 114
81. Childeberti & Clotharii Francorum Regum, Decreta Comitiorum Colonienſium: 539. 115
82. Fl. Juſtiniani I. Imp. edictum de Celebratione Paſchatis, & tempore Quadrageſimæ: 545. 624
83. ejuſdem Sacra Forma de Fide Catholica, & Conciliorum per Imperatorem celebratione & confirmatione: 553. 626
84. ejuſdem Forma de erroribus Originis ad Synodum Conſtantinopolitanam: 553. 628
85. ejuſdem Forma de Fide Catholica, & Conciliorum per Imperatorum celebratione & confirmatione, ad eandem Synodum: 553. 629
86. Totilæ Gothi Imp. Reſcriptum de Honore Legatis habendo, & pœna perfidorum: 547. 624
87. ejuſdem edictum de Vita emendatione & Juſtitia correctione: 547. 624
88. Fl. Juſtini II. Imp. edictum de Fide Catholica & concordia Eccleſiæ: 566. 631
89. ejuſdem Ordinatio de Officio imperatoris: 582. 632
90. Gunthcramni Francorum Regis Capitula Matiſconenſia: 582. 633
91. Fl. Tiberii II. Imp. Ordinatio de Officio Imperatoris: 586. 633
92. Guntheramni Francorum Regis Præceptio de Obſervando die Dominico: 588. 634
93. ejuſdem Decretum, Ut Epiſcopi canes non alant in domibus ſuis: 589. 635
94. Mauritii Imp. edictum, Ne quis miles, nondum expleta militia, monachus effici poſſit: 592. 635
95. ejuſdem reſcriptum quod imperator ſit ſub Eccleſia in ſpiritualibus: 602. 636
96. Senatus Populique Romani edictum de Phoca coronato, & Mauritio interfecto cum filiis ſuis: 602. 636
97. Phocæ Imp Conſtitutio de Primatu Romanæ Eccleſiæ: 606. 636
98. ejuſdem Conſtitutio de electione Romani pontificis, & cæterorum in Imperio Epiſcoporum: 606. 637
99. Clotharii II. Francorum Regis Reſcriptum, Quod Epiſcopus Deo magis ſervire poſſit in populo, quam in eremo: 615. 637
100. Heraclii Imp. Ecthesis de Sancta Trinitate & Fide Catholica: 639. 637
101. ejuſdem Reſcriptum de Sacrilegii pœna, & ſupplicationibus contra Turcorum perfidiam ad Deum faciendis: 639. 639
102. Conſtantis II. Imp. Typus de Concordia Eccleſiaſtica, & ſilentio eriſticis ac ſeditioſis ſcriptoribus & concionatoribus imponendo: 648. 639
103. Fl. Conſtantini V. Pogonati Imp. Sacra de Unitate Eccleſiaſtica, & diſſidiis in Eccleſia obortis per Concilium generale tollendis: 678. 640
104. ejuſdem Sacra de Concilio ſuper Monothelitarum controverſia celebrando: 680. 642

105. ejuſ-

105. ejusdem edictum de Fide Catholica, & damnatione hæreſeos Monothelitarum & Honorii Papæ Romani: 681. 642
106. ejusdem Conſtitutio de electione Romani Pontificis. 684. 646
107. Fl. Juſtiniani II. Rhinotmeti Imp. Divalis juſſio, directa ad Papam in confirmationem Sextæ Synodi Conſtantinopolitanæ: 685. 647
108. ejusdem Mandatum de electione Romani pontificis: 686. 647
109. Theodorici IV. Francorum Regis & Caroli Martelli Principis, Decretum de rebus eccleſiaſticis in neceſſitates publicas erogandis: 730. 648
110. Leonis III. Imp. Conſtitutio de Patrimoniis templorum Urbis Romæ, & capitatione infantium: 732. 648
111. Caroli Martelli Francorum Subreguli & Advocati Romanorum, reſcriptum de Defenſione Eccleſiæ & Imperii: 735. 648
112. Childerici II. Francorum Regis & Carolomanni Principis Capitulare Comitiorum Ratiſponenſium: 742. 117
113. eorundem Decreta, Comitiorum Liſtinenſium: 743. 118
114. Childerici II. Francorum Regis & Pipini Principis Decretum Comitiorum Sueſſionenſium: 744. 649
115. Pipini Francorum Regis & Advocati Romanorum Capitulare Comitiorum Mettenſium: 755. 118
116. ejusdem Decreta in Vernis ſtatuta: 756. 650
117. Conſtantini VII. Porphyrogeniti & Irenes Imperatricis Sacra de Concilio per imperatorem celebrando ſuper controverſia de cultu imaginum exorta: 758. 651
118. Pipini Francorum Regis & Advocati Romanorum edictum de Gratiis Deo agendis pro annona copia, & eleemoſynis faciendis: 764. 120
119. Caroli I. Magni Franci Imp. Decretum de Purgatione Sacerdotum: 772. 134
120. ejusdem Conſtitutio de Privilegiis Nobilium Francorum, id eſt, Germanorum & Gallorum: 777. 120
121. eiusdem Receſſus ſive Capitulare Comitiorum generalium: 778. 120
122. ejusdem Conſtit. de Immunitate Eccleſiaſtica: 779. 122
123. ejusdem Capitulare comitiorum generalium: 780. 123
124. ejusdem & Pipini Cæſaris capitulare comitiorum Ticinenſium: 786. 135
125. ejusdem edictum de emendatione cantionum & lectionum eccleſiaſticarum: 787. 136
126. ejusdem Præceptum de Tributo Provinciarum: 788. 137
127. ejusdem capitulare Aquiſgranenſe de reformatione Eccleſiæ, & diſciplina Chriſtianæ: 789. 125
128. ejusdem Decretum, Ut eccleſiaſticæ perſonæ neque in exercitum pergant, neque armaturam bajulent: 790. 137
129. ejusdem reſcriptum de obſervatione Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ & Quadrageſimæ: 137
130. ejusdem capitulare de reformatione Monachorum. 139
131. ejusdem receſſus ſive capitulare comitiorum generalium. 140
132. ejusdem reſcriptum de Peregrinis & Mercatoribus: 796. 141
133. ejusdem capitulare comitiorum generalium. 141
134. ejusdem edictum, Ut Sacerdotibus militia, pugna, & arma interdicta ſint: 797. 142
135. ejusdem conſtitutio, Qualiter manopera, cenſus, tributa ac reliqua ſervitia exigenda vel agenda ſint. 144
136. ejusdem capitula, quæ in Legem Salicam addere præcepit: 798. 144
137. ejusdem edictum de Obedientia Epiſcopis & Sacerdotibus præſtanda. 146
138. ejusdem capitula, quæ ſunt addita ad Legem Longobardorum: 801. 146
139. ejusdem edictum de Capitulis pro lege tenendis: 802. 147
140. ejusdem conſtit. de Sacerdotum purgatione: 806. 148
141. ejusdem capitulare comitiorum Theodonis villanorum: 806. 149
142. ejusdem conſtit. de Obedientia Sacerdotibus præſtanda: 806. 149
143. ejusdem receſſus ſive capitulare comitiorum Neomagenſium: 807. 150
144. ejusdem capitula in comitiis Aquiſgranenſibus ſancita: 813. 151
145. ejusdem capitula in diverſis imperii Comitiis generalibus ſtatutæ & promulgata. 152
146. Pipini Franci Cæſaris capitulare. 159
147. Ludovici I. Pii Franci Imp. Reformatio Eccleſiaſtica: 816. 164

148. ejus-

148. *ejusdem reformatio Monachorum*: 817. 222
149. *ejusdem receſſus ſive Decreta Comitiorum Aquisgranenſium*: 818. 225
150. *ejusdem Receſſus ſive Capitula Comitiorum Ingelhemenſium*: 819. 231
151. *ejusdem Capitula, quæ Legibus Salicis addenda in Comitiis Aquisgranenſibus conſtituit* 819. 232
152. *ejusdem Capitulare de Exercitu faciendo*: 819. 235
153. *ejusdem & Ordinum eccleſiaſticorum imperii Capitula Eccleſiaſtica*: 820. 236
154. *ejusdem &* Lotharii Cæſaris *Capitulare Comitiorum Theodonis-villanorum*: 821. 243
155. *ejusdem Capitulare de Legatione Miſſorum Dominicorum*: 822. 249
156. *ejusdem Capitulare Comitiorum Compendianorum*: 823. 252
157. *ejusdem Ordinatio de Benedictione vel Exorciſmo aquæ calidæ ſeu frigidæ, in qua manus ad judicium mittitur* 825. 254
158. Lotharii I. Franci Cæſaris *Conſtitutiones de Pontificibus Romanis*: 825. 652
159. Ludovici Pii Imp. & Lotharii Cæſaris *Capitulare*: 826 255
160. *eorundem Capitulare Aquisgranenſe.* 265
161. *eorundem Capitulare in Comitiis Italiæ promulgatum*: 832. 266
162. Lotharii I. Franci Imp. *Conſtitutio de Decimis.* 268
163. *ejusdem capitula, quæ pro Lege habenda ſunt.* 269
164. *ejusdem &* Ludovici II. Cæſaris *receſſus comitiorum Romanorum, de ſuperioritate imperatoris, & obedientia Papæ & urbis Romæ*: 844. 269
165. Caroli II. Calvi Francorum Regis per Galliam *Capitula Spartacana*: 846. 270
166. Ludovici II. Francorum Regis per Germanias *Decretum de Advocatis*: 852. 274
167. Caroli Calvi Regis *Capitulare Comitiorum Sueſſionenſium de Statu Eccleſiarum & rerum eccleſiaſticarum corrigendo*: 853. 274
168. *ejusdem edictum de raptoribus & prædonibus*: 856. 276
169. Ludovici II. Franci Imp. *Conſtitutiones*: 856. 278
170. Caroli Calvi, Lotharii Lotharingi, & Caroli Aquitani, Francorum Regum *Synodus Tullenſis*: 859. 278
171. Ludovici II. Francorum Regis per Germanias *Decretum de Libertate Eccleſiaſtica*: 862. 283
172. Caroli Calvi Regis *Receſſus ſive capitulare comitiorum Piſtenſium*: 863. 652
173. *ejusdem Præceptum de Sedis Apoſtolicæ poteſtate in Epiſcopos*: 803. 285
174. Ludovici II. Germanici & Caroli Calvi Gallici Francorum Regum, *Receſſus ſive capitulare comitiorum Turiſſiacorum*: 865. 285
175. Lotharii II. Francorum Regis *reſcriptum de Majoritate Regis in temporalibus, & obedientia in ſpiritualibus*: 866. 285
176. *Epiſcoporum & communium Ordinum Germaniæ Trans-Rhenanæ edictum de Unitate Regum & Ordinum utriusque Franciæ, Germaniæ & Galliæ, & ne alter alterius homines ad defectionem ſollicitet*: 866. 287
177. Ludovici II. Germanici & Caroli Calvi Gallici *Transactio Procaſpidana ſuper Diviſione Regni Lotharingienſis*: 870. 288
178. Caroli Calvi Regis *Decretum Duziacenſe, de Auctoritate Synodorum, & ut ſingularum provinciarum Epiſcopi ſuas cauſas finaliter dijudicent, nec cogantur eas ad Papam mittere judicandas*: 871. 289
179. Caroli II. Calvi Franci Imp. *Ordinationes de Juramentis fidelium*: 875. 290
180. *ejusdem Synodus Pontigonenſis de electione ſua ad imperium, Primatu per Gallias & Germanias, & appellatione Presbyterorum ad Romanam Sedem*: 876. 291
181 *Concilii Romani Synodica confirmatio electionis Caroli Imperatoris*: 877. 292
182. *ejusdem imperatoris receſſus comitiorum Compendianorum*: 877. 292
183. Ludovici III. Balbi Franci Imp. & Ludovici III. Francorum Regis per Germanias *receſſus ſive Decreta Comitiorum Furoniſenſium*: 879. 233
184. Caroli III. Craſſi Franci Imp. *Conſtitutiones* 882. 294
185. *ejusdem Capitulum de Legibus Romanorum & Longobardorum.* 657
186. Widonis Longobardi Imp. *Capitulare*: 891. 294
187. *ejusdem Conſtitutio de Jure Principum in civitates ab Imperatore in feudum acceptas*: 892. 295
188. *ejusdem Ordinatio de Votis pro nato filio Imperatoris faciendis*: 892. 296
189. Arnulphi Franci Imp. *Conſtitutio de Excommunicatis*: 895. 296

190. Lam

PROLEGOMENA.

190. Lamberti Longobardi Imp. *Conſtitutio de Electione Romani Pontificis, & juriſdictione Epiſcoporum*: 896. 297
191. *ejusdem Decreta Comitiorum Ravennatenſium*: 896. 297
192. Ludovici IV. Burgundi Imp. *Conſtitutiones*: 901. 299
193. Berengarii I. Longobardi Imp. *Capitulare*: 903. 299
194. Ludovici IV. Franci Imp. *edictum de Ritu manumiſſionis*: 906. 300
195. *ejusdem Conſtitutio de Auctoritate inſtrumentorum*: 909. 301
196. Cunradi I. Franci Imp. *Conſtitutiones*: 915. 301
197. Henrici I. Aucupis Saxonis Imp. *Conſtitutio de Jure primogenituræ*: 931. 301
198. Alberici Longobardi Regis Romanorum *edictum de Depoſitione Imperatoris tyrannice dominantis*: 933. 301
199. *ejusdem Conſtitutio de Uſu pallii Epiſcopis Græciæ conceſſi*: 934. 302
200. Hugonis Burgundi Imp. & Lotharii Cæſaris *Conſtitutiones*: 941. 302
201. Lotharii II. Burgundi Imp. *Conſtitutiones*: 948. 302
202. Berengarii II. Longobardi & Adelberti Cæſaris *edictum de Eccleſiarum & populi contributione ad bellum contra infideles*: 950. 303
203. Ottonis I. Magni Saxonis Imp. *Conſtitutiones de anno* 940. *& ſeqq.* 303
204. *ejusdem &* Ludovici Francorum Regis *Statuta in Synodo Ingelhemenſi*: 948. 305
205. *ejusdem Statuta in Synodo Comitiali Auguſtana*: 952. 307
206. *ejusdem Decretum in Synodo Romana de Depoſitione Benedicti V. Papæ*: 964. 309
207. Ottonis II. Ruffi Saxonis Imp. *Conſtitutiones*: 967. 309
208. *ejusdem Decreta Comitiorum Veronenſium.* 310
209. Ottonis III. Mirabilis Saxonis Imp. *Conſtitutiones*: 988. 311
210. Henrici II. Claudi Bavari Imp. *edictum de Juriſdictione Eccleſiarum Imperii*: 1009. 311
211. *ejusdem conſtitutiones* 1013. 312
212. Cunradi II. Salici ſive Franci Imp. *conſtitutiones*: 1039. 312
213. Henrici III. Nigri Franci Imp. *conſtitutiones*: 1042. 313
214. Henrici IV. Franci Imp. *conſtitutiones*: 1062. 313
215. *ejusdem reſcriptum ad Papam de Invaſione rerum eccleſiaſticarum, & Simoniaca labe ab Eccleſiis exſtirpanda*: 1073. 314
216. *ejusdem Decretum Comitiorum Ticinenſium de Depoſitione Georgii Papæ*: 1077. 314
217. *ejusdem edictum Synodale de Gregorii Papæ ob hæreſeos, ſcismatis & ſeditionis crimina depoſitione*: 1089. 315
218. *ejusdem Mandatum de Reformanda pace Imperii & Eccleſiæ*: 1105. 316
219. *ejusdem edictum de injuriis ſibi fraude Romani Pontificis illatis, & injuſta ſua degradatione*: 1106. 317
220. Henrici V. Franci Imp. *conſtitutiones.* 319
221. *ejusdem Oratio ad clerum Populumq́ Romanum de Pace publica Imperii & Eccleſiæ*: 1117. 319
222. Lotharii III. Saxonis Imp. *reſcriptum ad Abbatem Caſſinenſem, petentem ut ea, quæ ſunt juris Imperii, contra Papam vendicaret*: 1136. 310
223. *ejusdem Judicium in controverſia Papæ & Abbatis Caſſinenſis ſuper Imperii juribus, quæ Papam Abbatem, liberum Imperii Statum ac Principem, ſibi vindicare volebat*: 1137. 320
224. *ejusdem decretum de poſſeſſionibus bonorum Caſſinenſis & S. Vincentii Monaſteriorum*: 1138. 326
225. *ejusdem Mandatum de Neceſſitate cognitionis antiquitatum & privilegiorum ſacri Imperii*: 1138. 327
226. Cunradi III Suevi Imp. *conſtitutio de Beneficiis & terris tributariis*: 1141. 327
227. *ejusdem reſcriptum de concordia utriusque Imperii, Orientalis & Occidentalis*: 1143. 328
228 *ejusdem conſtitutio de Pacto & conditione inſerta in contractu*: 1145. 329
229. Friderici I. Babaroſſæ Suevi Imp. *conſtitutiones.* 330
230 *ejusdem conſtitutio de pactis inter Imperium & Eccleſiam ſervandis*: 1152. 331
231. *ejusdem reſcriptum de jure Imperatorum in Urbem Romam*: 1155. 333
232. *ejusdem conſtitutio de Tiburtinis, ut obediant Papæ ſalva ſuperioritate Imperiali.* 1155. 334
233. *ejusdem edictum de tuendis Imperii juribus adverſus rebellés*: 1158. 334
234. *ejusdem decreta comitiorum Roncaliorum de regalibus Imperii*: 1158. 334
235. *ejusdem decretum in cauſa Archiepiſcopi Bremenſis contra Ducem Saxoniæ Epiſcopoſque Magdeburgenſem & Verdenſem*: 1159. 336
236. *ejusdem conſtitutio de electione Archiepiſcopi*: 1159. 337

237. Ejusdem Collatio cum Papa de Urbis ſubjectione tributis patrimonii B. Petri imperio pendendis, hominio Epiſcoporum Italiæ &c. 1159. 337
238. ejusdem Mandatum de Concordia cum Pontifice confirmanda: 1159. 338
239. ejusdem edictum proſcriptionis adverſus Cremenſes & Mediolanenſes: 1159. 338
240. ejusdem edictum de dimiſſione Cardinalium ob crimen læſæ Majeſtatis captivorum, & electione novi pontificis facienda: 1159. 339
241. ejusdem Decreta Concilii Laudenſis de Confirmatione electi pontificis: 1161. 340
242. ejusdem Inſtructio pro Comite Henrico Trecenſi ad Regem Francorum de reformanda pace Eccleſiæ: 1162. 340
243. ejusdem Mandatum de Incompetentia Regis Francorum in cognoſcenda cauſa electionis Romani pontificis, quæ ad imperialem jurisdictionem ſpectat: 1162. 341
244. ejusdem reſcriptum ad Schiſmaticos Cardinales, ſuper eorum maledicis literis in Imperatorem & Papam Paſchalem emiſſis: 1165. 341
245. ejusdem Decreta Comitiorum Herbipolenſium de Confirmatioοe Paſchalis Papæ, & reprobatione Alexandri Schiſmatici: 1166. 342
246. Henrici Anglorum Regis Conſtitutiones, Mandata & reſcripta de Juribus Regni, contra Papæ & ejus aſſeclarum uſurpationes, injuſtitias & tyrannides, in Comitiis Herbipolenſibus ab Imperatore & Statibus imperii comprobata & confirmota. 345
247. Friderici Imp. edictum de Pace eccleſiaſticorum. 1157. 352
248. Acta Pacis publicæ inter Fridericum Imperatorem ex una, & Alexandrum Papam, Regem Siciliæ & Status Regni Longobardiæ ex altera parte: 1176. 353
249. ejusdem Imp. Mandatum diffidatorium ad Saladinum pro Reſtitutione Terræ ſanctæ: 1188. 362
250. Henrici VI. Suevi Imp. Conſtitutiones de Argentifodinis: 1189. 362
251. ejusdem Statutum de Servitute nativitatis ſeu genealogiæ. 363
252. ejusdem Conſtitutio de Obedientia Ducis Burgundiæ imperio præſtanda: 1190. 363
253. ejusdem Reſcriptum de Captivitate Regis Anglorum: 1191. 364
254. ejusdem Conſtitutio de Jure monetæ cudendæ: 1191. 364
255. ejusdem Aurea Bulla de Compoſitione inter Imperium & Regem Angliæ: 1191. 364
256. ejusdem Conſtitutio de fide vaſalli imperio & regno Franciæ pariter obſtricti. 365
257 ejusdem Decretum de Feudo Comitatus Matiſconenſis inter Comitem Palatinum Burgundiæ & Ducem Divionenſem ſuperioris Burgundiæ controverſo: 1193. 366
258. ejusdem Conſtitutio de rebus Eccleſiæ Romanæ concedendis: 1197. 366
259. Philippi II. Suevi Imp. Conſtitutio de Diffidamentis: 1201. 367
260. Balduini I. Flandri Imp. Conſtantinopolitani edictum de reſtauratione imperii Orientis & reduntione cum Occidentali: 1204. 367
261. ejusdem Reſcriptum de Præcellentia imperii, & obedientia Sacerdotii, ad Papam: 1205. 371
262. Ottonis IV. Saxonis Imp. Conſtitutiones: 1209. 371
263. Friderici II. Suevi Imp. edicta reſcripta & Mandata de Injuriis Romanorum pontificum in Imperatorem & Principes imperii, injuſtaque eorundem tyrannide & uſurpatione. 372
264. ejusdem edictum de Vicarii imperialis officio ac poteſtate: 1220. 657
265. ejusdem edictum de Paratis & manſionaticis & conductibus imperatori ad Comitia proficiſcenti exhibendis: 1225. 657
266. ejusdem reſcriptum ad Papam, à quo jubebatur ab Italia abſtinere, & litis cum Lombardis arbitrium in Papæ manus committere, & Terræ ſanctæ expeditionem ſuſcipere: 1236. 658
267. ejusdem edictum de Comitiis imperialibus Parmam indictis: 1236. 658
268. Concilii Lugdunenſis Decretum de electione Imperatoris Romani, ab Imperatore & Statibus imperii reprobatum: 1245. 396
269. ejusdem Imp. edictum adverſus Papæ & Concilii Lugdunenſis decretum de ſua depoſitione: 1245. 659
270. Conradi IV. Suevi Imp. Conſtitutiones. 397
271. Henrici VIII. Thuringi Cæſaris Leges de Judæis: 1245. 399
272. Wilhelmi Hollandi Imp. Regula Ordinis militaris: 1247. 400
273. Imperialis Proceſſus in unctione Regis Romanorum & in ejus Coronatione & conſecratione ſervandus. 401
274. Antiqua Ordinatio de Officio Comitis Palatini. 403
275. Formula Juramenti fidelitatis Vaſallorum ſeu Judicum imperio præſtandi. 404
276. Richardi Angli Imp. Conſtitutio de Hæreticis & blaſphemis: 1258. 404

267. *Ejuſdem Conſtitutio de Succeſſione in defuncti filii hæreditatem*: 1258. 405
268. Alphonſi Hiſpani Imp. *Mandatum ad Civitates imperiales de paratis, manſionaticis & conductibus coronando Cæſari exhibendis*: 1250. 405
269. Conradi V. (*vulgo* Conradini) Suevi Imp. *edictum de receptione cinguli militaris*: 1167. 405
270. S. Ludovici Francorum Regis *Pragmatica ſanctio de Rapinis & expilationibus Romani Pontificis coercendis*: 1268. 406
271. Rudolphi I. Habspurgii Imp. *Conſtitutio de Primis precibus*: 1273. 4-6
272. Alberti I. Auſtrii Imp. *Conſtitutiones.* 406
273. PhilippiFrancorumRegis *reſcriptum de Superioritate Regia, & collatione beneficiorum eccleſiaſticorum ad jus Regium pertinente, adverſus Papa Romani tyrannidem*: 1302. 407
274 *ejuſdem Articuli adverſus Papam in Synodo Pariſienſi propoſiti & decreti*: 1303. 407
275. Henrici VII. Lucemburgii Imp. *reſcriptum, Quod Imperator Papæ nullum juramentum præſtet* 1311. 407
276. *ejuſdem Authentica de Summa Trinitate & fide Catholica, & de Hæreticis*: 1312. 408
277. *Senatusconſultum de Lege Regia*: 1312. 408
278. Ludovici IV. (*verius V.*) Bavari Imp. *Decretum de Imperatoris Majeſtate, & quod ſit Imperator, qui ab Electoribus electus eſt, etiamſi à Papa non ſit unctus, conſecratus & coronatus*: 1338. 409
279. *ejuſdem Conſtitutio de imperii juribus & excellentia, & poteſtate electi Romanorum Regis*: 1339. 411
280. *ejuſdem Decretum adverſus inique poſtulata Romani Pontificis de Imperio à Sede Romana recognoſcendo*: 1345. 413
281. *ejuſdem Decretum de Pſeudoelectione Caroli Boiemi annullanda, & de juribus Imperii adverſus Papam & ejus ſectatores manutenendis*: 1346. 413
282. Eduardi Angli Poſtulati Cæſaris *reſcriptum de Libera electione eccleſiaſticorum perſonarum adverſus Romanæ Sedis gravamina*: 1346. 411
283. *S. Romani imperii Electorum & Statuum Decretum de Jugo pontificio excutiendo.* 1347 414
284. Guntheri Schwarcenburgii Imp. *edictum de imperii excellentia, & poteſtate electi imperatoris*: 1349. 414
285. Caroli IV. Bohemi Imp. *Decretum de Reformatione Cleri*: 1366. 415
286. *ejuſdem Conſtitutio de Libertate eccleſiaſtica*: 1377. 415
287. Sigiſmundi Hungari Cæſaris *Conſtitutio de Pace infidelibus & rebellibus ſuis facta*: 1403. 417
288. *ejuſdem Decretum ſuper Donationibus poſſeſſionum, quæ rebellium fuerant*: 1404. 419
289. Caroli Francorum Regis *Arreſtum de Annatis*: 1406. 421
290. *ejuſdem edictum ſuper Libertate Eccleſiarum Regni & Delphinatus, quoad exactiones, annatas & gravamina per Papam impoſita*: 1407. 422
291. Jodoci Moravi Imp. *Sanctio de reſiſtendo Regiæ Majeſtati, ſi contra Ordinationes imperii fecerit*: 1410. 424
292. Sigiſmundi Imp. *Conſtitutio de electione Romani pontificis, quomodo & forma per Concilium ſit celebranda*: 1415. 424
293. *ejuſdem Conſtit. de Concilio per imperatorem tuendo in libertate electionis*: 1415. 425
294. *ejuſdem Aurea Bulla de Adhæſione Concilii Baſilienſis Decretis inconcuſſe facienda*: 1432. 426
295. *ejuſdem Aviſamenta ad Papam*: 1433. 427
296. *ejuſdem Instructio Legatis data miſſis ad Papam pro expeditione Romana*: 1433. 429
297. *ejuſdem Conſtitutio de Advocatia & protectione Eccleſiæ Romanæ*: 1433. 431
298. *Synodi Conſtantienſis Confirmatio conſtitutionum imperialium de Libertate Eccleſiaſtica*: 1443. 433
299. *ejuſdem imperatoris reſcripta & Decreta varia.* 436
300. *ejuſdem edictum de Incompetentia Concilii in judicandis cauſis principum imperii ad ſacram Cameram pertinentibus*: 1434. 440
301. *ejuſdem Decreta Comitiorum Poſonienorum*: 1435. 442
302. *ejuſdem Decretum ſuper modo exercituandi & expeditionem generalem faciendi*: 1435. 451
303. *ejuſdem edictum de Salvo conductu concilii, perſonarumque ad illud euntium, ibidem ſtantium & inde recedentium.* 1435. 453

e

304. *ejuſ-*

314. ejusdem confirmatio Articulorum cum Huſſitis concordatorum de uſu calicis in Euchariſtia: 1436. 454
315. ejusdem decretum de Uſu Calicis petentibus concedendo: 1436. 454
316. Synodi Baſilienſis Bulla de Papa Romani ſuſpenſione ab officio Paſtorali propter ejus lupinam tyrannidem, ad S. Rom. Imperii Electores: 1437. 455
317. Synodi Baſilienſis reſcriptum ad Electores de Non impedienda Eccleſia reformatione in capite & in membris, & quod Papa ſubjectus ſit Concilio, quodque tyrannica ejus adminiſtratio à Concilio ſuſpendi debeat: 1438. 456
318. Alberti II. Auſtrii Imp. Decreta Comitiorum Eudenſium: 1439. 458
319. Synodi Baſilienſis reſcriptum de promovenda reformatione Eccleſia in capite & in membris, ut ei Papa ſubjiciatur, & quod Papa non habeat poteſtatem mutandi Concilia, & quod tyrannice agens ab officio Papali debeat ſuſpendi, & ſi non reſipiſcat, deponi 1439. 463
320. Synodi Baſilienſis Reſcriptum ſuper eodem facto, & ut Principes non obedire velint Papa, ſed ut eum refutent: 1439. 469
321. Synodi Baſilienſis reſcriptum ad Imperatorem de transferendo Concilio: 1442. 475
322. Friderici III. Auſtrii Imp. Sacra ad Papam de Regnis legitimo haredi non auferendis, aut in alium transferendis: 1444. 477
323. ejusdem Sacra ad Papam de Expeditione contra Turcas facienda: 1453. 478
324. Uladislai Hungari Deſignati Cæſaris Decreta de Expeditione Turcica: 1454. 479
325. Caroli Francorum Regis edictum contra Romanum Pontificem: 1495. 482
326. Maximiliani I. Auſtrii Imp. Conſtitutio de Honore & privilegiis Poetarum: 1501. 482
327. ejusdem edictum contra Bannum Papale, & ut diſtringantur Sacerdotes, qui homines imperii ad judicium Pontificis Romani evocare audent: 1505. 659
328. ejusdem Mandatum de Subjectione civitatis Patavii, & deſtructione rebellium: 1507. 483
329. ejusdem Mandatum de abolendis Actis & decretis Conciliorum Turonenſis & Piſani contra Papam Julium celebratorum: 1512. 484
330. ejusdem Mandatum de Transferendis ſcriptoribus rerum geſtarum Imperii Græcorum, quod Theutonici imperatores vindicare ſibi debent: 1514. 485
331. ejusdem reſcriptum de bello Turcis inferendo, & ut Papa atque Cardinales perſonaliter imperatori in eo aſſiſtant, ad Papam: 1517. 485
332. Ferdinandi Auſtrii Cæſaris Conſtitutio ad removendos abuſus, & ordinatio ad vitam Cleri reformandam, per Legatum Pontificium publicata: 1524. 487
333. Caroli V. Auſtrii Imp. reſcriptum de Injuriis Romani Pontificis in imperatorem & imperium: 1526. 492
334. ejusdē reſcriptū de injuſta Papa uſurpatione. & de convocatione Concilii generalis: 1526. 493
335. Ferdinandi Cæſaris Conſtitutio de recompenſandis bene præclareque de Republica meritis: 1526. 494
336. Caroli V. Imp. & Ferdinandi Cæſ. Decreta Comitiorum Spirenſium: 1529. 494
337. Ferdinandi Cæſaris edictum de Supplicationibus publicis inſtituendis pro avertenda Dei ira: & de contributionibus communibus in bellum Turcicum: 1529. 505
338. Caroli V. Imp. Reſponſio ad poſtulatos articulos Clementis VII. Papæ de Concilio celebrando & audiendis adverſariis: 1530. 507
339. ejusdem Articulus ad cauſam Religionis ſpectans: 1530. 507
340. ejusdem Juramentum de Protectione Papæ & Eccleſia Romana: 1530. 508
341. S. Rom. Imperii electorum epiſtola de Ordine ingreſſus Principum in Comitatu Imperatoris: 1530. 508
342. eorundem reſcriptum de egreſſu & ingreſſu Principum: 1530. 509
343. ejusdem Imperatoris Declaratio de Ordine egreſſus & ingreſſus Principum imperii in Comitatu imperatoris: 1530. 510
344. ejusdē reſcriptū ad proteſtantiū Principum & Statuū poſtulata in cauſa Religionis: 1530. 511
345. ejusdem decretum in Cauſa religionis: 1530. 513
346. ejusdem reſcriptum de decreto Religionis recipiendo: 1530. 514
347. Ferdinandi Cæſaris edictum de expeditione contra Turcos facienda: 1531. 515
348. Caroli V. Imp. & Ferd. Cæſ. conſtitutiones criminales publicorum judiciorum: 1532. 516
349. Franciſci Franc. Reg. reſcrip. de Emendatione & unione Eccleſ. ad Melanchthon. 1535. 560
350. Ferdinandi Cæſ. Sacra de veritate doctrina Evangelica per Lutherum repurgata: 1537. 561
351. Caroli V. Imperatoris & Ferdinandi Cæſ. Decreta comitiorum Francoford. 1539. 562.

352. Caro-

352. Caroli V. Imp. *Conſtitutio de Obſervatione canonum Synodalium, & advocatiis proce-* 564
ctionibusque Eccleſiarum: 1549. 566
353. Ferdinandi Imp. *edictum de Catechiſmis doctrina Chriſtiana*: 1554.
354. *ejusdem reſolutio de Colloquio VVormatienſi, & ſectarum Auguſtana confeſſionis diſſen-* 567
ſionibus: 1557.
355. Caroli Francorum Regis *Articuli de Reformatione morum* & Eccleſia *diſcipl.na*: 570
1563.
356. *ejusdem Proteſtatio contra Pium IV. Papam, pro praeminentia ac praſeſſione Regis Chri-*
ſtianiſſimi ante Regem Catholicum, adverſus Papa iniquos & impios proceſſus, & nullita- 572
tem Concilii Tridentini: 1563.
357. Maximiliani II. Auſtrii Imp. *edictum de Studiis literarum promovendis*: 1565. 574
358. *ejusdem edictum de pace religionis, & damnatione Georgii Ederi, Doctoris turbulenti*
ac ſeditioſi, famoſorum mendacium & injurioſorum libellorum, quos pro fide Romana ad- 575
verſus Proteſtantes edidit: 1573.
359. *ejusdem reſcriptum de Cantu Eccleſiaſtico, & divini Officii emendatione*: 1575. 576
360. *Gregorii XIII. Papa Bulla de Emendatione Calendarii*: 1582. 577
361. Rudolphi II. Auſtrii Imp. *edictum de Officio Principis militaris in hoſte perſequen-* 579
do: 1594.
362. *ejusdem reſcriptum ad Ordines Regni Polonia de pactis non contraventis*: 1594. 580
383. *ejusdem reſcriptum de Belli alea, & recipiendis Principibus ad imperium à Turcis defi-* 581
cientibus: 1594.
364. *ejusdem reſcriptum de Mundibur de Principum in protectionem imperii ſuſceptorum*: 582
1595.
365. *ejusdem Sacra ad Papam de Contributione ad bellum Turcicum facienda*: 1596. 582
366. *ejusdem reſcriptum de Feudis imperii ſine Electorum & Ordinum conſenſu nemini aufe-* 584
rendis aut in alium transferendis: 1598.

GLOSSARIUM

VERBORUM THEUTONICORUM, ET ALIORUM, QUÆ DIFFICULTATEM AC REMORAM LECTORI afferre poſſe videbantur.

A.

ACceptor, *accipiter.*

Adiactivus, *in judicium citatus.*

Adjectire, *in judicium citare.*

Adjurnare, *diem dicere, citare, evocare.*

Admallare, *mannire ad mallum, vocare in judicium.*

Admiralis, *navarchus, ſive Præfectus maris.*

Admiſſarius cum grege, *c'eſt un eſtallon avec le trouppeau & haras de jaments pour faire race, vulgo* Haras.

Adrhamire, *jurare*, attamer.

Adſalire, anfallen/aſſaillir.

Aeneum, *caldarium*, *χαλκεῖον*, *in quo fervens aqua ebullit pro examine juſtitiæ faciendo.*

Affatomia. afferthum/ *quam quis alterum in poſſeſſionem bonorum ſuorum immittit per feſtucam.* 13.

Aggagula, *lena, verbum Gothicum*, agula *hodieque Lombardis.*

Aldiones, *servi fiſcalini.*

Aldiones, halten/ *liti, miniſteriales. Unde* ehehalten/ *famuli domeſtici*, familiares *Latinis. verbum eſt Longobardicum.*

Alodis, *terra propria, paterna & aviatica, cui opponitur* feudum.

Ambaſiara, *Legatio*, *mandatum*, ambaſſade.

Ambaſiator, *legatus*, *orator*, *nuntius*, ambaſſadeur *Gallis*, Imbaſciature *Italis*, embaxador *Hiſpanis.*

Anera, endt/ *anas.*

Angana, ancken/ mulctralia, Was auf der Sendt zu machung milch/ butter/ und keß gehört.

Aooatæ, *tributa, quæ ex bonis Eccleſiarum Romam perferuntur, taxæ in nonnullis Regnis vocantur.*

Archicapellanus, *Archicancellarius.*

Arenda. warung/ *curatio, adminiſtratio. Hungarice.*

Argutarius canis, ſpürhund/ *odorus, odoriſequus*, ... *vel* ...

Arimanni, Hermänner/ *milites beneficia & prædia ab Imperatore conceſſa poſſidentes, ut fieri ſolet in devictis provinciis: vaſalli minores.*

Ariſtaton, *tegumentum ſuper tumulo vel feretro miſſum.*

Arneſia, harniſch.

Arpennis, *ſemijugerum*, arpent.

Arreragia, *reliqua, id eſt, reditus & cenſus ac penſiones adhuc reſtantes elapſo ſolvendi termino*, arrerages.

Arreſtum, *decretum, placitum, ſententia, conſtitutio*, arreſt.

Arreſtare, *decernere, judicare, definire, conſtituere, ordinare*, arreſter.

Aſcus, naſch/nach/lembus.

Aucellus, *aviculus: aliquando etiam pro anſerculo ponitur.* Auca, *anſer.*

Aviaticum, *quod ab avis & majoribus venit.*

Aviſare, *ſignificare, monere, inſtruere, conſulere, deliberare, admouere*, adviſer.

Aviſamentum, *ſententia, conſilium, monitum, admonitio.*

B.

Bailia, *juriſdictio, diœceſis, præfectura*, baillie, baillage.

Balatro *vel* Baratro, *nequam, leccator.*

Banderium *cohors* cccc. *militum.*

Bannus, *vel* Bannum, bann/ *mulcta judicialis.*

Bannum, acht/ *proſcriptio.*

Bannitus, *proſcriptus, aqua & igni interdictus.* 394.

Banus, *Proſes Regius in regno Hungariæ adjunctus, qui vexillo alios omnes præit.*

Bargus, *ramus, truncus.*

Baru, Freyer/ *homo liber.*

Bauga, banck/heerbanck/ *tympanum.*

Bedellus, büttel/ *præco, lictor, apparitor.*

Beudum, beudt/ *menſa, convivium.*

Biccelli, bickel/ *haſtula amentata.*

Bolera, pollet/ paßport/ *litera ſecuri paſſus vel tranſitus.*

Boletarius, *magiſter boletarum, qui litteras paſſus ſcribit.*

Brachile, armbandt/ bracelet.

Brachium ſeculare, *gladius civilis.*

Brevis, *vel* Breve, brieff/ *epiſtola, littera, ſchedula.*

Brunia, Brünet/ *galea, lorica.*

Buccus, *hircus*, bock.

Burgus, *caſtellum.*

Buticularius, Butelier/ *oeconomus, diſpenſator cui rerum ſumma committitur*, bouticlier.

Byrzagium, *mulcta judicialis, compoſitio publica ſive fiſcalis.*

C.

Caballus, caball/ *equus*, cheval.

Cambire, *permutare, cum mercibus negotiari.*

Cambiare, kemmen/ *permutare*, changer.

Camborta, *frutex incurvata & repanda*, cambree. *unde* kamberladen/ *per quam vites curvantur & repandantur.*

Campus, kampf/ *pugna, duellum, monomachia.*

Campus, *caſtra, præſidia, ſtativa caſtra.*

Capellanus, *cancellarius*, *primarius ſcriba.*

Capellare, *vel* Capulare, ſchaben/ *detrahere, frangere, exſcindere.*

Capritus, *caper*, cabrit.

Capulare veſtitum, kleid ſchneiden/ *ſcindere pannum ad formam veſtis.*

Carale, *quod carro vehitur.*

Cariſtia, *annona caritas.*

Carnaticus *vel* Carnaticum, fleiſchgab/ *carnium exactio, ut ſunt friſcinga, porcelli, pulli, &c.*

Carrata, karrenvoll/fuder.

Carrigo, karr/ *carrus.*

Carruca, karr/ charrue.

Caſa, *domus ruſtica, tuguriolum agreſte.*

Caſa Dei, Gotshauß.

Caſamentum, *tenementum, poſſeſſiones, territorium.*

Caſata, *prædium ruſticum quod à colonis colitur, qui in caſa ſerviunt.*

Caſati, *coloni caſales.*

Caſatici eccleſiaſtici, Gotshaußleuth.

Caſtellanus, *Præfectus caſtri.*

Caſtitia, *hinc* Kaſtenvogt *dicitur Monaſterii aut Epiſcopi Advocatus.*

Catabulenſis, *καταβολαῖος*, *mercator, qui in aliquo emporio conſiſtit.*

Catalla, *bona propria, ſubſtantia. vocabulum Anglicum*

Cauculatores, gauckler/ *circulatores, præſtigiatores.*

Cenitus, kenning/ *homo nobilis.*

Cenſus, zinß.

Centena, zent/ *Centuria, judicium centumvirale, Anglis* Hundert.

Centenarius, Zentgraff/ *Centurio, quem Comes centeſimum quemque ſibi ſublegit.*

Charoena *vel* Charovvena, herbheend/ *violenta ex manibus extorſio.*

Chrenecruda, *fort.* grünkrut/ *viridis herba. Ut chrenecruda jactare ſuper aliquem dicatur pauper, qui ad dictorem cogna-*

Google

cognatum pro redemtione ſui provocat. Nam vulgo dicimus de eo, qui neglegenter rem domeſticam gerit, Er kompt auff keine grunen Zweig/ oder waſen.

Ciſpitaticum, *vel* Ciſpaticum, *vectigal pro vsa ceſpitibus munita.*

Clauſa, æ, kluß / beſchloſſen gut/ *ſeptum.*

Clauſusa, kluſi/ *ſepimentum, maceries.*

Clauſtrum, Kloſter/ *monaſterium, cloiſtre.*

Cloca, glock/ *campana.*

Cluſura, Kluß/ *caſtellum viam claudens, burgus in anguſtiis alpium poſitus.*

Coccus, gugget/ gock/ *gallus*, coq.

Cociones *vel* cogciones, gecken/ *μεταβολεῖς, dardanarii, permutatores, impoſtores.*

Cocleasii, goekler/ *circulatores, praſtigiarii.*

Collata, Collatz/ *convivium, comeſſatio, ſymbola.*

Collaterales Imperii, *Principes Imperii, qui dimidium Imperium cum Caſare habent, quibus cura Reipub. pariter cum Imperatore incumbit, ut ſunt Electores.*

Colonitia, Kellerey.

Colpus, kolb/ *ictus*, coulp *aut* coup.

Comes parochialis, *Praſes parœcia ſeu Comitatus.*

Comitatus, *Curia vel Aula Principis & Imperatoris, judicium Regium.*

Comitiva, *Comitatus Principis adjunctus, Aula Principis.*

Commetanei, *confines, convicini.*

Concagatus, *merdatus, ſtercoratus,* beſchiſſen.

Coocapulare, *truncare, excidere.*

Coorisa, *concades. ſeps.*

Condeſcenſio, *citatio irrita, vel litis in alios translatio.*

Conductus, glaidt/ glaidtgelt.

Conhibere, *connivere.*

Conjectum, *contributio, collatio de ſubſtantiis.*

Contradictus, *vetitus, prohibitus.*

Contubernium, *auxilium, collecta manus.*

Conversa, mitweer/ *commune auxilium, ſubſidium.*

Credentiæ, *ſecretarii, conſiliarii, ſanatores. Italicum eſt.*

Crucilia, *cruces per vias erecta.*

Cultellus, *dentale, dens aratri*, coultre.

Cultra, golſter/ *culcitra.*

Cuplæ canuoi, kuppelhund.

Curia, hoff/ *Comitia, Conventus Imperialis,* Reichßtag/ *judicium Regium.*

Curtis, ſchure/ *domus ſep mento cincta.*

Cuſſinum *vel* Cuſſinus, küſſe/ *pulvinus, culcitra lecti.*

D.

Deforciare, *per vim & violenter auferre, retinere, de facto violare, desforcer.*

Denarialis homo, *manumiſſus jactato denario coram Rege.*

Deſpotus, *δεσπότης, Dominus, Princeps.*

Dieta, *unius diei iter*, tagreiß.

Dieta, *indictus Conventus, congregatio, Comitia,* Tag/ Landtag/ Reichstag.

Diffacere, *deffaire Gallis.*

Diffidare, *bellum indicere, pro hoſte ſe haberi velle nunciare,* deffier.

Dilatura, *mulcta, emenda,* frefel/ buoß.

Diſcargare, abladen/ deſcharger.

Diſpenſa, *deſpenſe, ſumptus, impenſa.*

Diſturbia, *turbationes, motus publici.*

Drappus, *pannus, veſtimentum.*

Dromones, *navigia celerrima, quaſi curſoria.*

Dromanarii, *qui dromonibus praſunt.*

Druchte, trutte/ vertrawte/ *ſponſa.*

Ducatia ſcrova, *ſectaria, ductrix gregis porcorum.*

Durpilos, dürpel/ *liminare, veſtibulum.*

E.

Excervicare, *excorticare,* abſchelen.

Excontrum, *cum obſes alterius recedentis vel dimiſſi obſides loco datur.* Excontrare.

Excorticare, *excoriare.*

Excurtare *vel* Eſcurtare, *barbare, pro curtare, ut* Exenia &c.

Exercituare, *caſtra ſequi, conſcribere milites.*

Exfeſtucare, *poſſeſſione abdicare.*

Evva, ehe/ *lex.*

F.

Faida, fehd/ *inimicitia, aperta ſimultas,* feud/ *Anglis.*

Farfalius, vorfall/ *propoſitum delinquendi.*

Feodum *vel* Feudum, *beneficium, terra tributaria & fides alicujus commiſſa.*

Ferendarius, *procurator.*

Feſtuca, *ſignum tradita poſſeſſionis,* feſtu, exfeſtucare, *exheredare, exfeudare.*

Fidedignitates, *ſunt proceſſus & teſtimonia cum Canonicis & Monachis.*

Fidejuſſores tollere, pfenden/ *pignorare, repreſaliare alicujus ſubditos.*

Filtortus, *res apud alium inventa, & in tertii manum commiſſa aut ſequeſtrata.*

Filtrum, filtze/ belz/ *pellicea veſtis.*

Fodrum, futer/ *praſtatio cibi & potus pro hominibus & jumentis,* fuoter und mal.

Forbannitus, verbandt/ *proſcriptus à judice.*

Forbannitus, verbant/ *ſancitus & cum interdicto ſancitus.*

Forbannita res, verbandt/ *id eſt, à magiſtratu ſub interdicto propoſita & vindicata.*

Forbattutus, verbotten/ *interdictus.*

Forenſis, *exterus, extraneus, peregrinus: vel nundinator, qui fora frequentat.*

Forſactum, *delictum, crimen,* forfaict.

Forizare, *nundinari, fora negotiandi cauſa frequentare.*

Forsconſiliare, verrathen/ *prodere.*

Fortalitium, *caſtrum munitum, munitio, propugnaculum.*

Fortia, *vis, potentia,* force.

Fredum, frevel/ *mulcta judicialis, compoſitio fiſco debita.*

Foreſtis, forſt/ *prohibitio in aqua piſcandi, aut in ſylva venandi,* fiſch und wildbann.

Friſcingæ, friſchling/ *vituli, non autem porcelli.*

G.

Gabella, *vectigal.*

Galea, *genus navigii.*

Gaſachio *vel* Gaſachius, gegenſacher/ *adverſarius cauſator.*

Gaſindius, geſind/ *familia domeſtica.*

Gaſtaldiones *vel* Gaſtaldii, gaſthalten/ *procuratores urbium, villarum & caſtrorum,* gaſtaldo *etiamnum Italis. verbum eſt Logobardicum, quaſi* warhalten/ *vaſſaldiones ſive vaſſaldiones.*

Geldonia *vel* Gildonia, willthun/ *confratria.*

Genuculus, *gradus cognationis vel generationis.*

Gravio, Graf/ *Comes.*

Granicies, gräntzen/ *meta & limes Regni.*

Guerra, werr/ *bellum.*

Gunebodigni, Guntbodigni, Gunebadingi, *Burgundi, Gundebada lege viventes.*

H.

Habiaticum, *aviaticum, res avita.*

Halli, *ramifices & aridi,* hales, *ἀπὸ τῦ ἁλίζειν.*

Hamallus, *qui ſuſcipit cauſam ad mallandum vel agendum in vicem alterius, advocatus, procurator.*

Harniſcara, harenſchar *pœna corporalis, vulgo* Zu haut und har. Arner, *delumbare. Species poſita videtur pro genere.*

Haſtiludium, *torneamentum, tyrocinium.*

Heterburgius, Hörberger/ *adhuc Helvetiis dicitur veneficus.*

Heribannus, Heerbann/ *bannus in hoſtem ſeu vocatio ad caſtra vel exercitum, mulcta non ambulantis in exercitum.*

Hereſchild, Herſchildt/ *militia cingulum.*

Heriscliz *vel* Herisliz, Heerſchilt/ *deſertio caſtrorum aut exercitus, ſive deſertionis mulcta.*

Herizup, *collecta & congregatio graſſantium militum.*

Herpix *vel* Erpica, *inſtrumentum ruſticum ad terendas glebas*, erpſen.

Hierarcha, *Abbas.*

Hiuſare, haſten / in haſt nemen oder legen/ *arroſtare.*

Homagium, *mulcta ſive emenda capitis pretioſi*, weitung oder ſtraff des beſten hauptſals/ *in Hungaria.*

Homagium, *clientela & obſequium, ſubmiſſio quam vaſallus facit ſuo domino.*

Hominium, *pro eodem.*

Homines, *pro vaſallis ac fidelibus Regni.*

Hoſtis, *exercitus*, oſt. hoſte hueſte.

Hranne, rhan/ *coloſtrum*, Rhanbriſt *Helvetiis.*

I.

Jamundilingi, jammundling/ *qui ſe bonaque ſua in poteſtatem ac ditionem Epiſcopi aut Abbatis commiſerunt.*

Icon, *imago Crucifixi*, εἰκών.

Idoniare, *idoneum & innocentem ſe facere.*

Jectare, *in judicium citare.*

Illaldiones, *miniſteriales Regii.*

Impotus, Impf/ *fructus plantatus.*

Inbreviare, *inſcribere, in ſcriptum referre, notare*, auffſchreiben/ *inventare.*

Inbreviatio, *inventarium.*

Inbreviatum, *inſcriptum, in regiſtra relatum ſive acta judicialia.*

Incrocare, *mettre au croc.*

Iudiculus, *teſtimonium à magiſtratu vel judice acceptum.*

Infereoda, *illatio, tributum illatorium*, eintrag.

Ingenium, *machina, inſtrumentum*, engin.

Jobagiones, *coloni, mancipia, homines colonarii, verbum Hungaricum.*

Joculatores, ſpilleuth/ *ludiones & citharœdi.*

Judices nobilium, *quatuor delecti in Comitatu ad jus perſequendum*, Zolgabyro *Hungaris.*

Jugum *vel* Jugerum, juchert/ *ſpatium agri quantum bos in die arare poteſt.*

Juniores, Juncktheren/ *liberi Domini.*

Juſtitia, *praſectus juſtitiæ, juridicus, judex, miniſter Regius.*

L.

Laiſus, *ſinus.*

Lega, *gradus bonitatiſque metallorum.*

Leodes vini, winleuth/ *tabernarii, caupones.*

Leudis, *compoſitio liberi hominis.*

Leudi, leuth/ *homines, id eſt, vaſalli ac fideles Regni.*

Ligius, *vaſallus immediate & totaliter ſubjectus.*

Ligietas, *clientela, obſequii præſtatio vaſalli ligii.*

Linguagium, *lingua, idioma, ſermo.*

Literatorius, *literis comprehenſus, in ſcriptis factus.*

Literatorie, *in ſcriptis.*

Litus, Lin/ *ſervus, à liſſen/ id eſt, ſervando dictus, quia in bello ſervatus ſit, colonus proprius. Alibi etiam* Lazus, Laß/ *à* laſſen.

Logotheta, *antiquarius, regiſtrator Rei publicæ.*

M.

Macholum, gmachol / *horreum ſine tecto*, machau.

Magiſter, *de cane*, abgericht.

Majores *ſuperiores, Domini, Præfecti, Præpoſiti, Prælati.*

Mallus *vel* Mallum, mal / *judicium.* Malſtatt / *locus exſequendi judicii.*

Mallare, *in jus vocare ad judicem.*

Mallobergium, malberg / *conventus publicus mulctarum fiſco debitarum gratia* buoßgericht.

Malman, mahelman/ *fideles Eccleſiarum miniſteriales.*

Mancatio, *mutilatio, membri privatio.*

Mandualis, maldel/ *cancelli.*

Maneria, æ, *vectigal ex dominico manerio.*

Maneries, *modi, genera, conditiones*, maniere.

Manerium, *domicilium, domus, habitatio*, manoir.

Mangones, *deceptores & impoſtores vagabundi*, Fahrend ſchuler/ zigeuner.

Mannire, manen/ *in jus vocare, citare, monere, commonere*, ſemondre *&* adjourner.

Mannita, maning / ladung/ *citatio, admonitio.*

Manopera, *ſervitium manuale.*

Manſionaticus, *hoſpitum ſuſceptio*, auſpann.

Manſuarius, *qui unum manſum colit.*

Manſus, Mans/ mas/ σύγκλος, meis *Burgundis*, mois *Normannis. hinc* mansmai/ mangrab/ *&c.*

Manuale factum, handthat / *manifeſtum factum.*

Marca, *locus judicio habendo deſtinatus, forum.*

Marcha, march/ *fines, limes.*

Marcha, marckh/ *auri & argenti pondus.*

Mardurinæ, *dicuntur vectigalia & tributa exactioneſque Regiæ, in Sclavonia.*

Maſſa, maas/ mos/ *prædium.*

Maſſa, *villa armentaria, curtis jumentorum*, maſthoff.

Matrix, *Eccleſia cathedralis.*

Miles, *homo Nobilis ex ordine equeſtri*, Ritter/ Junckher.

Miniſteriales, knecht / *miniſtri villarum.*

Miſſa, Meß/ *mercatus, nundinæ.*

Miſſi, Geſandte/ *Commiſſarii, Legati Imperiales ſeu Regii.*

Miſſaticum, *Commiſſariatus.*

Miſſaticum, *legatorium*, geſandſchafft/ *munus & officium Legati.*

Modius *vel* Modium, mütth / *genus menſuræ, quo frumentum menſuratur.*

Molinus, mülin / *mola, molendinum*, moulin.

Mordricus, mörder/ *homicida, latro.*

Mordricare *vel* Mordridare, *nefariè occidere & trucidare.*

Morttaudus, mörder/ *homicida.*

Mortua manus, nach eines mannes todt/ mortemain.

Muffulæ, *ſhiberna manica, chirotheca hiberna, mouſles.*

Mundeburdis *vel* Mundeburdium, *tuitio, defenſio, advocatia, tutela*, manburnie.

Mundium, mundt / *tutela, tuitio, defenſio.*

N.

Nauffum *vel* Noffum, *ſarcophagus ligneus, feretrum*, nau.

Nedfir, Nötfeur/ *ignis Kalendis Martiis fieri ſolitus.*

Nonni *monachorum præpoſiti.*

Nonnæ, Nonnen/ *Monachæ, Moniales.*

Nunnanes, Nonnanes, Nonnen/ *moniales.*

O.

Oblata, offlata/ *panis rotundus.*

Obligatores, *qui liciis vel ligaturis magicis homines faſcinant.*

Obmallare, *adſumere, reſpondere in judicio*, gerichtlich verantwortten.

Octavæ, *ſunt conventus juris dicundi in Hungaria, octo diebus ante Georgii & Martini diem: nunc Lucæ.*

Officiolatus, *officia, honores, dignitates*, ámpter.

Olitana conſuetudo, *inolita, vetus, antiqua.*

Orca, ὄρκα, *menſura olearia.*

P.

Palatii Comes, Pfalzgraff.

Pagani, *unius villæ vel juriſdictionis incolæ.*

Parada, fräß / *expenſa ad hoſpitum ſuſceptiones*, fütterung maal.

Paramenta, *ornatus & miniſteria Eccleſiarum.*

Paraveredus, pferd/ *equus ſuperadditus* pale-

palefroy, palafreno. *Hinc* paleſtemier, *equorum & ſtabuli curator.*

Paraveredi, pferd. *majores equi agminales.*

Parentes, *cognati*, parens *Gallis.*

Parentilla, *cognatio*, parente.

Pathippus, πάππος, *equi affectator.*

Parlementom, *Curia ſuprema, Camera Regni, Curia Regis tribunalis, in Gallia.*

Paſſagium, *tranſitus*, paß.

Paſſus, paß/ *tranſitus.*

Paſtoralis canis ſchäfferhund/ Meyerhund *pecuarius.*

Philtrum, filtz/ *pellicea veſtis.*

Pictatium, *ſyngrapha, manu emiſſa*, pitſchafft.

Plaga, plag/ *percuſſio*, playe.

Plagare, plagen/ *percutere*, player.

Planeta, *caſula, veſtis laxa Sacerdotũ.*

Platoniæ, platten / *lapides caſi & formati in orbicularem aut quadratam formam.*

Plegii, *vades, prædes, fidejuſſores*, pleige

Plegium, *vadimonium, ſecuritas, cautio, fidejuſſio, appromiſſio*, pleige.

Plumalia, *ſunt pellicia Electorum Imperii indumenta humeris ſuperinjecta.*

Plovium, *plevine Gallis.*

Polyptica, πολύπτυχα, *tabula publica, in quibus cenſuarum poſſeſſorum nomina erant perſcripta, & quantitas penſionum à fiſcalibus exigenda.*

Pontaticum, *vectigal per pontem.*

Porpriſum *vel* Purpriſum, *invaſum, violenter occupatum, injuſte obtentum.*

Poſſeſſionaria jura, *poſſeſſionum jura, ut caſtrorum, oppidorum, &c.*

Poſtergare, *poſtponere, negligere.*

Potentia, *vis facta violentia illata.*

Potentionarius *violentus.*

Poteſtaria, *præfectura, Poteſtatis officium.*

Priſerit, *prehenderit.*

Proclamata congregatio, *olim judicium in Zala Hungariæ, rigidum, & paucis diœceſibus: poſtea dilatatum & contra oppreſſores ordinatum.*

Prothodomeſticus, *primarius miniſter in Aula: verbum eſt Græco-Latinum.*

Puledrus, füllt/ *pullus*, πῶλος, poulain.

Pulſare, *accuſare, convenire.*

Pulſatus, *accuſatus, conventus.*

Pulveratieum, *vectigal pro labore viarum & pulvere in viam regiam comportato.*

R.

Rachimburgius, Rechtbürg / *judex, Comitis aſſeſſor.*

Ramus, *locus cuſtodiæ reorum, truncus*, ſtock.

Racaptivare, *recuperare, requirere.*

Reſſare, reſſen/ *vellere.*

Reicula, *recula, parva res.*

Reippus, *pretium emptionis viduæ matrimonii cauſſa.*

Reſtollare, *retardare, impedire, exercitum opponere, Bulgarice*, ἀπὸ τῦ ς̓όλου.

Retorta, wid/ *ſuperior virga, qua ſeps continetur.*

Reveſtire, *refeudare, reſtituere in poſſeſſionem alicujus rei.*

Revvadiare, *dicitur judex, quũ mulctam in lege præſcriptam pronunciat.*

Riedfeor, riedfeur / *ignis paganus, qui Kalendis Martiis fit.*

Rotaticum, *droict de rouage, vectigal pro rotis.*

S.

Sactivus majalis, *ſacer, & Eccleſiæ vel Monaſterio debitus ac devotus.*

Sagibaro, ſachbar/ *judex a Comite ſecundus, homme de loy ou de cauſes.*

Sajon, *vel* Sajus, *Præpoſitus*, Preuoſt, *verbum Gothicum. Hiſpanis hodieque* Sayon, *dicitur lictor, apparitor, ex Gothorum reliquiis.*

Saiſire, *occupare & manum Regiam inîicere*, Saiſir.

Salica terra, *publico fiſco feudalis, dicta à Saliis, id eſt, Thuringis & Francis Germanis à flumine Sala ita appellatis, qui prædia publica dixere Salicu, eo quod eorum penſiones, ad fiſcum Salicenſem vel Saleciſconſtitutum ſolverentur.*

Salutatieum, *vectigal pro ſale.*

Salvagardia, *tutela, protectio, ſalvihabitio*, ſauvegarde.

Salvos conductus, *fides publica interpoſita*, ſauf conduct.

Sarzianti, *Officiales, miniſtri Reipublicæ* ſergeans.

Sauma, ſaum *clitella qua ab equo commodo geſtari poſſunt.*

Sauma, ſaumroß/ *equus clitellaris.*

Scancio, ſchenck/ *pincerna.* Comes Scancziarum, Ertzſchenck.

Scara, ſchaar *turma, collecta.*

Scatlegi, ſchadleaung/ *ceſſatio ab armis, armorum depoſitio.*

Schalcus, ſchalck/ *ſervus miniſter.*

Schalchum *vel* Schalcus, ſchelmenſtück *damnum fraudulenter datum.*

Scintæ, zinßgüter / *terræ cenſuales à colonis conducta pro cenſu annuo, quaſi cenſitæ.*

Scluſa, kluß / ſchleuß/ ὀχύρωμα, eſcluſe.

Scorticare, *tollere corium & capillos*, haut und haar.

Sereona, ſcheurn *locus tectus adverſus injurias tempeſtates*, eſcrene *Campanis. Quin &* eſcran, *contre le vent,*

Sculdaiius, Schultheiß *prætor.*

Schulteeus, ſchultheiß/ *prætor.*

Scuria, ſchür / *ſtabulum animalium*, eſcurie.

Scurtare, *barbare, procurare.*

Secale *farrago*, ſeigle *Gallis*, ſegala, *Italis, bladum hibernagium*, geſchnitten und actio Quu forn.

Selave, ſcult/ *columella*

Senior, *dominus*, ſeigneur *Gallis*, ſignor *Italis.*

Seuſius *vel* Seguſius, Schwhund / greiſſer deck/ *ad apros & urſos venandos.*

Sigele, *idem quod* ſecale.

Sigilboth *ſigillorum cuſtos, camerarius Principis.*

Siquilarius, *tributi ſiliquatici exactor.*

Siliqoaticum, *ſpecies tributi, quod rebus omnibus venalibus imponebatur.*

Sckella, ſchell / *tintinnabulum*, eſquil.

Solem culcare *vel* collocare, *diem dicere*, adiourner, donner iour.

Solidatus, beſoldet/ *ſtipendiatus, ſalariatus.*

Sonniare, ſaumen/ auffhalten/ *detinere, remorari.*

Sparuarius, ſpärber/ *niſus, ut Grammatici volunt*, ſparauiero *Italis*, eſprevier *Gallis*, ſparhane *Anglis.*

Spicarium, ſpeicher/ *horreum cum tecto.*

Staua, ſtab/ *palus.*

Staplus, ſtaffel / *regumentum, tapetum.*

Statutarius, *magiſtratus qui ſtatutum condit.*

Stolium, *claſſis, dictio derivata à Græca* ςόλο, *qua denotatur, claſſis, & navis quoque commeatus*; ἀπὸ τῦ ςέλλεσθαι, *quod eſt proficiſci navigatione.*

Strioportius, *qui ſtrigas portat vel deducit ad locum congregationis*, Hexenmeiſter.

Suhbarit, *ſuem batuit ut abortivet, vel fœtus proiiciat, qui ſolent eſſe in deliciis.*

Sude *vel verius* Suten, ſuthen / ſeu *Gallis porcorum ſtabulum, vox eſt compoſita.*

Summonitus, *judicialiter conventus*, ſemonce.

Sunnis, ſaumnis/ *impedimentum*, eſſoine.

Supportare, *alicui parcere in onere.*

T.

Tallia *tributum, impoſitio*, taille.

Taganare, dingen/ *judicium petere.*

Taxæ, *exactiones, penſiones pro literis editis: item annata Romana.*

Tecuaria, tecke *tegumenta.*

Tempeſtarii, wettermacher/ *tempeſtatum cietores per artes magicas.*

Tenementum, *regio, tractus & terra quam quis tenet & poſſidet.*

Tenutæ, *tenimenta, poſſeſſiones, telonia.*

Terragium, *penſio, jus fundi.*

Tertiæ, *tributi ſpecies.*

Tertullius porcellus, der ſuhus/ *domeſticus, qui domi nutritur.*

Texaga *vel* Tecſaca, deg ſachen/ *nundinationes in dietis.*

Theada, diet/ *populus.*

Tintinnum, tintin/ *campanula, tintinnabulum.*

Toloneus, toll/ *teloninm, vectigal.*

Tranaevectio, *tractatoria evectio.*

Trappa, trappen/ *decipula avium vel aliorum animalium.* trape.

Traſtura, *tranſitura, tranſitorium tributum.*

Tremaclus, *vel potius* Tremalius, tremmel/ *quod gyretur ad aquam aliquo transferendam.*

Trespellius *vel verius* Tresbellio triwilich/ *trium villarum, quaſi trivillanus.* Bellgvilla. *Alii ſcribunt,* Belle *dici campanulam, tintinnabulum: forte a ſono,* à ... bellen. *Unde* Bellhus/ *campanarium, campanile,* clocher. Tresbellio, treiſchell/

Treuga, trew/ *inducia, pax publica, fides publica.*

Trianti, *triens*, trilina.

Tribatrere *vel potius* Tribare, triben/ *abigere.*

Truſtis, Troſt/ *fidelis advocatia, tutela.*

Truſtis, troſt/ *fidele ſervitium.*

Tuitio, *ἀσφάλεια, ſecuritas, Gallis* ſalvagardia, ſalveguarde.

Tunginus, dinggraf/ *judex,* Thegen/ *Anglis.*

Tyrocinium, *haſtiludium, torneamentum.*

V.

Vadium, *cautio, ſecuritas, fidejuſſio.*

Vadia, *pignorationes, repreſſalia.*

Vadiare, wârten/ *componere judici, mulctam dare.*

Vadiationes, *pignorationes, repreſſalia.*

Valuaſſus, *vel* Valuaſſor, *inferior vaſſus, ſubbeneficiarius, ſubfeudatarius.*

Veltres, welter/ *canis ſagax velociſequus.*

Veltres leporarius, wind/haſenwind/ leurier.

Veltres porcarius, ſchweinhund/ veltro *Italis,* vaultre *Gallis.*

Veredi, *equi curſores,* pferd.

Veredarius, poſtmeiſter/ *qui curſui publico praeſt.*

Vertuolus, wirbel/ *quod verſende volvatur ad aquam hauriendam.*

Veſtigium minare, *res ſuas perſequi, latrones & fures perſequi.*

Viæ falſæ, *pedagia injuſta, telonia injuſta tranſeuntibus impoſita.*

Viæ lacinæ, *itineris obſtatio, impedimentum tranſitus.*

Vicecomes, *diſtrictum vicarius administrator.*

Villani, *ruſtici in eadem villa commorantes.*

Viſuetum, *villa, diſtrictus, vocabulum Anglicum.*

Vrburæ, *vectigalia, tributa ac decimæ metallifodinarum, ut auri, argenti, cupri, ſalis, &c. Hungaricum eſt.*

Vrpheda, vrfeht *juramentum quod ex carcere dimiſſus præſtat de non ulciſcendo.*

W.

Wadium, wett/ *pignus.*

Wadiare, wetten/ *componere judici mulctam.*

Wallus, Wal/Walon/ *Gallus.*

Warandator, *evictor rei vendita.*

Warandia, *evictio rei vendita.*

Waranio, *equus integer,* Baran/ Barr/ hengſt/ garagnon, *Tholoſanis & Hiſpanis.*

Warenda, werung/ *evictio, cautio pro indemnitate.*

Warendare, weren/ *evincere poſſeſſionem, cavere pro indemnitate rei vendita aut donata.*

Wargus, farauß/ *dejectus & expulſus.*

Waſſus, waß/ *ſervilis, miniſterialis.*

Waivvoda, *Præſes loco Regis, Prorex, ut in Tranſylvania, Walachia, Moldavia, &c. Gubernator, Hungaricum eſt.*

Weregildus, Virgildus, wergelt/ *compoſitio judicialis, pretium pro maleficio perpetrato, propriè tamen hominis occiſi.*

CAPI.

CAPITULA

DE ADMINISTRATIONE IMPERII THEUTONICI SUB KAROLO MAGNO.

Ex Adalhardi Comitis Palatini & Brabantiæ Ducis Libello de Ordinatione Palarii,

Qua pro inſtitutione CAROLOMANNI REGIS FRANCORUM, *flagitantibus Regni Proceribus, excerpſit * Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus Epiſtola III. cap. XII. & ſeqq.*

CAPUT XII. Adalhardum ſenem & ſapientem Domni Caroli Magni Imperatoris propinquum, & Monaſterii Corbejæ Abbatem, inter primos Conſiliarios primum in Adoleſcentia mea vidi. Cujus libellum *De Ordine Palatii* legi, & ſcripſi in quo inter cætera continetur: duabus principaliter diviſionibus totius Regni ſtatum conſtare, antepoſito ſemper & ubique omnipotentis Dei judicio. Primam videlicet diviſionem eſſe dicens, qua aſſidue & indeficienter Regis Palatium regebatur & ordinabatur: Alteram vero, qua totius Regni ſtatus ſecundum ſuam qualitatem ſtudioſiſſime providendo ſervabatur.

* Qui VII. Imp Conſiliarius fuit Caroli M. Ludovici Pii, Lotharii, Ludovici II. Caroli Calvi, Ludovici Balbi & Caroli Craſſi: item Ludovici & Carolomanni Regum.

Caput XIII. In prima igitur diſpoſitione, Regis Palatium in ornamento totius Palatii ita ordinatum erat. Antepoſito ergo Rege & Regina cum nobiliſſima prole ſua, tam in ſpiritualibus, quam & in ſæcularibus, atque corporalibus rebus per hos miniſtros omni tempore gubernabatur. Videlicet per *Apocriſiarium*, id eſt, Reſponſalem negotiorum Eccleſiaſticorum: cujus miniſterium ex eo tempore ſumpſit exordium, quando Conſtantinus Magnus Imperator Chriſtianus effectus propter amorem & honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quorum doctrina ac miniſterio ad Chriſti gratiam baptiſmatis Sacramenti pervenit, locum & ſedem ſuam, Urbem ſcilicet Romanam, Papæ Silveſtro edicto privilegii tradidit, & ſedem ſuam in civitate ſua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis ſui civitatem ampliando ædificavit: & ſic Reſponſales tam Romanæ Sedis, quam & aliarum præcipuarum Sedium in Palatio pro Eccleſiaſticis negotiis excubabant.

Aulæ adminiſtratio.

Caput XIV. Aliquando per Epiſcopos, aliquando vero per Diaconos Apoſtolica Sedes hoc officio fungebatur. Quo officio B. Gregorius in Diaconi Ordine functus fuit, & ex aliis præcipuis Sedibus per Diaconos id officium exequebatur, ſicut ſacri Canones jubent. Et in his Ciſalpinis regionibus, poſtquam Hludovvicus prædicatione B. Remigii ad Chriſtum converſus, & ab ipſo cum tribus millibus Francorum in vigilia ſanctæ Paſchæ baptizatus extitit, per ſucceſſiones Regum ſancti Epiſcopi ex ſuis Sedibus, & tempore competenti Palatium viſitantes, viciſſim hanc adminiſtrationem diſpoſuerunt, à tempore vero Pipini & Caroli interdum per Presbyteros, interdum per Epiſcopos Regia voluntate, atque Epiſcopali conſenſu per Diaconos, vel Presbyteros magis quam per Epiſcopos hoc officium executum extitit: quia Epiſcopi continuas vigilias ſupra gregem ſuum debent aſſidue exemplo & verbo vigilare, & non diutius ſecundum Canones à ſuis abeſſe Parochiis.

CLODOVEUS.

Caput XV. Neque juxta decreta ex ſacris canonibus promulgata B. Gregorii, Prætoria, quæ nunc Regia, & uſitatius Palatia nominantur, debent inutiliter obſervare, ne incurrant judicium, ut contra placita Canonum ſibi in ordinatione ſua tradita facientes ipſi ſibi honore privent Eccleſiaſtico. Et, ut de licitis exempla ponamus & de illicite uſurpatis non taceamus, tempore Pipini & Caroli hoc miniſterium conſenſu Epiſcoporum per Fulradum Presbyterum: tempore etiam Caroli per Engelramnum & Hildiboldum Epiſcopos: tempore denique Hludovvici per Hilduinum Presbyterum, & poſt eum per Fulconem item Presbyterum, deinde per Drogonem Epiſcopum extitit hoc miniſterium exſecutum.

Caput

Caput. XVI. Apocriſiarius autem, quem noſtrates *Capellanum* vel *Palatii Cuſtodem* appellant, omnem Clerum Palatii ſub cura & diſpoſitione ſua regebat. cui ſociabatur *Summus Cancellarius*, qui *à ſecretis* olim appellabatur: et antque illi ſubjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta Regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent. Poſt eos vero ſactum Palatium per hos miniſtros diſponebatur, per *Camerarium* videlicet & *Comitem Palatii, Seneſcalcum, Buticularium, Comitem Stabuli Manſionarium, Venatores* principales quatuor, *Falconarium* unum.

Caput. XVII. Et quamvis ſub ipſis, aut ex latere eorum alii miniſteriales fuiſſent, & *Oſtiarius, Saccellarius, Diſpenſator, Scapoardus*, & quorumcumq; ex eis Juniores aut Decani fuiſſent, vel etiam alii ex latere, ſicut *Berſarii, Veltrarii, Beverarii*, vel ſi qui adhuc ſupererant: verumtamen, quamvis & ipſi ſinguli juxta ſuam qualitatem ad hoc intenti eſſent, non tamen ad eos, ſicut ad cæteros principaliter, ut ſubter inſertom eſt, totius Regni confœderatio in majoribus vel minoribus ſingulis quibusq; quotidia[illegible]s neceſſitatibus occurentibus, cum Palatio conglutinabantur: ſed nec ipſi ſuperiores omnes æqualiter propter miniſteriornm diverſitatem, qualitatem, vel convenientiam prodeſſe poterant: cum tamen nullus ſe propter fidei ſervandam veritatem Regis & Regni, ut prædictum eſt, ſubtrahere potuiſſet, vel etiam voluiſſet. De quorum perſonis vel miniſteriis, quamquam plura ſint quæ dicantur, hæc tamen præcipue habebantur.

Caput. XVIII. Inptimis ut juxta cujuscumq; miniſterii qualitatem & quantitatem miniſter, nobili corde & corpore conſtans, rationabilis, diſcretus, & ſobrius eligeretur: ſed nec illa ſollicitudo deerat, ut ſi fieri potuiſſet, ſicut hoc Regnum, Deo auctore, ex pluribus Regionibus conſtat, ex diverſis etiam ejusdem regionibus, aut in primo, aut in ſecundo, aut etiam in quolibet loco iidem miniſtri eligerentur, qualiter familiarius quæque regiones Palatium adire poſſent, dum ſuæ genealogiæ vel regionis conſortes in Palatio locum tenere cognoſcerent.

Caput. XIX. His ita breviter de eligendis & conſtituendis miniſtris prædictis: nunc ad eorundem miniſtrornm & miniſtrationum ordinem qualiter currebant, veniendum eſt. Nam quamvis præfati miniſtri, unusquisq; de ſuo miniſterio, non ſub alio, vel per alium, niſi per ſeipſum, ſolum Regem, vel quantum ad Reginam, vel glorioſam prolem Regis reſpiciebant, caput ponerent: non tamen omnes æqualiter de cæteris rebus, vel cæterorum neceſſitatibus Regem adibant, ſed menſura ſua quisq; contentus erat, & ubi, vel ubi ratio poſcebat, ſolatium alterius requirebat. è quibus præcipuè duo, id eſt, *Apocriſiarius*, qui vocatur apud nos *Capellanus* vel *Palatii Cuſtos* de omnib. negotiis Eccleſiaſticis, vel miniſtris Eccleſiæ; & *Comes Palatii*, de omnibus ſæcularibus cauſſis vel judiciis ſuſcipiendi curam inſtanter habebant: ut nec Eccleſiaſtici nec ſæculares prius Domnum Regem absq; eorum conſultu inquietare neceſſe haberent, quousq; illi præviderent, ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem merito venire deberet. Si vero ſecreta eſſet cauſa, quam prius congrueret Regi, quam cuiquam alteri, dicere, eundem dicendi locum eidem ipſi præpararent introducto prius Rege, ut hoc juxta modum perſonæ vel honorabiliter vel patienter, vel etiam miſericorditer ſuſciperet.

Archicancellarii officium.

Caput. XX. Apocriſiarius quidem de omni Eccleſiaſtica religione vel ordine, necnon etiam de Canonicæ vel Monaſticæ altercatione, ſeu quæcumque Palatium adibant pro Eccleſiaſticis neceſſitatibus, ſollicitudinem haberet: & ea tantummodo de externis Regem adirent, quæ ſine illo plenius definiri non potuiſſent. Cæterum ut non ſolum de his, quæ ad eos ſpecialiter de omni ornamento vel officio Eccleſiaſtico intra Palatium agenda pertinebant, verum quoque & omnem conſolationem ſpiritalem, ſive conſilium totius Palatii quicumque quæreret, apud eum, ut neceſſe erat, fideliter inveniret: & qui non quæreret, & tamen ipſe apud aliquem neceſſarium eſſe ſentiret, juxta perſonæ qualitatem, & à perverſo ſenſu vel opere retrahere, & ad viam ſalutis convertere ſtuderet. Et cætera ſpiritualia, quæcumque Palatio tam ab aſſidue converſantibus, quamque & à ſupervenientibus, ſive ſecundum Deum, ſive ſecundum ſæculum, ut providerentur, erant neceſſaria, quæ enumerare longum eſt, ad ejus ſpecialiter curam pertinebant. Non ita, ut aliter ullus, ſive Palatinus ſive externus, ſuperveniens ſapientia & vera devotione per Dei gratiam illuminatus tale aliquid minime ageret: ſed maxime conſuetudo erat, ut aut cum eodem Apocriſiario pariter, aut certe per ejus conſilium, quod erat agendum, ageret, ne forte quid

te quid

te quid minus utiſe aut indignum Regi ſubriperet.

Caput XXI. Comitis autem Palatii, inter cætera pæne innumerabilia, in hoc maxime ſolicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ propter æquitatis judicium Palatium aggrediebantur, juſte ac rationabiliter determinaret: ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter juſtitiam, & coram hominibus propter legum obſervationem cunctis placeret. Si quid vero tale eſſet, quod leges mundanæ hoc in ſuis diffinitionibus ſtatutum non haberent, aut ſecundum Gentilium conſuetudinem crudelius ſancitum eſſet, quam Chriſtianitatis rectitudo, vel ſancta auctoritas merito non conſentiret, hoc ad Regis moderationem perduceretur, ut ipſe cum his, qui utramque legem noſſent, & Dei magis, quam humanarum legum ſtatuta metuerent, ita decerneret, ita ſtatueret, ut ubi utrumque ſervare poſſet, utrumque ſervaretur: ſin autem, lex ſæculi merito comprimeretur, juſtitia Dei conſervaretur.

Caput XXII. De honeſtate vero Palatii, ſeu ſpecialiter ornamento Regali, nec- non & de donis annuis Militum, abſq; cibo & potu vel equis, ad Reginam præcipue, & ſub ipſa ad *Camerarium* pertinebat, & ſecundum cujusq; rei qualitatem ipſorum ſollicitudo erat, ut tempore congruo ſemper futura proſpicerent, ne quid, dum opus eſſet, ullatenus opportuno tempore defuiſſet. De donis vero diverſarum Legationum ad Camerarium aſpiciebat; niſi forte jubente Rege tale aliquid eſſet, quod Reginæ ad tractandum cum ipſo congrueret. Hæc autem omnia & his ſimilia eo intendebant, ut ab omni ſollicitudine Domeſtica vel Palatina, in quantum rationabiliter & honeſte eſſe poterat, Domnus Rex omnipotenti Deo ſpem ſuam indeſinenter committens ad totius Regni ſtatum ordinandum, vel conſervandum animum ſemper ſuum promptum haberet.
Camerarii officium.

Caput XXIII. Ad tres autem miniſteriales, a *Senaſcalcum*, b *Buticularium*, & c *Comitem Stabuli*, ſecundum uniuscujusq; miniſterii qualitatem vel quantitatem pertinebat, ut cum comuni conſenſu de ſuo quisq; miniſterio admonendi non eſſent ſegnes, ut quanto ejus eſſe potuiſſet, omnes actores Regis præſcirent, ubi vel ubi Rex, illo vel illo tempore, tanto vel tanto ſpatio manere debuiſſet, propter adductionem vel præparationē; ne forte tarde ſcientes, dum inopportuno tempore, vel cum nimia feſtinatione exiretur, familia Regalis per negligentiam ſine neceſſitate opprimeretur. Quæ videlicet cura, quanquam ad *Buticularium*, vel ad *Comitem Stabuli* pertineret, maxima tamen cura ad *Seneſcalcum* reſpiciebat, eo quod omnia cætera, præter potus vel victus caballorum, ad eundem Seneſcalcum reſpiceret. Inter quos etiam & d Manſionarius intererat, ſuper cujus miniſterium incumbebat, ſicut & nomen ejus indicat, ut in hoc maxime ſollicitudo ejus intenta eſſet, ut tam ſupradicti actores, quamq; & ſuſceptores, quo tempore ad eos illo vel illo in loco Rex venturus eſſet propter manſionum præparationem, ut opportuno tempore præſcire potuiſſent: ne aut illi tarde ſcientes, propter afflictionem familiæ importuno tempore peccatum, aut hi propter non condignam ſuſceptionem, ac ſi bene noluiſſent, cum certe non volendo, ſed non valendo, offenſionem incurrerent.
a Magiſter Curiæ. b Dapifer. c Marescal-cum. d Metatarius, Furier.

Caput XXIV. Similiter quoq; quatuor *Venatores*, & quintus *Falconarius*, cum eadem unanimitate ſecundum temporis qualitatem admonere ſtudebant, qualiter ea, quæ ad ſingulorum miniſteriorum curam pertinebant, ut opportuno tempore, & non tarde, conſideraretur, quando tanti vel quando tanti: quando toti, & quando nulli, aut in Palatio retinerentur, aut more ſolito foris nutriendi usque ad tempus mitterentur, aut tempore congruo per denominata loca venandi cauſſa pariter & nutriendi diſponerentur. Sed & hoc, & illud, id eſt, & intra & extra Palatium ita ſemper cum menſura & ratione ordinaretur, ut quantum prodeſſet, eſſet, & quantum non prodeſſet, non eſſet: quia in ipſis miniſteriis non ſic facile certus numerus, aut hominum, aut canum, aut avium, diffiniri poteſt. ideo in ipſorum arbitrio manebat, quanti & quales eſſent. Senſus autem in his omnibus talis erat, ut numquam Palatio tales vel tanti deeſſent miniſtri, propter has præcipue inter cæteras neceſſitates vel neceſſitates.
Jägermeiſter. Falckenmeiſter.

Caput. XXV. Primo ut, ſive generaliter majoribus, ſive ſpecialiter vel ſingulariter quibusque minoribus recedentibus, omni tempore & multitudine congrua, ſine qua rationabiliter & honeſte eſſe non poſſet, ſemper eſſet ornatum Palatium & Conſiliariis condignis numquam deſtitutum fuiſſet. Et, ut qualiscumque Legatio,

ſive

ſive ſpeculandi, ſive etiam ſubdendi gratia veniret, qualiter omnes quidem honeſte ſuſcipi potuiſſent. Deinde primus conſilii rectitudinem, ſecundus miſericordiæ & benignitatis conſolationem, tertius vero verſutiæ ſeu temeritatis ſermo referret medicinam. Et ut ex quacumq; parte totius Regni, quicumq; deſolatus, orbatus, alieno ære oppreſſus, injuſte calumnia cujusq; ſuffocatus, ſeu cætera his ſimilia; quæ nunc enumerare perlongum eſt: maxime tamen de viduis & orphanis, tam Seniorum quamq; & mediocrium, uniuscujusque ſecundum ſuam indigentiam & qualitatem, Dominorum vero miſericordiam & pietatem ſemper ad manum haberet, per quem ſinguli ad pias aures Principis perferre potuiſſent.

Caput XXVI. Similiter qui propter diutinum ſervitium digni erant, ut remunerari debuiſſent, & locus talis occurrebat, ubi ex prædictis indigentibus nemo ſine menſura deſtitueretur, ſimiliter ſecundum eorum qualitatem ad memoriam Principum revocarentur: non tam ipſis urgentibus, quam eorum, de quibus ſupra dictum eſt, fidem & debitum exigentibus, ut in eis fieret. Primo propter quod cum juſtitia & miſericordia Deo placeret. Deinde in militia remanentibus certiſſimam fideliter ſerviendi fidem & conſtantiam miniſtrarent. Deinde ut etiam longe poſiti per totius Regni ambitum lætitiam & gaudium demonſtrarent. Et ſi aliquis ex miniſterialibus vel Conſiliariis decedebat, loco ejus congruus & utilis reſtituebatur.

Aulicorum tres ordines, Militum, Diſcipulorum & Puerorum vel Vaſallorum.

Caput XXVII. Et ut illa multitudo, quæ in Palatio ſemper eſſe debet, indeficienter perſiſtere poſſet, his tribus ordinibus fovebatur. Uno videlicet, ut absq; miniſteriis expediti Milites, anteposita Dominorum benignitate & ſollicitudine, qua nunc victu, nunc veſtitu, nunc auro, nunc argento, modo equis, vel cæteris ornamentis, interdum ſpecialiter, aliquando prout tempus, ratio & ordo condignam poteſtatem adminiſtrabat, ſæpius porrectis: in eo tamen indeficientem conſolationem, necnon ad regale obſequium inflammatum animum ardentius ſemper habebant: quod illos præfati Capitanei Miniſteriales ad manſiones ſuas vocabant, & non tam gulæ voracitate, quam veræ familiaritatis ſeu dilectionis amore, prout cuique poſſibile erat, impendere ſtudebant: ſicque fiebat, ut rarus quisque infra hebdomadam remaneret, qui non ab aliquo pro hujusmodi ſtudio convocaretur.

Caput XXVIII. Alter ordo per ſingula miniſteria Diſcipulis congruebat, qui Magiſtro ſuo ſinguli adhærentes & honorificabant & honorificabantur, locisque ſinguli ſuis, prout opportunitas occurrebat, ut à Domino videndo vel alloquendo conſolarẽtur. Tertius ordo item erat, tam majorum quam minorum, in Pueris vel Vaſallis; quos unusquisque prout gubernare & ſuſtentare absque peccato, rapina videlicet vel furto poterat, ſtudioſe habere procurabat. In quibus ſe denominatis ordinibus, absque his, qui ſemper eundo & redeundo Palatium frequentabant, erat delectabile, quod interdum & neceſſitati, ſi repente ingrueret, ſemper ſufficerent: & tamen ſemper, ut dictum eſt, major pars illius propter ſuperius commemoratas benignitates, cum jucunditate, & hilaritate prompta, & alacri mente perſiſterent.

Imperii ipſius ſtatus & adminiſtratio.

Caput XXIX. Secunda diviſio, qua totius Regni ſtatus, antepoſito, ſicuti ſemper & ubique, omnipotentis Dei judicio, quantum ad humanam rationem pertinebat, conſervari videbatur, hæc eſt. Conſuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non ſæpius, ſed bis in anno, *Placita* duo tenerentur. Unum, quando ordinabatur ſtatus totius Regni ad anni vertentis ſpatium, quod ordinatum nullus eventus rerum, niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toto Regno incumbebat, mutabat In quo Placito generalitas, univerſorum Majorum, tam Clericorum quam Laicorum, conveniebat. Seniores, propter conſilium ordinandum; minores, propter idem conſilium ſuſcipiendum, & interdum pariter tractandum, & non ex poteſtate, ſed ex proprio mentis intellectu vel ſententia confirmandum.

Comitia generalia omnium Imperii ordinum.

Caput XXX. Cæterum autem propter dona generaliter danda aliud Placitum cum Senioribus tantum & præcipuis Conſiliariis habebatur: in quo jam futuri anni ſtatus tractari incipiebatur, ſi forte talia aliqua ſe præmonſtrabant, pro quibus neceſſe erat præmeditando ordinare, ſi quid mox tranſacto anno priore incumberet, pro quo anticipando aliquid ſtatuere aut providere neceſſitas eſſet; verbi gratia, ſi inter Marchiſos in qualiber Regni parte ad aliquod tempus dextræ datæ fuiſſent, quid mox poſt dextras exactas agendum eſſet, utrum renovandæ an finiendæ eſſent. Juxta, cæterarum partium imminentibus rixa & pace, ut ſecundum id, quod tunc temporis ratio poſ-

Comitia ſpecialia ſummorum Principum.

tio poſcebat, ſi ex una parte hinc aut inde vel facienda vel toleranda inquietudo neceſſario incumbebat, ex aliis partibus tranquillitas ordinaretur. Et cum ita per eorundem Seniorum conſilium, quid futuri temporis actio vel ordo agendi poſceret, à longe conſiderarent: & cum inventum eſſet, ſub ſilentio idem inventum conſilium ita funditus ab omnibus alienis incognitum uſque ad aliud iterum ſecundum generale Placitum, ac ſi non inventum vel à nullo tractatum eſſet, maneret, ut ſi forte tale aliquid aut infra aut extra Regnum ordinandum eſſet, quod præſcientia quorundam aut deſtruere, aut certe inutile reddere, aut per aliquam diverſam aſtutiam laborioſius faciendum convertere voluiſſet, hoc nullatenus facere potuiſſet. In ipſo autem Placito, ſi quid ita exigeret, vel propter ſatisfactionem cæterorum Seniorum, vel propter non ſolum mitigandum, verum etiam accendendum animum populorum, ac ſi ita prius exinde præcogitatum nihil fuiſſet, ita nunc à novo, conſilio & conſenſu illorum & inveniretur, & cum magnanimis ordo Domino duce perficeretur. Ita autem anno priore terminato, præfato modo ordinaretur & de ſecundo.

Caput XXXI. Conſiliarii autem, quantum poſſibile erat tam Clerici quam Laici, tales eligebantur, qui primo ſecundum ſuam quiſque qualitatem vel miniſterium, Deum timerent; deinde talem fidem haberent, ut excepta vita æterna nihil Regi & Regno præponerent, non amicos, non inimicos, non parentes, non munera dantes, non blandientes, non exaſperantes, non ſophiſtice vel verſute, aut ſecundum ſapientiam ſolummodo hujus ſæculi, quæ inimica eſt DEO, ſapientes, ſed illam ſapientiam & intelligentiam ſcientes, qua illos, qui in ſupradicta humana aſtutia fiduciam ſuam habuiſſent, pleniter per juſtam & rectam ſapientiam non ſolum reprimere: ſed funditus opprimere potuiſſent. Electi autem Conſiliarii una cum Rege hoc inter ſe principaliter conſtitutum habebant, ut quicquid inter ſe familiariter locuti fuiſſent, tam de ſtatu Regni, quamque & de ſpeciali cujuslibet perſona, nullus ſine conſenſu ipſorum cuilibet domeſtico ſuo, vel cuicumque alteri prodere debuiſſet, ſecundum hoc, quod res eadem ſive die, ſive duobus, ſive amplius, ſeu annum, vel etiam in perpetuo celari, vel ſub ſilentio manere neceſſe fuiſſet: quia ſæpe in tali tractatu de qualibet perſona, talis interdum propter communem utilitatem agendam vel cavendam ſermo procedit, qui ab eo cognitus aut valde turbat, aut quod magis eſt, in deſperationem trahit, vel, quod graviſſimum eſt, in infidelitatem convertit, & ab omni profectu, quem fortaſſe multipliciter exercere potuit, inutilem reddit, cum tamen nihil ei obeſſet, ſi eundem ſermonem minime ſciret. Quale de homine uno, tale de duobus, tale de centum, tale de majori numero, vel etiam de progenie una, vel tota qualibet ſimul provincia, ſi magna cautela non fuerit, fieri poterit.

Conſiliarii Imperiales, qui extra Aulam in Imperio erant, ut Epiſcopi, Abbates, Principes, Comites, &c.

Caput XXXII. Apocriſiarius autem, id eſt, Capellanus, vel Palatii cuſtos, & Camerarius ſemper intererant: & idcirco cum ſummo ſtudio tales eligebantur, aut electi inſtruebantur, qui merito intereſſe potuiſſent: ſed & de cæteris miniſterialibus, qui talem ſe oſtendebat, ut ad hoc vel præſens, vel futurus, nunc diſcendo, poſtmodum vero conſiliando, loco eorundem honorificè ſubſtitui potuiſſet, cum ſumma intentione mentis, intendendo ſingulis quæ agebantur intereſſe jubebatur, ſalvans credita, diſcens incognita, retinens ordinata & conſtituta, ut ſi forte tale aliquid extra aut infra Regnum oriretur, aut imperatum, & ideo non præmeditatum, nuntiaretur, (rarius tamen neceſſe eſſet, ut conſilium altius tractaretur; & tamen tempus aptum non eſſet, in quo præfati Conſiliarii convocarentur,) ipſi Palatini per miſericordiam Dei ex eorum aſſidua familiaritate, tam in publicis conſiliis quamque ex domeſtica in hac parte allocutione, reſponſione & conſultatione, ſtudium haberent, prout tunc rei vel temporis qualitas exigebat, aut conſilium pleniter dare, quid fieret, aut certe quomodo ad præfinita tempora cum conſilio & abſque ullo detrimento res eadem expectari vel ſuſtentari potuiſſet. Hæc de Majoribus.

Caput XXXIII. De minoribus vero vel proprie Palatinis, ita ut diximus, non generaliter ad Regnum pertinentibus, ſed ſpecialiter ad perſonas quaſque reſpicientibus, quæ ſpecialiter Palatio imminebant, cum eis Dominus rerum ita inconfuſe ordinare potuiſſet, ut exinde non ſolum detrimentum ullum oriretur, verum etiam ortum aut imminens utiliter aut mitigari, aut funditus extingui, aut etiam evelli potuiſſet. Si vero talis eſſet cauſa, ut velocitati immineret, & tamen aliquatenus uſque ad generale

Placitum quoquo pacto ſuſtentari, vel ſine peccato, aut ſine contumelia potuiſſet, ipſi modum ejusdem ſuſtentationis ex prædicto majori uſu conſilium dandi ſcirent, & ſapientiam priorum imitati placite Deo & utiliter Regno interim dare potuiſſent.

Præfatorum autem Conſiliariorum intentio, quando ad Palatium convocabantur, in hoc præcipue vigebat, ut non ſpeciales, vel ſingulares quascumque vel quorumcumque cauſas, ſed nec etiam illorum, qui pro contentionibus rerum aut legum veniebant, ordinarent, quousque illa, quæ generaliter ad ſalutem, vel ſtatum Regis & Regni pertinebant, Domino miſerante, ordinata habuiſſent. Et tunc demum, ſi forte tale aliquid Domno Rege præcipiente reſervandum erat, quod ſine eorum certa conſideratione determinari à Comite Palatii, vel à cæteris, quibus congruebat, non potuiſſet.

Propoſitio Imperatoris in Comitiis.

Caput XXXIV. Proceres vero prædicti, ſive in hoc, ſive in illo præfato Placito, quin & primi Senatores Regni, ne quaſi ſine cauſa convocari viderentur, mox auctoritate Regia per denominata & ordinata Capitula, quæ vel ab ipſo per inſpirationem Dei inventa, vel undique ſibi nuntiata poſt eorum abſceſſum præcipue fuerant, eis ad conferendum, vel ad conſiderandum patefacta ſunt. Quibus ſuſceptis, interdum die uno, interdum biduo, interdum etiam triduo, vel amplius, prout rerum pondus expetebat, accepto ex prædictis domeſticis Palatii Miſſis intercurrentibus, quæque ſibi videbantur interrogantes, reſponſumque recipientes, tamdiu interim nullo extraneo appropinquante, donec res ſingulæ ad effectum perductæ glorioſi Principis auditui in ſacris ejus obtutibus exponerentur, & quicquid data à Deo ſapientia ejus eligeret, omnes ſequerentur. Ecce ſicut de uno, ita de duobus, vel quotquot eſſent, Capitulis agebatur, quousque omnia Deo miſerante illius temporis neceſſaria expolirentur.

Imperatoris in Comitiis officium.

Caput XXXV. Interim vero, quo hæc in Regis abſentia agebantur, ipſe Princeps reliquæ multitudini in ſuſcipiendis muneribus, ſalutandis Proceribus, confabulando rarius viſis, compatiendo Senioribus, congaudendo Junioribus, & cætera his ſimilia tam in ſpiritualibus, quamque & in ſæcularibus, occupatus erat. ita tamen, ut quotienscumque ſegregatorum voluntas eſſet, ad eos veniret, ſimiliter quoque quanto ſpatio voluiſſent, cum eis conſiſteret, & cum omni familiatitate, qualiter ſingula reperta habuiſſent, referebant, quantaque mutua hinc & inde altercatione vel diſputatione, ſeu amica contentione decertaſſent, apertius recitabant.

Comitiorum Senatus duplex, Eccleſiaſticus & ſæcularis.

Sed nec illud prætermittendum, quomodo ſi tempus ſerenum erat, extra; ſin autem, intra diverſa loca diſtincta erant, ubi & hi abundanter ſegregati ſemotim, & cætera multitudo ſeparatim reſidere potuiſſent, prius tamen cæteræ inferiores perſonæ intereſſe minime potuiſſent. Quæ utraque tamen Seniorum ſuſceptacula ſic in duobus diviſa erant, ut primo omnes Epiſcopi, Abbates, vel hujusmodi honorificentiores Clerici absque ulla Laicorum commixtione congregarentur. Similiter Comites, vel hujusmodi Principes ſibimet honorificabiliter à cætera multitudine primo mane ſegregarentur, quousque tempus ſive præſente ſive abſente Rege occurrerent: & tunc prædicti Seniores more ſolito, Clerici ad ſuam, Laici vero ad ſuam conſtitutam Curiam, ſubſelliis ſimiliter honorificabiliter præparatis, convocarentur. Qui cum ſeparati à cæteris eſſent, in eorum manebat poteſtate, quando ſimul vel quando ſeparati reſiderent, prout eos tractandæ cauſæ qualitas docebat, ſive de ſpiritalibus, ſive de ſæcularibus, ſive etiam commixtis. Similiter ſi propter quamlibet * veſcendi vel inveſtigandi cauſam quemcumque convocare voluiſſent, & re comperta diſcederet, in eorum voluntate manebat. Hæc interim de his, quæ eis à Rege ad tractandum præponebantur.

Imperatoris officium alterum in Comitiis.

Caput XXXVI. Secunda autem ratio Regis erat, interrogatio, quid unusquisque ex illa parte Regni, qua veniebat, digna relatu vel retractatu ſecum afferret: quia & hoc eis non ſolum permiſſum, verum etiam arctius commiſſum erat, ut hoc unusquisque ſtudioſiſſime, usque dum reverteretur, tam infra, quam extra Regnum perquireret, ſi quid tale non ſolum à propriis vel extraneis, verum etiam, ſicut ab amicis, ita & ab inimicis, inveſtigaret, intermiſſa interim, nec magnopere, unde ſciret, inveſtigata perſona. Si Populus in qualibet Regni parte, regione ſeu angulo turbatus, quæ cauſa turbationis eſſet; ſi murmur populi obſtreperet, vel tale aliquid neceſſarium eſſet, & cætera

his ſi-

his ſimilia. Extra vero, ſi aliqua gens ſubdita rebellare, vel tebellata ſubdere, ſi necdum tacta inſidias Regni moliri, vel tale aliquid oriri voluiſſet. In his vero omnibus, quæcumque cuilibet periculo imminerent, illud præcipue quærebatur, cujus rei occaſione talia vel talia orirentur.

Caput XXXVII. Poſt illa, quæ in Synodo apud Martyrium S. Macræ de majorum conſtitutionibus collecta, & Regi *a* Hludovvico nuper defuncto fuere directa, hæc de ordine Palatii & diſpoſitione Regni vobis ad inſtitutionem iſtius *b* Regis noſtri ac miniſtrorum ejus Regni, quæ Proviſorum, ſicut ſcriptis & verbis Seniorum didici, & ipſe adhuc in *c* adoleſcentia mea vidi, devote juſſioni veſtræ obediens obtuli. Perſonas autem hominum & mores, ac qualitates illorum, pet quos ſi aliqua ſunt collapſa reſtituantur, veſtra ſolertia providebit, quoniam de his, quos tempore Domini *d* Hludovvici Imperatoris vidi, Palatii Procuratores & Regni Præfectos, neminem ſcio eſſe ſuperſtitem: ſcio tamen de illorum Nobilitate natos pro patribus filios, licet ipſorum mores ac qualitates ignorem. Ipſi vero procurent, ut non ſint moribus ac virtute, atque pro ætatis quantitate, vel temporis qualitate, ſapientia & ſtudiis bonis degeneres, quatenus merito patrum loca & officia ſuppleant, & ſe in ipſa ſuppletione caute cuſtodiant: ne, ut S. Gregorius dicit, in culmine bonoris poſiti uſu gloriæ permutentur, ſicut Saul, qui prius in electione honoris extitit humilis, poſtea reprobari meruit propter elationem tumoris.

a ejus nominis III. Balbo Imperatori. Caroli Calvi filio. *b* Carolomanni. *c* Fuit enim inter pueros Nobiles in Aula Caroli Magni. *d* cognomento Pii.

ELOGIA

DE USU, AUCTORITATE, PRÆSTANTIA ET RESTAURATIONE LEGUM AC CONSTITUTIONUM

Imperialium, quæ in hoc volumine continentur.

Nicolaus Boherius IC. Sacri Regalis Conſiſtorii Ordinarius Conſiliarius in dedicatione Legum Longobardicarum ad Chriſtianiſſimum & Superilluſtriſſimum Ludovicum XII. Francorum & Italiæ Regem.

PRinceps conſtantiſſime, dum anno ſuperiori mihi in provinciam Provinciæ Commiſſario à tua ſacra Regia Majeſtate deputato ultra ſex Legum a volumina, Leges Longobardorum, quas Capitulare Caroli Magni Romanorum Imperatoris & Franciæ Regis Jura vocant, eadem in parte occurrerent. Quorum vigor & auctoritas non modo in hoc tuo ſacratiſſimo Franciæ Regno ac Italia ob hoc, quod ab eodem Carolo & Divis Ludovico & Lothario ſucceſſive Romanorum etiam Imperatoribus & Franciæ Regibus tuisque anteceſſoribus pro parte majori condita fuere, ſed in omni fere terrarum orbis parte ſervari debet. Memor ejus, quod inquit divinarum literarum ſupremus antiſtes Hieronymus ſuper Malachiam III. relatus à Gratiano in c. revertimini, xvi. q. 1. Quod ſi intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus eſt, in honorem Domini attulerit cibos, hoc eſt, ſcripturæ alimenta populo miniſtraverit, ſtatim aperientur ſuper eum cataractæ cœli, & mandabit nubibus ſuis, ut pluant ſuper eum imbrem, & habundantia omnium rerum perfruetur. *Et in Inventario univerſi Orbis lib. 2. in 3. parte, tit.* De inventione, commendatione & diffinitione Legis, *ſic dicitur:* Veneratione ampliori puto colendos viros illos, acutiſſimis ingeniis præditos, qui utcumque ratiocinando inveſtigare conati quid in rerum natura latitaret, quidve in moribus appetendis fugiendisque eſſet, ipſis ratiocinandis regulis certa connexione traheretur, aut quid eſſet non ſequens, vel potius repugnaret, licet humanitus impediti in multis erraverint, interea tamen adjuti divinitus leges temperatiſſimas invenerunt, quæ homines ad fidei conſervationem conſtringerent, eorumque immoderatos impetus cohiberent, ut proinde humanæ ſocietatis conciliatio tuta tranquillitate ſub cuſtodia juſtitiæ letaretur. *Hoc divino cantu excitatus, & aliquantiſper audentior factus ipſas Leges impreſſoribus dedi imprimendas, quas Deo mihi auxilium præbente, cum plus otii nactus fuero, commentari intendo. Has igitur Longobardorum Leges à tuis progenitoribus conditas, quæ ante ſemineces & tanquam apes ſine duce in tenebris jacebant, quamvis à Legiſlatoribus in multis Juris partibus allegentur, Celſitudini tuæ pro munere dicare conſtitui, ut ſublimitatis tuæ ſplendore à Stygio lacu nigraque palude revocentur, & tandem revocatæ ſurſum protendentes vitali ſpiritu condonatæ lucem ſerenam aſſequantur, &c. Dat.* 1512.

a Quæ nimirum in Corpore Juris clauſa ſunt.

Idem in præfatuncula in leges Longobardorum, inter cætera ſcribit:

D*E legibus Longobardorum hic inſertis, ſicut Caroli, Ludovici, Lotharii, & aliorum Imperatorum, non eſt dubium quin pro legibus ſervari debeant, ex quo ſunt Imperatorum,* l. leges, C. de legib. *& quod notatur in* l. 1. C. de ſumma Trinit. *licet in hoc ſacratiſſimo Franciæ Regno, ſeu in Conſiſtoriis & Curiis ſupremis, Franciæ leges Imperatorum allegentur non pro auctoritate, ſed pro ratione, ut notat Bartol. in l.* nemo, *in princ.* C. de ſentent. omn. jud. *& in d.* §. injuria. De pace juram. firm. *Pro hoc allego textum in c.* ſuper ſpec. *ibi*, quia tamen in Francia & nonnullis Provinciis laici Romanorum Imperatorum legibus non utuntur, *&c.* De privileg. *hoc ideo quia leges non debent allegari in Conſiſtorio Principis, ut dicit Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verb.* teſtis, *c.* qui ſemel, *col. 2. in fin. per text. in auth.* de conſul. *Et licet hæc ratio ſit bona, & quam ſervant Curia ſuprema, dicendo Advocatis jura allegantibus,* Venite ad factum, Curia ſatis illa intelligit: *tamen credo, quod leges imperatorum non allegantur in Francia aut ex eo, quod imperio nec imperatoribus eſt ſubdita, ut dixi de auctoritate magni Regalis Conſilii: & ſolum ſubditis dantur & traduntur leges, & non aliis, ut d. l.* 1. de ſumm. Trinit. *& ne per approbationem legum imperatorum ſe imperio ſubjacere & reddere*

ſub-

ſubditos videantur: aut quia conſuetudinibus & jure non ſcripto Francia utitur, ut dixi lib. Conſuetud. Biturig. tamen propter ſacram Theologiam, quæ Pariſiis viget, leges ibi non leguntur, d. c. ſuper ſpec. Sed hic Carolus Magnus, Ludovicus Pius & Lotharius filius, fuerunt Romanorum Imperatores & Reges Franciæ, approbati ab Eccleſia. De Carolo eſt text. in d. c. Adrianus, &c. venerabilem, & aliis jurib. ſupra allegatis. Et de Ludovico in c. ergo Ludovicus, & in c. Reatina Eccleſia, &c. inter nos. in ſubſcriptione, ubi fit etiam mentio de Lothario, LXIII. diſt. & quaſi per totum. Et iſte Lotharius fecit plures leges & conſtitutiones ad limen B. Petri tempore Eugenii Papæ, ut infra de Pontificib. & in Uſib. feudor. tit. Conſtitutiones feudales Domini a Lotharii, quas ante januam B. Petri &c. quæ allegantur per omnes, & qui majorem partem harum Lombardarum legum condiderunt, ut infra dicam. Ideo ubique terrarum, & magis ac etiam magis debent hic ſervari pro legibus, & etiam quia plerumque in iſtis legibus dicitur, fiat punitio & condemnatio ſecundum morem Francorum, &c. Sed de legibus Luitprandi, Rotharis, & aliorum Regum Lombardorum & maxime Haiſtulphi, qui ſecundum Platinam in Pauli I. Papæ Chronica, fecit multas leges & conſtitutiones in Lombardia, & tales non reperiuntur fuiſſe imperatores Romanorum, ſed tantum Reges Lombardiæ non debent ſecundum ipſum de Iſernia ſervari pro legibus, quia Regno tantum potuerunt legem imponere, d. l. 1. Et hoc caſu militare poteſt dictum Baldi in d. c. translato, quod extincto Regno extincta quoque fuerit lex Regni: ſed tamen ratio ipſarum legum a prafatis Regibus Lombardiæ conditarum allegari poteſt ſecundum ipſum, cum ex legibus abrogatis & correctis maneat ratio, l. 2. ff. ad Trebell. & l. 1. & ibi Bart. ff. de conjung. cum emancip. liber. de quo per Gloſſ. & Salycet. in l. 1. Cod. de Latin. libert. tollend. & in c. damnamus. De ſumma Trinit. & in c. novit. De judic. & Gloſſ. in d. c. quicumque, 11. q. 3. & in c. cum devotiſſimam. Sed hoc ultimum reprobat Jacob. Alvarot. in prælud. Feud. col. 5. dicens post Nicol. de Neapoli ibi, quod illud de ratione legis correctæ intelligitur de legibus, quæ ſunt in VI. voluminibus juris communis, quia ſi aliqua lex ex dictis voluminibus ſit correcta, bene manet ratio illius, ex qua poteſt aſſumi argumentum: ſecus eſt, ſi ex legibus, quæ non ſunt in dictis ſex voluminibus, vellet quis aſſumere argumentum, tunc non poteſt, ut notat Gloſſ. C. de Juſtinian. Cod. confir. in verbo neceſſe, circa medium. immo eas allegans punitur pœna falſi, ut ibi dicit text. & per Cardin. Alexandr. in c. ſi Romanorum, XIX. diſt. & Batol. in l. fin. ff. de falſ. & Paridem de Puteo in tract. Syndicat. in verbo probatio, c. 2. in fi. & in verbo teſtis, c. qui ſemel, & Bald. in l. cum multis, C. de donat. Alvarotus tamen fatetur, quod Imperator poſſet hodie facere novas leges ultra illa ſex volumina librorum Juris civilis, ut videmus de pace Conſtant. ad reprimendum, &, Qui ſunt rebelles. De pac. tenend. &, De pace. jur. fir. De prohib. feud. alien. per Lotharium, & etiam per Fredericum. Et idem Bald. in c. 1. § fin. verſ. venio ad primum. De pace Conſtant. ubi dicit, quod leges Friderici & capitula pacis Conſtantiæ poſſunt pro legibus allegari: & Bartol. in tract. de Guelphis & Gibellinis, Col. 1. Hæc ibi Boherius, & quæ ſequuntur multo plurima.

a non illius primi ut fallo putat, ſed Tertii Saxonis.

NICOLAUS JASKIERUS SENATUS CRACOvienſis à Secretis in Dedicatione Legum ſive Juris Provincialis Saxonum, ad Sereniſſimum Sigiſmundum Poloniæ Regem, Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæque Magnum Ducem & Hæredem.

EGo itaque animadvertens, Sacratiſſime Rex, legum juriumque peritiam, ex his quæ præmiſſa ſunt, cuilibet Reipubl. pluriminum eſſe neceſſariam, & ſine quibus diu ſtare minime poteſt, cumque ſæpe ac ſæpius revolverem jura Saxonica Provincialia, tum & municipalia Maydeburgenſia, quibus celebris hæc noſtra Reſpubl. Cracovienſis, tum & alia Regni Poloniæ Civitates innituntur, reperi loca mille adeo adumbrata veritatis, quædam mutila, inverſa quædam, ac tantum deprava ta, ut peritiſſimo cuiquam non parum negotii primo fronte faceſſerent: collatis vetuſtiſſimis illius Juris codicibus, curavi, publicis licet occupatiſſimus negotiis, ut jura illa emendatiora intelligibilioraque, ad communem totius Regni utilitatem patriæque ornamentum, prodirent in publicum, &c. in ſpem vocor maximam, & hoſce labores meos pro commodo & utilitate ſubditorum Majeſtatis tuæ ſtatuque Civitatum, ac juſtitiæ augmento præſtitos, Majeſtati tuæ, qui & præcipuus cultor legumque & conſtitutionum omnium aſſervator & cuſtos vigilantiſſimus ſit, acceptos fore & gratos. &c. Dat. 1535.

IDEM IN DEDICATIONE JURIS MUNICIPAlis Saxonum ſive Weichbildi Maydeburgenſis ad Petrum Tomicium Epiſcopum Cracovienſem & Regni Poloniæ Vicecancellarium.

QUare jamiam magis officioſa addictus vita, Cracovienſi Reipubl. inſerviens, Juris municipalis Maydeburgenſis, quo urbs illa, & aliæ ex æquo Civitates Regni utuntur, depravati, & admodum obſcuri, quodque jampridem nimio plus mendis conſpurcatum vitiatumque eſt, adeo ut ne à doctis quidem facile intelligi poſſit, caſtigandi, limandi, inſtaurandique provinciam ſuſcepi: magnitudo ſiquidem rei, difficultasque ac plurima cura, ſed & livor invidentium edax, judiciumque perverſum, à propoſito me deterrebant & avocabant: publicæ tamen utilitatis & patriæ amor è diverſo alliciebat, omnemque obicem perfregit, dedecoroſum & indignum iniquumque ac damnoſum reputans, tam neceſſario pignore, cum Seniores Civitatum ac Judices Rectoresque, tum cives bonos carere: quod quidem iſtorum juſtitiæ & pacis civilis norma eſt & profugium, illis vero æqui judicii eſt regula & veluti perpendiculum, à quo vel latum unguem abire ſummum nefas eſt &c. Sub tui igitur tanti nominis patrocinio ac tutela P. D. patiare opus hoc diligentiſſime recognitum atque repurgatum, in communem prodire utilitatem, quod eo gratius Regni incolis & cunctis Jurium ſtudioſis fecerit T. P. ſi benigne calculo tanti cenſoris fuerit comprobatum &c. Dat. 1535.

VITUS AMERBACHIUS HELVETIUS IN DEDIcatione Capitularium Lotharii Imperatoris, ad CAROLUM V. Imp. & Ferdinandum Cæſarem.

OPortuniſſime ſe obtulit mihi Canonum & legum harum compendium, quorum hæ ab ipſo Carolo Magno latæ ſunt, illi vero approbati, aut una cum Epiſcopis ab eo conditi. Sunt enim ex magna parte velut flores quidam è diverſis legum hujus Imperatoris voluminibus, & actis habitorum ab eo cum Epiſcopis Conciliorum, collecti, &c. Sed quid, obiiciet aliquis, in hac re laudis admodum eſſe poteſt, cum & hæc eadem ex magna parte, & his meliora paſſim occurrant in Codicibus Legum & Canonum, tum etiam barbaricis vocabulis & impuris orationibus hic referta ſint omnia? Bona verba. Num vero gemmæ, annuli, veſtes, tabulæ, monetæ, & ſimiles res precioſæ non ubique poſſunt comparari, & tamen religioſe conſervantur, & longe ſunt cariores, cum relictæ aut donatæ ſunt nobis aut à parentibus, aut ab amicis, aut ab Imperatoribus, aut à Regibus, aut ab aliis, quos vel caros valde habuimus, vel magni facimus, reveremur, obſervamus vivos, aut mortuos? Et an ideo faſtidimus gemmas, annulos, tabulas, vaſa, quod vel corrupta ſunt tempore, vel opere non ſatis expolita, ut fere ſunt ea, quæ afferuntur ex mediocri vetuſtate, ne dicam alia grata eſſe aliis temporibus, & opera non raro precium habere ex moribus, & judiciis hominum præſentium. Nihil igitur nos movere debent horum clamores aut etiam otioſi quorundam [illegible], ut ſic nominem, grunnitus & coaxationes, vel in hac re vel in ſimilibus. Quin potius reverenter colamus cum reliqua juſtitia & pietate & majorum noſtrorum bene ac pie tum geſta, tum conſtituta, nec patiamur nos ex hac velut arce aut templo virtutum & omnis honeſtatis expelli. Quod reliqui mortales in orbe Chriſtiano, veſtri cives, Carole & Ferdinande, Principes & ſapientiſſimi & religioſiſſimi, tanto alacrius facient, ubi videbunt in hac vos re ſibi velut magnas quasdam faces & lumina prælucere, ac rectam viam ituris monſtrare. Idque vel Caroli exemplo, qui quantum in omni genere virtutum præſtiterit, oſtendunt hiſtoriæ: quantum vera pietate præter alia teſtatur etiam hic libellus, ubi & de nulla re tantopere eſt ſollicitus, quam de conſervanda & ornanda religione Chriſtiana in mentibus & ceremoniis: & cum de tintinabulis non baptiſandis, & non uſurpandis aliis nominibus Angelorum quam uſitatis, de removenda quadam ſuperſtitioſa epiſtola, de cohercendis agentibus pœnitentiam, qui nudi cum ferro vagabantur, & ſimilibus rebus graviter præcipit, quid facit, niſi quod vult à finibus Chriſtianorum exterminatam ſuperſtitionem, quæ ut ex quadam ſingularitate naſcitur, ita religioni plurimum adverſatur? Obſecro igitur vos & obteſtor per manes veſtri avi ſanctiſſimi Herois, per majeſtatem illam Cæſaream, per veſtram & noſtram omnium ſalutem, ut tota mente, ac omnibus tum cogitationibus tum viribus in hoc incumbatis, ut Eccleſiæ matri noſtræ, & quidem, quantum poteſt fieri, ſine cædibus & ſanguine, reſtituatis concordiam primo in doctrina religionis & piis ceremoniis, deinde coerceatis inuſitatam & licentiſſimam illam rabiem calumniandi &

male-

maledicendi, ad quam non parum facit multorum typographorum avaritia, & plus quam venalis apero, conniventibus ad hanc turpitudinem paſſim inferioribus Magiſtratibus, non ſine ſummo & religionis & Imperii noſtri dedecore. Præterea ſuccurrotis etiam infelici Pannoniæ, ac vicinis locis, eripite miſeros ab hac Turcarum carnificina ſimul corporum & conſcientiarum, &c. Dat. 1545.

GERHARDUS LORICHIUS HADAMARUS IN NUNcupatoria Reformationis abuſuum &c. Ludovici Pii Imperatoris, ad Nicolaum Epiſcopum Azotenſem & Archiepiſcopi Trevirenſis Vicarium, aliosque Canonicos.

Argumentum libri eſt, modus atque formula reformandi Cleri. Compilator eſt LUDOVICUS PIUS *Caroli Magni filius. Authores, ex quorum ſententiis corraſus eſt, ſunt hagiographi veteris & novi teſtamenti Patres, Eccleſiæ columnæ. Argumentum ſane eſt religioſiſſimum, Cleri nimirum reformationum delineant. Clerici, quos Chriſtus ſal terræ vocat, debent (teſte Gregorio) aliquid ad penſum ſanctæ inſtitutionis adjicere, & eorum, qui in laicali ordine conſiſtunt, obſervantiam ut loco, ita & religione præcellere, Diſt. 4. c.* denique. *Hic rurſus cogor ad imperioſos Clericos redire, qui non ſunt ſal, ſed ſalſugo, uligo & mephitis terræ, qui acerbitate nimia abigunt, quos allicere debent. Alios in regnum cælorum non patiuntur intrare, nec ipſi dignantur ingredi. Eodem decuplo patrant, quæ in aliis plectunt. Exempli cauſa: ambitione, pompa, ſaturitate, otio & hoc genus Sodomiticis vitiis diffluentes, bone Deus, quam concubinariis ærumnoſis & laborioſis ſunt infeſti, colantes culicem, glutientes camelum. Habet peccatum ſuos gradus omne. Concubinatum reſpectu aliorum vitiorum ego in infimo gradu ponere auſim. Eſt enim & ſcortatione peccatum remiſſius. Utinam qui concubinas non habent, non fornicentur omnes: utinam non pejora libidinis vetitæ facinora deſignent. Fac eſſe, miſogynas ſecubontes, aliorum uxorum ſubſeſſores non ſint, Veneris infenſiſſimi hoſtes omnes: non poſſunt tamen dicere, mundum eſt cor noſtrum. Alia ut taceamus omnia, carnis ſi agilitatis vitia mentis impuritas longe ſuperat. Maxima omnium impuritas eſt, faſtus & Phariſaicum ſupercilium, quæ ambitioſuli pompæ mancipia, decem millium animarum jacturam minus curant, quam honoris ſui detrimentum minimum. Quantumvis rei ipſi, cælo terræque inviſi, injuria tamen ſe præcipua affici arbitrantur, ſi quis Scripturam Canonicam contra ipſorum pompoſam tyrannidem, juxta nativum ſenſum, exponere auſit: ipſi vero palmarium ſibi credunt eſſe, ſi ſuo tyrannide multa animarum millia in deſperationis barathrum præcipitent. Præcipitant autem erroticas tonſas, non niſi delumbatas & peſſime acceptas in gratiam recipiunt: pœnitentiæ delectabile ſacramentum, in horribile tormentum vertentes: vinum & oleum Chriſti meritorum, in hippomane & aconitum mutantes. Adverſus hanc hypocriticam truculentiam efficax antidotum eſt libellus Reformationis Ludovici Pii, non toxico, cicuta, auripigmento, ſed nectare & ambroſia vera confectum, non ferra & milio tabida membra reſecanda contendens, ſed unguento optimo rı ſovenda docens. Hiera quidem picra eſt amara, ſed ſalutaris: talis eſt Ludovici Divi medicamen. Non agit minis & conviciis, ſed ſalutari admonitione & inſtitutione leni. Hypocritæ faſtidioſi libellum iſtum perlegentes, quo ipſi contagine fœteant, ſuboleſcent: & ſic tandem diſcent eum infirmis infirmari. Trabem ex ſuo ipſius oculo Magiſtratus Eccleſiaſticus univerſus ejiciat, & gregarios Sacerdotes præſentiſſime reformaverit. Abbates Chriſti humilitatis & manſuetudinis ſpecimen aliquod deſignent, Monaſticen ad priſcam hoſpitalitatem & ad Theologiæ ſacræ ſanctum ſtudium reforment: & non erit opus, ut errones cucullatos vinculis bipedes conſtrictos in ſua retrahant cœnobia. Ludovici itaque Pii ad primitivæ Eccleſiæ ſeculum inſtar omnes prævaricantes revocans unicus libellus, multarum Synodorum & creberrimarum Viſitationum efficaciam exprimet in lucem editus: eſt enim ſua antiquitati authoritas. Nam ut nemo bibens vinum vetus, dicit, muſtum eſt melius: ſic nemo cordatus, poſterioris Eccleſiæ authoritatem primitivæ prætulerit. Reformatio Cæſaris Sigiſmundi beatæ memoriæ, qui noſtro huic ſeculo vicinus magis floruit, cum Ludovici Pii Reformatione collata, admonebit, quantum præſtent auro lupinis. Optimus alioqui Imperator Sigiſmundus, primitivæ Eccleſiæ authoritate minus obſervata, ſuum arbitrium proferens, minus profecit. Ludovicus vero Pius, tametſi matrici Eccleſiæ magis vicinus floruerit, nihil tamen ſuopte ſtatuit arbitratu, ſed hoc, quod à ſanctis ſanctæ Eccleſiæ architectis & patribus rite decretum & obſervatum invenit, hoc ipſum è ſitu vindicandum duxit, & ſic plurimum profecit: quod ejus temporis aurea ætas liquido arguit. Probanda itidem eſt* CAROLI V. *Imperatoris hujus noſtræ ætatis glorioſiſſimi Reformatio, quod & ipſa primitivæ Eccleſiæ authoritate fulta exiſtat. Actum agunt &* Sigiſmundi Imp. Reformatio.

Pene-

Penelopes telam texunt, qui Eccleſiæ reformationem alia ratione meditantur: quod exemplo quorundam Germaniæ Principum, quibus mentem & inſtitutionem meliorem optaverim plus ſatis planum eſt, fieri videmus. Dicat quis ſuperſtitioſum eſſe, diſciplinam Cleri hujus tempeſtatis anguſtiſſimæ, ad Eccleſiæ primitivæ anguſtias redigendam contendere. Poteram hic reſpondere: ergo etiam incontinentes Sacerdotes ad anguſtiam coacti cœlibatus non compellendos. Sed ab illa illatione hic ſuperſedens, ea qua libellus Reformationis a Sacerdotibus contendit, perſtringam. Anguſtum eſt Canonicos omnes rurſus ad Monaſtices diſciplinam redigi. Ex Monachis facti ſunt Canonici, ex Clauſtris Eccleſiæ Cathedrales & Collegiatæ, ex magiſtris Capitulares, ex miniſtris Vicarii. Non video, qui ad priſtinum ſtatum eum Canonicorum hujus tempeſtatis converſatio poſſit facile reformari. Eſt tamen operæpretium, quemque Canonicum priſtinam Canonicorum diſciplinam noſſe, & ſufficere pro tempore, loco & perſonis ex Canonicis non fieri ciniflones & cacula. Ad moderationem eam pertinet alter libellus ille, cui nomen eſt inditum, Regula Canonicorum, *qui Reformationi* LUDOVICI PII *tanquam appendix eſt adjectus. Libellus ille oſtendit, Canonicorum Conventus, victum & amictum, multum à Monachorum habitu & vita differre. Libellum itaque eum una cum Reformatione* LUDOVICI PII *excudi curavi, ut prioris leniret rigorem. Non video, qui Canonici vivere poſſint, infra infimorum Chriſtianorum ſortem & conditionem non modo viventes, ſed & infimis quibuſcumque ſcandalo eſſe pergentes. Audivi ego quadruplicem Canonicum Cathedralium Eccleſiarum, illuſtri prognatum ſtemmate, fatentem ſe in lenocinicam vitam,* in das buben leben/ *perveniſſe, tunc cum in Canonicorum album eſſet receptus. Libellus* de Regula Clericorum, *aſſeverat ſanctos Martyres & Confeſſores Eccleſiam locupletiorem feciſſe, ut ex opibus Eccleſiæ, Chriſti milites alerentur & pauperes recrearentur. Tunc Clerici verbi & ſacramentorum Oeconomi, magiſtri etiam & miniſtri Chriſti militia accenſebantur. Vult itaq. Regula, ut iſtiuſmodi milites inprimis de Eccleſiæ bonis, juxta præſcriptum Evangelicum & Apoſtolicum ſuſtententur: ut non eleemoſyna mera, ſed merces & ſtipendium illa Clericorum alimonia habeatur. Non miſit Chriſtus Apoſtolos mendicatum, ſed ad prædicandum & ad curandum: idque gratis. hoc ſcilicet, ut non lucri cauſa evangelizarent, ſed victum tantum & amictum, tanquam mercedem operæ impenſæ gratificationem reciperent, quod Apoſtolus vocat rationem dandi & accipiendi. Eſt quidem eleemoſyna quicquid à majoribus Eccleſiæ eſt datum, ſed quod inde à militibus recipitur, ſtipendium & merces eſt, non mendicabulum. Sacrilegium itaque eſt, huic ſacræ militiæ aut ſtipendium ſuum negare, aut auferre. Mendicis quæ datur ſtipes, eleemoſyna vocatur. Proxime & ſecundum Chriſti milites Eccleſia inopum curam ſuſcipit. Sed debitum eſt, quod militia Chriſti impenditur: commiſeratio eſt, quod miſeris erogatur. Utrumque ſacroſanctum & æque meritorium. Unde, ut S. Hieronymus epiſt. xxxiv. ait,* aliquid ex eleemoſyna Eccleſiæ pauperibus danda ſubtrahere, eſt omnium prædonum crudelitatem ſuperare. *Vult itaque Regula Clericorum, ut etiam in congregandis Canonicis modus teneatur, ut cæteris etiam Eccleſiæ neceſſitatibus vota fidelium & pretia peccatorum & patrimonia (ſic vocat res Eccleſiæ) pauperum poſſint. Canones dicunt, Clericos eos, qui bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium committere, & judicium ſibi manducare & bibere. Sunt plurimi tam ex Catholicis, quam ex Schiſmaticis, loco ſummo nati, qui conſtanter adfirmant, Eccleſias Cathedrales & Collegiatas locupletatas ad ſtemmatum ſplendorem conſervandum: & nihil aliud eſſe quam ſecularis Nobilitatis & poteſtatis cellas penurias & ſubterfugia. Sed eorum opinioni pugnat dictio* Cathedra *&* Collegium, *unde Eccleſiæ ſunt appellatæ: pugnat &* Canonis *vox, unde Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum Clerus appellatur, pugnat & dandi ratio, pugnat & Eccleſiæ conſideratio, & alia multa, quæ jam neque recenſere neque declarare volo. Dabimus, temporis rationem novam metamorphoſin exigere, qua nunc demum, ſicut ex Monachis facti ſunt Canonici, ex Canonicis fiant caculæ, ex Sacerdotibus stratiotæ: qua ex militia chori fiat ſtratia fori: qua ſtola & orarium, paludamento, epheſtre & laticlavo mutetur. Militum Chriſti caſtra, pauperum proſeuche & cataſta, primo Eccleſiæ bonis ſtipendia ſua & eleemoſynam recipiant: & quidquid bonorum Eccleſiæ reliqui eſt, hoc ordini equeſtri relinquatur. Conſcribatur Nobilium Canonicorum exercitus, ſacramento militari religentur, quinque & viginti annis contra Turcam juxta ſacramentum militare pugnent, ad militiam eam bona conſcientia bonis Eccleſiæ poſſunt uti. Emeriti item & veterani militia ea ſacra, præſcripto tempore legitime perfuncti, Eccleſiæ bonis educentur & recreentur. Metamorphoſin illam Religioni Chriſtianæ commodam nemo bonus poterit reprehendere. Reprehenſione vero non poterit carere, Eccleſiæ bona pompæ, voluptati, otio, atque adeo omnigenis vitiis dari. Non hoc ſplendorem ſtemmatum eſt conſervare, ſed enervare & perdere. Interea vero dum novæ ejus militiæ regula & lex nondum præſcribitur, dum Canonici a ſacramento Ordinis Eccle-*

Canonicorum regula Chriſtiane & militer mutaretur in Regulam militarem & Equeſtrem contra Turcos.

ſiaſtici

ſuſtici ad militare nondum dimittuntur, dum ab ara ad arenam nondum ablegantur, Canonici Dei timentes, tam præclara familia nati, quam humili atq; obſcuro genere fuſi, tympana, tibias & cornua Martialia diſſimulent: Pſalterion vero Davidicum ſedulo increpitent: aſina, cui Chriſtus inſedit, Bucephalon Alexandri poſthabeant: non ad Vulcania arma animum adjiciant, ſed panopliam ab Apoſtolo deſignatam affectent: oculo irretorto aquilas Quiritium prætereant, ad Chriſti militia vexilla anhelantes, poſthac cura ſua præmia digna recepturi. Ad hoc ſanctum propoſitum cum uterq; libellus Reformationis & Regulæ Clericorum, multum ponderis habeat, utrumq; in lucem edendum, & veſtris integritatibus dicandum duxi: quod norim vos non impetu, ſed ratione, Eccleſiæ reformationem exigendam cenſere, tam hypocriſios abuſus quam hæreſios labes eradicata velle, æque ignavorum Pſeudocatholicorum luſtra, quam Hæreticorum ſpelæa averſari. &c. Dat. Wormatiæ 1549. excuſum Coloniæ apud Ioannem Quentel eodem anno, cum gratia & Privilegio Imperiali.

BASILIUS JOANNES HEROLD IN PRÆFAT. LEGUM Germanicarum, an Joannem Archiepiſcopum Treverenſem, S. Rom. Imperii Electorem, & Archicancellarium per Galliam & Regnum Arelatenſe.

INter paucos te unum, Johannes Princeps, ceu è cœlo divinitus delapſum hominem, boni omnes intuentur, ac eum eſſe deprædicant, cui ſi obtemperatum fuerit, eam, quæ nunc nulla eſt omnino, propediem inſtauratam, imo optime ſtabilitam Rempublicam Germanam fore, cum aſſeveratione gravi affirmant. Ejus autem juvandæ tibi deſiderium innatum, ingenii fortunæq; facultates largas eſſe Deo authore, ſummopere gratulandum eſt omnibus, neque meum committere, ut rectiſſimi illius tui ſtudii conatus, efficaciſſimis prudentiſſimorum ſapientiſſimorumque noſtrorum virorum Principum ſubſidiis atque monimentis non confirmem, cum ſanctiſſimi ſenis Wolufgandi Principis Fuldenſis pietate, in manus mihi devenerint, Leges Salicæ, quibus dignitas Germanici nominis, ac veræ Franciæ libertatis majeſtas aſſeritur. Eas cum longe ante Juſtinianas illas ſancitas conſtet, à majoribus noſtris tam auguſtas, tam ſacroſanctas habitas fuiſſe, graviſſimorum authorum teſtimonio exploratum habeo, ut cætera potius jura omnia, & divina & humana, diſſimulari abrogarique, quam ipſas violari, perferrent tolerabilius. Optima ſane ratione. ex iis etenim non ſolum conjunctarum Legum omnium fontes & capita defluxerunt, verum etiam quanta priſcis illis erga Deos immortales pietas, quanta erga homines æquitas inſita fuit, elucescit. Quanta adverſus gentes exteras omnes, æterna illa noſtrorum fuerit authoritas Imperiique amplitudo, quod maximum fuiſſe argumento eſt, cum Romanos ipſos, rerum ſcilicet Dominos, gentemque togatam, legibus ſeverioribus noſtris coercitam, Franco conditione, ſtatu, ſeu jure in omnibus inferiorem habitam tunc, declarant. Harum igitur adminiculo enitere ad gloriam illam immortalem, ad honorem quem à pueritia cogitaſti, dum ſtudia virtutis amplecteris, & bonæ exiſtimationis fructum uberrimum tibi propoſueris. Adeſt namque maxima occaſio, acerba ea tamen, at viro bono omnibus modis amplectenda, calamitas patriæ, in quam numquam incidiſſet, ſi communem gentilium noſtrorum conſenſum ſequi maluiſſet, quam vi ac fraude devincere & perſtringere ab ipſo numine per majores noſtros deductas has rationes honeſtas, quibus integris, ſuprema Germaniæ ſalus ſtetit. Nunc igitur tu, Joannes Princeps, celerrime expectationi bonorum ſuccurre, erige labefactatam pertinacia, ac ea, quæ nullam peccati traductionem admittit, ambitione quorundam quaſſatam Rempublicam. Munus ſuſcipe dignum Germano atque ingenuo viro, proprium Septemviro Salicorum, hoc eſt veteri illo ac vere Germano Imperio Tabularii Magiſtro Joanne à Leyen & Archiepiſcopo & Principe digniſſimum. Pollicetur id de te, elegantiſſimis ſtudiis, egregiis factis hucusque vita tua traducta, quæ abunde, ultro, & maxima omnia præſtabis, quandoquidem à genio illo tuo numquam diſſentit: aut in te ſit inane nihil, nihil inflati, aut amari. Accedit eximiorum collegarum tuorum Danielis Maguntini, Antonii Colonienſis Septemvirorum, conjuncta tibi animorum voluntas, necnon Rodolphi Spirenſis Principis in Rempubl. par ſtudium. Qui cum magnis virtutum & induſtriæ artibus adeptam illam in Eccleſia Chriſti, majoribus meritis dignitatem ſuam, maximam & præclariſſimam reddunt, ad pacificandam horum temporum & rerum turbam, recuſabunt laborem nullum. Neque deerunt, quos liberali & plane regia beneficentia ſublevare ſoles, viri boni & docti. Sequentur etiam alii Principes viri hoc tuum quia præclarum eſt exemplum ac pietatis plenum: illecti inſtitutis his, atque majorum ſuorum Legibus cum ipſis non niſi antiquiſſimæ & ſumme cordi eſſe poſſint. &c. Suſcipe itaque Leges Germaniæ. Leges dico, quæ rationes, inſtitutum, & normam vitæ tuæ exprimunt, in quibus & morum & moderationis tuæ æquabilitas elucet.

Ubi cuncta ei equidem, quam ſuſtentas, perſona, id eſt, authoritati Reipubl. & religioni Chriſtianæ, reſpondent. Dat. Baſileæ, 1557.

SIMON

PROLEGOMENA.

SIMON SCHARDIUS IC. ET ASSESSOR IMPERIA-lis Cameræ Spirenſis, in Dedicatoria Epiſtolarum Friderici II. Imperatoris, quarum auctor Petrus de Vineis Imperii Cancellarius, ad Wolffgangum Hallerum, trium Imperatorum, Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. Secretarium.

Si ſtudium quorundam in conſervandis ac conquirendis reliquiis vel exuviis eorum, qui ſanctitatis opinione excelluere, minime improbatur: cur non germanæ ac veræ præſtantium virorum reliquiæ, nimirum ſententiæ de religione, aliisque rebus utilibus, errorum reprehenſiones, vitiorum inſectationes ac piæ admonitiones conſervari, & ad poſteritatem tranſmitti deberent: quum hæc ex Spiritu Sancto animos piorum agitante profecta, tanto cæteris rebus caducis atque terreſtribus ſint pretioſiores, quanto plures in ſe utilitates habent? Initio namque hujus generis ſcripta, optimi maximi Dei bonitatem ac miſericordiam erga Eccleſiam ſuam oſtendunt: qui, ne ingruentibus erroribus, vel falſis doctrinis graſſantibus, ea in errores pertracta, funditus interiret, ſed ſeptem millia piorum Baal genua non inflectentia retineret, ſingulis temporibus, vel Prophetas, Doctores ac Evangeliſtas, vel alios pios viros excitavit, qui erroribus atque mendaciis reſiſtentes, vitia taxarunt, ac pio & intrepido zelo veritati teſtimonium tulerunt. Ac ſi id unquam alias retroactis temporibus, ſub tyrannica Pontificum Romanorum dominatione accidit: certe temporibus Friderici hujus id factum fuiſſe, veriſimile eſt. Nam quæ de Synagoga Romana optimi ac fortiſſimi herois Friderici II. ſententia fuerit, hæ epiſtolæ luculenter oſtendunt: cum Pontifices gregis Dominici lupos rapaces, patres doli, viros ſanguinum, amatores ſchiſmatum, pacis æmulos, lapides offenſionis, denique Antichriſtos aperte nominat. Ac quam eorum autoritas tunc temporis in Italia Gallia & Germania, aliisque locis exigua fuerit, inde colligere licet, quod tam multi per Friderici concionatores ac Valdenſium doctrinam crediderint, Romam eſſe Babylonem, ac meretricem illam magnam, Papamque ipſiſſimum Antichriſtum: ut per Cyrillum quendam Græcum, Carmelitarum Præſidem generalem, apocalypſin Johannis ex Eccleſia tollere & in ejus locum aliam ſubſtituere conati fuerint: quam impoſtor ſceleratiſſimus, Dei ipſius digito ſcriptam, ſe è cœlis accepiſſe, de futuro Eccleſiæ ſtatu commentus eſt. Ut ergo in cæteris operibus Deus bonitatem ac dilectionem ſuam erga Eccleſiam agnoſci ac prædicari vult: ſic eam quoque ex hujusmodi monimentis agnoſcamus, eique pro benignitate in conſervanda Eccleſia toto pectore gratias agamus. Porro ex hujusmodi ſcriptis multi boni, qui ex ſimplicitate in tenebris ignorantiæ captivi detinentur, non parum juvantur, cum vident, Papiſticas fraudes, deceptiones atque nequitias, non recens cœpiſſe notari: ſed & ante hanc ætatem fuiſſe, qui Romaniſtarum impoſturis animadverſis eos exagitare, proſcindere & damnare ſint auſi. Trecentis & ſexaginta abhinc annis has epiſtolas ſcriptas fuiſſe conſtat: at quam inſignia Pontificum ac Cardinalium facinora hîc recenſentur? & quam præclaris eulogiis ſanctiſſimi patres à Friderico ornantur? Quod ſi quis hodie Pontificum vitia taxet, eorumq; ſcelera ſuis coloribus pingat, id novum vel potius Lutheranicum eſſe neceſſe eſt, at id exemplo ſuperioris ætatis minime carere, hæ Epiſtolæ liquido probant. Quid, quod hujusmodi ſcripta ad interruptionem diuturnæ poſſeſſionis, quam in plerisq; commentis ſeu traditionibus ſuis prætendunt, ac veluti caput Gorgonis objiciunt, non parum momenti habent? Cum enim ex doctrina Juriſperitorum conſtet, vel per atteſtationem, vel contradictionem poſſeſſionis vel quaſi ex tempore, ut ipſi loquuntur, cauſata interruptionem, ita induci, ut quis malæ fidei poſſeſſor conſtituatur: quomodo in plerisque ſe multorum annorum diuturna præſcriptione tuebuntur, quam ſæpius complurium ſcriptis, non ſecus ac per executoris conventionem interpellatam eſſe conſtat. Gloriatur iſta ſuperbiæ mater, ad ſe pertinere Imperatoris Electi confirmationem, & depoſitionem: perinde ac ſi filius Dei Apoſtolis miniſterio docendi commiſſo, ipſis ſimul orbis dominium tradiderit; nec ſatis ſit confirmatus, qui legitime electus ſit. At Fridericus talem Pontificis poteſtatem nunquam agnovit. Nam etſi ad Pontificem, de jure & more majorum, Imperatoris conſecrationem pertinere non diffiteatur: non magis tamen ad eum Imperatoris depoſitionem ſeu remotionem pertinere contendit, quam ad quoslibet Regnorum Prælatos, qui Reges ſuos conſecrant & inungunt. Sic & autoritatem indicendi Concilii, quam hodie Pontifices violenter uſurpant, in tantum Pontifici adimit, ut ſibi, Imperio & terræ Principibus indecentiſſimum judicet, cauſam ſecularium poteſtatum Eccleſiæ foro vel judicio Synodali ſubjicere. Quod ſi non alia cauſa eſſet, veterum ſcripta conſervandi, an non hæc ſola ſufficere poſſet, ut Pontifices malæ fidei poſſeſſores, in præſcribendis Imperii juribus conſtituerentur? &c. Dat. Baſileæ 1566.

GULIEL-

PROLEGOMENA.

GULIELMUS FORNERIUS IC. ANTECESSOR AURELIANENSIS, in Dedicatione Variarum Caſſiodori, quibus Cancellarius Imperii Theodorici, Athalarici, Theodahathi &c. Gothorum Regum Decreta ſcripſit, ad Philip. Huraltum Vicomitem Chevernium, ſummum Galliarum Procancellarium, Provinciæ Aurelianenſis, Carnutenſis Blæſenſis &c. Proregem.

UT non ingratum, nec hauſta proximo è flumine aqua munus darem, Variarum libros XII. quibus & tu, V. CL. nonnihil oblectareris, & ij qui tibi in Comitatu aſſunt, lubenter verentur. &c. Dat. Aurelianis 1578.

JOANNES SAMBUCUS HUNGARUS, S. CÆS. MAJESTAT. Conſiliarius, in præfatione Decretorum in Hungaria publicatorum.

CUm nemini ſit obſcurum, de reſponſis, legibus, ſtatutis, ſanctionibus, novellis reſcriptis cujusvis ætatis, temporum, Rerumpublicarum normam, & regionum faciem deprehendi: profero & ipſe aliquot potiorum Regum articulos ſeu conſtitutiones, ad illuſtranda multa hiſtoriarum loca, eorumque ſeculorum repræſentandam formam. quorum & lectio multis grata erit, adeoque editio à noſtris cauſarum patronis fuit pridem deſiderata. Quod enim ad reliquos articulos, ad Maximilianum II. Imp. usque pertinet: hoc eſt, quibus pene ſingulis annis vel additur, vel aliquid demitur, juſtum volumen debetur, ad fori atque judiciorum Regiorum diſceptationes pertinens. Quod ſi forte lector vel formulis inuſitata, vel prima rudique religionis ſuſcepta zelo nonnulla, ne dicam ſuperſtitione, adſperſa, quæ ne Clero ipſi usquequaque hodie ſatisfecerint, occurrerint, nemini præjudicium fertur, nec religio importatur: quisque duntaxat ut hiſtorica accipiet. &c. Dat. Viennæ 1580.

PETRUS PITHOEUS IC. IN PRÆFATIONE CAPITULArium Karoli Magni &c. ad Henricum III. Regem Galliæ.

MAjorum tuorum Chriſtianiſſimorum Principum leges non putavi aliis quam nominis tui, Rex, auſpiciis in publicum exire debere. Nam præter ſanguinis jura, quæ nulla civili ratione corrumpi aut dirimi poſſunt, ſane quæ Regum nomen præferent, & vero magna parte Regiæ eſſent, ad Regem etiam referri par fuit, cujus ſacroſanctam Majeſtatem qui vel tantulum imminuit, Dei ipſius ſummi omnium Regis atq; Imperatoris imaginem violaſſe non immerito videatur. Acceſſit & illud, quod licet iſtis, ut ipſi tum appellabant, capitulis externa nonnulla & exotica pro collectorum ingeniis admixta ſint, tamen inter hujusmodi rudera, juris Francici fontes, aut potius fundamenta, recognoſcere nobis quidem facile eſt, quæ poſteri hac parte aliquanto feliciores in melius ſic produxiſtis, ut quemadmodum nullum jam Francorum regno antiquius aut nobilius orbis habet, ita vix ulla fere gens reliqua ſit, quæ non ab hoc jura acceperit: nulla, quæ legibus & inſtitutis, ſive copiam ſive æquitatem & providentiam ſpectemus, cum eo comparari poſſit. Sed dabit veniam Majeſtas tua, ſi illud paulo fortaſſe liberius adjeciſſe videbor, leges ipſas rem per ſe mutam ac mortuam eſſe, niſi vitam, &, ut noſtrorum verbis dicam, effectum rei à Magiſtratu accipiant, quem ob id priſci ſapientes νόμον ἔμψυχον *non fruſtra nuncuparunt. Quæ etiam in re ſecuritati Principum facile à Numine proviſum eſt, ut in paucorum fide, omnium benevolentia conquieſcere poſſint, dum virtuti potius quam ambitioni locum dent. Dat.* 1588.

ARNOLDUS HUITFELDIUS CANCELLARIUS REGNORUM Daniæ & Norvegiæ, in præfatione Legum Provincialium terræ Scaniæ.

OMnes hæ leges, Cimbrica, Scanica & Selandica, magna ex parte originem habent ex jure Saxonico, quod cuivis facile deprendere licet, qui eas cum libro Saxenſpiegel *vulgo dicto contulerit, &c. Optandum ſane eſſet, unis nos legibus uti, & præſtantiores in univerſum obtinere, additis quæ Receſſibus novis corriguntur, & aliis poſtea conſtitutionibus ſancita ſunt, ut perfectum Juris corpus tandem extaret, quod omnibus in patulo eſſet. &c. Dat.* 1589.

SIGISMUNDUS REX POLONIÆ, SUECIÆ, GOTTIÆ, & Vandaliæ, Magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ Livoniæque in Edicto de reimpreſſione Legum Saxonicarum &c.

Significamus præſentibus literis noſtris, quorum intereſt, univerſis & ſingulis. Magna laus ſummæ prudentiæ, judicio noſtro, tribuenda eſt Sereniſſimis ſuperioribus Poloniæ Regibus, qui cum animadvertiſſent quantum rerum omnium, non modo quæ ad uſum vitæ, verum etiam quæ ad cultum ſplendoremque pertineant, commercium Regni Poloniæ mercatores cum finitimis ſibi Germanis habeant, Teutonico jure urbes & oppida ſua uti voluerunt. Nam conſociatum eſſe jure, ſingulare quiddam eſt, ad tuendam fidem, quæ eſt humanarum actionum negotiorumque fundamentum. Hoc genere gloriæ perpetuis ætatibus Caſimiri magni Regis memoria vigebit: is omnium primus hanc rationem juris dicendi, conſtituto ſummo ejus tribunali in arce Cracovienſi inſtituit: & non modo urbibus & oppidis Regni, verum etiam pleriſque pagis permiſit, aliique Reges permiſere. Hos imitatus Alexander Rex, magnus noſter avunculus, Municipale Jus Codici legum ac ſtatutorum Regni, qui in Conventu Radomienſi ædebatur, adjunxit. Sigiſmundus vero avus noſter graviſſimus, & ætatis ſuæ Regum pater, Speculum Juris Saxonici, & illud idem Jus Municipale, docti viri Jaskri lucubratione & commentata oratione illuſtratum, publicari per Regnum & ditiones ſuas voluit, eidemque autoritatem tribuit, &c. Dat. Grodnæ 1601.

GOLDASTUS LECTORI.

ERant & alia oppidoquam plurima Theologorum & Juriſconſultorum de uſu, amplitudine & reſtauratione iſtarumce Legum Imperialium teſtimonia, quæ appoſuiſſemus, ni ea res nimis longa foret, nive nos vereremur, ne idem nobis aliquando à Regibus & Principibus, quibus omne jus in gladio & armis poſitum eſt, quive nihil injuſtum putant, niſi quod eorum repugnat voluntati ac dominandi libidini, objectari poſſit, quod Philoſopho cuidam ab Antigono Alexandri Magni ſucceſſore. Cui, quum is librum de Juſtitia ab ſe conſcriptum recitaret, illudens Antigonus reſpondit: Inſanus es, bone vir, qui mihi de juſtitia prædicas, quem vides alienas urbes expugnare. *At nos memores illius, quod à ſanius ſapiente dictum eſt:* inſere arbores alteri ſæculo profuturas: *hanc plantationem noſtra opera atque induſtria primitus inoculatam non præſenti tantum ævo emplaſtravimus. Clabulæ hæ ſunt plureis ætates laturæ, & quod hac tempeſtate placere minus videtur, non fallimur, & animus auguratur fore, ut à poſteris requiratur cum cura. Ut omnia tempus habent, ita & Imperiorum ordo, cujus curſum Divinæ providentiæ commendamus.*

B. V.

Plutarch. de Fortun. Alexandri.

CAROLI I. MAGNI
REGIS &c.
EDICTUM

Ann. Chriſti 794.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

Publicatum in Concilio Francoſurdienſi Anno Domini DCCXCIV.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem, cunctorum viſibilium & inviſibilium conditorem.

2. Credimus & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia creata ſunt, verum Deum, unigenitum & verum Dei filium, non factum aut adoptivum, ſed genitum & unius cum patre, ut nec tempore nec gradu nec poteſtate eſſe poſſit inferior: tantumque eſſe confitemur illum qui eſt genitus, quantus eſt ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum à patre filium, divinæ & ineffabili generationi aliquod tempus adſcribimus, ſed nec patrem aliquando cœpiſſe nec filium. Non enim aliter confiteri poſſumus æternum patrem, niſi confiteamur etiam coæternum filium. Ex filio enim pater dicitur, & qui ſemper pater fuit, ſemper habuit filium.

3. Credimus & in Spiritum Sanctum, Deum verum ex Patre & Filio procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio voluntate, poteſtate, æternitate, ſubſtantia. Nec eſt prorſus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius ſuperiuſve dici poſſit, ſed tota Deitas ſui perfectione æqualis eſt, ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem perſonarum indicant, quicquid de una perſona dicitur, de tribus digniſſimè poſſit intelligi: atque ut confundentes Arrium unam eamdemque dicimus Trinitatis eſſe ſubſtantiam, & unum in tribus perſonis fatemur Deum, ita impietatem Sabellii declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate disjungimus, non ipſum ſibi patrem, ipſum ſibi filium, ipſum Spiritum ſanctum eſſe dicentes, ſed aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus Sancti eſſe perſonam. Non enim nomina tantummodo ſed etiam nominum proprietates, id eſt, perſonas vel (ut Græci exprimunt) *ὑποςάσεις*, hoc eſt, ſubſiſtentias, confitemur. Nec Pater Filii aut ſancti Spiritus perſonam aliquando excludit; nec rurſus Filius aut Spiritus ſanctus Patris nomen perſonamque recipit, ſed pater ſemper pater eſt, filius ſemper filius, ſpiritus ſanctus ſemper ſpiritus ſanctus. Itaque ſubſtantia unum ſunt, perſonis ac nominibus diſtinguuntur.

4. Ipſum autem Dei filium, qui abſque initio æternitatem cum Patre & Spiritu ſancto poſſidet, dicimus in fine ſeculorum perfectum naturæ noſtræ hominem ſuſcepiſſe ex Maria ſemper virgine, & verbum carnem eſſe factum adſumendo hominem, non permutando deitatem, nec (ut quidam ſceleratiſſimè opinantur) Spiritum ſanctum dicimus fuiſſe pro ſemine, ſed potentia ac virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Chriſto unam filii eſſe perſonam, ut dicamus duas perfectas atque integras eſſe ſubſtantias, id eſt, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore: atque ut condemnamus Fotinum, qui ſolum & nudum hominem confitetur in Chriſto, ita anathematizamus Apollinarem & ejus ſimiles, qui dicunt Dei filium minus aliquid de humana ſuſcepiſſe natura, & vel in carne vel in anima, vel in ſenſu adſumptum hominem his, propter quos adſumptus eſt, fuiſſe diſſimilem, quem abſque ſola peccati macula, quæ naturalis non eſt, nobis confitemur eſſe conformem.

5. Illorum quoque ſimiliter execramur blaſphemiam, qui novo ſenſu aſſerere conantur à tempore ſuſceptæ carnis omnia, quæ erant deitatis, in hominem demigraſſe: & rurſum quæ erant humanitatis, in Deum eſſe transfuſa, ut, quod nulla nunquam hæreſis dicere auſa eſt, videatur hac confuſione utraque exinanita ſubſtantia, ſcilicet deitatis & humanitatis & à proprio ſtatu in aliud eſſe mutata, qui tam Deum imperfectum in filio quàm hominem confitentur, ut nec Deum verè nec hominem tenere credantur. Nos autem ita dicimus, ſuſceptum à Dei filio paſſibile noſtrum, ut deitas impaſſibilis permaneret. Paſſus enim filius non putativè, ſed verè omnia, quæ Scriptu-

reſtatur: id eſt, eſuriem, ſitim, laſſitudinem, dolorem, mortem, & cætera hujusmodi, ſecundum illud paſſus eſt quod pati poterat, id eſt, non ſecundum illam ſubſtantiam quæ adſumpſit, ſed ſecundum illam quæ adſumpta eſt. Ipſe enim Dei filius ſecundum deitatem ſuam impaſſibilis eſt ut pater, incomprehenſibilis ut pater, inviſibilis ut pater, inconvertibilis ut pater. Et quamvis propria perſona filii, id eſt, Dei verbum, ſuſcepit paſſibilem hominem, ita tamen ejus habitatione ſecundum ſuam ſubſtantiam deitas verbi nihil paſſa eſt, ut tota Trinitas, quam impaſſibilem neceſſe eſt confiteri. Mortuus eſt ergo Dei filius ſecundum Scripturas, juxta id quod mori poterat, reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Dei Patris, manente ea natura carnis, in qua natus & paſſus eſt, in qua etiam reſurrexit. Non enim exinanita eſt humanitatis ſubſtantia, ſed glorificata, in æternum cum deitate manſura. Accepta ergo à patre poteſtate omnium quæ in cœlo ſunt & in terra, venturus eſt ad judicium vivorum ac mortuorum, ut & juſtos remuneret, & puniat peccatores.

6. Reſurrectionem carnis ita credimus, ut dicamus, nos in eadem, in qua nunc ſumus, veritate membrorum eſſe reparandos, qualesque ſemel poſt reſurrectionem fuerimus effecti, in perpetuo manſuros: unam eſſe vitam ſanctorum, ſed præmia pro labore diverſa; è contrario pro modo delictorum, peccatorum quoque eſſe ſupplicia.

7. Baptiſma unum tenemus, quod hiſdem ſacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus eſſe celebrandum.

8. Hominem, ſi poſt baptiſmum lapſus fuerit, per pœnitentiam credimus poſſe ſalvari.

9. Novum & vetus Teſtamentum recipimus in eorum librorum numero, quem ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ tradidit auctoritas.

10. Animas à Deo dari credimus, quas ab ipſo factas dicimus, anathematizantes eos, qui animas quaſi partem DEI divinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas antè peccaſſe vel in cœlis converſatas fuiſſe dicunt, quàm in corpora mitterentur.

11. Exſecramur etiam eorum blaſphemiam, qui dicunt, impoſſibile aliquid homini a Deo eſſe præceptum, & mandata Dei non à ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſervari: vel qui primas nuptias cum Manicheo, aut ſecundas cum Cataphrygis damnant.

12. Anathematizamus etiam illos, qui Dei filium neceſſitate carnis mentitum eſſe dicunt, & eum propter adſumptum hominem non omnia facere potuiſſe quæ voluit.

13. Joviniani quoque damnamus hæreſin, qui dicit, nullam in futuro meritorum eſſe diſtantiam, noſque eas ibi habituros virtutes, quas hîc habere neglexerimus.

14. Liberum ſic confitemur arbitrium, ut dicamus nos ſemper Dei indigere auxilio: & tam illos errare, qui cum Manicheo dicunt, hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos qui cum Joviniano aſſerunt, hominem non poſſe peccare. Uterque enim tollit arbitrii libertatem. Nos verò dicimus hominem ſemper & peccare & non peccare poſſe, ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitrii.

15. Hæc eſt Catholicæ traditionis fidei vera integritas, quam ſyncero corde credimus & fatemur. Hæc eſt vera fides: hanc confeſſionem conſervari atque teneri. ....

Ann. Chriſti 794.

CAROLI I. MAGNI
REGIS &c.

RESCRIPTUM

De non adorandis imaginibus

CONTRA SYNODUM, QVÆ IN PARTIBUS GRÆCIÆ
pro adorandis imaginibus ſtolidè ſive arroganter geſta eſt, à Conſtantino Imperatore Conſtantinopolitano & Herena matre Imperatrice

Datum in Concilio Francofurdienſi Anno Domini DCCXCIIII.

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri JEſu Chriſti. CAROLUS nutu DEI Rex Francorum, Gallias, Germaniam, Italiamque, ſive harum finitimas Provincias, Domino opitulante, regens &c.

1. Eccleſia mater noſtra, precioſiſſimo ſponſi Chriſti ſanguine redempta, & regeneratione ſalutaris gurgitis lota, & ſalutifero edulio corporis & hauſtu ſanguinis ſatiata, & nectarei liquoris unguine delibuta, & per univerſum orbem terrarum in pace diffuſa; aliquando externa, aliquando inteſtina perpetitur bella; aliquando exterorum concutitur incurſibus, aliquando civium pulſatur tumultibus: nonnunquam videli

Digitized by Google

videlicet incredulorum vel hæreſcorum impellitur infeſtationibus, nonnumquam verò Schiſmaticorum vel arrogantium turbatur ſimultatibus. Eſt enim arca ſalvandas intra ſe continens animas, cujus typum antiqui illius patris arca gerebat, quæ in hujus ſæculi ſæviſſimas diluvii absque naufragii periculo tranſigit procellas, & neſcit mortiferis præſentis ſæculi alluvionibus cedere, nec infeſtantium adverſarum poteſtatum obſidione fatiſcere, ſed illo pro ea & maximè in ea pugnante, qui poſitus eſt in ea murus, dicente Propheta; *Urbs fortitudinis noſtræ Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale, & qui ſuper ejus muros conſtituit cuſtodes, qui tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt*: adverſariis reſiſtens, & tumultiferas inquietudines tolerat, & ad veræ fidei confeſſionem convolantibus in gremio ſuſceptis, & eidem confeſſioni obſtinata mente reluctantibus abdicatis inconvulſa & intemerata perſeverat, & cum David canere non ceſſat; *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Iſrael; ſæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non potuerunt mihi*: quæ inceſſanter per partes trinæ orationis myſterium ſanctæ Trinitatis exponit, dum & verba ſua auribus divinæ Majeſtatis percipienda, id eſt, pſallendi melodiam, quam ſine intermiſſione exhibet, deprecatur; & clamorem intelligendum, id eſt, cordis affectum, qui non auribus carnalibus, ſed ineffabilibus divinæ majeſtatis auditibus mirabiliter excipitur, devota mente exorat, & orationis ſuæ vocem intendendam expoſcit, ut ſcilicet declaret hanc eſſe orationem perfectam, quam mentis affectus ardentis inflammat, & quamquàm metaphoricos mutatis verbis ſenſus noſtros immiſceat, divinam tamen naturam credit non partibus membrorum diſcernenda diſcernere, ſed unâ virtute cuncta peragere, qui ea, quæ à nobis videntur, audit; & quæ cogitavimus ſive cogitaturi ſumus, intrò inſpicit. Auribus etenim verba percipere, clamorem intelligere, voci orationis intendere, quamquàm iteratè ſub varietate verborum, per id locutionis genus, quod à rethoribus metabole dicitur, proferantur, trina tamen repetitio unum idemque ſignificat, quæ etiam in invocatione Regis & Dei ſive Domini, dum dicit; *Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine*: tres perſonas & unam ſubſtantiam in divinitate ſe credere & fateri demonſtrat, cùm trium nominum invocationi non pluralia, ſed ſingularia verba interſerit. Eſt enim ſancta mater, eſt immaculata, eſt præclara, eſt incorrupta, eſt & fœcunda, quæ & virginitatem amittere neſcit, & filios generare non deſinit. Quæ quanto amplius mundi adverſitatibus teritur, tanto auctioribus ſive excellentioribus virtutibus dilatatur: & quanto plus premitur, tanto altius exaltatur; quam Propheta per ethopœjam Deo ſic introducit loquentem; *Cum invocarem te, exaudiſti me Deus juſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti me.* Eſa. 26. Pſal. 129. Pſal. 5 & 48. Pſal. 4.

2. Cujus quoniam in ſinu, regni gubernacula Domino tribuente ſuſcepimus, neceſſe eſt ut in ejus defenſione, & ob ejus exaltationem Chriſto auxiliante toto annisu certemus, ut ab eo boni ſervi & fidelis nomine cenſeri valeamus. Quod quidem non ſolùm nobis, quibus in hujus ſæculi procelloſis fluctibus ad regendum commiſſa eſt, ſed etiam cunctis ab ejus uberibus enutritis ſollicitè obſervandum eſt; ita tamen ut ab ejus unione, qui ejus membrum eſſe dignoſcitur, nullatenus abſcedat. Quoniam *qui cum ea non eſt, adverſus eam eſt: & qui cum ea non colligit, ſpargit.*

3. Hujus ergo rei cauſa loqui compellit, quod non ſine quodam animi mœrore proſequimur, quippe qui cum infirmantibus infirmari, & cum ſcandalizantibus uri Apoſtolico perdocemur exemplo. Inflammavit igitur ventuſæ arrogantiæ inflata ambitio, & vanæ laudis inſolentiſſimus appetitus quoſdam Orientalium partium non ſolùm Reges; ſed etiam Sacerdotes, adeò ut poſtpoſita ſana ſobriaque doctrina, & parvipendentes illud Apoſtolicum; *Si quis evangelizaverit vobis præter id quod evangelizatum eſt, etſi Angelus ſit, anathema ſit*, & transgredientes contra Propheticam inſtitutionem terminos majorum, per infames & ineptiſſimas Synodos Eccleſiæ inferre conentur; quod nec Salvator nec Apoſtoli intuliſſe noſcuntur: & dum ſublimare conantur ſuæ laudis faſtigium, magnum adcumulent ſuis animabus deliquium: dumque ſuorum geſtorum ordinem volunt mandare memoriæ poſteritatis, diſcindunt vinculum Eccleſiaſticæ unitatis. Galat. 1.

4. Geſta ſanè eſt ante hos annos in Bithiniæ partibus quædam Synodus tam ineptæ tamque indiſcretæ procacitatis, ut imagines in ornamentis Eccleſiæ & memoria rerum geſtarum ab antiquis poſitas incauta abolerent abdicatione: quodque Dominus de idolis præcepit, hoc illi de cunctis imaginibus perpetrarent, neſcientes *imaginem* eſſe genus, *idolum* verò ſpeciem; & ſpeciem ad genus, genus ad ſpeciem referri non poſſe. Nam cùm penè omne idolum, imago ſit, non omnis imago idolum eſt. Alterius & longè alterius definitionis eſt idolum, alterius imago: cùm videlicet iſtæ ad ornamentum vel ad res geſtas monſtrandas fiant, illud autem numquam niſi ad miſerorum animas ſacrilego ritu & vana ſuperſtitione illiciendas: & imago ad aliquid, idolum ad ſeipſum dicatur. Qui nimirum tantæ cæcitatis caligine obtenebrati fuerunt, ut cunctis; qui eas habere in Eccleſiis noſcebantur, vel habituri erant anathematizatis, inter cæteros errores huc etiam ſuo errori insererent, quod Rex eorum * Conſtantinus eos ab idolis liberaſſet: & ei *qui exultavit ut gigas ad currendam viam*, de quo dictum eſt; *Ecce vicit leo de tribu Juda radix David*, & triumphanti mundi ſpolia ſecum reportavit, victoriæ titulum detogare cupientes, Regi ſuo adnecterent: cum non de eorum Rege, ſed de vero triumphante CHRISTO Propheta prædixerit; *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulacra Ægypti à facie ejus.* Quod & per Hieremiam penè iiſdem verbis ſe dudum facturum eſſe promiſerat, dicens; *Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam idola de Memphis.* *Conſtantinus VI. Caballinus Imperator. Apocalyp. 5. Eſa. 19. Ezech. 30.

5. Geſta præterea eſt fermè ante triennium & altera Synodus illis in partibus, ab eorum, qui priorem geſſerant, ſucceſſoribus, vel à pleriſque qui in priore fuiſſe narrantur: quæ tamen quamquam à priore diſtet voto, non tamen diſtat errore: & ſi diſpar eſt negotio, eſt tamen compar flagitio: & cum ſit poſterior tempore, non tamen eſt poſterior crimine. Nec immeritò in unius barathri cœnoſum lacum, quanquàm per diverſa fluitantes, confluere videntur, quæ ab unius jactantiæ & vanæ laudis fonte ſcaturiſſe creduntur. Hæc enim anathematizata & abominata cum ſuis auctoribus priore, imagines quas prior nec etiam cernere permiſerat, adorare compellit: & ubicumque ſive in divinæ Scripturæ locis, ſive in ſanctorum Patrum commentariis, quamcumque repererunt imaginum mentionem erga ſuæ voluntatis arbitrium vertunt in adorationem. Nec minoris abſurditatis ſpiris hi connectuntur in *habere & adorare*, quàm illi connexi ſunt in *imagine & idolo*. Illi *habere & adorare* unum eſſe putarunt, quæ tamen à ſe invicem diſtant & diverſitate rei & ſocietate prædicamenti: quippe cum unum illorum ſit habitus, alterum agere. Nam illa etſi magnâ diſtent differentia, ſaltem in eo junguntur, quod unum ſpecies, alterum genus eſt: hæc verò nec genere, nec ſpecie, nec ulla hujuſcemodi ſocietate ſibi cohærent, cùm & adorari poſſint quæ non habentur, & haberi quæ non adorantur. Sicque rejectis moderaminis retinaculis, & neglecto, quo ab antiquis non incongruè dictum eſt, proverbio; *Ne quid nimis*, mediocritatis calle tranſmiſſo per devia gradiuntur: velut ſi quis cuidam multiloquio vacanti temperamentum in loquendo indicere curans, ille è contrario adeò ſilentio ſtudeat, ut mutus efficiatur, & cui dedecus ingerebat inordinata loquacitas, dedecus nihilominus ingerat deſidioſa taciturnitas. Aut ſi quis medicus ægrotantem temulentiæ arguat, ille putans ſe medici parere dictis, non ſolùm vini ſed etiam laticum ſibi interdicat humorem; adeò ut qui dudum languebat nimio vini hauſtu madefactus, omni ſibi liquore interdicto langueat ſiti arefactus: cum tamen etſi diverſa ſit cauſa languoris, unus tamen ſit effectus deſidioſi erroris.

7. Intereà cum in neutra parte neque iſti neque illi temperantiæ teneantur habenis, ſed utrique præcipites per abrupta diſcurrant, & diſpari curſu ferantur, uno tamen occurſu
Cant. 2. ſponſæ Chriſti Eccleſiæ, cui ipſe dicit in Canticis Canticorum; *Tota ſpecioſa es amica mea, & macula non eſt in te*, maculam inferre conantur: dum & illi ei benè habita abjicere, & iſti benè habitis malè uti ſuadent, dum ſcilicet & illi ei ornamenta auferre ſtudent, & iſti eam ornamenta adorare permovent: quæ duo mala, ut præfati ſumus, de jactantiæ fonte pullularunt. Dumque volunt humanos favores, & vocari ab hominibus Rabbi, & ſuas lau-
Proverb 27. des ſuis apicibus præfigunt, nec attendunt, quod per quendam ſapientem dicitur: *Laudent te alii, & non os tuum, extraneus, & non lingua tua:* relictis priſcorum Patrum traditionibus, qui imagines non colere ſanxerunt, ſed in ornamento eccleſiarum habere ſiverunt, novas & inſolitas eccleſiæ nituntur inferre conſtitutiones, quibus ei maculam potiùs quàm decorem adſcribant. Nam ſi novas conſtitutiones Eccleſiæ ingerere jactantia eſt, ſchiſma eſt: quod tamen in Eccleſia fieri non debet. Quod ſi ſchiſma eſt, macula eſt, quæ in ſponſa eſſe negatur. Si igitur novas conſtitutiones Eccleſiæ ingerere jactantia eſt, macula procul dubio eſt; quæ in ſponſa eſſe negatur. Unde datur intelligi, non eum eſſe amicum ſponſi, qui adeò ſuæ laudis vult cumulare cacumen, ut per errorum notas non vereatur Eccleſiaſticum obtundere acumen. Ac per hoc ſi ſponſam macula non decet, eam ei nullus conari debet imprimere. Quam ſi nullus conari debet imprimere, qui conatur, ſponſo injuriam facit. Si igitur ſponſam macula non decet, & reverà non decet, qui conatur imprimere, ſponſo injuriam facit.

8. Nos denique Propheticis, Evangelicis & Apoſtolicis ſcripturis contenti, & ſancto-
Joan. 14. rum orthodoxorum Patrum, qui nullatenus in ſuis dogmatibus ab eo, qui *eſt via, veritas & vita*, deviarunt, inſtitutis imbuti, & ſanctas & univerſales ſex Synodos, quæ pro variis hæreſeorum infeſtationibus à ſanctis & venerabilibus Patribus geſtæ ſunt, ſuſcipientes, omnes novitates vocum & ſtultiloquas adinventiones abjicimus; & non ſolùm non ſuſcipimus, verùm etiam tamquam purgamenta deſpicimus, ſicut & eam, quæ propter adorandarum imaginum impudentiſſimam traditionem in Bithiniæ partibus geſta eſt, Synodum. Cujus Scripturæ textus eloquentia ſenſuque carens ad nos uſque pervenit. Contra cujus errores ideò ſcribere compulſi ſumus, ut ſicubi forte aut manus tenentium, aut aures audientium inquinare temptaverit, noſtri ſtili divinarum ſcripturarum auctoritate armati invectione pellatur: & inermem vel potius inermem
* conhibentia. Orientali de parte venientem hoſtem Occidua in parte per nos, favente DEO, allata ſanctorum Patrum ſententia feriat. Quod opus adgreſſi ſumus cum * cohibentia Sacerdotum in Regno à DEO nobis conceſſo Catholicis gregibus prælatorum, non arrogantiæ ſupercilio, ſed zelo DEI & veritatis ſtudio: quoniam ſicut juſtis & honeſtis rebus inhærere ſanctum, ita nimirum peſſimis & inordinatis rebus animum adcommodare peccare eſt. Unde & David, quòd ſocietates malorum fugerit, DEO quaſi purum ſacrificium offert, cum dicit; *Odio habeo congregationes malignanti-*
Pſal 26. *um, & cum impiis non ſedebo*. Et Joſaphat Rex Juda, eò quòd Iſraheliticæ gentis peſſimo Regi a-
2. Paral. 19. micitiis junctus ſit, à Domino arguitur per Prophetam.

9. Cum

9. Cum igitur præfatarum duarum Synodorum conditores, nec illius imperitiæ ſermonem habeant, qua ſe Apoſtolus imperitum dicit ſermone, ſed noo ſeientia: nec illios eloquentiæ cum ſpiritali ſenſu nitorem, de quo ex perſona Sanctorum prædicatorum in Canıicis Canticorum Eccleſiæ dicitur; *Murinulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento,* mirum ducimus quur tantæ vanitatis vento inflati ſint, ut eas non ſolùm agitare præſumpſerint, ſed etiam ſex venerabilibus Synodis adnumerare conati ſint. Quarum neutra quomodo non ſeptima poſt Nicænam, ſed aut tertia, priore ſervata poſt Ariminenſem, aut ſecuoda priore deſtroctâ conputari, in ipſis Capitulis, cum res exegerit, diligentiùs adouente Domino diſputabimus, quæ ſcilicet haud ſecus ſex Synodis æquiperandæ ſuor, quàio Rubenitarum & Gaditarum, & dimidiæ tribus Manaſſe altare altari, quod per Legislatorem Domino jubente conditum eſt æquiperari potuit: cujus auctores Iſrahelitici gladii furor vaſtaret, niſi fraternas iras ſupplex confeſſio mixta precibus præveniret. Cant. 1.

10. Nos denique Eſaiæ vaticinio docti, qui dicit; *Hac via, ambulate in ea, non declinabitis ab ea neque ad dexteram neque ad ſiniſtram:* & doctoris gentium prædicatione admoniti, qui nos viam regiam tenere inſtituit, imagines in ornamentis Eccleſiarum & memoria rerum geſtarum habentes, & ſolum Deum adorantes, & ejus ſanctis oportunam venerationem exhibentes, nec eum illis frangimus, nec eum iſtis adoramus, ſed illius ineptiſſimæ Synodi ſcripturam, quæ non ſolùm illa locutiooe caret, quâ parva ſubmiſsè, medioeria temperatè, magna granditer proferuntur, ſed etiam pedeſtris ſermonis modum neglegit, abnuentes, inſtitutoris noſtri, ſermonis videlicet Dominici, nitimur fieri usquequaque ſequaces. Eſa. 30.

CAROLI I. MAGNI
IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 800.

JUSJURANDUM

Pro defenſione Eccleſiæ Apoſtolicæ,

Præſtitum Leoni III. Papæ, Romæ in Coronatione, Anno DCCC.

IN nomine CHRISTI ſpondeo atque polliceor ego CAROLUS Imperator coram DEO & beato Petro Apoſtolo, me protectorem ac defenſorem fore hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero poteroque.

Ano. Chriſti 804.

CAROLI I. MAGNI
IMPERATORIS AUGUSTI
CONSTITUTIO
DE REGIA IMPERII TRANSALPINI
SEDE DE JUDICIO IMPERIALI, & aliis capitulis.

Cum CONFIRMATIONIBUS

FRIDERICORUM I. & II. IMPERATORUM AUGUSTORUM.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen,

Anno 1244. FRIDERICUS SECUNDUS divina faveute clemeotia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jheruſalem & Siciliæ Rex.

Juſtis fideliom noſtrorum petitiooibus coodeſcendere cogimor, quas niſi favorabiliter audiremus, obaudire quod juſtè petitur per injuriam videremur. Eapropter per præſens privilegium novarit tam præſens ætas quàm ſocceſſura poſteritas, quòd Willielmus Advocatus Aquenſis, Henricus fratet ejos Triſcamerarius noſter, & Theodoricus de Orlonesberg, fideles ooſtri, nuncii civium Aquenſium pro parte univerſitatis civitatis ejusdem ooſtrorum fidelium quoddam privilegium Divi Auguſti Imperatoris Friderici, avi ooſtri memoriæ recolendæ, univerſitati prædictæ liberaliter dudum indultum, ooſtro culmini præſeotarunt; ſupplicantea humiliter & devotè, ut eis illud innovare, & omnia, quæ cootinentur in eo, coofirmare de noſtra gratia dignaremur. Cujus tenor per omnia ſic eſt:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

An. Domini 1166. FRIDERICUS divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtua.

Ex quo Primitus divina ordiuaote clementia Jmperii Romani faſtigia gubernanda ſuſcepimus, voluntatis noſtræ atque propoſiti ſummum deſiderium fuit, ut Divos Reges & Imperarores, qui noa præceſſerunt, præcipuè maximum & glorioſiſſimum Imperatorem Carolum, quaſi formam vivendi, atque ſubditos regendi ſequeremur, & ſequeodi præ oculia ſemper haberemus. Ad cujus imitatiooem jus Eccleſiatum, ſtatum Reipubl & legom integritatem per totum noſtrum Imperium ſervaremus. Ipſe enim rota cordis iorentiooe ad æternæ vitæ præmia anhelans, ad dilatandam gloriam Chriſtiani nominis & cultom divinæ religionis propagandum, quot Epiſcopatus conſtituerir, qoot Abbatias, quot Eccleſias à fundaioento erexerit, quantis prædiis ac beneficiis illas ditaverit, quantatum largitate elemoſyoatum non ſolùm in Ciſmarinis, ſed etiam io Tranſmarinis partibus reſplenduerit, ipſa cjua opera, & geſtorum volomina, quæ plurima ſont & maxima, fide oculata plenius declarant. In fide quoque Chriſtiana dilatanda, & in converſione gentis Barbaricæ fortis athleta fuit & verus Apoſtolus, ſicut Saxonia, Friſonia, atque Weſtfalia, Hiſpani quoque teſtantur & Waodali, quos ad fidem Catholicam coovertit verbo & gladio. Et licet ipſius animam gladiua noo pertranſierit, diverſarum tamen paſſiooum tribulatio, & periculoſa certamina, ac voluntas moriendi quotidiana pro cooverteodis incredulis eum martyrem fecerant. Nunc verò electum & ſanctiſſimum confeſſorem eum contitemur & veneramur in terris, quem in ſancta converſione vixiſſe, & pura confeſſiooe ac vera pœnitentia migraſſe, & ioter ſanctos Cooſeſſorea ſaoctum Confeſſorem & verum, credimua coronatum in cœlis.

Inde eſt qood nos glorioſis factis & meritis tam ſanctiſſimi Imperaroris Caroli confidenter animate, & ſedula petitione chariſſimi amici noſtri Henrici illuſtris Angliæ Regis inducti, aſſenſu & auctoritate Domini Papæ Paſchalis, & conſilio Principuu oniverſorum, tam Secularium quàm Eccleſiaſticorum, pro revelatione, exaltatione, atque canooizatiooe corporis ejus ſanctiſſimi ſolempnem curiam in oatali Domini apud Aquiagraoum celebravimus, ubi corpus ejus ſanctiſſimum pro timore hoſtis exteri vel inimici familiaris cautè reconditum, ſed divina revelatiooe manifeſtatum, ad laudem & gloriam nomiois Chriſti, ad corroborationem Romani Imperii, & ſalutem dilectæ conſortis noſtræ Beatricis Imperatricis, & filiorum noſtrotum Friderici & Henrici, cum magna frequentia Principum, & copioſa multitudioe Cleri & populi, in hymnis & canticis ſpiritualibus, cum timore & revereotia elevavimus & exaltavimus quarto Calendas Januarii.

His autem omnibus & glorioſè peractis, cum in prædicto loco, cujus ipſe fundator extiterat, de ipſius loci libertate, inſtitutis legom & pacis atque juſtitiæ, quibus totum orbem texetar, diligenter quæreremus, ecce Fratres ejusdem Eccleſiæ privilegium ſancti Caroli de fundatione & dedicatione ipſios Eccleſiæ nobiliſſimæ, & de inſtitutioribua legum humaoarum & civilis juris ejusdem civitatis oobis in medium protulerunt: quod ne vetuſtas abderet, vel per oblivionem deperiret, ooſtra Imperiali auctoritate renovavimus. Ejusdem verò privilegii tenor talis eſt.

EGO

EGO CAROLUS, Qui Deo favente euram Regni gero, & Romanorum Imperator exiſto, conſilio Principum Regni noſtri, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum ac Comitum; rogatu verò tam liberorum quàm ſervorum, in plurimo generali conventu in diverſis locis Regni noſtri habito, diſcuſſi prout juſtiùs ac meliùs cunctis videbatur: primum de lege ſanctarum Eccleſiarum, de reddendis juſtitiis Epiſcoporum, de vita & jure Presbyterorum & Clericorum. Et hæc omnia indicio & aſſenſu noſtro ſecundum inſtituta patrum meorum corroboravi, firmavi & auxi, nihil de hiis minuens, quæ Catholici viri ac rectè & legitimè vivere * volens ad obſervandum ſpirituali ac ſeculari decreto bonum & utile contulerunt. Deinde, prout prout cunctis placuit prudentioribus Regni noſtri, legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum, ſicut mos & poteſtas Imperatorum eſt, & omnium anteceſſorum meorum ſemper fuit, diſtinxi, diſtinctam ſub auctoritate Regia & Imperatoria ſtabilivi, non ex mea adinventione vel corde prolatam, ſed communi conſilio à me renovatam & auctam in melius, ſicut patres & prædeceſſores mei feciſſe perhibentur. Scitis enim, & neminem latet, quia quicquid ab Imperatoribus & Regibus præceptum & decretum eſt, ſemper ratum & pro lege tenendum eſt, nedum quod ab univerſis ſenſatis & juſta diſcretione vivere volentibus impetratum & actum eſt, & noſtra Imperatoria & Regia Majeſtate confirmatum & ſolidatum.

* Fortè volentes.

Nunc Patres, Fratres & amici, fautores & coadjutores gloriæ noſtræ & Regni noſtri, de omnibus ſtatutis patris mei Pippyni, quæ ad utilitatem & honorem ſanctæ Eccleſiæ firmari ac renovari petiſtis, quæ ad defenſionem ſecularium rerum & legum ſtabilui quæſiſtis, nihil minui nec abſtuli, ſed in melius amplicvi, omnium ſanis conſiliis acquievi, ac fui in medio veſtrûm quaſi unus de quærentibus & petentibus æquitatem legis, nulli contradicens ac renitens dignæ & rectæ petitioni. Ego veſtri decreti & petitionis voluntarius extiti: vos quaſi patres & fratres audivi: nunc quæſo ut meæ petitionis & intentionis non ſolùm auditores, ſed & benevoli factores fieri velitis, nec quod indecens aut intolerabile ſit quæro; ſed quod tota Gallia & univerſi Principes potius concedere quàm negare debent. Noſtis qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, ſolito more venandi cauſa egreſſus, ſed perplexione ſilvarum, errore quoque viatum, à ſociis ſequeſtratus veni, termas calidorum fontium & palatia inibi reppeti, quæ quondam Granus unus de Romanis Principibus frater Neronis & Agrippæ, à principio conſtruxerat, quæ longa vetuſtate deſerta ac demolita, frutectis quoque ac vepribus occupata, nunc renovavi, pede equi noſtri, in quo ſedi, inter ſaltus rivis aquarum ealidarum perceptis & repertis. Ibidem monaſterium ſanctæ Mariæ matris Domini noſtri JEſu Chriſti labore & ſumptu, quo potui, ædificavi, lapidibus ex marmore precioſis adornavi, quod Deo adjuvante & cooperante ſic formam ſuſcepit, ut nullum ſibi queat æquiparari. Itaque tam egregio opere huius eximiæ baſilicæ non ſolum pro voto & deſiderio meo, verum etiam ex divina gratia ad virginem peracto, pignora Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum à diverſis terris & regnis, & præcipuè Græcorum, collegi, quæ huic ſancto intuli loco, ut eorum ſuffragiis Regnum firmetur, peccatorum indulgentia condonetur. * Præterea à Domino Leone Romano Pontifice, huius templi conſecrationem & dedicationem impetravi præ nimia devotione, quam erga idem opus habui, & Sanctorum pignora, quæ inibi recondita meo ſtudio & elaboratu habentur. Decebat enim ut idem templum, quod cunctis Monaſticis ædificiis in Regno noſtro forma & ſtructura præeſſe videtur, in honore ſanctæ Dei Genitricis à nobis regali ſtudio fundatum dignitate conſecrationis præcelleret, ſicut ipſa Virgo ſuper omnes choros Sanctorum præcellens exaltata eſt. Et ideò Dominum Apoſtolicum, qui omnes præcellit Eccleſiaſticos gradus, ad conſecrandum & dedicandum idem templum ex ſola cordis mei conſideratione elegi & accivi. Accivi etiam cum illo Romanos Cardinales, Epiſcopos quoq; Italiæ & Galliæ quàm plures, ſimulq; Abbates cujuſque ordinis, Clerum multum, qui huic ſacræ dedicationi intereſſent. Acciti ſunt etiam Romani Principes multi Præfectura & qualicunque dignitate promoti ad hoc ſolempne, Duces, Marchiones, Comites, Principes Regni noſtri, tam Italiæ quàm Saxoniæ tam Bavariæ quàm Alemaniæ, & utriusque Franciæ tam Orientalis quàm Occidentalis, in omnibus voto & deſiderio meo obſequentes.

Illic verò Domino Apoſtolico & omnibus prædictis Nobilibus & egregiis perſonis congregatis merui ab omnibus obtinere præ nimia devotione, quam erga ipſum locum & matrem Domini noſtri JESU Chriſti habebam, ut in templo eodem ſedes Regia locaretur, & locus Regalis, & caput Galliæ trans Alpes haberetur: ac in ipſa ſede Reges ſucceſſores & heredes Regni initiarentur, & ſic iniciati jure dehinc Imperatoriam Majeſtatem Romæ ſine ulla interdictione planiùs exequerentur. Confirmatum & ſanctum eſt hoc à Domino Apoſtolico Leone Romanorum Pontifice, & à me CAROLO Romanorum Imperatore Auguſto, primo auctore huis templi & loci, quatenus ratum & inconvulſum hoc ſtatutum & decretum noſtrum maneat, & hic ſedes Regni trans Alpes habeatur, ſitque caput omnium civitatum & provinciarum Galliæ.

Decrevimus etiam ex aſſenſu & benevolentia omnium Principum Regni, qui ad hoc feſtum dedicationis convenerant, ut locum & ſedem Regiam pro murali præſidio contra omnes turbines, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes Principes Galliæ fideles Regni tueantur, ſemper hunc locum venerantes & honorantes,

Decrevimus etiam, ut ſi qua injuria aut verſutia contra leges, quas ſtatuimus, ſurrexerit, li-

beto aut ſervo nocere tentaverit, Aquis ad hanc ſedem Regiam, quam fecimus caput Galliæ, veniat. Veniant Judices & Defenſores loci, & cum æquitate legis cauſæ diſcernantur, ſtatus legis reſurgat, injuria contemnatur: illic juſtitia reformetur.

Nunc ergo quia locum hunc Majeſtate Regiæ Sedis, Domini Apoſtolici decreto, & noſtra
* Port. veſtro. Imperiali potentia, * noſtro quoque aſſenſu exaltavimus: honeſtate verò hujus templi, & plurimorum Sanctorum veneratione magnificavimus: decet nec incongruum videtur quia adhuc meus figatur animus, ut petitio mea, cujus vos non ſolum auditores, ſed & benevolos factores fieri exoravi, apud vos obtineat, quatenus non ſolum Clerici & Laici, loci hujus indigenæ, ſed omnes incolæ & advenæ hîc habitare volentes, præſentes & futuri, ſub tuta & libera lege ab omni ſervili conditione vitam agant, ac omnes pariter ex avis & attavis ad hanc ſedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege, quam dictavero in præſentiarum à nullo ſucceſſore noſtro vel ab aliquo machinatore legumque ſubverſore infringantur, nunquam de manu Imperatoris vel Regis alicui perſonæ Nobili vel ignobili in beneficio tradantur.

Acquieverunt univerſi Domini & Magni Imperatoris CAROLI petitioni & voluntati, qui ad hâc ſolempne dedicationis ex diverſis Regnis confluxerunt, ac bonum & acceptum coram Deo & hominibus Domini Apoſtolici & Imperatoris decretum aſtruxerunt: & omnium graduum Epiſcoporum, Abbatum quoque, banno corroborari & confirmari hanc Imperatoris petitionem univerſi, magni & parvi, acclamaverunt.

Deſunt nomina teſtium.

Lætetur igitur & exultet ineffabili gaudio Aquiſgranum, caput civitatum, venerabilis Clerus cum devotiſſimo populo, quod in diademate Regni aliis Principibus & glorioſis locis ſpecioſiſſimo ornamento diſtinctis in capite coronæ poſitum quaſi prælucidarum gemmarum ſplendore choruſcat, & illo ſingulari & corporali gaudet patrono, qui Chriſtianæ fidei illuſtratione &
* for. Hæc e c. m. dexteræ. legis, qua unuſquiſque vivere debeat, Romanum decorat Imperium. * Hoc eſt enim mutatio dexteri Excelſi, quod pro Graoo fratre Neronis fundatorem habet ſanctiſſimum Carolum; pro pagano & ſceleſto Imperatorem Catholicum.

Cujus nos, quantum propria divinitas conceſſerit, pietatis veſtigiis inhærentes, venerabilem Clerum Aquenſem, unà cum Eccleſia ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, excellentiſſimo opere conſtructa, & omnibus prædiis ejus, nec non ipſam civitatem Aquiſgranum, quæ caput & ſedes Regni Theutonici eſt, una cum omnibus civibus ejus tam minoribus quàm majoribus, ſub noſtram Imperialem tuitionem ſuſcepimus, & omnem libertatem & juſtitiam, quam ſanctiſſimus Carolus ejusque ſucceſſores eis dederunt, ipſis confirmamus, ſtatuentes & lege perpetuò valitura confirmantes, ut omnes cives noſtri Aquenſes per omne Romanum Imperium negotiationes ſuas ab omni theolonei, pedagii, curadiæ, vectigalis exactione liberi abſque omni impedimento liberè exerceant: & ſicut ſanctiſſimus Carolus Imperator inſtituit, indigenas hujus civitatis ſacræ & liberæ nemo de ſervili conditione impetat, nemo libertate privare præſumat: inſuper omnes ad hanc ſedem pertinentes nullus Regum vel Imperatorum, ubicunque morentur, alicui perſonæ in feudum concedendi habeat poteſtatem.

Cæterum ut omnes ſacratiſſimæ Conſtitutiones beatiſſimi Caroli totius perhennitatis robur obtineant, præſentem inde paginam conſcribi, & aurea bulla ſignique caractere noſtri ſignari juſſimus.

SIGNUM DOMINI FRIDERICI ROMANI Imperatoris Clariſſimi.

Ego Henricus ſacri Palatii Protonotarius, vice Chriſtiani Archicancellarii & Moguntinæ Sedis Electi, recognovi. Datum Aquiſgrani, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, indictione quarta decima, ſexto Idus Januarii: regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni ejus quartodecimo, Imperii verò undecimo.

Nos igitur, qui fidem & obſequia noſtrorum fidelium non patimur irremuneratа tranſire, attendentes fidem puram & devotionem ſinceram, quam prædicta univerſitas, fideles noſtri, ad Majeſtatis noſtræ perſonam & ſacrum Imperium habent, pro gratis quoque ſervitiis, quæ nobis & Imperio exhibuerunt hactenus fideliter & devotè, & quæ exhibere poterunt in anteà gratiora, ipſorum ſupplicationibus favorabiliter inclinati ſuprascriptum privilegium Divi Auguſti, avi noſtri prædicti, huic noſtro privilegio de verbo ad verbum inſeri juſſimus, omnia quæ continentur in eo de Imperialis præeminentiæ gratia confirmantes. Statuimus itaque Imperiali ſancimus edicto, quatenus nûllus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nulla denique perſona, alta vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana, univerſitatem prædictam contra præſentis privilegii noſtri tenorem auſu temerario inquietare, moleſtare ſeu perturbare præſumat. Quod qui præſumpſerit, indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum, & centum libras auri optimi pro pœna compoſiturum, medietate ſcilicet Cameræ noſtræ & reliqua medietate paſſis injuriam applicanda. Ad hujus autem innovationis & confirmationis noſtræ futuram memoriam, & robur perpetuò valiturum, præſens privilegium fieri, & bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt: Raimun-

Raimundus Comes Tholoſanus,
Emico Comes Silveſter,
Bartholdus Comes Sacrimontis,
Richardus Comes Caſertanus,
Magiſter Petrus de Vinia,
Theobaldus Franciſcus,
Gebehardus de Bittengovven,
& alii quam plures.

SIGNUM DOMINI FRIDERICI SECUNDI DEI GRATIA invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Jheruſalem & Siciliæ REX.

Acta ſunt hęc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto menſe Auguſto, ſecundæ Indictionis, imperante Domino noſtro FRIDERICO SECUNDO glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Jheruſalem & Siciliæ Rege: Romani Imperii ejus anno viceſimo quarto, Regni verò Siciliæ quadrageſimo ſexto. Datum Piſis, anno, menſe, indictione præſcriptis.

FRIDERICUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER Auguſtus, & Siciliæ &c. Rex Jeruſalem.

ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI.

LUDOVICI I. PII, IMPERATORIS AUGUSTI

An. Chriſti 815.

*PRÆCEPTUM. I.

* 1. Conſtitutio.

REMISSIONIS SIVE CONCESSIONIS, QUOD FECIT HISPANIS, qui ad ſe confugerant propter perſecutionem Sarracenorum.

IN nomine Domini DEI & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. LUDOVICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Provinciæ, & Hiſpaniæ conſiſtentibus.

1. Sicut nulli veſtrûm notitiam effugiſſe putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppreſſionem & crudeliſſimum jugum, quod eorum cervicibus inimiciſſima Chriſtianitati gens Sarracenorum impoſuit, relictis propriis habitationibus & facultatibus, quæ ad eos hæreditario jure pertinebant, de partibus Hiſpaniæ ad nos confugerunt, & in Septimania, atque in ea portione Hiſpaniæ, quæ à noſtris Marchionibus in ſolitudinem redacta fuit, ſeſe ad habitandum contulerunt, & à Sarracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes noſtro dominio libera & prompta voluntate ſe ſubdiderunt; ita ad omnium hominum notitiam pervenire volumus, quod eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra receptos in libertate conſervare decrevimus, eo videlicet modo, ut ſicut cæteri liberi homines cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in Marcha noſtra juxta rationabilem ejuſdem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias, quod uſitato vocabulo Wactas dicunt, facere non negligant, & Miſſis noſtris aut filii noſtri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis, qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectionem eorum veredas donent. Alius verò cenſus ab eis neque à Comite, neque à junioribus & miniſterialibus ejus exigatur.

2. Ipſe verò pro majoribus cauſis, ſicut ſunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia; alienarum rerum invaſiones, & undicunque à vicino ſuo aut criminaliter aut civiliter fuerit accuſatus, & ad placitum venire juſſus, ad Comitis ſui mallum omnimodis venire non recuſent. Cæteras verò minores cauſas more, ſicut hactenus feciſſe noſcuntur, inter ſe mutuò definire non prohibeantur.

3. Et ſi quiſpiam eorum in partem, quam ille ad habitandum ſibi occupaverat, alios homines undecunque venientes attraxerit, & ſecum in portione ſua, quam Adportionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum ſervitio abſque alicujus contradictione vel impedimento; & liceat illi eos diſtringere ad juſtitias faciendas, quales ipſi inter ſe definire poſſunt. Cætera verò judicia, id eſt, criminales actiones, ad examen Comitis reſerventur. Et ſi aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus eſt, & in ſua portione collocatus, locum reliquerit, locus tamen, qui relictus eſt, à Domino illius, qui eum prius tenebat, non recedat.

4. Quod ſi illi propter lenitatem & manſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti, honoris & obſequii gratia, quippiam de reb. ſuis exhibuerunt, non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur, aut Comes ille vel ſucceſſores ejus hoc in conſuetudinem præſumant, neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut manſionaticos parare, aut veredas dare, aut ullum cenſum vel tributum aut obſequium, præter id, quod jam ſuperius comprehenſum eſt, præſtare cogat: ſed liceat tam iſtis Hiſpanis, qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quam his, qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo confluxerint, & in deſertis atque in incultis locis per noſtram vel Comitis noſtri licentiam conſidentes ædificia fecerint, & agros incoluerint, juxta ſupradictum modum ſub noſtra defenſione atque protectione in libertate reſidere, & nobis ea, quæ ſuperiùs diximus, tam cum Comite ſuo quàm cum Miſſis ejus, pro temporum opportunitate, alacriter atque fideliter exhibere.

5. Noverint tamen iidem Hiſpani, ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, ut ſe in vaſſaticum Comitibus noſtris, more ſolito commendent. Et ſi beneficium aliquod quiſpiam eorum ab eo, cui ſe commendavit, fuerit conſequutus, ſciat ſe de illo tale obſequium Seniori ſuo exhibere debere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio Senioribus ſuis exhibere ſolent.

6. Idcirco has noſtræ auctoritatis literas eis dare decrevimus, per quas decernimus atque jubemus, ut hæc noſtræ liberalitatis & manſuetudinis Conſtitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris inviolabiliter conſervetur, cujus Conſtitutionis in unaquaque civitate, ubi prædicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres deſcriptiones eſſe volumus: unam, quam Epiſcopus ipſius civitatis habeat; & alteram, quam Comes; & tertiam ipſi Hiſpani, qui in eodem loco converſantur. Exemplar verò earum in archivo Palatii noſtri cenſuimus reponendum, ut ex illius inſpectione; ſi quando, ut fieri ſolet, aut ipſi ſe reclamaverint, aut Comes vel quislibet alter contra eos cauſam habuerit, definitio litis fieri poſſit. Hanc quippe Conſtitutionem, ut per diuturna tempora à fidelibus ſanctæ Eccleſiæ Dei & noſtris, & veriùs credatur, & diligentiùs conſervetur, manu propriâ ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

SIGNUM DOMINI LUDOVICI SERE-niſſimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Helisacbar recognovit.

Datum Kalend. Januarias, anno, Chriſto propitio, Imperii, Domini LUDOVICI piiſſimi Auguſti Indict. VIII. Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

LUDOVICI I. PII, IMPERATORIS AUGUSTI.

PRÆCEPTUM II.

CONCESSIONIS, QUOD FECIT HISPANIS Colonis contra oppreſſiones Comitum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri JEſu Chriſti. LUDOVICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, tam præſentibus quàm & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris.

1. Quia poſtquam Hiſpani, qui de poteſtate Sarracenorum ſe ſubtraxerunt, & ad noſtram ſeu genitoris noſtri fidem ſe contulerunt, & Præceptum auctoritatis noſtræ, qualiter in Regno noſtro cum ſuis Comitibus converſari, & noſtrum ſervitium peragere deberent, ſcribere & eis dare juſſimus; querimoniam aliqui ex Hiſpanis, noſtris auribus retulerunt duo capita continentem; quorum unum eſt, quod quando iidem Hiſpani in noſtrum Regnum venerunt, & locum deſertum, quem ad habitandum occupaverunt, per Præceptum Domini & genitoris noſtri ac noſtrum, ſibi ac ſucceſſoribus ſuis ad poſſidendum adepti ſunt, hi, qui inter eos majores & potentiores erant, ad Palatium venientes, ipſi præcepta Regalia ſuſceperunt, quibus ſuſceptis eos, qui

inter

inter illos minores & infirmiores erant, loca tamen ſua bene excoluiſſe videbantur, per illorum Præceptorum auctoritatem aut penitus ab eiſdem locis depellere, aut ſibi ad ſerviendum ſubjicere conati ſunt. Alterum eſt, quod ſimili modo de Hiſpania venientes, & ad Comites ſive vaſſos noſtros, vel etiam ad vaſſos Comitum commendaverunt, & ad habitandum atque excolendum deſerta loca acceperunt. Quæ ubi ab eis exculta ſunt, ex quibuslibet occaſionibus eos inde expellere, & ad opus proprium retinere, aut aliis propter præmium date voluerunt.

2. Quorum neutrum juſtum aut rationabile nobis eſſe videtur. Et ideò per hanc noſtræ præceptionis auctoritatem decernimus atque jubemus, ut hi, qui vel noſtrum vel Domini & genitoris noſtri Præceptum meruerunt, hoc quod ipſi cum ſuis hominibus de deſerto excoluerunt, per noſtram conceſſionem habeant. Cæteri verò, qui ſimul cum eis venerunt, & loca deſerta occupaverunt, quicquid de inſerto excoluerunt, abſque ullius inquietudine poſſideant tam ipſi, quam illorum poſteritas: ita dumtaxat, ut ſervitium noſtrum cum illo, qui ipſum præceptum accepit, pro modo poſſeſſionis, quam tenet, facere debeat. Hi verò, qui poſteà venerunt, & ſi aut Comitibus, aut Vaſſis noſtris, aut paribus ſuis ſe commendaverunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, ſub tali forma eos in futurum & ipſi poſſideant, & ſuæ poſteritati derelinquant.

3. Hoc noſtræ auctoritatis Decretum non ſolùm erga præteritos & præſentes, verùm etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus ad noſtram fidem venturi ſunt, conſervandum ſtatuimus, ac de Conſtitutione noſtra ſeptem præcepta uno tenore conſcribere juſſimus, quorum unum in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertium in Roſciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris, haberi præcepimus, & exemplar eorum in archivo Palatii noſtri; ut prædicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere & habere poſſint; & per exemplar, quod in Palatio retinemus, ſi rurſum querela nobis delata fuerit, faciliùs poſſit definiri. Et ut hæc noſtræ auctoritatis Conſtitutio firmiorem obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ pleniùs per tempora conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

SIGNUM DOMINI LUDOVICI SERENISſimi Imperatoris.

Data IV. Idus Februarii, anno, Chriſto propitio, tertio Imperii Domini LUDOVICI piiſſimi Auguſti, indictione IX. Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Arnaldus ad vicem Heliſachar recognovit.

LUDOVICI I. PII, IMPERATORIS AUGUSTI.

CONSTITUTIO.

Ann. Chriſti 817.

DE REBUS SANCTO PETRO DONATIS ET RESTItutis, & electione Romani Pontificis.

IN NOMINE DOMINI DEI OMNIPOTENTIS, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

EGo LUDOVICUS Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, & pro te Vicario tuo Domino Paſchali, Summo Pontifici & univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris usque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atq; * viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis, & maritimis litoribus & portu- * al. villacis. bus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cære, Bledam. Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus inſulis ſuis, id eſt Majorem & Minorem, Pulvenſem, & Lacum, Narniam, * Otriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupradictas civi- * al. Otriculos. tates pertinentibus. Simili modo & in partibus Campaniæ, Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum aliis partibus Campaniæ; nec non & Tibur cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem civitates pertinentibus.

3. Nec non & Exarchatum Ravennatenſem ſub integritate cum * urbibus, civitati- * al. Suburbanis. bus, oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ

genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris jam dudum
* al. Robium. per donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt, civitatem Ravennam & Æmiliam, * Bobium, Cæ-
* al. Comaclū. ſenam, Forum Pompilii, Foſum Livij, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, * Cumia-
clum, & Adriam, & Gabelum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra mariq́ue ad
prædictas civitates pertinentibus. Simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fa-
num, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbi-
* al. Balnenſe. num, & territorium * Valuenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus ac terris ad
easdem civitates pertinentibus.

3. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à genitore noſtro Carolo Imperatore be-
ato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab
* al. Etherio. * Irherio & Macenario Abbatibus, Miſſis illius inter idem territorium Sabinenſe & Reatinum de-
finitum eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum, caſtellum Felicitatis, Urbevetum,
Balneum Regis, Ferenti caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam,
Roſellas. Et inſulas, Corſicam, & Sardiniam, & Siciliam, ſub integritate cum omnibus adjacen-
sibus & territoriis maritimis, litoribus, portubus ad ſupradictas civitates & inſulas pertinenti-
bus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, &
patrimonia ad poteſtatem & ditionem noſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum
& Salernitanum & patrimonium Calabriæ inferioris & ſuperioris, & patrimonium Neapolita-
* al. veſtra. num, & ubicumque in partibus Regni atque Imperii à Deo nobis commiſſi patrimonia * noſtra
eſſe noſcuntur.

4. Has omnes ſupradictas provincias, urbes, civitates, oppida, & caſtella, viculos & ter-
ritoria, ſimulque & patrimonia jam dictæ Eccleſiæ tuæ, Beate Petre Apoſtole, & per te Vica-
rio tuo ſpirituali Patri noſtro, Domno Paſchali, ſummo Pontifici & univerſali Papæ, ejusq́ue ſuc-
ceſſoribus usque ad finem ſæculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, principatu, ac di-
tione. Simili modo per hoc noſtrum confirmationis decretum, firmamus donationes, quas piæ
recordationis Domnus Pipinus Rex, avus noſter, & poſteà Domnus & genitor noſter Carolus Im-
perator beato Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt. Nec non & cenſum, & penſio-
nes, ſeu ceteras donationes, quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive
Videlus Ana- de Tuſcia Longobardorum, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupradictis donationibus contine-
ſtaſius Biblio- tur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Domnum & genitorem noſtrum Carolum Im-
thecar. in Ha- peratorem convenit, quando eidem Pontifici idem de ſupraſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano &
driano. Spuletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis ſupradictus
cenſus Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eoadem Ducatus noſtra in omnibus
* al. ditionem. dominatione, & illorum ad noſtram * partem ſubjectione.

* al. poteſtatē. 5. Cæterum, ſicut diximus, omnia ſuperius nominata, ita ad noſtram * partem per hoc no-
* noſtro no- ſtræ confirmationis decretum roboramus, ut in * veſtro veſtrorumque ſucceſſorum permaneant
ſtrorumque. jure, principatu, atque ditione, ut neque a nobis, neque a filiis & ſucceſſoribus noſtris per quodli-
bet argumentum ſive machinationem in quacumque parte minuatur * veſtra poteſtas, aut nobis
* al. noſtra. de ſupraſcriptis omnibus vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur de ſupraſcriptis videli-
* al. villis. cet urbibus, provinciis, civitatibus, oppidis, caſtris, * viculis, inſulis, territoriis, atque patrimo-
niis, necnon & penſionibus atque cenſibus, ita ut neque nos ea ſubtrahamus, neque quibuslibet
ſubtrahere volentibus conſentiamus; ſed potius omnia quæ ſuperius leguntur, id eſt, provincias,
civitates, urbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia, atque inſulas, cenſus ac penſiones, Eccle-
ſiæ beati Petri Apoſtoli & Pontificibus in ſacratiſſima illius ſede in perpetuum reſidentibus, in
quantum poſſumus, defendere nos promittimus, adhoc ut omnia ea in illius ditione ad uten-
dum & fruendum atque diſponendum firmiter valeat obtinere: nullamq́ue in eis nobis partem
aut poteſtatem diſponendi aut judicandi, ſubtrahendive aut minorandi vendicamus; niſi quan-
do ab illo, qui eo tempore hujus ſanctæ Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet
homo de ſupradictis civitatibus ad veſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe
volens de veſtra juriſdictione vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens,
aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, niſi ad juſtam pro eo facien-
dam interceſſionem, ita dumtaxat ſi culpa, quam commiſit, venialis fuerit inventa; ſin alites,
comprehenſum veſtræ poteſtati eum trademus, exceptis his qui violentiam vel oppreſſionem po-
* al. venerint. tentium paſſi, ideò ad nos * veniant, ut per noſtram interceſſionem juſtitiam accipere mereantur,
quorum altera conditio eſt, & à ſuperioribus valde disjuncta.

6. Et quando divina vocatione hujus ſacratiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migrave-
rit, nullus ex regno noſtro aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra po-
teſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos, aut publicè aut privatim veniendi, aut ele-
ctionem faciendi; nullusque in civitatibus vel territoriis ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus, ali-
quod malum propter hoc facere præſumat, ſed liceat Romanis cum omni veneratione & ſine
aliqua perturbatione honorificam Pontifici ſuo exhibere ſepulturam, & eum quem divina inſpi-
ratione, & beati Petri interceſſione omnes Romani uno conſilio & una concordia ſine aliqua
promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint: ſine aliqua ambiguitate & contradictione more
Canonico conſecrari: Et cum conſecratus fuerit, Legati ad nos vel ad ſucceſſores noſtros Reges
Francorum

Francorum dirigantur, qui inter nos & inter illum amicitiam & caritatem & pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis Domini * Caroli attavi noſtri, ſive Domni Pipini avi noſtri, vel & * Caroli Imperatoris genitoris noſtri conſuetudo erat faciendi. * ſc. Martelli. * ſc. Magni.

7. Hoc autem ut ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmum eſſe credatur, firmiusque per futuras generationes & ſedula ventura cuſtodiatur, propriæ manus ſignaculo & venerabilium Epiſcoporum, atque Abbatum, & optimatum noſtrorum ſub jurejurando & ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtræ confirmationis roboravimus, & per Legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domno Paſchali Papæ direximus.

EGO LUDOVICUS MISERICORDIA DEI
Imperator ſubſcripſi.

Et ſubſcripſerunt * tres filii ejus, & Epiſcopi decem, & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius unus, & Manſionarius unus, & Oſtiarius unus. * ſc. Lotharius Ludovicus Junior & Carolus Calvus.

HLUDOWICI PII,

&

HLOTHARII F. IMPERATORUM AUGUSTORUM

CAPITULA

DE PERCUSSORIBUS CLERICORUM

CUM INSERTA SYNODO TRIBURIENSI Anno Domini DCCCXX. celebratâ, Ann. Chriſti 820.

STATUTA APUD THEODONIS VILLAM IN COMITIIS Imperialibus, Anno Domini DCCCXXI.

IN Concilio apud * Theodonis villam, ubi interfuerunt XXXII. Epiſcopi, * Triburiam.
Aiſtulfus Moguntinenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis,
Hadabaldus Colonienſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis,
Hetto Trevirenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis,
Ebbo Rhemenſis Archiepiſcopus cum Suffraganeis ſuis,
Cum Nunciis reliquorum Epiſcoporum Galliæ & Germaniæ, ob nimiam præſumptionem quorundam tyrannorum in Sacerdotes Domini bacchantium, & propter factum, quod in Vaſconia noviter accidit, de Epiſcopo Joanne inhoneſtè & inauditè mordridaro, decretum eſt, ut communi conſenſu & humili devotione ſupplicarent auribus Principis, ſi ſuæ pietati complaceret, ut calumnia in Chriſti Sacerdotes peracta, juxta Synodalica determinaretur pleniter ſtatuta. Hoc idem Epiſcoporum judicio placeret, ſi ex toto ſecundum poteſtatem ipſorum poſſet definiri, id eſt, ut canonica feriantur ſententia, hi videlicet, qui timorem Domini poſtponentes, in miniſtros ſuos craſſare præſumunt. Quòd ſi verò pietati illius, juxta capitula Regum præcedentium, ubi eorum proviſio miſericorditer in offenſis pecuniæ quantitatem interpoſuit, pro levigatione ſcilicet pœnitentiæ, placuit ut præfatæ res per pecuniam ab Imperatoribus & à ſibi ſucceſſoribus ad defenſionem conceſſam & per pœnitentiam determinentur Epiſcoporum judicio, ſi pietas illius conlaudare voluerit, ſic definiri eis complacuit.

CAPITUL. I.

Si quis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, quinque quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & XXX. ſolidos cum ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & CCCC. ſolidos cum tripla ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat.

CAPIT. II.

Si Diaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, ſex quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & CCCC. ſolidos cum compoſitione ſua & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas ſex quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & DC. ſolidos cum tripla ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat.

CAPIT. III.

Si qois Presbyterum calumniatus fuerit, & ſpaſſaverit, ſeptem quadrageſimas ſine ſubditis annis pœnitear, & DC ſolidos cum triplici ſua compoſitione & Epiſcopalibns bannis triplicibus Epiſcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum pœnitentia ſecundum eanones ei imponatur, & DCCCC. ſolidos cum triplici compoſitione ſua & Epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat.

CAPIT. IV.

Si quis Epiſcopo inſidias poſuerit, compræhenderit, vel in aliquo dehoneſtaverit, decem quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & Presbyteri non occiſi triplicem compoſitionem componat. Si autem caſu & non ſponte occiditur, cum Provincialium Epiſcoporum conſilio homicida pœniteat. Si quis autem ſponte eum oeciderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ ſuæ. Cingulum militare deponat, absque ſpe conjugii in perpetuo maneat.

Aiſtulſus Moguntinenſis Archiepiſcopus dixit: Si Principibus placuerit, aliisque fidelibos ſuis, rogemus, ut conlaudetur & ſubſcribatur. Et conlaudatum eſt & ſubſcriptum eſt tam à Principe quam à cæteris omnibus.

Ann. Chriſti 821.

CAPITULA ECCLESIASTICA APUD THEODONIS villam a HLUDOVICO PIO ET HLOTHARIO Imperatoribus conſtituta, & à primu Gallia & Germania collaudatum & ſubſcriptum.

Placoit nobis & fidelibus noſtris, ut ſicut ab Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus ac Dei ſervis alio anno Tributiæ admoniti fuimus, & rogati, ut Epiſcopi, eorumque miniſtri, quos Deus ſuo non humano judicio reſervavit, juxta ſanctorum Canonum, ſanctorumque Patrum ac Capitulariorum præcedentium Regum coram poſitorum ſtatuta, ut Dei ſacerdotes eorumque cooperatores, quorum interceſſionibus & ſupplicationibus ſancta Dei Eccleſia coostare videtur, intacti permaneant.

CAPIT. I.

Conſtituimus, ut ſi quis Subdiaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, pœnitentia caconica pœniteat, & CCC ſolidos Epiſcopo componat. Et ſi mortuus fuerit, juxta id quod caoones præcipiunt, pœniteat, & CCCC. ſolidos Epiſcopo eomponat.

CAPIT. II.

Si Diaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, pœniteat secnndum canones, & CCCC. ſolidos componat. Si ooo coovaluerit, juxta præcepta Synodalica pœniteat, & DC ſolidos Epiſcopo componat.

CAPIT. III.

Si Presbyter malè tractatus fuerit, & ſpaſſaverit, ſecundum ejus Epiſcopi ſententiam pœniteat in cujus territorii poteſtate eſſe dignoſcitur. Si autem mortuus fuerit, ut Synodus dijudicaverit, pœniteat, & DCCCC. ſolidos Epiſcopo componat.

CAPIT. * IIII.

Et ſi quis Epiſcopo inſidias poſuerit, eompræhenderit, vel in aliquo dehoneſtaverit, pœniteat ſecundum caoonum ſtatuta, & Presbyteri noo occiſi triplicem eompoſitionem eum juſtitiis, quæ in ſuperiori capitulo ſcriptæ & confirmatæ eſſe videntur componat.

CAPIT. V.

* al. viginti. Si quis per induſtriam Epiſcopum occiderit, juxta id qnod apud Triburiam à * triginta duobus Epiſcopis decretum eſt, & quod ibi à nobis & à Primatibus totius Germaniæ benigna collaudatiooe eonlaudatum eſt, & ſubſcriptum eſt, pœniteat.

CAPIT. VI.

Et hoc de noſtro adjecimus: Ut ſi quis in his ſupradictis ſanctorum canonum noſtriqoe Decreti ſanctionibus, Epiſcopis inobediens & contumax extiterit, primùm Caoonica ſententia feriatur; deinde in noſtro Regno beneficium non habeat, & alodis ejus in bannum mittatur. Et ſi annum & diem in noſto banno permanſerit, ad fiſcum noſtrum redigatur, & captus in exilium relegetur, & ibi tamdiu euſtodiatur & eonſtringatur, donec coactus Deo & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfaciat, qnod prius gratis facere noluerat.

Et ſi omnibus vobis iſta placuerint, dicite. Et tertiò ab omnibus acclamatum eſt, Placet. Et
* & Germaniæ Imperatores & pene omnes Galliæ * Principes ſubſcripſerunt, ſinguli ſingulas facientes eruces, Et Eccleſiaſticus Ordo Deo & Principibus laudes referentes, hymnum, *Te Deum laudamus*, decantaverunt. Et ſic ſoluta eſt Synodus.

LUDO-

Ann. Chriſti 828.

LUDOVICI I. PII,

&

LOTHARII F. IMPERATORUM
AUGUSTORUM
EDICTUM
De Expiatione peccatorum facienda.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVAtoris noſtri Jeſu Chriſti.

LUDOVICUS ET LOTHARIUS, divina ordinante providentia Imperatores Auguſti, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris.

1. Recordari vos credimus, qualiter hoc anno, conſilio Sacerdotum, & aliorum fidelium noſtrorum, generale jejunium per totum Regnum noſtrum celebrare juſſimus, Deumque tota devotione depoſcere, ut nobis propitiari, & in quibus illum maximè offenderamus, nobis manifeſtare, & correctionem noſtram neceſſariam, tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Volueramus ſiquidem tempore congruo Placitum noſtrum generale habere, & in eodem de communi correctione agere, & ita, Deo miſerente, fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tum fieri non potuit juxta voluntatem noſtram; viſum nobis fuit præſens * Placitum cum aliquibus noſtris habere, & in eo de his, quæ propter prædictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum pervenirent, Domino adjuvante, conſiderare.

* Conventus generalis habitus menſe Februarii Aquiſgrani.

2. Quapropter noſſe volumus ſolertiam veſtram, quod in iſto præſenti Placito cum fidelibus noſtris conſideravimus, ut primùm omnium Archiepiſcopi cum ſuis Suffraganeis in locis congruis tempore opportuno convenirent, & ibi tam de ſua quàm de omnium noſtrûm correctione & emendatione, ſecundùm divinam auctoritatem quærendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundum miniſterium ſibi commiſſum annuntiarent.

3. Quis enim non ſentiat, Deum noſtris praviſſimis actis eſſe offenſum, & ad iracundiam provocatum, cùm videat tot annis, multifariiſque flagellis, iram illius in Regno nobis ab eo commiſſo ſævire? videlicet in fame continua, in mortalitate animalium, in peſtilentia hominum, in ſterilitate penè omnium frugum, & (ut ita dixerim) diverſiſſimis morborum cladibus, atque ingentibus penuriis populum iſtius Regni miſerabiliter vexatum & afflictum, atque omni abundantia rerum quodammodò exinanitum? Nec illud etiam dubitamus ex juſta vindicta illius evenire, quòd ſæpè ſcandala per tyrannos in hoc Regno exſurgunt, quòd pacem populi Chriſtiani, & unitatem Imperii ſua pravitate nituntur ſcindere. Nam & illud nihilominus peccatis noſtris deputandum eſt, quòd * inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc Regnum ingreſſi, deprædationes, incendia Eccleſiarum, & captivitates Chriſtianorum, interfectiones ſervorum Dei audenter & impunè, immò crudeliter fecerunt.

* Aezonem innuit, qui Saracenorum copiis Regnū Francorum populatus erat.

4. Agitur ſiquidem juſto Dei judicio, ut qui in cunctis delinquimus, interiùs ſimul & exteriùs flagellemur. Beneficiis quippe Dei evidenter exiſtimus ingrati; quoniam hic non ad voluntatem Dei, ſed ad libitum noſtrum carnalem uti invenimur; & idcirco meritò creaturæ Dei nobis divinitùs conceſſæ, pro Deo contra nos ingratos pugnant, juxta illud: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Sapient. 5.

5. Verùm quia tot malis vexamur atque percutimur, ad eum, à quo percutimur, toto corde dignum neceſſariumque ut revertamur, quatenus illud Propheticum in nobis impleatur, quo dicitur: *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* Iſa. 28. Sed quia pius & Clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur, ut non ad interitum, ſed potiùs ad correctionem noſtram inferre videatur; debemus in conſpectu ejus veraciter humiliari, & faciem illius in confeſſione prævenire, ejuſque pietatem pronis mentibus exorare, ut qui fecit nos juſtiſſima diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus ab eo flagellamur, cognoſcere; & in quibus maximè illum offendimus, & iram illius provocavimus, manifeſtiùs intelligere, ut pòſt, eo miſerante, prava deſerendo & corrigendo, bona etiam ſectando, & tota cum devotione exequendo, valeamus per ſpiritum humilitatis, & animam contritam, ſacrificium Deo debitum offerre, iramque illius indignationis evadere, & per dignam congruamque correctionem, & bonorum operum exhibitionem, gratiam ejus propitiationis licèt indigni promereri.

6. At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debuimus, & omnium curam gerere, & per auctoritatem Imperialem pravorum acta ne tantum acreſcerent corrigere, cupimus Domino nobis propitio in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem

Imperator primus correctionem ſuorum peccatorum promittit.

veniam adipiſci, & per ſaluberrimam correctionem, & per bonum ſtudium, quod noſtra deſidia & ignorantia hactenus neglectum eſt, conſultu fidelium, tempore opportuno (quantum in nobis eſt) ſtudioſiſſimè emendare, & noſtram in hoc voluntatem omnibus manifeſtam facere.

6. Quapropter ſtatuimus atque decrevimus cum conſultu Sacerdotum, ceterorumq; fidelium noſtrorum hujus rei gratia, ob placandum ſcilicet contra nos nobiſq; ſubjectos Domini furorem, Conventus eorundem Epiſcoporum in quatuor Imperii noſtri locis congruentiſſimè fieri. Primò ſcilicet in Moguntiacenſi urbe, ubi conveniant Metropolitani, Autgarius, Authbaldus, Hetto, Bernuinus, cum Suffraganeis ſuis. Secundo quoq; in Pariſiorum urbe, ubi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Regnoardus, & Landranus, Metropolitani cum Suffraganeis ſuis conveniant. Tertio verò apud Lugdunum, ubi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus, cum Suffraganeis ſuis ſimiliter conveniant. Quarto etiam apud Toloſanam urbem, quo ſimul conveniant, Hutho; Bartholomeus, Adalelmus, Agiulfus, cum Suffraganeis ſuis.

7. In quibus conventibus tractare, quærere, & cum Dei adjutorio invenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus: quid a Principibus reliquoque populo, vel ita ut divina auctoritas docet, aut aliter, teneatur, vel quid inde ex parte vel toto dimiſſum ſit, ut non teneatur. Deinde quid in ipſorum, qui paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, converſatione, & actibus inveniri poſſit, quod divinæ regulæ atque auctoritati non concorder, ſimulque inveniant, quæ occaſiones in utroque ordine id effecerint, ut à recto tramite deviatum ſit. Et quicquid de his cauſis inventum fuerit, tam ſolerti cura cuſtodiatur, ut nullatenus ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideò unus Notarius inter omnes eligatur, qui, quod ipſi invenerint, deſcribat, & ipſe ſub juramento conſtrictus ea, quæ inventa atque digeſta fuerint, diligenter fideliterque conſervet. . . . . .

Deſunt aliqua.

Ann. Chriſti 833.

LOTHARIO I. IMPERATORE
AUGUSTO CONVOCANTE,
EPISCOPORUM
S. ROMANI IMPERII,
EDICTUM
DE EXAUCTORATIONE
DOMINI LUDEWICI PII IMPERATORIS,

Promulgatum apud Compendium Anno D CCC XXXIII.

OMnibus in Chriſtiana religione conſtitutis ſcire convenit, quale ſit miniſterium Epiſcoporum, qualiſque vigilantia atq; ſollicitudo eis circa ſalutem cunctorum adhibenda ſit, quos conſtat eſſe Vicarios Chriſti & clavigeros regni cœlorum, quibus à Chriſto tanta collata eſt poteſtas, ut quodcunque ligaverint ſuper terram, ſit ligatum & in cœlo: & in quanto ſint ipſi periculo conſtituti, ſi ovibus Chriſti pabulum vitæ miniſtrare neglexerint, & errantes ad viam veritatis arguendo, obſecrando reducere pro viribus non ſtuduerint, juxta illud Propheticum: *Si non annunciaveris*, inquit, *iniquo iniquitatem ſuam, & ipſe in impietate ſua mortuus fuerit, ſanguinem ejus de manu tua requiram.* Et multa his ſimilia ad magiſterium paſtorale pertinentia, quæ in divinis ſparſim continentur. Quapropter eiſdem paſtoribus Chriſti ſummopere ſtudendum eſt, ut erga errata delinquentium moderationem diſcretiſſimam teneant, ut ſint, juxta B. Gregorii doctrinam, documentum bene agentibus per humilitatem, ſocii; contra delinquentium verò vitia per Zelum juſtitiæ erecti, quatenus poſthabito torpore aut ſegnitie, vel humano favore aut mundiali timore, ſic exerceat miniſterium ſuum, ut & præſentibus ſalubriter conſulant, & futuris ſint exemplum ſalutis.

Ezech. 3.

2. Verum quia in agro Dei, qui eſt Eccleſia Chriſti, noxia quæq; inſtinctu hoſtis antiqui pullulare non ceſſant, quæ neceſſe eſt ut adhibito ſurculo paſtorali radicitùs extirpentur, & propter malevolos quoſq; qui bene acta aut intelligere, nolunt, aut malevola intentione potiùs intelligere, quàm ipſam veritatem delectantur amplecti, oportet eoſdem paſtores, ut quandocunq; de generali utilitate vel publica coërcitione quippiam in Conventibus ſuis decreverint, id juxta morem Eccleſiaſticum ſcriptis committant, videlicet ut poſteris omnem ambiguitatem & occaſionem juſtè detrahendi reprehendi penitùs amputent.

3. Proinde notū eſſe neceſſariū duximus omnibus filiis ſanctæ Dei Eccleſiæ, præſentibus ſcilicet &
* f. ſubter. futuris, qualiter nos Epiſcopi * ſuper Imperio Domini & glorioſiſſimi LOTHARII IMPERATORIS conſtituti, anno Incarnationis Domini Jeſu Chriſti octingenteſimo triceſimo tertio, indi-
* forſ. XII. ctione * XVII. anno ſiquidem ejuſdem Principis primo, in menſe videlicet Octobri, apud Compendium

pendium Palatium generaliter convenimus, & memoratum Principem humiliter audivimus & hoc quidem illi ſive Optimatibus illius, ſeu omni generalitati populi, quæ undiq; illuc confluxerat, manifeſtare juxta injunctum nobis miniſterium curavimus, qualis ſit vigor & poteſtas ſive miniſteriũ Sacerdotale, & quali mereatur damnationis ſententia, qui monitis Sacerdotalibus obedire noluerit.

Comina Compendiana.

4. Deinde tam memorato Principi, quàm cuncto ejus populo, denunciare ſtuduimus, ut Domino devotiſſimè placere ſtuderent, & in quibus eum offenderat, * placare non differrent. * Etuimanta quippe ſunt multa, quæ per negligentiam in hoc Imperio contigerunt, quæ ad ſcandalum Eccleſiæ, & ruinam populi, vel Regni interitum, manifeſtis indiciis pertinebant, quæ neceſſe erat ut citò corrigerentur, & in futuro omnibus modis vitarentur.

* al. placere.
* fort. examinata.

5. Inter cætera etiam commemoratum eſt à nobis & omnibus ad memoriam reductum, qualiter Deus Regnum iſtud per adminiſtrationem bonæ memoriæ Karoli præſtantiſſimi Imperatoris, & per prædeceſſorum ſuorum laborem pacificum & unitum atq; nobiliter dilatatum fuerit, & Domino LUDEWICO Imperatori à Deo ad regendum ſub magna pace commiſſum, Dominoq; protegente ſub eadem pace, quandiu idem Princeps Deo ſtuduit, & paternis exemplis uti, ac bonorum hominum conſiliis acquieſcere curavit, conſervatum manſerit. Et quomodo in proceſſu temporis, ſicut omnibus manifeſtum erat, per ejus improvidentiam vel negligentiam in tantam venerit ignominiam & vilitatem, ut non ſolùm amicis in mœſtitiam, ſed etiam inimicis venerit in deriſionem.

6. Sed quia idẽ Princeps miniſterium ſibi cõmiſſum negligẽter tractaverit, & multa, quæ Deo & hominibus diſplicebant, & fecerit & facere compulerit, vel fieri permiſerit, & in multis nefandis conſiliis Deum irritaverit, & ſanctã Eccleſiã ſcandalizaverit: & ut cætera, quæ innumera ſunt, omittamus, noviſſimè omnẽ populũ ſibi ſubjectũ ad generalem interitum contraxerit, & ab eo divino juſtoq; judicio ſubitò Imperialis ſit ſubtracta poteſtas: Nos tamen memores præceptorum Dei miniſteriique noſtri, atque beneficiorum ejus, dignum duximus, ut per licentiam memorati Principis LOTHARII legationem ad illum ex authoritate ſacri Conventus mitteremus, quæ eum de ſuis reatibus admoneat, quatenus certum conſilium ſuæ ſalutis caperet, ut quia poteſtate privatus terrena, juxta divinum conſilium & Eccleſiaſticam auctoritatem, ne ſecundam * animam perderet, elaborare in extremis poſitus totis viribus ſtuderet. Quorum Legatorum conſiliis & ſaluberrimis admonitionibus libenter aſſenſum præbuit, ſpacium popoſcit, diemque conſtituit, qua de ſalubribus eorum monitis certum eis reſponſum redderet.

* fort. animalem, ſc. poteſtatem.

7. Cum autem * ſuprascriptus inſtaret dies, ſacer idem conventus unanimiter ad eundem venerabilem virum pertexit, eumq; diligenter, de quibus Denm offenderat, & ſanctam Eccleſiam ſcandalizaverat, ac populum ſibi commiſſum perturbaverat, admonere & cuncta illi ad memoriam reducere curavit. Ille verò cum ſalutiferam admonitionem, & dignam congruamq; exaggerationem libenter amplectens, promiſit ſe in omnibus illis acquieturum ſalutari conſilio, & ſubiturum remediabile judicium. Porrò de tanta ſalubri admonitione hilaris, illicò dilectum filium ſuum LOTHARIUM Auguſtum ſibi feſtinatò affuturum ſupplicavit, ut ille ruptis quibuslibet morulis cum ſuis Primatibus veniret, quatenus primum inter eos mutua reconciliatio ſecundum Chriſtianam doctrinam fieret, ut ſi quid in cordibus, eorum nævi aut diſcordiæ inerat, pura humiliſque poſtulatio veniæ expiaret, ac deinde coram omni multitudine judicium Sacerdotale more pœnitentis ſuſciperet, quæ & non multò poſt factum eſt.

* al. in pr[illegible]ptis.

8. Veniens igitur idem Dominus Ludevvicus in Baſilicam ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ubi Sanctorum corpora requieſcunt, Medardi videlicet Confeſſoris Chriſti atque Pontificis, nec non Sebaſtiani præſtantiſſimi Martyris, aſtantibus Presbyteris, Diaconibus, & non parva multitudine Clericorum, præſente etiam præfato Domino LOTHARIO filio ejus, ejusq; Proceribus, atq; totius populi generalitate, quotquot videlicet intra ſui ſeptum eadem continere potuit Eccleſia, & proſtratus in terram ſuper cilicium ante ſacroſanctum altare, confeſſus eſt coram omnibus miniſterium ſibi commiſſum ſatis indignè tractaſſe, & in eo multis modis Deum offendiſſe, & Eccleſiam Chriſti ſcandalizaſſe, populumq; per ſuam negligentiam multifariè in perturbationem induxiſſe, & ideò ob tantorum reatuum expiationem publicam & Eccleſiaſticam ſe expetere velle pœnitentiam, quo miſerante Domino per eorum miniſterium & adjutorium percipere mereretur abſolutionem tantorum criminum, quibus Deus ligandi ac ſolvendi intulerat poteſtatem.

Imperatoris Ludovvici publica pœnitentia.

9. Quem etiam iidem Pontifices, utpote medici ſpiritales ſalubriter admonuerunt, aſſerentes ei quòd puram & ſimplicem confeſſionem ſequeretur vera remiſſio peccatorum, ut apertè confiteretur peccata ſua, in quibus maximè ſe Deum offendiſſe profitebantur, ne fortè interiùs aliquid tegeret, aut in conſpectu Dei quippiam doloſè ageret, ſicut jampridem in Compendio Palatio ab alio ſacro Conventu correptus coram omni Eccleſia eum feciſſe omnibus notum erat, ne ſicut tunc, ita & nunc per ſimulationem & calliditatem duplici ad Deum corde accedendo ad iram potiùs quàm ad veniam ſuorum peccatorum provocaret: quoniam Scriptura teſtante, *Simulatores & callidi provocant iram Dei*. Verùm poſt hujusmodi admonitionem profeſſus eſt, ſe in omnibus iis præcipuè diliquiſſe, unde à memoratis Sacerdotibus fuerat familiariter ſive verbis ſive ſcriptis admonitus, ut digna increpatione correptus, ſuper quibus cartulam ſummam reatuum ſuorum, unde illud ſpecialiter redarguerent, continentem ei dederunt, quam ille in manibus geſtabat.

Job. 38.

10. I. Videlicet, ſicut in eadem cartula pleniùs continetur, reatum ſacrilegii incurrendo & homicidii, eò quòd paternam ammonitionem & terribilẽ conteſtationem ſub divina invocatione ante ſacrum altare, in præſentia Sacerdotum & maxima populi multitudine ſibi factam ſecundum ſuam promiſſionem non conſervaverit; eò quòd fratribus & propinquis violentiam intulerit, & nepo-

tem ſuum, quem ipſe liberare potuerat, interficere permiſerit; & quòd immemor voti ſui ſignum ſanctæ religionis propter vindictam ſuæ indignationis fieri poſteà juſſerit.

11. II. Quod auctor ſcandali & perturbator pacis ac violator ſacramentorum exiſtendo pactum, quod propter pacem & unanimitatem Imperii Eccleſiæque tranquillitatem communi conſilio & conſenſu cunctorum fidelium ſuorum fuerat inter filios ſuos factum, & per ſacramentum confirmatum, ſuper illicita poteſtate corruperit, & in eo, quæ fideles ſuos in contrarietatem ejusdem primi pactā & juramenti aliud ſacramentum jurare compulerit, in perjurii reatum præſtatorum violatione Sacramentorum incidet. Et quantum hoc Deo diſplicuerit, liquidò claret, quia poſteà nec ipſe nec populus ſibi ſubjectus pacem habere meruit, ſed omnes in perturbationem, pœnam peccati ſuſtinendo, juſto Dei judicio poſteà inducti ſunt.

12. III. Quia contra Chriſtianam religionem & contra votum ſuum, ſine ulla utilitate publica aut certa neceſſitate, pravorum conſilio deluſus in diebus Quadrageſimæ expeditionem generalem fieri juſſit, & in extremis Imperii finibus in cœna Domini, quando Paſchalia ſacramenta ab omnibus Chriſtianis ritè ſunt celebranda, Placitum generale ſe habiturum conſtituit. In qua expeditione quantum in ipſo fuit, & populum in magnam murmurationem protraxit, & Sacerdotes Domini à ſuis officiis contra fas amovit, & pauperibus graviſſimam oppreſſionem irrogavit.

13. IIII. Quod nonnullis ex ſuis fidelibus, qui pro ejus ſuorumq; filiorum fidelitate & ſalvatione, Regnique nutantis recuperatione, humiliter eum adierant, & de inſidiis inimicorum ſibi præparatis certum reddiderant, violentiam intulerit; & quòd contra omnem legem, divinam videlicet & humanam eos & rebus propriis privaverit, & in exilio tradi juſſerit, atq; abſentes morti adjudicarī fecerit, & judicantes proculdubio ad falſum judicium induxerit, & Sacerdotibus Domini ac Monachis contra divinam & canonicam auctoritatem præjudicium irrogavit, & abſentes damnavit, & in hoc reatum homicidii incurrendo divinarum ſeu humanarum legum violator extitiſſet.

14. V. De diverſis ſacramentis ſibique contrariis atque pernicioſis à filiis ſive à populo, eo præcipiente & compellente, irrationabiliter ſæpè factis, pro quibus non modicam in populo ſibi commiſſo peccati maculam induxit, reatum perjurii nihilominus incurriſſe, quoniam hæc procul dubio in auctorem, per quem fieri compulſa ſunt, jure retorquentur. Sed in mulierum purgatione, in injuſtis judiciis, in falſis teſtimoniis atque perjuriis, quæ eo permittente, coram ſe perpetrata ſunt, quantum Deum offenderit, ipſe novit.

15. VI. De diverſis expeditionibus, quas in Regno ſibi commiſſo non ſolùm inutiliter, ſed etiam noxiè ſine conſilio & utilitate fecit, in quibus nimirum multa & innumerabilia ſunt in populo Chriſtiano flagitia perpetrata in homicidiis & perjuriis, in ſacrilegiis, in adulteriis, in rapinis, in incendiis ſive in Eccleſiis Dei, ſive in aliis diverſis locis factis, in direptionibus & oppreſſionibus pauperum miſerabili & pæne apud Chriſtianos inaudito patratu; quæ omnia ad auctorem, ſicut præmiſſum eſt, reflectuntur.

16. VII. In diviſionibus Imperii ab eo contra communem pacem & totius Imperii ſalutem ad libitum ſuum temerè factis, & in ſacramento etiam, quod jurare compulit omnem populum, ut contra filios ſuos, ſicut contra inimicos ſuos, agerent, cum ipſe eos paterna auctoritate conſultuque fidelium ſuorum pacificare potuiſſet.

17. VIII. Quod non ſuffecerint ei tot mala & flagitia per ſuam negligentiam & improvidentiam in Regno ſibi commiſſo perpetrata, quæ non enumerari non poſſent, pro quibus & Regni periclitatio, & Regis dehoneſtatio evidenter provenerat: ſed inſuper ad cumulum miſeriarum noviſſimè omnem populum ſuæ poteſtatis ad communem interitum traxerit, cùm debuiſſet eſſe eidem populo dux ſalutis & pacis, cum divina pietas inaudito & inviſibili modo ac noſtris ſæculis prædicando, populo ſuo miſereri decreviſſet.

18. Igitur pro his vel in his omnibus, quæ ſuprà memorata ſunt, reum ſe coram Deo, & coram Sacerdotibus, vel omni populo cum lachrymis confeſſus, & in cunctis ſe deliquiſſe proteſtatus eſt, & pœnitentiam publicam expetiit, quatenus Eccleſiæ, quam peccando ſcandelizaverat, pœnitendo ſatisfaceret; & ſicut fuerat ſcandalum multa negligendo, ita nimirum ſe velle profeſſus eſt eſſe exemplum dignam pœnitentiam ſubeundo.

19. Poſt hanc verò confeſſionem cartulam ſuorum reatuum & confeſſionis ob futuram memoriam Sacerdotibus tradidit, quam ipſi ſuper altare poſuerunt: ac deinde cingulum militiæ depoſuit, & ſuper altare collocavit; & habitu ſæculi ſe exuens, habitum pœnitentis per impoſitionem manuum Epiſcoporum ſuſcepit, ut poſt tantam talemque pœnitentiam nemo ultrà ad militiam ſæcularem redeat.

20. His itaque geſtis placuit, ut unusquiſque Epiſcoporum, qualiter hæc res acta fuerit, in propriis cartulis inſereret, eamque ſua ſcriptione roboraret, & roboratam memorato Principi LOTHARIO ob memoriam hujus facti offerret. Ad extremum omnibus nobis, qui interfuimus, viſum eſt omnium cartularum, immò tanti negotii ſummam in unum breviter ſtrictimque congerere, & congeſta propriis manuum noſtrarum ſubſcriptionibus roborare, ſicut ſequentia factum eſſe demonſtrant. . . . .

Subſcriptiones deſunt.

HLUDO-

HLUDOVICI I. PII, IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 837.

De pace publica, & diviſione Regni facienda inter filios,

Ordinata in Cariſiaco in generali Conventu Procerum Imperii, Anno D CCC XXXVII.
In nomine Domini DEI & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

LUDOWICUS divina ordinante providentia Imperator Auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ DEI Eccleſiæ, & cuncto Catholico populo, præſenti ſcilicet & futuro, gentium ac nationi, quæ ſub Imperio ac regimine noſtro conſtitutæ ſunt.

Vide Caroli M. Conſtitution. Theodonis-villanam.

1. Notum fieri volumus omnium veſtrum ſolertiæ, quod inter dilectos filios noſtros, Pipinum, Ludovvicum, Karolum, Regni nobis à Deo commiſſi talem diviſionem facere decrevimus, ut poſt noſtrum ab hac mortalitate deceſſum unusquisque illorum ſcire valeat, ſi eos divina pietas nobis ſuperſtites eſſe voluerit, quæ portio ſibi ad tenendum atque gubernandum à nobis adſignata ſit. Quam diviſionem eo modo deſcribere ac deſignare volumus, ut ſinguli juxta ordinationem noſtram & fines Regni ſui, qui in alienigenas extenduntur, cum DEI adjutorio defendere ſtudeant, & pacem ac fraternam caritatem inter ſe cuſtodire valeant. Cujus diviſionis modum atque ordinationem talem nobis facere placuit.

2. ....

Deeſt diviſio atque ordinatio Regnorum.

3. Hæc autem tali ordine diſpoſuimus, ut ſi poſt noſtrum de hac luce diſceſſum aliquis eorum, prius quam fratres ſui, diem obierit, & talem filium reliquerit, quem populus ipſius eligere velit, ut patri ſuo ſuccedat in Regni hæreditate, volumus ut hoc conſentiant patrui ipſius pueri, & regnare permittant filium fratris ſui in eo regno, quod pater ejus, frater eorum, habuit. Quod ſi talem filium non habuerit, tunc volumus, ut illa pars regni, quam idem habebat, dividatur æqualiter inter illos fratres, qui ſuperſtites remanſerunt.

Filius patri ſuccedat in Regno quem populus elegerit.

4. Placuit etiam inter prædictos filios ſtatuere atque præcipere propter pacem & concordiam quam inter eos perpetuò permanere deſideramus, ut nullus eorum fratris ſui terminos vel Regni limites invadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum Regnum ejus vel marcas minuendas, ſed potius adjuvet unusquisque illorum fratrem ſuum, prout temporis opportunitas permiſerit, & auxilium ei ferat contra inimicos ejus juxta rationem & poſſibilitatem.

5. Nec aliquis ullum hominum fratris ſui pro quibuslibet cauſis vel culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat ad interceſſionem pro eo faciendam: quia volumus ut quilibet homo peccans, & interceſſione indigens intra Regnum Domini ſui, vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde juſtam interceſſionem mereatur.

6. Similiter præcipimus, ut quemlibet illum, qui Dominum ſuum contra voluntatem ejus dimiſerit, & de uno Regno in aliud profectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat, ut talem hominem recipiant, vel injuſtè retinere præſumant, nec ſolùm de illis, ſed etjam de ſervis fugitivis ſtatuimus obſervandum, ut nulla diſcordiæ relinquatur occaſio. Sed & hoc præcipimus, ut nullus ex his tribus fratribus nobis in corpore conſiſtentibus, vel noſtrum vel cujuslibet alterius hominem Sacramentum fidelitatis ſibi promittere faciat, & per hoc eum vel à nobis vel ab altero Domino ſuo per hujuſmodi ſacramentum avertat, & ad ſe trahat.

7. Quin etiam præcipiendum nobis videtur, ut poſt noſtrum ex hac mortalitate diſceſſum, homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia unusquisque in Regno Domini ſui, & non alterius, ne quando per hoc, ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod poſſit accidere. Hereditatem autem ſuam habeat unusquisque hominum illorum abſque contradictione in quocumque Regno hoc eum legitimè habere cognoverit.

8. Et unusquisque liber homo poſt mortem Domini ſui licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria Regna ad quemcunque voluerit; ſimiliter & ille, qui nondum alicui commendatus eſt.

9. De traditionibus autem atque venditionibus, quæ inter partes fieri ſolent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de Regno alterius à quolibet homine traditionem vel venditionem rei immobilis, hoc eſt terrarum, vinearum, atq; ſylvarum, ſervorumq; qui jam caſati ſunt, ſive cæterarum rerum, quæ hæreditatis nomine cenſentur, excepto auro, argento, & gemmis, armis ac veſtibus, nec non & mancipiis non caſatis, & iis ſpeciebus, quæ propriè ad negotiatores pertinere noſcuntur. Cæteris verò illius hominibus hoc minimè interdicendum judicamus.

10. Si autem fœminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna legitimè fuerint ad conjugium poſtulatæ, non denegentur juſtè poſcentibus, ſed liceat eas viciſſim dare & accipere, & affinitatibus populos inter ſe ſociare: ipſæ verò fœminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno, unde exierint, quanquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

11. De obſidibus autem, qui propter credentias dati ſunt, & à nobis per diverſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus ut ille Rex, in cujus Regno ſunt, abſq; voluntate fratris ſui, de cujus Regno ſublati ſunt, ad patriam eos redire permittat: ſed potiùs in futuro in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulaverit. Idem jubemus & de iis, qui ob ſua facinora in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

12. Si cauſa vel intenrio & controverſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ vexillo crucis Dei voluotaa & rerum veritas inquiratur, ne umquam pro tali cauſa cujuslibet generis pugna vel campus ad exterminationem judicetur. Si verò quiſlibet homo de uno Regno bominem de altero Regno de infidelitate contra fratrem Domini ſui apud Dominum ſuum accuſaverit, nirtat eum Dominus ejua ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet, quod de homine illius dixit.

13. Super omnia autem jubemus atque præcipimus, ut ipſi tres fratres curam & defenſionem * Eccleſiæ ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proavo noſtro Karolo, & avo noſtro Pipino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Karolo Imperatore, & à nobis poſteà ſuſcepta eſt, ut etiam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulaverit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut juſtitiam ſuam & honorem habeant: & Paſtores atque Rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribua fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

* Baron. Annal. tom. 9. An. 838. §. 2. integrum præter morem laudat hunc locum, quem ſolito falſi crimine corruperat in Caroli M. conſtit. §. 16. pro his verbis, *Eccleſia S. Petri* ſubjiciens iſta, *defenſionem S. Papa ſimul*, &c. contra codd. MSS. & Pithoei, unde exſcripſit, Multique editiones.

14. Quod ſi de his ſtatutis atque conſentiis aliquid caſu quolibet vel ignorantia (quod non optamus) intutum fuerit, præcipimus ut quàm citiſſime ſecundum juſtitiam emendare ſtudeant, ne quando propter dilationem majus damnum poſſit adcreſcere.

15. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus, atque eo ordine adfirmare decrevimus, ut quamdiu divinæ Majeſtati placuerit hanc corporalem nos agere vitam; poteſtaa noſtra ſit ſuper à Deo conſervatum Regnum atque Imperium iſtud, ſicut hactenus fuit, in regimine atque ordinatione, & omni dominatione Regali atque Imperiali; & ut obedientes habeamus prædictos filios noſtros, atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubjectione, quæ patri à filiis, & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur. Et ſi aliquis ex his tribua filiis noſtris per majorem obedientiam ac bonam voluntatem in primis Deo omnipotenti, ac poſteà nobis placere cupiens, morum probitate promeruerit, ut ei majorem honorem ac poteſtatem conferre delecter, & hoc volumua, ut in noſtra maneat poteſtate, ut illi de portione fratris ſui, qui non placere curaverit, & Regnum & honorem ac poteſtatem augeamus, & illum talem efficiamus, qualiter ille propriis meritis dignus oſtenderit.

16. Hoc poſtremo ſtatuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebua & conventionibus, quæ ad profectum & utilitatem eorum pertineant, his noſtris decretia atq; præceptia addiderimus, volumus ſic à prædictis dilectis filiia noſtris obſervetur atq; cuſtodiatur, ſicut ea, quæ in his jam ſtatuta & deſcripta ſunt, cuſtodire & conſervare præcipimua.

HLUDOVICI JUNIORIS IMPERATORIS AUGUSTI CAPITULA

STATUTA IN CONVENTU IMPERIALI TICINENSI, Anno Domini D CCC LIIII.

Receſſus Comitiorum Ticinenſium, An. Chriſt. 854.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Incarnationis Domini noſtri JESU Chriſti annis D CCC LIIII. anni Imperii Domini HLUDOVICI Imperatoris Auguſti VI. Indict. IV. dum Conventum fidelium noſtrorum Palatio noſtro Ticiniæ Civitatia convocaremus, & ſimul eorum & noſtrorum Nobilium conſultum, non ſolùm Eccleſiaſticam utilitatem, & populi ſalvationem, ſed etiam totius Regni ſtatum perquirere ſtuderemus, inter reliqua populus noſter nobis quaſdam petitiones obtulit, quas nos Dei amore & eorum fidelitate ducti libenter ſuſcepimus, atque ideò ſubter annotata Capitula ad eorum utilitatem ſubſcribi fecimua, quas in futuro pro lege tenenda firmamus.

CAPIT. I.

De fœminis, quæ defunctis viris Lex Longobardorum prohibet ante anni ſpatium veſtem religioſa mutare, velamque ſuſcipere petierunt, ut noſtra licentia eis, ut mox divina pietas inſpiraverit, eas indemnes liceret ſuſcipere. Nos autem ejus conſiderantes, quia octo pro ipſa dilatione, multæ etiam raptu intra eundum ſpacium, ad aliam partem diſtractæ fuerunt, ideò & eorum petitionem, quam juſtam cenſuimus, ſuſcepimus, & eis ita fieri concedimus.

CAPIT. II.

CAPIT. II.

Noſtræ Majeſtati reclamaverunt patres noſtri, vel noſtri ſuper eos ſuperfluas factas inquiſitiones; ideo eis concedimus abhinc in futurum nullas ſuper eos fieri inquiſitiones, niſi unde Karoli proavi, & avi noſtri tempore factæ fuerunt.

CAPIT. III.

De liberis hominibus, qui ſuper alterius res reſident, ejusque nunc amminiſtris Reipublicæ contra legem ad placita protrahantur, & ideo pignerabantur, conſtitutum eſt, ut ſecundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant; & ſi quis eos contra hanc noſtram auctoritatem & eorum legem pignerare aut diſtringere præſumpſerit, patronum eius omnia cum lege commendet, & inſuper præſumptione bannum noſtrum componat.

CAPIT. IIII.

De homicidio, unde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit, & teſtes habere non potuerit, concedimus, ut cum XII. juratoribus juret ab eadem ſimplicitate abſolutus proprium non admittat.

CAPIT. V.

De cartis, quæ à quibusdam perſonis Falſæ appellantur, conſtituimus, ut ſi notarius ſuperfuerit, & teſtes, qui eam veram & idoneam faciant; & ſi teſtes mortui fuerint, & notarius ſuperfuerit, cum XII. juratoribus veram & idoneam eam faciat.

Conceſſas denique petitiones veſtras conſideravimus etiam ea, quæ àd nos inpridem pervenerunt ad referandas malorum inſidiationes iisdem adjungere Capitulis.

CAPITULA HÆC DE INSTITUTIONIBUS STATUIT PIISSIMUS IMPERATOR HLUDOVICUS, *quæ glorioſi quoque genitoris ejus* HLOTHARII *Sereniſſimi Auguſti auctoritate firmata ſunt.*

CAPIT. I.

Perventum eſt ad nos, quòd eos, qui Romam orationis cauſſa pergunt, vel qui negotiandi cauſſa per Regnum noſtrum diſcurrunt, collecti latrones diripiant, eoſq; aliquoties vulnerent vel occidant, & eorum bona diripiant; ideò volumus, ut Comites noſtri eorum ſcudaſſii adjunctis ſecum vaſallis Epiſcoporum, ſi neceſſitas fuerit, ubicunque tales fuerint, ſtudioſiſſimè perquirant, ut eos capiant atque diſtringant. Et ſi hujus criminis reos invenerint, pœnas in legibus poſitas erga eos abſque ulla negligentia exequantur: ut ab his malefactoribus Regnum noſtrum purgetur, & qui in noſtra fiducia huc veniunt, ſive orationis ſive negotiandi gratia, ſalvi eſſe poſſint. Sciat autem unusquisque fidelium noſtrorum, quia quiſq; Comes, & quilibet publicus miniſter, hujusmodi malefactoribus aut aſſenſum præbuerit, aut eos qui perſequi neglexerit, noſtræ indignationis motum ſentiet, & proprio honore privabitur.

CAPIT. II.

Sed & hoc comperimus, quia ex diverſis locis hujuſmodi noxii homines inter ſe conſpirent, & diverſos Comitatus circumeuntes prædas & rapinas per villas, ſeu per vias, vel per ſilvas faciant; & innocentes homines deprædentur & ſpolient: & hi quoque ſimiliter volumus, ut diligenti ſtudio perquiſiti capiantur & diſtringantur, & ſi obnoxii hujus ſceleris inventi fuerint, legalibus pœnis absque ulla dilatione ſubjiciantur, ut huiusmodi inquietudo & injuſta direptio à populo noſtro auferat, & liceat omnibus ſub noſtra ditione degentibus cum ſalvatione ac pace vivere, ut ordo Reipublicæ ſecundum juſtam amminiſtrationem prorſus ſalvus & quietus permaneat.

CAPIT. III.

Audivimus quoque, quod quidam domos & poſſeſſiones habentes concilient ſibi atque conſocient latrones aliunde venientes, eoſque occultè foveant & ſolacientur ad tale facinus perpetrandum, ut quicquid ipſi ex pernicioſo opere adquiſierint, cum eis partiantur. Quod genus maleſactorum peſſimum judicavimus, quia non ſolum ipſi mala peragunt, ſed etiam aliorum opere & officio ad ſcelera utuntur. Ubicunque igitur in tali ſuſpicione quilibet venerit, & rumor in populo diſperſus fuerit, quòd hæc facinora exerceat, ſi adhuc prolatum eſt, cùm duodecim ſe purget: ſi autem in aliquo manifeſtatus aut deprehenſus eſt, ſtatim capiatur & diſtringatur, & damnationem legibus præfixam ſuſtineat.

Ubicunque verò ſive manentes ſive vagantes latrones comprehendere publici muneris amminiſtrator voluerit, & ille ſe defenſare conatus fuerit, ſi inter hæc forte eundem latronem occidi contigerit, nulla is, qui eum occidit, damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias à parentibus, aut ullam perſecutionem ab ullo eius amico vel propinquo ſuſtineat. Quod ſi aliquis ejus ſenior aut propinquus propter hoc vindictam facere conatus fuerit, & judex publicus eum compeſcere non potuerit, per fidejuſſores idoneos talis perſona ad noſtram deducatur præſentiam, ut complices & fautores ſceleratorum noſtra animadverſione plectantur.

3. Ubicunq; autem fama eſt tales habitare, inquiſitio per ſacramentum per omnem populum circumanentem fiat; & cujuscunque gentis aut conditionis fuerint, per quos inquiri melius potuerit, juſjurandum dare, cum à Comite conventus fuerit, recuſandi non habeat poteſtatem.

CAPIT. IV.

Sed & hoc pervenit ad notitiam noſtram, quod quando potentes & honorati, ſive Eccleſiaſtici ſive Sæculares, ad nos veniunt, à populo, in quorum domibus manſiones accipiunt, ſuis uſibus ſuorumq; equorum neceſſaria per vim tollunt, & hac occaſione populus noſter affligatur: idcircò præcipimus, fidelis noſter, quicunq; ad noſtram præſentiam properat, nihil inveniendo aut everrendo ab aliquo violenter tollat, ſed ſuis hominibus & equis, niſi fortè ab amicis ſtipendia acceperit, ab hoſpitibus ſuis pretio juſto comparet. Nam quicunque hujus mali famam habuerit, cum ad nos venerit, veracem hominem volumus ut det, qui pro ſuis omnibus juret, nihil eos in itinere tuliſſe, & ſi fortè in aliquo ſe ſuoſque obnoxios recognoſcit, donet idoneum hominem, qui juret, aut cuncta reſtituat his, à quibus abſtuliſſe viſus eſt.

CAPIT. V.

Hoc etiam multorum querelis ad nos delatum eſt, quod potentes & honorati viri locis, quibus converſantur, minorem populum depopulentur & opprimant, eorum prata depaſcant, manſiones etiam contra voluntatem privatorum hominum ſive pauperum domibus ſuis.........

. *Cætera deſunt.*

Ann. Chriſti 855.

LUDOVICI JUNIORIS IMPERATORIS AUGUSTI CAPITULA

DE DISCIPLINA ECCLESIASTICA, Statuta in Conventu Imperiali Ticinenſi Anno Domini D CCC LV.

Capitula, quæ glorioſus Imperator *LUDOVICUS ſuis Epiſcopis de ſtatu ſui Regni conſiderare præcepit.*

DE converſatione Epiſcoporum, Presbyterorum, & cæterorum Clericorum, de doctrina & prædicatione in populo, de conſcriptione librorum, de reſtauratione Eccleſiarum, de ordinatione plebium & Xenodochiorum, de monaſteriis virorum ſeu fœminarum, quæ ſecundum Regulam ſancti Benedicti, vel ea quæ ſecundum Canonicam authoritatem diſpoſita eſſe debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem eſt, aut per negligentiam Præpoſitorum, aut per deſidiam ſubditorum, vehementer cupio ſcire: & ſecundum Dei voluntatem, veſtrumq; ſanctum conſilium, ſic emendare deſidero, ut in conſpectu Dei nec ego reprobus ſim, neque vos & populus in commiſſis iram ſuæ indignationis incurrat. Quomodo autem iſtud rationabiliter quæſitum & inventum perficiatur, vobis hoc ad tractandum, ac nobis renunciandum committimus.

De minoribus quoq; cauſis, quæ generaliter omnes, ſpecialiter aliquos tangunt, & indigent emendatione, volumus, ut poſthac illas quæratis, & ad noſtram notitiam reducatis. Sicut eſt de Comitibus & eorum miniſtris, ſi juſtitias negligunt, aut ipſas vendunt, ſi ſunt rapaces, aut eccleſiarum, viduarum, orphanorum, aut pauperum oppreſſores; ſi ad prædicationem veniunt; ſi debitum honorem aut obedientiam Sacerdotibus ſuis impendunt; ſi aliquas novitates aut argumenta quæ ad detrimentum populi pertinent, agere præſumunt, ſicut eſt in acquirendis proprietatibus, aut irrationabiles preces ad adjutoria facienda, ſive in reliquis cauſis, quæ ad peccatum noſtrum pertinere poſſunt ac populi noſtri.

Reſcriptum Conſultationis ſive Exhortationis Epiſcoporum ad Dominum Ludovicum Imperatorem.

Dominoglorioſiſſimo Regi LUDOVICO pax & vita, & victoria miniſtretur à Deo patre & Domino noſtro JEſu Chriſto. Nos quidem in Dei nomine Angilbertus Archiepiſcopus, & Andreas Patriarcha, unà cum Joſeph Archicapellano, cùm ad hanc Synodum in urbe Regia Ticino congregatam veniſſemus, replicavimus eis piam veſtram exhortationem, qua viva voce ad nos uſi fuiſtis, flagrantes Spiritus ſancti munere, & ultrà quàm hujus ætatis teneritudo capere potuiſſe videretur, totius modeſtiæ & gravitatis atq; ſapientiæ ſapore conditam protulimus, etiam & coram eis

Digitized by Google

Jam eis relegi fecimus commonitorium à veſtra nobis magnificentia traditum. Quibus auditis omnes unanimiter pro veſtra indole omnipotenti Deo * diutiſſimè gratias egerunt, quia populo * devotiſſimè. ſuo tam piiſſimum tamque ſanctiſſimum Principem dedit, qui cuncta ordinabiliter & rationabiliter diſponere cupit. Et quoniam religioſa ſolicitudo veſtra, primùm de converſatione epiſcoporum, Presbyterorum, & cæterorum Clericorum quærere ſtuduit, nos quoque, quò regulariter meliùs fieri potuit, eundem ordinem ſervamus.

CAPIT. I.

Et Epiſcopum quidem ita converſari debere pronunciamus, ut ejus vita rectè vivendi ſit norma. Presbyteros verò & clericos ita vivere oportet, ut ſubditæ plebi exemplo ſuæ converſationis proficiant.

CAPIT. II.

Et quidam Coëpiſcoporum noſtrorum, qui bonæ converſationis ſibi conſcii ſunt, palàm fateri recuſabunt, ne ſui ipſorum laudatores viderentur. Qui verò negligentiam ſuam recognoſcunt, more humani ingenii ſeipſos accuſare verentur. Juxta commonitionem tamen veſtram diligentiùs perſcrutantes, quoſdam quales deſideratis, qualesque populi Dei paſtores & rectores eſſe decet, invenimus. Quorundam verò negligentiam vel erga Clericorum ſuorum cuſtodiam vel erga plebium ſollicitudinem reperimus. Quibus ut aliquantulum emendandi ſpatium tribuatis, humiliter petimus. Qui ſi ergò delicta non correxerint, ſeveriori ſententiæ ſubjacebunt.

CAPIT. III.

Cæterùm ſi quilibet Laicorum vel Clericorum contra Epiſcopum vel alicuius Ordinis Clericum, aliquid queritur, noverint nos paratos, & legitimam præbere audientiam, & ſi quid perperàm geſſiſſe probati fuerint, debita animadverſione punire.

Doctrina verò & prædicatio in populum, partim Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum, partim verò populi negligentia, non ſicut neceſſarium eſt, procuratur: & ſacerdotum quidem ** for. incuria. injuria, nullatenus eſt excuſanda. Quidam verò Laici, & maximè potentes ac nobiles, quos ſtudioſiùs ad prædicationem venire oportebat, juxta domos ſuas baſilicas habent, in quibus divinum audientes officium, ad majores eccleſias rariùs venire conſueverunt. Et dum ſoli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud, quam ut mala patienter ferant, prædicandum eſt? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere ſoliti ſunt, venire non renuerint, admoneri utique poſſent, ut eleemoſynis peccata ſua redimerent, ut à fluxu rerum temporalium ſe abſtinerent. Admonendi ſunt igitur potentes, ut ad majores eccleſias, ubi prædicationem audire poſſint, conveniant: & quantum dono omnipotentis DEI divitiis & honoribus cæteros antecedant, tanto ad audiendum præcepta conditoris ſui alacrius feſtinent.

CAPIT. IV.

Quidam autem Comites & Vaſſi domeſtici, Presbyteros & Clericos noſtros cæteros (quod nec Epiſcopis facere licet) abſq; noſtra licentia recipiunt. Inſuper etiam ubicunque ordinatos & quoſdam, de quibus dubium eſt, utrum conſecrati ſint, in parochiis noſtris abſq; noſtra examinatione Miſſas celebrare faciunt. Quod ne ulterius fiat, omnibus eſt inhibendum.

CAPIT. V.

Quare in ordinandis plebium rationibus civium inſtituta ſerventur, & peſtiferæ ambitionis vitium radicitùs extirpetur: & neq; ob quorundam propinquitatem, neq; pro alicujus familiaritatis gratia, neq; (quod maximè deteſtandum) propter pecuniarum acceptionem indignus quilibet ordinetur. Et primùm quidem ipſius loci Presbyteri vel Clerici idoneum ſibi rectorem eligant: deinde populi, qui ad eandem plebem adſpicit, ſequatur aſſenſus. Si autem in ipſa plebe talis inveniri non potuerit, qui illud opus competenter peragere poſſit, tunc Epiſcopus de ſuis, quem idoneum judicaverit, inibi conſtituat.

CAPIT. VI.

Sanè removenda quorundam Laicorum procacitas, qui hoc ſolo obtentu, quod ad electionis conſortium admittuntur, Archipresbyteris ſuis dominari præſumunt: & quos tanquam patres venerari debuerunt, velut ſubditos contemnunt. Hi igitur in proprii juris terminos ſunt redigendi, & ſi extraordinariam dominationem in eccleſiis exercere præſumpſerint, Regia ſunt diſciplina coercendi. Ipſi verò, qui ad gubernandas plebes legitimè provecti ſunt, nullatenus à ſuis Epiſcopis repellantur, niſi aut in alicujus criminis reatum inciderint, aut eaſdem plebes malè tractaverint. Tollenda eſt enim prava omninò conſuetudo, quæ in quibuſdam locis oriri cœpit: quia nonnulli Archipresbyteri vel aliorum titulorum cuſtodes, fruges vel aliarum eccleſiarum redditus ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum poſſeſſiones conducunt, ut in eis quæ ab eccleſiis ſuis malè ſubtraxerunt, recondant. Nonnulli autem Laicorum in tantum eorum nequitiæ ſe complices faciunt, ut quæ hujusmodi transgreſſores ab Eccleſia ſurripuerunt, ipſi in ſuis domibus abſcondant. Tales ergò primum à ſuis Epiſcopis corripiantur. Quod ſi ſe citius corrigere noluerint, tanquam qui Eccleſiaſticas res ſacrilega temeritate tractaverunt, Synodali ſententia feriantur. Laicos verò, qui poſt hanc denunciationem ſocios ſe hujus expilationis præbuerint, tanquam furti reos judiciaria coercebit authoritas.

CAPIT. VII.

De reſtauratione eccleſiarum illud capitulum ſufficit, quod genitor veſter in ** conſtituit, ſed ut ſervetur, veſtra indiger admonitione.

CAPIT. VIII.

Similiter & de Xenodochiis, ſicut in eodem capitulari continetur, obſervandum eſt.

CAPIT. IX.

De monaſteriis autem virorum ſeu fœminatum, quæ ſecundum Regulam ſancti Benedicti, vel ſecundam canonicam authoritatem, diſpoſita eſſe debent, quia inſpiratio omnipotentis Dei, (credimus) cor veſtri moderaminis incitavit, ipſi gratias referimus. Nam quòd jam maxima ex parte ordinem ſuum amiſerint, omnibus eſt manifeſtum. Quæ ut ad priſtinum ſtatum reducantur, in Domini ac genitoris veſtri ac veſtra glorioſa diſpoſitione conſiſtit.

CAPIT. X.

Ea quidem monaſteria, quæ adhuc ſtatum ſuum retinent, unumquemque Epiſcoporum, in cujus parochia conſtituta ſunt, providere oportet, utrum ordinem ſuum teneant. Quòd ſi aliter inveñerit, unà cum rectore monaſterii corrigere debebit. Quòd ſi rectoris monaſterii principaliter culpa fuerit, & ſe ſuosque ſubditos ad Epiſcopi ſui admonitionem corrigere diſſimulaverit, Synodica debet authoritate percelli.

CAPIT. XI.

Quidam autem Epiſcopi & Rectores monaſteriorum, res Eccleſiarum ſuarum ſubtractas, & aliis perſonis largitas eſſe, queruntur: & ideò Eccleſiaſticas utilitates nequaquam ſe implere poſſe dicunt. Quæ ut reſtituantur, veſtram Regiam Majeſtatem imploramus: quia ſi hi, qui eas pro animarum ſuarum remedio eccleſiis contulerunt, præmium merentur, ſine dubio damnatione digni ſunt, qui eas ſubtrahere moliuntur.

CAPIT. XII.

In ſacris Canonibus præfixum eſt, ut decimæ juxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem Laici, qui vel in propriis vel in beneficiis ſuas habent baſilicas, contempta Epiſcopi diſpoſitione, non ad Eccleſias, ubi baptiſmum & prædicationem, & manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramenta percipiunt, decimas dant, ſed vel propriis baſilicis vel ſuis clericis pro ſuo libitu tribuunt: quod omnibus divinæ legi & ſacris canonibus conſtat eſſe contrarium. Unde veſtram poteſtatem, ut eos corrigatis, expetimus. Sacra docet authoritas, ut publicè peccantes publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur.

CAPIT. XIII.

Inveniuntur autem quidam, qui inceſta matrimonia contraxerunt, & vel proximis ſuis, vel Deo ſacratis mulieribus copulati ſunt. Quidam etiam publicæ poſſunt pœnitentiæ ſubjugari: petimus, ut Comitum veſtrorum auxilio fulciantur.

CAPIT. XV.

Quosdam miniſtros Comitum, propter frequentia Placita pauperiorem populum nimis affligere comperimur. Unde Majeſtatem veſtram obſecramus, ut Capitulare avi veſtri de hac re obſervari præcipiatis.

CAPIT. XVI.

De Comitibus verò, de quorum vita & actibus à nobis quærere voluit ſublimitas veſtra, quosdam tales eſſe ſcimus, quales Dei miniſtros & veſtræ Reipubl. proviſores eſſe decet: nonnulli autem, ut ſe ſuosque miniſtros corrigant, veſtra admonitione indigent: quibus tamen ut aliquantulum emendandi ſpatium tribuatis, expoſcimus. Qui ſi ſe citiùs corrigere noluerint, Regia ſuot authoritate reprimendi.

CAPIT. XVII.

Statuimus etiam ne Epiſcopi, quando pro confirmando populum parochias circueunt, Archipresbyteros ſuos gravent, ut hujusmodi diſpenſa contenti ſint: Panes centum, friſtringas quatuor, vini ſextaria quinquaginta, pullos ſeptem, ova quinquaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam ad caballos modios ſex, * ſœnum corr. III. mel, oleum, cera, quod ſufficit.

* fort. foeni corbes tres.

CAPIT. XVIII.

Petimus etiam, ut emunitates progenitorum veſtrorum ita conſervari præcipiatis, ſicut à glorioſo genitore veſtro * * * conſtitutum eſt.

CAPIT. XIX.

Per ſingulas parochias eas feſtivitates populus obſervare ſtudeat, quas proprius eorum Epiſcopus venerari prædicaverit, ita neque illas negligant, quas Sacerdotes colere monuerint; neque inani ſuperſtitione eas celebrare præſumant, quæ nequaquam ſunt obſervandæ. Siverò aliqui inventi fuerint, qui Sacerdotibus obtemperare noluerint, per miniſtros Reipubl. diſtringantur, & ſatisfactionem pœnitentiæ, quam Presbyteri impoſuerint, ſubire cogantur.

CONSTITUTIONES GLORIOSISSIMI AUGUSTI DOMINI LUDOVICI.

CAPIT. XX.

In nomine Dei omnipotentis. Anno Incarnationis Dominicæ DcccLV. Indictione XIII. menſe Februario, die menſis ejusdem quartò: Cùm Dominus magnificentiſſimus LUDOVICUS Auguſtus apud Ticinenſem civitatem in Auguſtali Aula reſideret, tractaturus de ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ, & pace divina diſpoſitione commiſſi ſibi Imperii, ac generali totius populi ſalute, præ-

te, præſentibus Optimatibus ſuis, dixit: Crebrò veſtram fidelitatem retroactis temporibus commonuimus, ut ſecundum normam Chriſtianæ religionis vivere unusquisque noſtrorum fidelium ſatageret, & ſuus à rapina compeſceret. Attamen quia hactenus indiligenter eſt actum, amodò omni conamine omnes ſtudere volumus, quò penitus à noſtro Regno omnis rapina elimineturur, & pauperum voces usque nunc, Domini Sabaoth aures pulſantes querimoniis, incipiant ſuo creatori laudes rependere pro ubique pace & quiete conceſſa nobis à gentibus.

CAPIT. XXI.

Statuimus autem, ut Eccleſiæ Dei per totius Regni noſtri fundatæ terminos, ſub noſtræ emunitatis tuitione ſecuræ cum rebus & familiis permaneant, ceu prædeceſſorum noſtrorum, piiſſimorum videlicet Auguſtorum, temporibus fuiſſe probantur, earumque Rectores propriis utantur privilegiis, & monachi per ſua cœnubia regularem teneant ordinem. Similiter & Clerus omnis proprio utatur miniſterio, nemine moleſtante noſtri terroris formidine.

CAPIT. XXII.

Sancimus nihilominus, ut ſinguli Conventus & Exactores Reipubl. in ſuis miniſteriis legalem procurent populo facere juſtitiam, pupillos & viduas protegant, per loca ſolita reſtaurent Palatia, quibus cum iter dictaverit, nos Legatosque noſtros valeant recipere, ne gravetur Eccleſia. Quando etiam Epiſcopos, Abbates, vel Comites, ſeu fidelium noſtrorum quempiam in propria villa mutari contigerit, cum ſuis in ſuis maneant, domibus, ne ſub obtentu hoſpitii vicinos opprimant, vel eorum bona diripiant.

CAPIT. XXIII.

Denique quia Chriſti cuſtodiente clementia neminem injuſtè privavimus, ſed neque privari absque legali ſanctione aliquem noſtrorum fidelium volumus beneficio: jubemus, ne quis ſuum depravet ullo modo, ſed inſtauret ſecuriter, ne qui dirigendi ſunt à nobis undique, ſi depravata reperirent, legaliter emendare compellant, & eos deinceps frui prohibeant.

CAPIT. XXIV.

Porrò cum ad noſtrum quislibet noſtrorum fidelium properat obſequium, tam eundo quàm redeundo gradiatur pacificè, & ni generalis utilitas cum ſcaritis veniat in ſtatutis, juxta maneat. Epiſc. & Comes, per quorum tranſeunt terminum, diligenter provideant, ne moleſtentur incolæ, aut eorum domos per vim patiantur invadere, vel propria diripere absque precio. Sed neque indignè per ſolita loca, tectum, focum, aquam & paleam hoſpitibus denegare, aut aquam carius, quàm vicinis, audeant vendere.

CAPIT. XXV.

Igitur qui hactenus in Regno noſtro frenat vixiſſe, nulli eſt ambiguum, ſancimus unumquemque ſuorum hominū ſolicitudinem gerere, nequantam rapinam patrare præſumant. Quapropter ſi quis arctatus ſuum Seniorem dimiſerit, penitus interdicimus, ne recipiatur ab altero, quatenus niſi corrigi voluerit à noſtri Regni penitus excludatur finibus.

CAPIT. XXVI.

Hæc olim ſæpe inculcata, & Auguſtali noſtra ſanctione promulgata, quia ex parte in aliquibus videntur neglecta hactenus, acriori ulciſci debuerant examine. Attamen noſtra manſuetudine, ut corrigantur, quantulumcumq; largimur ſpatium, quo quique neglecta emendare valeant, deſtinaturi poſt modicum Legatos ſtrenuos, emendata inquirere. Qui verò negligens repertus fuerit, propriis honoribus noſtro privabitur judicio.

HLUDOVICI * GERMANICI, PII F. & * LOTHARII NEP. REGUM AUGUSTORUM

RESCRIPTUM

AD NICOLAUM PONT. ROM.

De pace Confluentana, ut ejus fractores Eccleſiaſtica cenſura diſtringantur.

Ann. Chriſti 860.

* In Orientali Francia, id eſt, Alamannia, Bajoaria, Franconia, Saxonia Friſia Hungaria, Sclavonia, Illyria &c.

* In Lotharingia Burgundia Provincia &c. Ludovici Imperatoris Junioris frater.

a Qui & Major reſpectu ſui ex fratre Lothario Imperatore nepotis Imperatoris Junioris.

DOmino verè beatiſſimo ac ſanctiſſimo ejusque ſanctæ Dei Eccleſiæ roſeo Regis Chriſti ſanguine acquiſitæ Pontifici, & univerſali Papæ Nicolao, HLUDOVICUS a Magnus & LOTHARIUS, divina præveniente gratia, Reges, in Principe Paſtorum Chriſto ſempiternam ſummæ felicitatis pacem & gloriam.

1. Nullus mortalium ſanctiſſimi Apoſtolatus veſtri ſoſpitatem largiùs audire, & uberius videre deſiderat, quàm noſtra unanimis affectio; & ſicut ſpiritales ac devotiſſimi filii almiſſimam paternitatem veſtram toto cordis affectu amplexamur. Nos verò divina largiente clementia ſani & incolumes vigemus, & pro nobis omnipotentis Dei victrici dextera pugnante, ſopitis per omnia in regnis noſtris Paganorum infeſtationibus, in veſtris obſequiis & utilitatibus paratiſſimi exiſtere deſideramus.

2. Porrò Chriſtus Dominus noſter, qui Regium & Pontificale nomen ſolus ſibi vindicavit, quique ſanctæ matris Eccleſiæ fundamentum Principis Apoſtolorum Petri fide & nomine locavit,

ſua nos gratuita bonitate reſpiciens veſtri Apoſtolatus apicem in omnibus mundi partibus ſalubriter profuturum prælegit, & uti dignum erat, almifluo virtutum diademate decoravit, cui generalem ſui gregis commiſit ſolicitudinem. Quippe jam periculoſis temporibus, * *in quos*, ut ait Apoſtolus, *fines ſæculorum devenerunt*, † ſanctæ ſanctitatis Pontifex divina dignatione largitus, ut ea, quæ verbis ducet, religioſiſſimis exemplis proſequatur. Unde nos modis omnibus congaudemus, & ſpiritali jucunditate lætamur, imò mente & corpore veſtræ ſanctæ paternitati nos humiliter committimus, veſtriſque ſanctiſſimis precibus apud illum, qui Pontifex eſt in æternum, commendabiles fieri ſuppliciter obſecramus. Poſtquam enim de veſtro pio ſtudio, & vigilantiſſima paſtorali cura ſemel aliquid hauſimus, noſtrum multipliciter flagrat deſiderium, ut ſi Deus omnipotens noſtris votis annuerit, quem abſentem mente veneramur, aliquando quidem præſentem divina largitione dulciter amplectamur, atq; Chriſtianiſſimorum Principum more, ad veſtra ſacra veſtigia provoluti, de veſtro deſiderio recreari mereamur.

* 1. Cor. 10.
† ſanctæ

3. Et quidem ad notitiam DEO digni Pontificatus veſtri perferendum decrevimus, qualiter olim his præteritis annis per totius humani generis inimicum, ſuoſque miniſtros, operarios videlicet iniquitatis, nequiſſimus Chriſtianos, quædam ſimultas in Regnis noſtris orta fuit. Unde ſanctæ matris Eccleſiæ filii innumeras pertulerunt calamitates, deprædationes, vaſtationes, multipliceſq; incommoditates. Sed hoc plurimum deteſtantibus Epiſcopis, monentibuſque Dei ac noſtris fidelibus, nos & Carolus *a* Major, ac Primates Regnorum noſtrorum, pariter *b* convenimus, & de ſtatu ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque ſervanda inter nos pace, & Regnis, lege ac juſtitia mutuò firmavimus. Imò hoc publicè denunciavimus, quòd ſi aliquis Pſeudochriſtianus contra has ſaluberrimas pacis conditiones, ſiniſtrum aliquid & tantæ paci contrarium molitetur, ab omnibus inſecutus, aut ad emendationem veniret, aut certè illi nullum evadendi pateret latibulum.

a Cognomento Calvus, ſic dictus reſpectu Caroli Craſſi nepotis ſui ex fratre Ludovico Germanico, hujus ſcripti auctore.
b Confluentiæ ſc. Cujus Conventus Receſſum dedimus tom. I.

4. Sed reverà, quod non optabamus, & non ſine triſtitia ſcribimus, Diabolus in membris ſuis ſæviens, præſcripta pacis indicia pervertere nititur, & per eos, qui incorrigibiles ſunt, ac denunciati fuerant eliminandi, cum ſint infideles, loco fidelium à quodam adoptati, redivivam inter nos, proh dolor, diſcordiæ peſtem ſeminant. Unde fit, & veriſimile cernitur, quod Carolus Major, eorum inſtinctu, fideles noſtros hinc inde ſolicitat, ut ſub prætextu & occaſione poteſtatis indebitæ quædam non referenda præjudicans in Regno alteri à Deo conceſſo, præcipitanter aſpiret. Cùm Apoſtolus dicat; *Non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* Si enim hujuſmodi lamentabilis ceſſaſſet ambitio, & venena pullulantis invidiæ, ſaltem Apoſtolico antidoto mederentur, pura mente * diſponimus ſanctorum Apoſtolorum limina, veſtramque deſiderantiſſimam ac ſanctiſſimam paternitatem humiliter & reverenter viſitare. Præſertim cùm pugnante pro nobis, ut diximus, Chriſto, ex omnibus noſtræ ditionis finibus Paganorum infeſtatio viriliter ſit repulſa, & noſtri deſiderii votum ſola intercipiat Pſeudochriſtianorum diſcordia.

Rom. 13.
* diſponebamus.

5. Oporteret præterea veſtræ auctoritatis jubar propter generalem ſolicitudinem noſtros inviſere fines, ut quos nulla pacis fœdera, nulla movent fraternæ charitatis viſcera, nulla nectunt conſanguinitatis ligamenta, Apoſtolica invectio ad cenſuram Eccleſiaſticam venire compellat. Et quidem ſanctiſſimi prædeceſſores veſtri per ſuam præſentiam ac pium laborem, plurima correxerunt; imò per Legatos ac litteras, abſentes corpore, ſed Spiritu ſancto præſentes, innumera, quæ in abruptum perverſitatis lapſa fuerant, revocantes ad rectum juſtitiæ tramitem reduxerunt. De cetero ſi aliquis Regum, quod abſit, vel forte aliqua contumax perſona, veſtræ beatitudinis admonitionem parvipendere præſumpſerit, latere non poterit, dicente Veritate; *Unaquaque arbor de fructu ſuo cognoſcitur.*

Matth. 7.

6. Nos ergo propriis limitibus ac terminis contenti, illi ſanctæ Sedi Apoſtolorum Principis, & veſtræ ab omnibus reverendæ auctoritati, humilem ſubjectionem unanimes modis omnibus obſervare decernimus, eique collatam divinitùs immunitatem ſalubriter teneri præoptamus. Igitur quaſi ad veſtra ſacra feſtigia provoluti, propter amorem Dei, & reverentiam beati Petri multipliciter precamur, ut ex noſtra unanimitate nihil ſiniſtrum, nihilque falſidicum credere dignetur ſancta paternitas. Sed ſicut per Gudfridum fidelem noſtrum atque illuſtriſſimum Comitem vobis dudum ſignificavimus, ita apud vos pariter ac veraciter teneantur, quouſque auxiliante Deo aut per nos ipſos, aut per ſtrenuos Legatos noſtros, viva voce veſtræ magnitudini ſatisfacere procuremus, & de incertis certum reddere valeamus.

7. Omnipotens Deus tanti Pontificis ſanctiſſimum apicem ad conſolationem ſanctæ matris Eccleſiæ, ac filiorum ejus, noſtramque perpetuam pacem, diu incolumem cuſtodiat, pro nobis apud pium Judicem fœliciter interpellando, Amen.

EPI-

Ann. Chriſti 861.

EPISCOPORUM GERMANIÆ TRANSRHENANÆ
DECRETUM
DE DIVORTIO INTER REGEM ET REGINAM,
Factum in Conventu ſive Synodo Aquiſgranenſi, à HLOTHARIO II. Rege convocatâ, Anno Domini DCCCLXI.

CAPIT. I.

ANno † DCCCLXI. Inditione decima, die tertia Kalendarum Majarum, ex vocatione Domini HLOTHARII glorioſiſſimi Regis, Archiepiſcopi, eorumque Coëpiſcopi. Aquis convenerunt, videlicet † Baron. DCCC. LXII.

Guntharius Agrippinenſis Archiepiſ. & ſacri Palatii Archicapellanus, nec non & Theurgaudus Trevirenſis Archiepiſcopus. Adventius Mediomatricorum Epiſcopus, Atto Viridunenſis Epiſcopus, Arnulphus Tullenſis Epiſcopus, Franco Tungrenſis Epiſcopus, Ungarius * Epiſcopus, Ratholdus Argentoricenſis Epiſcopus, ut divina auxiliante clementia, pro utilitate ac neceſſitate Sanctæ matris Eccleſiæ, apud memoratum Sereniſſimum Principem, fideliter ac ſalubriter paſtorali proviſione intervenirent. Unde noſtris jam periculoſis temporibus, ſaltem ſerò paſtoralis tuba inſonare Prophetica admonitione debuerat, ubi dicitur: *Clama, nec ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.* Ergo multipliciter & fideliter malefidi Diſdei diſcrimina, & feneſcentis mundi pericula replicantes, non ſine gravi gemitu noſtro, Chriſtianiſſimo Principi ad memoriam reduximus, ut non immemor vocationis ſuæ, quod nomine cenſetur, opere compleat, ut Rex Regum Chriſtus, qui ſui nominis vicem illi contulit in terris, diſpenſationis ſibi creditæ dignam remunerationem reddat in cœlis. Ad hæc ille, ſicut verus Deicultor, noſtræ pariter ac veraciter annuit unanimitati, per omnia irrefragabiliter promittens noſtris ſe obedire velle conſiliis & rationabilibus obtemperare monitis. Et (ut ita dixerimus) ultra quàm credi poteſt, ita nobiſcum ſuum benigniſſimum informavit affectum, ut proculdubio pateret, quod ſuum cor illius amplexatur dextera, in cujus manu corda ſunt Regum.

CAPIT. II.

Intereà de his quæ ad ſtatum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & utilitatem Regni, atq; ſalutem populi ſibi commiſſi pertinent, ſalubribus reſponſis & ſpiritualibus conſiliis noſtram conſolatus eſt unanimitatem; ſe in omnibus paratiſſimum eſſe affirmans, ut verus adjutor atq; indefeſſus auxiliator noſtri Ordinis, & totius ſanctæ religionis exiſtat.

CAPIT. III.

Poſt hæc humiliter ac devotè paſtorale conſilium requiſivit, libellum proclamationis & ſuæ ſummæ neceſſitatis in manibus noſtrorum fratrum imponens, ubi ſatis lugubriter divinum & paſtorale conſilium expetiit; ſuæque imbecillitatis cauſas querulosis vocibus retractavit, qualiter in quadam fœminâ Theutperga nomine, factioſis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus, imò non mediocriter reperebat, quòd judicio Epiſcoporum diſcidii ſententiam pertuliſſet. Quam, ſi idonea fuiſſet conjugali thoro, & peſtiferâ inceſtus pollutione fœdata non eſſet, & vivæ vocis confeſſione publicè condemnata, ſponte retineret. Porrò ſe incontinentem eſſe profeſſus eſt, & ſine conjugali copula juvenis ætatis ardorem ferre non poſſe aſſeruit, proculdubio replicans, quòd illi Theutpergam inceſtuoſam diximus, & ab omni concubina abſtinere præcepimus, & quòd illi perdifficile eſt in juvenili ætate taliter permanere. Hinc verò reſtis affuit Theutgaudus Archiepiſcopus, quòd juxta divinum atq; ſuum conſiliũ, ſi aliquid in adhibita ſibi concubina deliquit Eccleſiaſtico medicamine aditus, ſecretis judicibus, qui hoc lacrymis & vigiliis, ac ſpiritalis continentiæ macerationibus, inſuper eleemoſynarum largitionibus ſalubriter delevit. Et ut de multis pauca dicamus, ſi læta cato illum traxit ad culpam, afflicta (ut credimus) reduxit ad veniam.

CAPIT. * IV.

Igitur paſtoralis regiminis cura, ac divinorum eloquiorum documenta, noſtrorum fratrum animos ſolicitare cœperunt, quid nob. agendum, quidve tractandum eſſet, atq; pro hujusmodi querula proclamatione rationabiliter definiendum, illudq; ante omnia formidantes, ne forte (quod abſit) poſt dignam ſatisfactionem, & ſaluberrimam reconciliationem fragilitatis noxam tantus Princeps incurreret, reverſus ad vomitũ, & quaſi ſus in volutabro luti, illicitos aliquoties repeteret amplexus.

* Mſ. hoc loco ponit Capitul. quintum, ut videatur quartũ capit. deeſſe.

CAPIT. V.

Inde actum eſt, quod pia fratrum ſolicitudo retractare decrevit, qualiter Eccleſiaſticæ auctoritatis cenſuram in præſcripta fœmina Theutperga, ſua publica confeſſione exigente, complevit.

CAPIT. VI.

Allato quoq; diverſorum Conciliorum volumine, ex Concilio † Hilardenſi capitulum quartum recitari fecimus, ubi ita ſcribitur: *De his, qui ſe inceſti pollutione commaculant, placuit, ut quousq; in ipſo deteſtando & illicito carnis connubio perſiſtunt, usq; ad miſſam tantum Catechumenorum in Eccleſia admittantur, cum quibus etiam nec cibum ſumere ulli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus juſſit, oportet.* † Herdenſi.

CAPIT. VII.

Vides hic D. Ambroſio tribui Expoſitionem in epiſt. Pauli.

Hinc quoq; S. Ambroſii in expoſitione Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios, cap. trigeſimo tertio hoc alloqui, qui matrimonio juncti ſunt, ore Dominico, *uxorem à viro non diſcedere; quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam. Hoc Apoſtoli conſilium eſt, ut ſi diſceſſerit propter malam converſationem viri, jam innupta maneat; quod ſi continere ſe non poteſt, quia pugnare non vult contra carnem, ſuo viro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri, ut nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſia, aut illicita impellente laſcivia. Vir uſum quærat Uxoris, quia inferior omninò non hac lege utitur, quâ potior. Si tamen apoſtata vir, non uſum quærat uxoris invertere; non alteri poteſt nubere mulier, nec reverti cauſa fornicationis ad illum. Et virum uxorem non dimittere, ſubauditur autem, excepta cauſa fornicationis. Et ideò non ſubjecit, ſicut de muliere dicens, ſi dimiſerit uxorem peccantem. Non enim ea lege conſtringitur vir, ſicut mulier.*
1. Cor. 13. *Caput enim mulieris vir eſt. Nam cæteris (inquit) ego dico, non Dominus, hoc dicit, ut oſtendat, quid propria ore Dominus juſſit, & quid hujus auctoritate conceſſit: quia & per iſtum Dominus loquitur, qui ait; An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?*

CAPIT. VIII.

Ex Concilio Agathenſi cap. LXII. *De inceſtis conjunctionibus, nihil prorſus veniæ reſervemus, niſi tum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos verò nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam deſignare, funeſtum eſt.* Ibique poſt aliqua ita ſcribitur; *Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.*

CAPIT. IX.

De cætero his atq; hujusmodi Canonicis ſanctionib. & S. patris Ambroſii oraculis liquidò perſpectis, credimus, non illam fuiſſe idoneam aut legitimam conjugem, neq; à Deo præparatam uxorem, quæ publicâ (ut dictum eſt) confeſſione, inceſtuoſo fornicationis crimine denotata probatur. Quocirca glorioſo Principi noſtro, pro ſua in divino cultu devotiſſima affectione, atq; victorioſiſſima Regni tuitione, cui non ſolùm nos, verumetiam canonica auctoritas inceſtuoſum conjugium interdicit, legitimum atq; idoneum conjugium à Deo illi conceſſum non denegemus, juxta indul-
1. Cor. 7. gentiam dicentis Apoſtoli: *Melius eſt nubere quàm uri.*

RECESSUS
SIVE
DECRETUM
COMITIORUM IN † VILLA SABLONARIAS CELEBRATORUM

Ann. Chriſti 862.
† i. e. civitate.

A REGIBUS LUDOVICO II. GERMANORUM, CAROLO CALVO *Francorum, &* LOTHARIO II. *Auſtraſiorum per communes Regnorum Ordines factum* Anno Domini DCCCLXII.

Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo ſexageſimo ſecundo, quando LUDOVICUS CAROLO mandavit, ut eum eo ſimul & LOTHARIUM reciperet & ad oſculum & ad colloquium; miſit CAROLUS per eum & per Alefridum, atq; per Salomonem, & per Adventium, & per Ottonem Epiſcopos LOTHARIO hæc, quæ ſequuntur, Capitula, dicens: quia pro his cauſis ei non auderet communicare, niſi ita perficeretur, ſicuti ibidem ſcriptum eſt. Renunci[illegible] autem ex parte LOTHARII, LUDOVICO & præfatis Epiſcopis, CAROLO & Hincmaro itemq; Hincmaro & Odoni atq; Chriſtiano Epiſcopis, quod ita velle ſe & ſe facturum eſſe profeſſus fuerat LOTHARIUS: ſub hac convenientia receperunt eum ad oſculum atque colloquium CAROLUS & Epiſcopi, qui cum eo fuerunt.

DENUNCIATIO CAROLI AD LUDOVICUM FRATREM.

Poſteaquam proximè apud Confluentum nos invicem mutua indulgentia, annuente DEO, communi fidelium noſtrorum conſilio reconciliavimus, & ſacramento de obſervanda inter nos pace, & de præſtando in alterutrum adjutorio nos confirmavimus, & Capitula à communibus fidelibus noſtris dictata, & nobis relecta nos obſervaturos promiſimus; & publicè communibus fidelibus noſtris annunciavimus: vobis, unice & chariſſime frater, reputare non volo, ut illa, quæ invicem nobis promiſimus, hactenus erga me obſervata non habeam. Quod ſi quis fuerit paratus inde nobis certam reddere rationem, & dignam facere ſatisfactionem; qualiter autem ea, quæ mihi promiſit, erga me ille obſervata habeat, non ſolùm ego, ſed & plures alii ſciunt. Sed & ſicut nobis tunc ibi convenit, ut tempore ſtatuto ad locum condictum cum primoribus Regnorum noſtrorum conveniremus, ut ibi quæque in Regnis noſtris emendatione digna & neceſſaria erant, & in ſancta Dei Eccleſia, & in noſtro ac populi ſalvamento tractaremus. Et nos erga fideles noſtros, & fideles noſtri erga nos emendaremus, & obſervanda de cætero ſtatueremus, & ſemel, & ſecundò ad hæc exequenda paratus fui, & ad hoc etiam nunc conveni, ſicut ſæpe mihi per communes fideles noſtros mandaſtis. Pro quibus autem cauſis cum præfato nepote noſtro anteà colloqui non volui, quàm vobiſcum inde accipere conſilium, quædam volo hîc deſignare, quædam verò poſteà congruo loco, & in convenienti modo innoteſcere.

Quando altera vice pro iis, quæ dixi, tractantes ad Tuſciacum veni, apportavit mihi & Epiſcopis Regni noſtri *a* Boſo ex parte Domni Apoſtolici epiſtolas quaſdam nepoti noſtro & Epiſcopis Regni ſui mittendas, quas illi ſecundùm mandatum Domini Papæ tranſmiſimus; quaſdam autem nobis legendas & obſervandas, quarum & hic textum habemus. In quibus invenimus nos increpatos, cur fornicatios in Regno noſtro immorari permitteremus? Et non ſolùm ipſam *b* fœminam, ſed omnes faventes facinori ejus corpore & ſanguine Chriſti excommunicatos, usq; dum ipſa mulier ad virum ſuum rediret. Et ſcimus, ſicut ſanctus dicit Gregorius, quoniam *qui reſecanda, ſi poteſt non corrigit ipſe illa committit*. Nos autem audivimus, prædictam fœminam in Regno nepotis noſtri commorari. Et hanc ſententiam poſteà non audivimus immutatã. Et quia gravamur noſtris, timemus alienis etiam communicare peccatis, communicando excommunicatis. Filiam noſtram Judith, viduam ſecundum leges divinas & mundanas ſub tuitione Eccleſiaſtica & regionum de Burge conſtitutam, Balduinus ſibi furatus eſt in uxorem: quém poſt legale judicium Epiſcopi Regni noſtri excommunicaverunt ſecundum ſacros canones, & definitionem S. Gregorii Papæ, qui dicit; *Si quis viduam furatus fuerit in uxorem ipſe & conſentientes ei anathema ſint.* Quæ & verbis & litteris nos & Epiſcopi Regni noſtri nepoti noſto LOTHARIO innotuimus; nos etiam, ſicut ſcitis, conſilio & conceſſu fidelium noſtrorum communiter confirmavimus, ut nemo noſtrûm hujuſmodi hominem in Regno ſuo recipiat, neq; immorari admittat, ſed ad rectam rationem reddendam, & ad pœnitentiam agendam, ſicut ſtatutum eſt, illum redire cogat. Qualiter autem nepos noſter LOTHARIUS non ſolùm erga nos conſanguinitatem, verùm etiam contra Deum, & ſacram auctoritatem & communem Chriſtianitatem inde egerit, ſpero quia vos non latet, quod eſt plurimis cognitum, & S. Paulus, per quem locutus eſt Chriſtus dicit: *Non ſolùm qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte.*

a Qui fuit Comes primarius.

b Engiltrudem Boſonis conjugem, Mantridi Comitis filiam, relicto Conjuge ad Lotharium confugientem.

Rom. 1.

Nota eſt vobis cauſa de uxore nepotis noſtri LOTHARII: unde à nob. & ab Epiſc. Regni noſtri, & ab aliis Epiſ. præſentib. nobis, quæſivit conſilium, & audivit, ſed ſecundùm illud conſilium exinde non fecit. Scimus etiam quia ad Domnum Apoſtolicum pro hoc tranſmiſit, & ab illo exinde epiſtolas recepit. Negare quoq; non volumus nos ſcire, quod Dominus Apoſtolicus & illi & quibusdam Epiſcopis exinde mandavit. Et ſcimus, quod, negare non poſſumus neq; volumus, quoniam non debemus, quia Domni Apoſtolici * commendatio ab Evangelica veritate, & ab Apoſtolica & Canonica auctoritate in nullo diſcordat, & ſecundùm mandatum illius de hoc facto executum non audivimus, nec videmus. Illa etiam ſancta & prima in toto orbe terrarum Sedes per divinum Paulum, cœleſtem ſcilicet tubam, qui ad tertium cœlum & ad Paradiſum raptus, hoc quæ ab ipſo Domino didicit, nobis & omnib. Chriſtianis ſemper in omni mundo clamat: *Cum hujuſmodi nec cibum ſumere.* & per beatum Joan. Apoſt. qui de æterno & vivo Chriſti pectoris fonte in cœna, quando ſacramenta redemptionis noſtræ ſunt celebrata & tradita, ſuper eo recumbens hauſit, quæ redemptis omnib. propinavit, manifeſtiſſimè eadem Sedes Apoſtol. interdicit, hujuſmodi hominem non debere quemquam in *domum ſuam recipere, nec Ave ei dicere, quia qui dixerit ei Ave, communicat operib. ejus malignis.* Et per beatum Gregor. Pap. in Homil. Ezech, dicit: *quia ſicut ille, qui Fide à Deo recedit, apoſtata eſt, ita ille, qui à Deo recedit opere, ſine dubio apoſtata eſt:* quoniam ſicut dicit Apoſtolus, *Fides ſine operib. mortua eſt.* Et item, ſicut alius dicit Apoſtolus: *Sunt qui confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant.* Et Ipſe Dominus dicit de ſemel, de ſecundò, de tertiò legaliter commonito & non correcto, *ſit vobis ſicut gentilis & publicis criminibus implicatus:* cum quo & Apoſtol. & Canon. auctoritas *nec cibum ſumere* (ut præmiſimus) nob. concedit. Propterea unice & cariſſime frater, à nobiſmet ipſis accipite, & mihi conſilium date; & ipſi nepoti noſtro viæ ſalutis & honoris date conſilium, & præſtate auxilium, quiâ & ego & hoc quantum mihi Dominus ſcire & poſſe donaverit, ſum paratus ſimul vobiſcum agere, ſi voluerit ipſe recipere.

* Condemnatio.

1. Cor. 5.

2. Joan.

Jacob. 2.

Tit. 1.

Matth. 18.

Quod autem conſilium ego cum Epiſc. & cæteris fidelib. noſtris ſolicitus, & pro natura communi, veſtra ſcil. & mea, ſed & pro ipſius nepotis ſalute, honore, & pro communi fidelium noſtrorũ indemnitate, & ſalvatione, nunc proximè & in Synodo & in ſcripto noſtro accepi vobiſcum, nullũ bonum negare, ſed omne bonum meum paratus ſum participare dico, ſi placet, & ſi ita vob. benè viſum fuerit, accipiamus illum communiter; & ſi melius vobis per rationem & auctoritatem divinam & humanam noſtræ ſalvationi & Chriſtianitati congruentem oſtenderitis, paratus ſum illud cum omni devotione accipere, & vobiſcum Deo cooperante, & communi fidelium noſtrorum conſilio & auxilio adminiculante, libentiſſimè ſequi & exequi: quia ſcriptum eſt, (dicente bono Rege, qui tamen deliquit ut homo, recognovit ſe ut felix): *Ex voluntate mea confitebor illi.* Profiteatur ideò nepos noſter coram nobis & coram Epiſc. qui nobiſcum fuerint, & remandet nobis per vos & per illos, quia vult ſecundùm Domni Apoſtolici & Epiſcopale, immò divinum conſilium, ad Placitum convenire cum Epiſc. & fidelib. atq; amicis Dei & noſtris ac ſuis, quoniam hæc cauſa generalis eſt omnibus Chriſtianis, & aut cauſam oſtendere, quæ ſecundum legem divinam & humanam Chriſtianis congruam hoc factum de uxore ſua habeat executum; aut ſecundùm Dei conſilium & legem Chriſtiano Regi convenientem hoc & illa duo, quæ præmiſimus, emendare velit & debeat: & paratus ſum tali charitate & honorabilitate illum recipere, ſicut Chriſtianus Rex Chriſtianum Regem, & ſicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere, & in illius amicitia ad illius ſalvationem & honorem, ſi ita fecerit, permanere.

Pſalm. 27.

Et conſtituatur tempus congruum, & locus opportunus, quando ſimul pacificè conveniamus & hanc cauſam ſicut de nobis ipſis (quia, ſicut dicit Scriptura, *os noſtrum & caro noſtra eſt*) ad communem noſtram & fidelium noſtrorum ſalvationem & honorem definiamus; ne qui fidelib. noſtris & omnib. Chriſtianis in bono exemplar eſſe debemus, perditionis exemplum demus; & qui omnium

Geneſ. 2.

malorum correctores eſſe debemus, caput malorum (quod abſit) fiamus. Sed & ea, quæ (ut prædiximus) ad Confluentes promiſimus nos tractaturos, & obſervanda conſtituturos, tractemus & ſtatuamus. Et qui undiq; propter peccata noſtra & malum diſcordiæ, quæ in Regnis noſtris manet, percutimur, placato Deo, miſericordiæ illius ſolatium conſequi mereamur. Et non ſit nepoti noſtro

Proverb. 25. hoc agere in mente ſua durum, quia ſcriptum eſt: *Qui mentis eſt dura, corruet in malum:* ſed timeat Deum, & compeſcat iſtud ſcandalum, quod tam grande in iſta Chriſtianitate ſine ulla neceſſitate eſt generatum & propagatum, cùm per rationem & auctoritatem potuiſſet ad debitum effectum perduci, quæ multis hominib. videtur ſine plena ratione & auctoritate debita executum. Et quia ſcriptum eſt:

Proverb. 28. *Beatus homo qui ſemper eſt pavidus:* Et Dominus dicit; *Diligentes me diligo:* pro amore & ho-

Proverb. 8. nore Dei timeat ſe, & ſuam Chriſtianitatem, & ſuum nomen Regium; & exuat ſe & nos omnes ab iſta calumnia, quæ illum ſequitur, & propter illum nos propinquos illius; & honoret inde Deum,

1. Reg. 2. ſciens Dominum dicere; *Honorantes me honorificabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Et ſi noluerit, faciat quod judicaverit faciendum.

Ego in veſtra amicitia & debita fraternitate perſiſtere, & omni debito obſequio illum promereri cupiens, qui non quæro quæ ſunt illius, ſed illum; ſi eum ſalubriter habere non poſſum, me à Deo pro illius amicitia tollere nolo, nec ad malum alicui auxilium præſtare volo, quia legimus in Scri-

2 Paral 19. Ezechiel. 3. Proverb. 22. pturis Dominum dixiſſe cuidam Regi: *Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt me amicitia jungeris; idcirco iram Domini merebaris quidem,* & ſic, ut ibidem in reliquo ſcriptum eſt. Et item legimus, *quia de quacumque impietate* quicumque *impius converſus fuerit,* & ex corde ſe converti velle dixerit, jam non inter impios computatur, ſed à piis piè recipi debet, & ſalubriter poteſt, dicente Scriptura; *Converte impios, & non erunt:* non quia non erunt in eſſentia, ſed non erunt in impietatis culpa. Hæc autem dicimus, non ut nepotem noſtrum numero impiorum computari cupiamus, quem piorum numero ſociari à Domino exoptamus. . . . .

Optandum ſane eſſet, ut & hæc & ſimiliũ Comitiorum Acta ederentur integra. Plus utilitatis adferret Reipubl. quam tenebriones non nulli debeant opinari, qui ne ea quidem videre volunt, quæ ante pedes poſita ſunt, nedum ut de præterito futura queant ponderare.

Huic CAROLI *denunciationi ſive conteſtationi in MSS. Codice ſubjiciuntur de rebus geſtis, deciſis & decretis capitulis in hoc Conventu, Denunciationes trium Regum,* LUDOVICI, CAROLI *atque* LOTHARII, *de conſervanda inter ſe mutua pace atque concordia, benéque conſulendo rebus publ. in omnib. juſtitiam miniſtrando: quæ Baronius prætermiſit. Quæ ubi lecta & audita in Conventu fuere, ut comprobatæ evulgarentur, conſentientib. omnium Ordinum votis ſunt retenta ob illa, quæ in eis de Lotharii accuſato crimine ſcripta erant. In fine Actorum iſta leguntur.*

QUoniam iſtas, quæ præcedunt, Denunciationes LUDOVICUS & LOTHARIUS cum illorum ſequacib. poſtquam coram omnib. qui affuerunt, trium Regum Conſiliariis ferè ducentis, tam Epiſc. quàm Abbatib. & Laicis relectas penitùs rejecerunt, ne populo legerentur, ut cauſa LOTHARII penitùs taceretur: hanc, quæ ſequitur, Annunciationem Domnus CAROLUS iſtis ipſis verb. jam veſperi annunciavit apud Sablonarias, anno Incarnat. Dominicæ 862. Indict. 11. tertio Non. Novemb. ab ipſa caſa, ubi relictæ ſunt præcedentes Annunciationes, in quam pauci alii intraverunt, quàm qui anteà fuerunt, quoniam ferè plena de ipſis erat. Sic: *Cum ego verb. & ſcriptis per fratrem meum & per Epiſcopos nepoti meo mandavi, & illi de ſua parte mihi renunciaverunt,* ſic illi amicus eſſe, & illum ſalvare volo, ſicut * avunculus per rectum, nepotem ſalvare debet; & ſicut ille nepos per rectum, avunculum ſuum ſalvare debet, me & meos ſalvaverit.

* Imperitè dixit, pro, patruus.

Ann. Chriſti 876. Receſſus Comitiorum Ticinenſium.

S. ROMANI IMPERII
ARCHIEPISCOPORUM, EPISCOPORUM, ABBATUM, DUCUM, COMITUM, AC RELIQVORUM ITALIÆ OPTIMATUM
SACRAMENTUM
KAROLO II. CALVO IMPERATORI AUGUSTO
Præſtitum in Conventu Ticinenſi, Anno Domini DCCCLXXVII.

GLORIOSISSIMO ET A DEO CORONATO MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI,

Domno noſtro Karolo perpetuo Aug.

NOs quidem omnes, Epiſcopi, Abbates, Comites, ac reliqui, qui nobiſcum convenerunt, Italici Regni Optimates, quorum nomina generaliter ſubter habentur inſerta, perpetuam optamus proſperitatem & pacem. Jam quia divina pietas vos beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli interventione per Vicarium ipſorum, Dominum videlicet * Joannem, Summum Pontificem & univerſalem Papam ſpiritualemq; patrem noſtrum, ad Profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque omnium invitavit, & ad Imperiale culmen S. Spiritus judicio provexit. Nos unanimiter vos Protectorem, Dominum, ac Defenſorem omnium noſtrûm elegimus, cui & gaudenter toto cordis affectu ſubdi gaudemus, & omnia, quæ ad profectum totius ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque omnium ſalutem decreveritis & ſancieritis, totis viribus (annuente Chriſto) concordi mente & prompta voluntate obſervare promittimus.

* ejus nominis VIII.

Anſpertus S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Joannes

Joannes S. Aretinæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus ſubſcr.
Joannes Epiſcopus ſanctæ Ticinenſis Eccleſiæ ſubſcr.
Benedictus Cremonenſis Epiſcopus ſubſcr.
Tendulfus Tertonenſis Epiſcopus ſubſcr.
Adalgaudus Vercellenſis Epiſcopus ſubſcr.
Azo Eporedienſis Epiſcopus ſubſcr.
Gerardus exiguus in exigua Laudenſi Eccleſia Epiſcopus ſubſcr.
Hililumus Aſtenſis Epiſcopus ſubſcr.
Ratbornus Sedis Auguſtanæ Epiſcopus ſubſcr.
Leodoinus Mutienſis Epiſcopus ſubſcr.
Hildradus Albenſis Epiſcopus ſubſcr.
Bodo humilis ſanctæ Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcr.
Sabbatinus Jenuenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcr.
Filbertus Comenſis Epiſcopus ſubſcr.
Adelardus ſervus ſervorum Dei Veronenſis Epiſcopus ſubſcr.
Ego Paulus ſanctæ Eccleſiæ Placentiæ Epiſcopus ſubſcr.
Ego Andreas ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcr.
Raginerius Abbas ſubſcr.

Sign. Boſonis incliti Ducis & ſacri Palatii Archiminiſtri atque Imperialis Miſſi.

Sign. Richardi Comitis.
Sign. Walfridi Comitis.
Sign. Liutfridi Comitis.
Sign. Alberici Comitis.
Sign. Supponis Comitis.
Sign. Hardingi Comitis.
Sign. Bodradi Comitis Palatii.
Sign. Cunibetti Comitis.
Sign. Bernardi Comitis.
Sign. Airbolei Comitis.

Acta ſunt hæc in Palatio Ticinenſi, Anno Domini * DCCCLXXVI. Regni Domini Imperatoris KAROLI, Hludovvici Auguſti piæ memoriæ filii, in Francia XXXVI. Imperii primo, Indict. VIIII.

* al. DCCCLXXVI. perperam.

CAROLI II. CALVI
IMPERATORIS AUGUSTI
ELECTIONIS ET CONSECRATIONIS
CONFIRMATIO

Ann. Chriſti 877.

*FACTA IN ROMA TEMPORE * IOANNIS APOSTOLICI in Synodo, Anno Incarnationis Domini * DCCCLXXVII. Indict. X.*

* ejus nominis VIII.

* al DCCCLXXVII.

SERMO DOMINI APOSTOLICI JOANNIS. IN SYNODO EPISCOPORUM.

OMnibus generationibus, imò cunctis mortalibus liquet, qualiter omnipotens & creator univerſorum Deus in Eccleſiæ ſuæ parte, quæ gemebunda peregrinatur in terris, per generationes & generationes electos ſuos velut in cœlorum ambitu ſidera nova produxerit, ut * quodammodo in ejuſdem Eccleſiæ cœlo fixa, divina lumine radiantia merentium animos illuſtrarent, depulſis terræ mæſtitiæ tenebris, & diverſarum anguſtiarum diſſipata caligine.

* mſ. miro modo.

Inter quas tantum clariſſimum ſidus diebus noſtris ecce nobis KAROLUM Chriſtianiſſimum Principem ſuperna providentia præſcitum à ſa & præelectum ante mundi conſtitutionem & prædeſtinatum, non niſi copioſiſſima miſeratione circa noſtram ſalutem mota, ſecundum placitum ſuum, juxta quod congruum erat, in iſto * periculoſo tempore, tribuit, nepotem videlicet illius quondam Magni Karoli, qui Rempubl. præliis auxit, victoriis dilatavit, ſapientia decoravit. Qui cum omnes eccleſias ſublimaſſet, ſemper hoc ei erat in voto, ſemper in deſiderio, ſicut in Geſtis, quæ de eo ſcripta ſunt, legitur, ut ſanctam Romanam Eccleſiam in antiquum ſtatum & ordinem reformaret. Unde & hanc multis honoribus extulit, multis munificentiis & liberalitatibus ampliavit, adeò ut amiſſas olim urbes ei reſtituiſſet, & ex Regni quoque ſui parte alias non modicas contuliſſet. Sed pauca dicta ſunt, niſi quæ circa religionis incrementum geſſit magna & ſublimia, memorentur. Religionis quippe ſtatum inter diverſorum errorum & pravitatum vepres, incultum inventum ſacris litteris erudivit, divina pariter & humana ſcientia perornavit, † erroribus expurgavit, * ratis dogmatibus ſaginavit, atque intra breviſſimum tempus ita induſtrio pietatis ſtudio egit, ut novus quodammodo videretur mundus, magnis luminaribus venuſtatus, & variis vernantibus floribus adornatus.

* mſ. periculorum.

† mſ errores expugnavit, tantis dignitatibus ſag.

* al. rectis.

* al. patrum

Cujus filius, divæ ſcilicet recordationis Hludovicus, maximus Imperator, pater hujus à Deo electi Principis, KAROLI ſemper Auguſti, * patrium ſolium adeò religione imitatus eſt, pietate laudabiliter æmulatus eſt, ut & paterna divini cultus vota, & erga Prælatum principalis Eccleſiæ liberalitatis inſignia pius natus æquipararet & roboraret, ſed & uberioribus beneficiis & dapſilibus munificentiis, ut heres gratiſſimus, ampliavit.

Verum iſte hujus præfulgidus filius, KAROLUS videlicet, de quo nobis ſermo eſt, sereniſſimus & tranquilliſſimus Imperator, qui nobis, ut prætulimus, in quos fines ſeculorum devenerunt, quique caliginoſi temporis ex quadam parte tetras ærumnas & miſerias ſuſtinebamus, tanquam ſplendidiſſimum aſtrum ab arce polorum illuxit, non ſolùm monumenta progenitorum bonitatem

*mſ. habitum.

electæ radicis ferens in ramo, alacriter æquiparavit; verum etiam omne prorſus * avitum ſtudium vicit, & univerſum paternum certamen in cauſa religionis atque juſtitiæ ſuperavit: eccleſias videlicet Domini diverſis opibus ditans, Sacerdotes ejus honorans, hos ad utramque Philoſophiam informans, illos ad virtutes ſectandas adhortans, viros peritos amplectens, religioſos venerans, inopes recreans, & ad omne bonum penitus ſubſecutus, & omne malum medullitus deteſtatus.

Quapropter & nos, Kariſſimi fratres, tot ac tantarum dilectionum ejus atque virtutum audientes inſignia, & laudabilium longè lateque diffuſa morum ejus intuentes indicia, pietatiſque illius affectus experti frequentiſſimè ac multifariè viſcera, non immeritò intelleximus iſtum eſſe procul dubio, qui à Deo conſtitutus eſt ſalvator mundi, multò profectò præſtantiùs ac decentiùs

Geneſ. 41.

ita vocatus quàm Ioſeph, qui penè totam terram ſalvavit Ægypti: Unde ab univerſa ſancta Romana plebe, voce almæ illius Annæ ſanctæ perſonam geſtantis Eccleſiæ ſterilis & fœcundæ, Pro-

* for. temulenta.

phetico quodammodo Spiritu * temulento corde clamabatur, *Dominus dabit imperium Regi ſuo & ſublimabit cornu Chriſti ſui.* Et iterum cum David † orat, Rege pariter ac Propheta; *Da*, inquiens,

1. Reg. 2.
† al orabat.
Pſalm. 8.

poteſtatem ſive imperium *puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ*, ſanctæ videlicet Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ.

Vnde nos tantis indiciis divinitùs incumbentibus luce clariùs agnitis, ſuperni ſecreti Conſilium manifeſtè cognovimus: & quia pridem Apoſtolicæ memoriæ deceſſori noſtro Papæ Nicolao id ipſum jam inſpiratione cœleſti revelatum fuiſſe comperimus, elegimus hunc meritò & approbavimus unà cum anniſu & voto omnium Fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, atque aliorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, ampliqque Senatus totiuſque

\- - - *Romani populi gentiſque togatæ.*

& ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolempniter ad Imperii Romani ſceptra proveximus, & Auguſtali nomine decoravimus, ungentes eum Oleo extrinſecus, ut interioris quoque Spiritus Sancti unctionis monſtraremus virtutem, qua unxit eum Dominus Deus ſuus præ conſortibus ſuis, Chriſtum hunc oleo lætitiæ delibutum extrinſecus faciens, & Principem populi ſui conſtituens, ad imitationem ſcilicet veri Regis Chriſti filii ſui Domini noſtri; ita ut quod ipſe poſſidet per naturam, iſte conſequeretur per gratiam.

Denique non hic perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut improbus intulit, non tanquam importunus fraude aliqua vel prava machinatione, aut inhianti ambitione, ad Imperialem apicem aſpiravit. Abſit. Neque enim ſibi honorem præſumptuoſe adſumſit ut Imperator fieret, ſed tanquam deſideratus, optatus, poſtulatus à nobis, à Deo vocatus & honorificatus, ad de-

* al. utique

fendendam religionem & Chriſti * ubique ſervos tuendos humiliter atque obedienter acceſſit, operaturus & roboraturus in Imperio ſummam pacem & tranquillitatem, & in Eccleſia Dei juſtitiam & exaltationem. Niſi enim nos talem ejus cognoviſſemus intentionem, nunquam animus

* vox. Dei, abeſt in MS.
Pſal. 104.

fieret noſter tam promptus ad ipſius promotionem; & hoc per Sacerdotum * DEI manus & miniſtrorum ejus officium, ſicut David & Salomon, & nonnulli alii Chriſtiani, quos nimirum non eſſe tangendos Spiritus Sanctus per Pſalmorum Cantica proteſtatur.

Quapropter, Fratres Kariſſimi, unanimes id ipſum ſentientes benedicamus Domino, & totis cordis ac corporis vocibus collaudemus, qui, ſecundùm quod pollicitus eſt, ſpernentes ſprevit, & glorificantem ſe glorificavit, quique hunc tantum nobis talemque contulit, per quem mœrentium conſolatio & Paganorum contritio, & Chriſtianorum proculdubiò ſperetur cita redemptio: ſummamque Majeſtatem ejus & pietatem votis continuis obſecremus, ut confirmet hoc in eo, imò

† Pſalm. 67.

& in nobis per eum, quod operatus eſt in eo à templo † ſancto ſuo, quod eſt in ſuperna Hieruſalem. Noſque, quod jam in Romana Eccleſia, quæ eſt magiſtra, mater & caput Eccleſiarum, auctore

* mſ. Deo.
*mſ. ſceptrum
†. mſ. Deo
* al. Synodi.

* Domino famulatus noſtri miniſterio geſſimus, preces benedictionis fundentes, & coronam imponentes * ſceptri, & diadema Imperii, etiam hic in ſancta ac generali Fraternitatis noſtræ Synodo, ad quam † Domino duce pro innumeris neceſſitatibus & utilitatibus ſanctæ * DEI Eccleſiæ conveniſſe dinoſcimur, iteratò cordis affectibus & oris vocibus & manus ſubſcriptionibus roboremus; nec ſint, quod abſit, in nobis ſchiſmata, quæ Apoſtolus medullitus execratur, nec animorum alicujus diviſionis & diverſitatis diſſenſio.

RESPONSIO EPISCOPORUM.

Ecce, Beatiſſime & Apoſtolice Domine Papa JOANNES, clariùs videmus mentem apicis veſtri gratia Sancti Spiritus illuſtratam, qui profectò, quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit.

facit. Niſi enim ipſe cor veſtrum irradians tetigiſſet, nec ad tantæ delectionis erga nos, flagrantiam
accenderet, nec ad tot mellifluoa & ſalutares effectus, quibus nos procul dubio piè & aſſiduè in-
ſtruitis, proculdubiò muveretur. Spiritualem autem filium veſtrum, Dominum Imperatorem
KAROLVM, Chriſtianiſſimum & manſuetiſſimum Principem, tanto jure * cupimus & deſidera- * mſ. accipi-
mus Auguſtalia Romani Scepetri gubernacula inconcuſſa & inmutilata, imò augmentata & am- mus.
pliata finetenus retinere, quanto liquidiùs non per hominem neque ab homine ſublimatum, & ad
tantum culmen poteſtatis evectum, ſuperna gratia revelante, cognovimus, qui nimirum cordi ſa-
cratiſſimo Apoſtolatus veſtri interiùs inſpiravit, ut non vos priùs eligeret, ſed contrà vos eum & e-
ligeretis & diligeretis. Sed nos, ò Domine & Coangelice Papa, veſtigia veſtra ſectantes, & ſalu-
bria monita recipientes, quem amatis, amamus; quem dilexiſtis, diligimus; quem elegiſtis, * eli- * al. eligimus.
gimus, & quod in eo, auctore omnium bonorum † Deo, ſive divina benedictione, ſive ſacra un- † al. Domino
ctione, ſive coronæ Imperialis impoſitione, geſſiſtis, viſcerabili affectu ſequimur, & celebri laude
proſequimur, & digna honorificentia veneramur, atque totius ſenſus noſtri niſibus ita permanere
atque pollere ſemper optamus. Sed &, ſi neceſſitas fortaſſis exegerit, totis officii noſtri conati-
bus adverſus aliter ſentientium molimina reſiſtere ſatagemus. Cum enim, ſecundum Apoſtolum, Rom. 13.
non ſit poteſtas niſi à Deo, & hæc præcipuè, quæ tam pio collata eſt, haud dubium quin * Dei or- * al. Domini
dinationi reſiſtat, qui iſti ordinationi, quæ nobis miniſtrantibus cælitùs facta eſt, obſtinata mente
reſiſtit. *Apoſtalica*, quippe *culmini*, docente ſancto Boniſacio Papa, *nemo unquam obices manus intulit, niſi qui de ſe voluit judicari.* Durum autem eſt, * contra ſtimulum calcitrare, † vel contra adverſos * Actor. 9
impetus fulminis conari. † al. & adverſus impetus. Eccleſ. 4.

ITEM SVMMUS PONTIFEX.

Quia igitur, fratres * Kariſſimi, inſpiratio divina omnium noſtrorum corda in unum ſen- * mſ. dilectiſſimi.
ſum, & in unum eundemque deliberationis finem direxit, ut ſcilicet unum ſentiamus, & unum di-
camus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, quæ in præfato piiſſimo & tranquilliſſimo Imperatore,
ſpiritali filio noſtro KAROLO, auctore * Domino, ſive preces benedictionis ſuper caput * mſ. Deo
ejus infundendo, ſive ſacræ unctionis oleo celſum ipſius verticem contingendo, ſive coronam
Imperii conferendo geſſimus, ſententiæ prolatione, ſi unanimi generalitati veſtræ videtur, & per
manuum ſuſcriptionem etiam in præſenti ac venerabili Synodo, ſicut jam hortati ſumus, iteratò
promulgemus & roboremus.

SANCTA SYNODUS RESPONDIT.

Placet & valde placet in omnibus veſtra † ſacratiſſima ſectari veſtigia, neque fas eſt ut à cul- † al. ſereniſſima.
mine Apoſtolatus veſtri in aliquo diſſentiamus, quem videlicet ipſe Chriſtus Dominus noſter omni-
um noſtrûm ad vicem ſuam in terris eſſe voluit caput.

TVNC SURGENS SVMMVS PONTIFEX SENTENTIAM PROTVLIT DICENS.

Piiſſimi & ſereniſſimi ſpiritalis filii noſtri KAROLI magni & pacifici Imperatoris ad Imperialia ſceptra electionem & promotionem ante mundi quidem ordinationem divinitus ordinatam, nuper autem, id eſt, præterita nona indictione, per miniſterium noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Domino extunc & nunc & in perpetuum, firmam & ſtabilem decernimus permanſuram.

RESPONDERVNT OMNES placet, placet.

Item, ſi quis tantæ rei divinitùs actæ proculdubiò inſtitutionem ſuperbia aut avaritia, vel certè aliquo peſſimæ ambitionis inſtinctu perturbare aut violare temptaverit, cujuſcunque ſit ordinis, dignitatis aut profeſſionis, tanquam Domini inimicus, & ordinationi ejus tyrannide ſæva reſiſtens, & Eccleſiæ Dei hoſtis, totiuſque pacis & Chriſtianitatis diſſipator, anathemate uſque ad ſatisfactionem teneatur omni tempore annexus.

RESPONDERVNT, fiat, fiat.

ITEM SVMMVS PONTIFEX.

Patratores & incitatores peſſimi hujus conſilii, qui profectò cum miniſtri ſint Diaboli, ſua
quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, & in Imperium ſubintroducere ſimultates & diſcordiam moliuntur,
ac † fraudulentiâ immittere ſchiſma ad confundendam Eccleſiæ unitatem, Regnique congruum ſta- † fraudulentiam.
tum & ordinem, Reique publicæ utilitatem & tranquillitatem conantur; ſi deinceps in talibus in-
venti fuerint, ſiquidem Eccleſiaſtici viri extiterint, tanquam viri ſchiſmatici & à capite diſſidentes
omnimodis deponantur: Laici verò & Monachi perpetuo anathemate feriantur.

ET RESPONDERVNT OMNES TERTIO, fiat, fiat, fiat.

Subſcribſit ergo Dominus Papa, & cum eo Epiſcopi, qui affuerunt.

Ann. CHriſti 878.

CAROLI II. CALUI IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO.

DE PRESBYTERIS EX CRIMINIBUS DIFFAMATIS QUALITER JUDICARI DEBEANT.

Sanctiſſimo ac Reverendiſſimo Patri Ioanni, Summo Pontifici & Univerſali Papæ, KAROLUS gratia Dei Imperator Auguſtus, & ſpiritalis filius veſter.

CAPIT I.

Baron. Annal. num. 10. anno 878 Hincmarus epiſt. 7.

ANrequam provinciæ Tranſalpinæ, propter ſeditiones & bella frequentia progenitorum noſtrornm temporibus, ſacrarum legum ac regularum noritiam & obſervationem plenè caperenr, ſicut poſteà per incremenia Studio illorum ab hac ſancta Sede gratia Dei ceperunt: glorioſæ memoriæ avus noſter, Karolus Imperaror Auguſtus, diu per egregios ac præcipuæ auctoriratis & ſapientiæ viros de Presbyteris ex criminibus diffamatis qualiter judicari, vel purgare ſe debeant, perquiſivit, & repperit: ſicut in ſuæ Imperialis auctoriratis Edictis, quæ in alia ſchedula habemus ſcripta, poſteris ſervanda reliquit, quæque usque ad noſtra tempora ex tunc in Tranſalpinis regionibus ſervata, & quando neceſſitas poſtulavit, executa fuerunt.

CAPIT. II.

Vide Baron. tom. 9. ad ann. 826. Hincmar. epiſt. 7.

In diebus autem Domini & genitoris noſtri piæ memoriæ Hludovvici Impatatoris cùm ipſa tepeſc. executio aliquatenus cœpit, apud Papam Eugenium inde ab eo commonitio facta eſt. Qua de re Synodum iſdem univerſalis Papa convocans, inter alia generalia Decreta promulgare curavit, quæ eo IV. tempore fratris noſtri Hlotharii. & in notis noſtri Hludovvici, obſervanda decrevit, ſicut in Geſtis Synodalibus, & in hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ archivo haberi credimus, & ab hac ſancta Sede noſtris deceſſoribus directa venerabili ſanctione habemus. Cum autem non longè ante hos annos nepos noſter Hludovvicus Italiæ Imperator inſtinctu quorundam contra nos ſe commovit, miſſæ ſunt nobis epiſtolæ, quaſi ex Apoſtolicæ hujus Sedis auctoritate ac nomine quas tenoris inconvenientia hanc ſanctam & diſcretiſſimam Sedem non miſiſſe oſtendit.

CAPIT. III.

* id eſt, Romam.

epiſt. 50. ad Boniſac. Comitem.

Et quoniam pravis ſæpius prava quam recta innoteſci ſolent, nacta hinc occaſione Tranſalpinarum regionum Presbyteri, à ſuis Epiſcopis de certis criminibus regulariter ab ordine Sacerdotali dejecti, & pœnitentiæ ſubacti ſine licentia & conſcientia Primatuum & Epiſcoporum ſuorum * huc venire, & hinc epiſtolas, quæ regulis non conveniunt, referre cœperunt. Quas non juſſione Apoſtolica, ſed ut aſſolet, etiam in Republica propter multiplicia reclamatorum negotia, quorumcunque miniſtrorum quaſi pia miſeratione factas, & nos, & illius regionis putant Epiſcopi. Quapropter quia, ut S. Auguſtinus dicit, *cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum*, intermiſſis propter prolixitatem ſacrarum legum capitulis prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum, quibus Eccleſiaſticæ regulæ conſonant, neceſſarium duximus pandere ſanctiſſimæ veſtræ paternitati ac ſummæ auctoritati, qualiter regulas de horum in ſuo ſtatu Epiſcoporum, & de appellatione, ſi neceſſitas & ratio in dejectione illorum popoſcerit, ſed & de appellatione Presbyterorum intelligimus, & intelligi à Rectoribus Tranſalpinarum Eccleſiarum didicimus: quatenus ab hujus ſanctæ Sedis auctoritate noſtra ſana, ut credimus, intelligentia confirmetur, à qua fidei ac religionis ſumpſit initium, & quotidie, gratias Deo, ſumit augmentum. Et ſi quid malè in agro Dominico pullulat, decreti veſtri falce recidatur. Si etiam quorumcunque negligentia vel præſumptione à præſtitutis regulis eſt deceſſum, veſtræ auctoritatis induſtriæ ſit reformatum.

CAPIT. IV.

1. Cor. 1. Matt. 10 Luc 10. Proverb. 8.

Augustinus Pſalm. 44. Ioan. 15. Luc. 10.

Sicut Dei virtus Chriſtus & Dei ſapientia ordinem ac dignitatem Apoſtolorum, & ſeptuaginta Diſcipulorum in carnis præſentia diſtinxit, ut lectio ſancti Evangelii patenter oſtendit: ita idem ipſe *per quem Reges regnant, & conditores legum juſta decernunt*, ſacris legibus & canonibus ſpiritu ſuo conditis, & totius mundi reverentia conſecratis, ordinem & dignitatem Epiſcoporum, qui locum in Eccleſia tenent Apoſtolorum; & Presbyterorum, qui ſuo rogantur loco ſeptuaginta Diſcipulorum, & in adminiſtratione & in honore: ſicut & in veteri Teſtamento inter ſummos Pontifices & inter minoris ordinis Sacerdotes, diſcrevit. Quapropter ab omnibus honorandi ac venerandi ſunt *pro patribus nati filii*, id eſt, pro Apoſtolis ordinati Epiſcopi, & ordinis dignitate & illius bonore, qui eis Apoſtolis dixit: *Iam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos:* Et: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit,*

ſpernit, me ſpernit. Et de eis: *Ite nunciate fratribus meis.* Et alia, quæ de illorum venerandæ hono- Matth. 28.
ratione ſacræ Scripturæ textus eloquitur.

CAPIT. V.

Qui fortè ſi aliqui temporalibus rebus ſunt pauperes, & fortè merito divites, pro certo au-
tem ſunt ordine ſacro ſublimes, à nullo quolibet, ſive Eccleſiaſtica ſive Sæculari poteſtate prædito
debent vilipendi, nec potentibus ſæculi modo quocunque poſtponi, præcipiente omnibus Apo- Epiſt. cap. 2.
ſtolo Jacobo: *Nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriæ,* quia non qui
ditiores ad ſæculum, hi in divino examine ſunt meliores. *Nonne,* inquit, *Deus elegit pauperes in hoc* 1. Cor. 1.
mundo? divites in fide, & hæredes regni, quod promiſit diligentibus ſe? Et Paulus: *Ignobilia & contemptibi-* lib. 4. Reg. e-
lia mundi elegit Deus, & reliqua. Et S. Gregorius in epiſtola ad Mauritium Imperatorem: *Sacerdoti-* piſt. 31. & 1.
bus inquit, non ex terrena poteſtate Dominus noſter citiùs indignetur, ſed excellenti conſideratione propter eum, q. 1. c. Sacer-
cujus ſervi ſunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis aliquando dotibus.
Sacerdotes Dii, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moyſen de eo, qui ad juramentum deducendus eſt, di- Exod. 22.
citur: Applica illum ad Deos, id eſt, ad Sacerdotes. Et rurſum ſcriptum eſt: Diis non detrahes, ſcilicet Sacerdo-
tibus. Et Propheta ait: Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Do- Malach. 2.
mini exercituum eſt. Quid ergo mirum ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tri-
buens, eos aut Angelos aut Deos ipſe etiam appellat Deus? Eccleſiaſtica quoque teſtatur Hiſtoria, quia cum piæ Ruffinus lib.
memoriæ Conſtantino Principi in ſcripto oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent, libellos quos acceperat, in- 10. cap. 2.
cendit, dicens: Vos Dii eſtis, a vero Deo conſtituti: ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt,
ut nos judicemus Deos. In qua tamen ſententia, pie Domine, ſibi magis ex humilitate quàm illis aliquid præſtitit
ex reverentia impenſa. Ante eum quippe pagani in Republica Principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, Deos
ligneos & lapides colebant, & tamen eorum Sacerdotibus maximum honorem tribuebant. Quid ergo mirum ſi
Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes dignetur honorare, dum pagani (ut prædiximus) Principes honorem
impendere Sacerdotibus noverunt, qui Diis ligneis & lapideis ſerviebant? Et idem ſanctiſſimus atque facun-
diſſimus & diſcretiſſimus, veraciterque in oculis Dei humillimus, in epiſtola ad Joannem Epiſcopum lib. 7. Regiſt.
Syracuſanum ſcribens de Epiſcopo Conſtantinopolitano inter alia dicit: *Quod Sedi Apoſtolicæ dicat* epiſt. 63.
ſe velle ſubjici, ſi qua culpa in Epiſcopis invenitur, neſcio quis ei Epiſcopus ſubjectus non ſit. Cùm verò culpa non
exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus.

CAPIT. VI.

Poſt Conſtantinum autem quique Chriſtiani Imperatores, deceſſores, ac prædeceſſores no-
ſtri, leges de Epiſcoporum honore ac privilegio condiderunt. Proinde, Pater ſanctiſſime, quia ut epiſt. ad Ana-
S. Gelaſius dicit: *Duo ſunt quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & Regalis* ſtaſium Imp.
poteſtas, ad quas appellari poteſt, & à quibus nemo permittitur appellare, ſub oculis diſtricti & æ-
quiſſimi Judicis Dei, qui ſine perſonarum acceptione judicat, noſtra ponderemus judicia: quia etſi
plerumque exiſtunt inter negligentes vel deſides fratres, quæ oporteat majore auctoritate curari, epiſt. 84. ad A-
ſic tamen eſt, ut S. Leo dicit, *adhibenda correctio, ut ſemper ſit ſalva dilectio, & plus erga corrigendos agat bene-* naſtaſ. Imp.
volentia quàm ſeveritas, plus cohortatio quàm commotio, plus caritas quàm poteſtas. Epiſcopos ſanè in ſuo
ſtatu manentes debita veneratione colamus, & à nobis eis competenti honore impenſo cæteris
exemplum reverentiæ erga Sacerdotalem ordinem præbeamus: quia ſi nos ſacrum ordinem in per-
ſonis eorum vilipendimus, qui velut in ſpeculo ad ſumendum exemplum omnium, qui ſubjecti
nobis ſunt, oculis poſiti ſumus, pro tantorum culpis à diſtricto judice Summo videlicet Pontifice
& Rege Regum dijudicabimur, quot noſtro facto delinquendi, quoties ablii, exempla præbuerimus, 3. par. admo-
ſicut idem B. Gregorius in Regula Paſtorali terribiliter intonat, dicens: *Scire etenim Prælati debent,* nit. 5.
quia ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmit-
tunt. Unde neceſſe eſt, ut tanto ſe cautiùs à culpa cuſtodiant, quanto per prava quæ faciunt, non ſoli moriuntur,
ſed alterum animarum, quas pravo exemplo deſtruxerunt, rei ſunt. Et contrà, qui ſuo vel verbo vel exemplo vel,
quibus poteſtas eſt data correptionis, correptione (quia ſæpe invitis bona præſtantur, dicente ſummo patrefamilias Luc. 14.
ad ſervum, id eſt, Prælatorum chorum: Exi citò in vias & ſæpes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea) Jacob. 5.
Domino lucrati fuerint, pro tanti gloria coronam accipient, atteſtante Apoſtolo: Qui converti fecerit peccato-
rem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

CAPIT. VII.

Cæterùm quia non eſt homo in terra, qui faciat bonum & non peccet, & nec ipſi ſine peccato fuerunt, Eccleſ. 7.
qui cœleſti magiſterio adhærebant, dicente Joanne: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos* 1. Joan. 1.
ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et Jacobus Apoſtolus dicit: *In multis offendimus omnes.* Et, ut epiſt. cap. 3.
Scriptura oſtendit, *in Angelis reperta eſt nequitia,* ſi neceſſitas cum multa ponderatione atque exami- Job 4.
natione coëgerit Epiſcopos ab Epiſcopis judicari, vel Presbyteros ab Epiſcopis à gradu Eccleſiaſti-
co dejici, ſicut in honore atque adminiſtratione, ſic & in dijudicatione atque appellatione diſcre-
tionem auctoritas ſacra diſtinxit, decernens, ut ſi neceſſitas & pondus legalis ac regularis accuſa-
tionis exigit Epiſcopum judicari debere à ſuis judicibus Epiſcopis, à quibus regulariter unà cum
Primate provinciæ potuit ſecundum Nicænos & Antiochenos canones & decreta Sedis Roma-
næ Pontificum ordinari, congregatis unà cum Primate provinciæ ipſius regionis Epiſcopis ſecun-
dum Sardicenſes canones, atque à conſtituto juxta Carthaginenſes canones duodecim Epiſcoporum
numero, ſi plures nequiverint congregari, canonice judicetur.

CAPIT. VIII.

Conc. Sardic. cap. 7. & 2. q. 6. c ſiquis. * epiſt. 2. † epiſt. 2. * epiſt 84. c. 11 † 2. q. 6. c. ſi quis, 36.

Et ſi iidem accuſatus & judicatus Epiſcopus congregatis ejuſdem regionis Epiſcopis de gradu ſuo dejectus Apoſtolicam Sedem appellaverit, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & ab eo ſe audiri voluerit, poſt judicium juxta Sardicenſes canones, & decreta * Innocentii ad Victritium, & † Bonifacii ad Gallicanos Epiſcopos, & * Leonis ad Anaſtaſium, † *ſcribendum eſt ab his, qui cauſam examinarunt, Romano Pontifici. Et ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renovetur, & det judices: ſi autem probaverit talem cauſam eſſe, ut non refricentur ea quæ acta ſunt, quæ decreverit, confirmata erunt. Et ſi juſtum putaverit, ut renovetur examen, ſcribere his dignetur Epiſcopis, qui in finitima & propinqua provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is, qui rogat cauſam ſuam audiri, iterum deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut è latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, & quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit Epiſcopos ſufficere, ut negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo conſilio judicaverit, interim tamen alter Epiſcopus in cathedra depoſiti Epiſcopi poſt appellationem ejus non ordinetur, antequam cauſa ejus fuerit in judicio Epiſcopi Romani determinata.*

Concil. Sardic. cap. 4.

CAPIT. IX.

epiſt. 53.

Quæ Conſtitutio Appellationis ad Apoſtolicam Sedem non diſcordat à ſacra & myſtica Nicæna Synodo, de qua magnus Leo Papa ad Anatolium ſcribſit: *Illa,* inquiens, *Nicænorum canonum per ſanctum verè Spiritum ordinata conditio in nullanquam parte eſt ſolubilis. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo Epiſcopis quantumlibet copioſior numerus Sacerdotum comparare ſe audeat vel præferre, cum tanto divinitùs privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.* De cujus privilegio & B. Ambroſius dicit:

lib. 1. de Fide cap. 9. in lib. de Synodis in fin.

Non humana induſtria, non compoſitione aliqua, triceuti decem & octo Epiſcopi ad Concilium convenerunt, ſed ut in numero eorum per ſignum ſuæ paſſionis & nominis Dominus Jeſus ſuo ſe probaret adeſſe Concilio, CRUX in trecentis, JESU nomen in decem & octo eſt Sacerdotibus. Et mihi, inquit Hilarius, *ille ipſe numerus hic ſanctus eſt, in quo Abraham victor Regum impiorum ab eo, qui æterni ſacerdotii eſt forma, benedicitur.* Et hinc

epiſt. 53.

idem B. Leo Papa ad Anatolium: *Sancti illi & venerabiles Patres, qui in urbe Nicæna ſacrilego Arrio cum ſua impietate damnato manſuras uſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt: & ſi quid uſquam aliter quàm illi ſtatuere præſumitur, ſine cunctatione caſſatur.*

CAPIT. X.

Concil. Nicæn. cap. 5. & Aquiſgran. c. 42. & 11. q. 3. c. ſervetur, 73.

Quod ſanctum & myſticum Concilium præcipit *de his, qui communione privantur, ut ſive ex Clero, ſive ex laico ordine ab Epiſcopis per unamquamque provinciam ſententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur: requiratur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet Epiſcopi vitio, videatur à congregatione ſecluſus. Ut hoc ergò decentiùs inquiratur, benè placuit annis ſingulis per unamquamque provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis congregatis diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones: & ſic, qui ſuo peccaverunt evidenter Epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur, uſquequò vel in communi, vel Epiſcopo placeat humaniorem pro talibus ferre ſententiam.*

CAPIT. XI.

Concil. Sardic. cap. 3. 4. 5. 7.

Cujus ſanctæ Synodi conſtitutionem Sardicenſes canones non convellunt, qui cum Pontificis Romani Vicario, vel arbitrio cauſam Epiſcopi in Provinciali Synodo judicati etiam Epiſcoporum arbitrio vel judicio, qui eum judicaverunt cum Epiſcopis, qui in finitima & propinqua provincia ſunt, præcipiunt terminari, quatenus ſive in manenda, ſive in immutanda ſententia juxta Nicænos canones commune ſit placitum. De quibus ſacris canonibus Nicenis Africanum Concilium ad

Conc. African. cap. 105.

S. Cæleſtinum Papam ſcribens: *Prudentiſſimè,* inquit, *juſtiſſimeq́, providerunt, quæcunque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda: nec unicuique provinciæ gratiam Spiritus Sancti defuturam, qua æquitas à Chriſti Sacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur.*

CAPIT. XII.

epiſt. 2, c. 3.

Beatus quoque Innocentius ad Victricium Rotomagenſem Epiſcopum duo capitula magni Concilii Nicæni: *De his videlicet, qui communione privantur ex Clero.* & aliud, *Ut per ſingulas provincias ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis.* Et Capitulum Sardicenſis Concilii de Epiſcoporum ad Apoſtolicam

11. q. 1. c. ſi quæ cauſæ. * ordinis Nic Syn. c. 5. † jurgium

Sedem appellatione uno capitulo ſagaciter atq; patenter explicat, dicens: *Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter Clericos tam ſuperioris * gradus, quàm etiam inferioris fuerint exortæ, placuit, ut ſecundum Synodum Nicænam congregatis omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis † judicium terminetur. Nec alicui liceat, ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus cauſis debetur reverentia, cuſtodiri relictis his Sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei Eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ab officio Cleri ſubmotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores cauſæ in*

* vetus

*medio fuerint devolutæ ad Sedem Apoſtolicam, ſicut Synodus ſtatuit, & * beata conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referantur.* In eo enim, quod dicit: *ut ſecundum Synodum Nicænam congregatis ejuſdem provinciæ*

* jurgium

*Epiſcopis de exortis cauſis * judicium terminetur,* capitulū Nicæni Concilii de excōmunicatione explanat. In eo quod *ad alias* quemcunq; de Eccleſiaſtico ordine prohibet *convolare provincias,* aliud capitulum Nicæni Concilii explicat, quod jubet, ut per ſingulas provincias ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis, ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, ut ſi majores cauſæ, quarum una eſt de Epiſcopi dijudicati

appella-

appellatione in medio fuerint devolutæ ad Sedem Apoſtolicam, ſicut Synodus Sardicenſis ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt judicium Epiſcopale referantur. ſcilicet, ut aut juxta præmiſſum ſeptimum Sardicenſis Concilii capitulum appellantis Epiſcopi cauſa in provincia, in qua fuit exorta, diffiniatur, aut judicium Epiſcoporum provinciæ ſecundum decreta Bonifacii Apoſtolicæ Sedis auctoritate confirmetur: & ſicut Leo ſcripſit ejusdem Sedis ſententia roboretur. Quia verò S. Innocentius non Nicænam, ſed Sardicenſem Synodum de appellatione Epiſcopi ad Sedem Apoſtolicam in auctoritatem traxit, qui utrasque Synodos legit, apertè intelligit.

Conc. Sardic. cap. 4. & 7.

CAPIT. XIII.

Sacræ leges ac Regulæ Presbyteros, & cæteros inferioris gradus Clericos non alibi, quàm ad ſuos Epiſcopos præcipiunt accuſari, à quibus ſicut † Africæ provinciæ canones decernunt, eorum cauſa debet audiri: & ſicut * S. Gregorius conſtituit, cum Presbyteris vel Clericis ſuæ Parochiæ judicari: qui fortè ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, ad quos eis ſit provocandum de appellatione Presbyterorum ac Diaconorum ad vicinos & finitimos Epiſcopos Papa Zoſimus in Commonitorio per Fauſtinum Epiſcopum & Philippum ac Aſellum Presbyteros directo Carthaginenſi Concilio, in Concilio Sardicenſi capitulo XVII. continetur hoc modo: *Oſius Epiſcopus dixit; Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis fortè iracundus, quod eſſe non debet, citò & aſpere commovetur adverſus Presbyterum ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem, & ideò habeat poteſtatem is qui abjectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa ejus audiatur, & diligentiùs tractetur: quia non oportet negari ei audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui juſtè aut injuſtè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut vel probetur ſententia ejus à pluribus, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum, qui fuerat à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus debet præſumere ut ejus communioni ſociet. Hi verò, qui conveniunt ad audiendum, ſi viderint Clericorum eſſe faſtum & ſuperbiam, quia non decet ut Epiſcopus injuriam vel contumeliam patiatur, ſeverioribus eos verbis caſtigent, ut obediant honeſto præcipienti Epiſcopo, quia ſicut ille Clericus ſincerum exhibere debet amorem Caritatis, ita quoque vieiſſim miniſtri infucata debent Epiſcopo ſuo exhibere obſequia.*

† Conc. African. c. 92.
* lib. 11. epiſt. 54. Juſtinian. Imp. Novell. 123. §. ſiquis contra. Gratian 11. q. 1. c. de perſona, 38. Conc. Sardic. c. 17. Gratian. 11 q. 2. c ſi forte. Ivo Carnot. lib. 5.

CAPIT. XIV.

Nec hoc capitulum Sardicenſis Concilii diſſentire videtur à capitulo Nicæni Concilii, quo expreſſius & apertius, quàm Sardicenſe Conſilium, decrevit de his, qui communione privantur à proprio Epiſcopo, ſicut ſuprà poſuimus, & de privilegiis ſingulorum Metropolitanorum dicens: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia & Urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem ad apud Antiochiam, ceterasq; provincias ſua privilegia ſerventur Eccleſiis.* Quod exponit Antiochena Synodus dicens: *Per ſingulas regiones convenit Epiſcopos noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius provinciæ gerere. Propter quod ad Metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant.* Et Conſtantinopolitanum Concilium dicens: *Ut illa, quæ ſunt per unamquamque provinciam, ipſius provinciæ Synodus diſpenſet, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe concilio.*

Conc. Nicæn. cap. 6.
Conc. Antioch. cap. 9.
Conc Conſtantinop I.

CAPIT. XV.

Et hinc Innocentius ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum: *Revolventes*, inquit, *auctoritatem Nicænæ Synodi, quæ unam omnium per orbem terrarum mentem explicat Sacerdotum; quæ cenſuit de Antiochena Eccleſia cunctis fidelibus, ne dixerim Sacerdotibus, eſſe neceſſarium cuſtodire, quæ ſuper diœceſin ſuam prædictam Eccleſiam, non ſuper aliam aliquam provinciam, recognoscimus conſtitutam.* Et Bonifacius Papa ad Hilarium Narbonenſem: *Nulli*, inquit, *videtur incognita Synodi Nicænæ conſtitutio quæ ita præcipit (ut eadem propriè verba ponamus): Per unamquamque provinciam jus Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas. Quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum Spiritu Sancto ſuggerente ſibimet cenſuerunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, ac nos canonum præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra diffiniat; quatenus Metropolitani ſui unaquæq; provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper expectet.* Et his conſonanter Cæleſtinus: *Juxta decreta*, inquit, *canonum unaquæque provincia ſuo Metropolitano contenta ſit, ut deceſſoris noſtri data ad Narbonenſem Epiſcopum continent conſtituta. Nec uſurpationi locus alicui Sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit conceſſis ſibi contentus unusquisque limitibus: alter in alterius provincia nihil præſumat.* Et Leo ad Maximum Epiſcopum: *Etſi*, inquit, *diverſa nonnunquam ſunt merita Præſulum, jura tamen permanent Sedium.*

Conc. Nicæn, cap 5.
epiſt. 18.
epiſt. 3.
epiſt. 2. cap. 4.
epiſt. 62.

CAPIT. XVI.

Et Antiochenum Concilium à magna Synodo Calcedonenſi actione duodecima favorabiliter collaudatū ſequens decreta Nicæni Concilii: *Si quis*, inquit, *à proprio Epiſcopo communione privatus eſt, non antè ſuſcipiatur ab aliis, quàm ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut certè ad Synodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens Concilio ſententiam ſuſcipiat alteram. Hæc autem diffinitio maneat circa laicos, & Presbyteros, & Diaconos, omnesque qui ſub regula eſſe monſtrantur.* Et loquens de Conciliis capitulo vigeſimo dicit: *In ipſis Conciliis adſint Presbyteri, & Diaconi, & omnes, qui ſe læſos exiſtimant, & Synodi experiantur examen. Nulli verò liceat apud ſe celebrare Concilia præter eos, quibus Metropolitana jura videntur eſſe commiſſa.* Et capitulo decimo ſexto: *Perfectum verò Concilium illud eſt, ubi interfuerit Metropolitanus Antiſtes.*

Conc Antiochen. cap. 6.

CAPIT. XVII.

Appellantes autem Presbyteri vel Diaconi, à quibus & qualiter ſint judicandi, ſacri Cartha-

*Con. Carthag. III. c. 8. 9. 10. 3. q. 6. c. 1. 2. & ult. l. 3. in fine princ. D. de re milit l. 1. & 2. C. Ubi de criminibus agi oporteat, Novel. 69. c. 1 ad- de Jul. Clarum Sentent. lib. 5. §. ult. quæſt. 35. & ſeq. * Conc. African. c. 150. * pro multis*

thaginenſes canones capitulo XX. & capitulo XXVIII. evidenter oſtendunt, Ubi autem inter accuſatores & accuſatos cauſa debeat agitari, Carthaginenſe Concilium ſtatuit, dicens: *Ut accuſatus vel accuſator in eo loco, & unde eſt ille qui accuſatur, locum ſibi eligat proximum, quo non ſit difficile teſtes producere, ubi cauſa finiatur.* Et hinc Leges dicunt: *Criminum diſcuſſio ibi agitanda eſt, ubi crimen admiſſum eſt.* nam alibi criminum reus prohibetur audiri.* Et item: *Si quis adverſarium aut repetitione, aut criminis objectione pulſaverit, provincia, in qua conſiſtit ille, qui pulſatur, ſuas exerat actiones, nec aſtimet adverſarium ſuum alibi aut longiùs pertrahendum.* Illi verò, qui pulſatus fuerit ſi judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare, ſcilicet Eccleſiaſticis ad finitimos Epiſcopos, ut Sardicenſes & Carthaginenſes canones, ut præmiſimus, decreverunt; vel ad Provincialia Concilia, ſicut ſacri Nicæni & Antiocheni canones conſtituerunt, & ſicut Africanum Concilium in epiſtola ad Cæleſtinum Papam oſtendit: *Unicuique,* inquiens, *conceſſum eſt, ſi judicio offenſum fuerit cognitorum, ad Concilium ſuæ provinciæ, vel etiam univerſale provocare: niſi forte quiſquam eſt, qui credat unicuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare, aut quomodò ipſum Tranſmarinum judicium* (quod tantundem eſt, Tranſalpinum) *ratum erit, ad quod teſtium neceſſaria perſona, vel propter ſexus vel propter ſenectutis infirmitatem vel * multis aliis incurrentibus impedimentis adduci non poterunt?*

CAPIT. XVIII.

lib. 7. epiſt. 550

Matth. 18.
** dignabitur*

A judicibus autem, ſive quos, juxta Africanos canones, Primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint cauſa finienda regulariter provocari non poteſt. Et S. Gregorius in epiſtola ad Gallicanos Epiſcopos: *Nec hoc,* inquit, *in hac ſollicitudinis parte relinquimus, quod de habendis per parochias Conciliis Patrum providentia utilitatis cauſa ſanctitum eſt. Unde, ne qua inter fratres diſſenſio, ne qua inter Præpoſitos & ſubjectos ſint fomenta diſcordiæ, in unum Sacerdotes convenire neceſſe eſt, ut de incidentibus cauſis diſceptatio, & ſit ſalubris de Eccleſiaſtica obſervatione conlatio: quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura ſuſcipiunt, omnipotens ubique Dominus fratrum Concordia collaudetur, cujus vobis adeſſe præſentiam, ſi hæc obſervabitis, ſcitote, quia ſcriptum eſt: Ubi fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Si ergo adeſſe * dignatur, ubi duo & tres fuerint, quanto minus non deerit, ubi plures convenerint Sacerdotes? Et quidem, quia de adhibendo bis in anno Concilio Patrum ſit regulis ſtatutum, non latet; ſed ne forte aliqua impleri hoc neceſſitas non permittat, ſemel tamen ſine excuſatione aliqua decernimus congregari, ut exſpectatione Concilii nihil pravum, nihil præſumatur inlicitum. Nam plerumque, etſi non amore juſtitiæ, metu tamen examinis, abſtinebitur ab hoc, quod omnium notum eſt poſſe diſplicere judicio.*

CAPIT. XIX.

Hæc itaque Tranſalpinis Eccleſiis, earumque Rectoribus à Sede Apoſtolica da appellatione Epiſcoporum ad hanc Sedem Apoſtolicam, & de Presbyterorum ac Diaconorum appellatione, ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint ad Comprovinciales Synodos, & dijudicatione regulari eorũ in iiſdem Synodis ante longiſſimæ ætatis annos usque ad noſtra tempora ſervata, & à deceſſoribus ac prædeceſſoribus eorum ſecuta & executa fuerunt. Quæ ſi etiam illis ſervata, & ab eis ſecuta & executa non fuerint, nihil prodeſt eos ſecundum ſacros canones & decreta Sedis Romanæ Pontificum pro accuſatis Presbyteris de manifeſtis criminibus Comprovinciales Epiſcoporum Synodos frequentare: ſed faciet licenter quiſque Presbyterorum quodlibet. Unde ſi fuerit redargutus, veniat Romam.

CAPIT. XX.

** ſc. Romam.*

** ſc. Pontificum Romanorum.*

Et quia pro ſingulis Presbyteris Epiſcopi Tranſalpini regulariter judicatis Miſſos dirigere, & actionum documenta ſcribere non valent, nec teſtium neceſſarias perſonas, vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem, vel pro multis aliis impedimentis * huc producere, fiducialiter poterit mentiens quique innocentiam ſuam aſſerere; cùm non erit, qui mendacia ejus poſſit refellere. Unde, ſicut præmiſimus, Legem & Canonum conditores prudentiſſimè juſtiſſimeque viderunt quæcunque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda, & per expreſſa regularum judicia diſcretiſſimè judicanda, & poſt judicium conſervanda. Maximè de ſubintroductione, contra regulas, mulierum; pro qua ab Epiſcopis Tranſalpinis Presbyteri regulariter judicati ad hanc ſanctam Romanam Sedem inſciis ſuis Epiſcopis veniunt, & eis epiſtolas * eorum refragantes judicia deferunt, eosque vel comminiſtros illorum ad hanc Sedem ad conquerendum contra eos venire præcipiunt, quod nullis antiquorum legibus vel Patrum regulis decretum fuiſſe legimus.

CAPIT. XXI.

epiſt. ad Epiſ. Dardan.

† ſuper.

Quas epiſtolas ſacris regulis obvias, ut in præfatione hujus opuſculi commemoravimus, nec auctoritate Apoſtolica fuiſſe miſſas, ſed compilatas quorumcunque vafricia credimus. Non enim ſibi ipſi Sedes Apoſtolica poteſt eſſe contraria vel diverſa. De qua Gelaſius Papa dicit: *Confidimus, quòd nullus jam veraciter Chriſtianus ignoret uniuſcujusque Synodi conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, nullam magis exequi Sedem præ cæteris oportere, quàm primam, quæ & unamquamque Synodum & ſua auctoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce perceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper & retinent.* Et item: *Cumque nobis contra ſalutarium reverentiam regularum cupiamus temerè nil licere, & cùm Sedes Apoſtolica † ſuperior his omnibus, favente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio devotoque ſtudeat tenere propoſito, ſatis indignum eſt, quemquam vel Pontificum vel Ordinum ſubſequentium hanc obſervantiam refutare, quam B. Petri Sedem & ſequi videat & docere, ſatisque conveniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſervatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Poteſt enim fieri, ut illi, qui in vicinis

parochi

parrochiis ſunt hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quique juxta ſacras regulas ad manus impoſitionem, & ad Synodos huc convenire ſolent, ipſi pro reclamatione † contra Presbyterorum ſuorum ad præfatam examinationem conveniant, ſicut ſacri canones ac leges præcipiunt, ut ad Primatem uniuscujusque provinciæ, qui negotia videntur habere, concurrant, vel ad Synodum, qui ſe læſos exiſtimant, quo non ſit difficile teſtes producere, invitentur. Tranſalpinis autem, & aliis, qui in ſimiliter longinquis regionibus commorantur; Apoſtolica Sedes & ſacrorum canonum promulgatores, loquente in eis ſancto Spiritu, quæ ſunt unicuique provinciæ poſſibilia, & auctoritati convenientia, atque paci Eccleſiæ congruentia tenenda & exequenda diſcretiſſimè præfixerunt.

† ſ. contraria; Buſ.

CAPIT. XXII.

Legimus etiam quamvis rariſſimè præceptum à Sede Apoſtolica, quosdam de longinquis parochiis ſpecialis dioceſeos Romani Pontificis, ad cujus ſollicitudinem univerſalis Eccleſia pertinet, propter contumaces contentiones aliquos invitatos fuiſſe: ſed de Tranſalpinis regionibus, quibus decreta privilegia ſervari debent, tale quid pro Presbyterorum & Diaconorum appellatione à Sede Apoſtolica præceptum fuiſſe non legimus. De Eccleſiaſticis nihilominus privilegiis in epiſtolis B. Gregorii legimus ad Dominicum Carthaginenſem Epiſcopum: *Veſtra fraternitas*, inquit, *hoc poſtpoſita dubitatione retineat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibusque Eccleſiis ſua jura ſervamus. Nec cuilibet, favente Chriſti gratia, ultra quàm meretur, impertior: nec ulli hoc, quod ſui juris eſt, ambitu ſtimulante derogabo, ſed fratres meos honorare per omnia cupio: ſicq; ſtudeo eos in honorem ſubvehi, dummodo non ſit, quod alteri jure ab altero poſſit opponi.* Et alibi idem hinc dicit: *Quod vero dicitis, veſtris temporibus debere reſervari, quæ à meis quoque deceſſoribus tradita atq; cuſtodita ſunt: abſit hoc à me, ut ſtatuta majorum Conſacerdotibus meis in qualibet Eccleſia infringam, quia mihi injuriam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo.*

lib. 2. epiſt. 39. Gratian. 25. q. c. de eccleſiaſticis.

lib. 2 epiſt. 37. Gratian. 25. q. 2. c. quod vero.

CAPIT. XXIII.

Tandem hinc præter antiquas regularum ac legum conſtitutiones in promptu habemus Synodalia capitula Apoſtolicorum, Eugenii anno Imperii decimotertio Domini & genitoris Hludovvici, & anno decimo Imperii Hlotharii fratris noſtri menſe Novembrio atque Leonis IV. anno Hlotharii trigeſimo ſeptimo, & Hludovvici nepotis noſtri anno quinto menſe Decembri decreta; quibus præcipiunt, ut; *Si quispiam Sacerdotum, id eſt, Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel etiam Subdiaconus de quacunq; fœmina crimine fornicationis * ſuſpectus, poſt primam ſecundamq; & tertiam commonitionem (Metropolitani vel alterius Epiſcopi, aut ejus, cui ſubjacere videtur) inveniatur fabulari cum ea, vel aliquomodo converſari, canonicè judicetur.* Quapropter unusquisque Epiſcopus in tali re ſtudioſè ac diligenter curam habere debet, ne Eccleſia Chriſti à propriis poſſit ſordidari miniſtris: quia cùm propriam uxorem habere non permittitur, maximè ab omni fœmina ſit abſtinendus. Et item: *Sacerdos etenim, aut quivis alius in ordinem Eccleſiaſticum provectus, ſi in eo ſcelere inveniatur, quo abjiciendus exiſtat, depoſitus providentia Epiſcopi bene proviſo loco conſtituatur, ubi peccata lugeat, & ulterius non committat.* Sic & magnus Leo papa longè ante hanc conſtitutionem auctoritate ſacræ Scripturæ ad Hilarium Narbonenſem † decrevit: *Ut Presbyteri vel Diaconi lapſi ad promerendam miſericordiam Dei, privatam expetant ſeceſſionem, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.*

Baron tom. 9. an. 826. Buſæi emendatione nimis quam violentam in Notis ad Hincmari epiſtolas non audias nec audeas. Hincmar. ep. 7. c. 11. Gratian. dict 81. c. ſi quiſpiam c. 2. de Cohabit. Cleric. & mulier.

* ſuſpicatus. dict 81. c. ſacerdos.

† epiſt 92. ad Ruſticum Narbon. Epiſcopum.

CAPIT. XXIV.

Cùm hæc ita ſe habeant, non eſt perfunctoriè attendendum veſtræ Pontificiali auctoritati, & noſtræ Imperiali poteſtati, quid prædeceſſores noſtri de ſervandis ſacris Legibus & ſanctis Regulis decernentes conſtituerunt: ex quorum pluralitate, pauca numero, non pauca pondere, hic cenſuimus apponere. De Legibus namque * Valentinianus, Theodoſius & Archadius decreverunt dicentes: *Perpenſas Serenitatis noſtræ longa deliberatione conſtitutiones, nec ignorare quenquam nec diſſimulare permittimus.* † *INTERPRETATIO: Leges neſcire nulli liceat, aut quæ ſunt ſtatuta contemnere.* Et S. Cæleſtinus *paria de ſacris canonibus dicit: *Nulli* inquiens, *Sacerdoti ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod Patrum poſſit regulis obviare.* Quæ enim à nobis rea digna ſervabitur, ſi Decretalium norma conſtitutorum, pro aliquorum libitu licentia populis permiſſa frangatur? Quia, ut * Hilarius Papa dicit: *Non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quàm in injuriam ipſius Domini proſilitur: cum expectatio fructu noſtri miniſterii non in latitudine regionum, ſed in acquiſitione ponitur animarum.* Et item de Legibus, † præfati Auguſti. *Omnia conſtituta non præteritis calumniam faciunt, ſed futuris regulam ponunt.* * *INTERPRETATIO: Omnes leges non ea, quæ anteriori tempore facta ſunt, damnant, ſed in futurum obſervanda conſtituunt.*

* L. 2 Cod. Theod. de Conſtit. Princip & edict.

† Aniani ic. ad d. l. 2.

* epiſt. 3 apud Gratian. diſt. 38 c. nulli.

* epiſt. 2. ad Leont.

† L. 3. Cod. Th. d. dit.

* Aniani ad d. l. 3.

CAPIT. XXV.

Et hinc Symmachus Papa: *Dum ad Trinitatis inſtar, cujus una eſt, atque individua poteſtas, unum ſit per diverſos Antiſtites Sacerdotium, quemadmodum priorum ſtatuta à ſequentibus convenit violari?* Huc accedit, quòd hæc, ſi eveniat ſententiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam Catholicam religionem credimus pertinere, cujus omnia poteſtas infringitur, niſi univerſa, quæ à Domini Sacerdotibus ſemel regulariter ſtatuuntur, perpetua ſint. Quod alias contingere poterit, ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt faciat rata eſſe quæ geſſerit. Quanta enim Vicariis beatiſſimi Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in Sacerdotio præcipiunt, ea iisdem tranſeuntibus diſſolvantur? Hæc igitur ſervemus noſtris temporibus tanto gratius, quanto & Eccleſiæ & Imperio erit capacius, & ſervando, quæ legaliter ac regulariter geſta ſunt, rata eſſe faciamus, quæ legaliter ac regulariter geſſerimus.

Anaclet. ep. 2.

CAPIT. XXVI.

Suggerendum etiam veſtræ ſummæ auctoritati neceſſarium credimus, ut de quorundam Epiſcoporum coërcenda inconſideratione alios decreto generali inſtruentes cautos efficiatis, ut quoniam debent eſſe matura & perpenſa judicia, non ſint præcipitea in proferendis ſententiis, nec facilè ac indiſcretè, neque aliter, niſi juxta ſanctarum Scripturarum tramitem traditionemque majorem. & pro evidentibus culpis quemcunque à communione corporis & ſanguinis Domini DEI noſtri Jeſu Chriſti, in quibus poſt unicum baptiſmum præcipuè humanæ ſalutis reconciliatio & ſumma conſiſtit, pro ſua injuria, vel animi ſui motibus ac iracundia ſeparent. Quoniam *ira Sacerdotis*
Homil. 17. in Evang. ut ſanctus dicit Gregorius, *nequaquam debet eſſe praceps & perturbata, ſed magis ex conſilii gravitate* * *metuenda, nec debent temerè indiſcuſſa judicare, nec paſſim dicta ſine probatione credere, ſed auctoris noſtri facta*
* mitiganda. Gregor lib. 19. Moral. cap. 25. *penſare. Cui cùm omnia nuda & aperta ſint, mala tamen Sodoma noluit ante judicare. ſicut ſacra docet Hiſtoria, quàm probare, nos inſtruens, ne mala hominum antè præſumamus credere quàm probare.*
Geneſ. 18.

CAPIT. XXVII.

Sequantur autem in proferenda judiciali ſententia Sanctorum Romanæ Sedis Pontificum documenta, Leonis atque Gregorii. *Beatiſſimo Petro*, inquit Leo, *à Chriſto dicitur; Tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Tranſivit quidem etiam in alios Apoſtolos jus iſtius poteſtatis, & ad omnes Eccleſiæ Principes decreti hujus conſtitutio commeavit: ſed non fruſtra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ideò hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma* * *præponitur. Manet ergo Petri privilegium, ubicunque fertur ex ipſius æquitate judicium. Nec nimia eſt vel ſeveritas vel remiſſio, ubi nihil ligatum, nihil eſt ſolutum, niſi quod B. Petrus aut ligarit aut ſolverit. Hinc certa conſideratione datur intelligi, quia in judicando non eſt Petri privilegium, ubi non ex ipſius fertur æquitate judicium. Eſt igitur præjudicium, non judicium, quia non jure dictum, id eſt, non juſtitia lege prolatum.* Et ſanctus Gregorius: *Sæpe agitur, ut qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, judex vitæ fiat alienæ, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſolvat, cùm ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur. Unde fit, ut ipſe hac ligandi ac ſolvendi poteſtate ſe privet, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubjectorum moribus exercet. Judicare enim dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubjectorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequuntur. Unde rectè per Prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ non moriuntur, & vivificabant animas quæ non vivunt. Non morientem quippe mortificat, qui juſtum damnat; & non victurum vivificare nititur, qui reum ſupplicio abſolvere conatur. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi atque ſolvendi poteſtas exercenda.*

Marginal notes: Serm. 3 in Anniverſ. Aſſumpt. — * proponitur — Ezech. 13.

CAPIT. XXVIII.

Qui beatiſſimus Doctor Spiritu Sancto repletus paſſim in dictis ſuis oſtendit, quoniam Epiſcopus, qui in ligando & ſolvendo internum arbitrium non ſequitur judicis, ipſe ligandi & ſolvendi poteſtate, quin & Regno Dei ſe privat, ſed livore vindictæ depromit, Paulo atteſtante, qui dicit; *Neque maledici regnum Dei poſſidebunt.* Quia verò *ſacra Scriptura duobus modis maledictum memorat: aliud videlicet, quod approbat, & aliud quod damnat. Aliter enim maledictum profertur judicio juſtitiæ, aliter livore vindictæ. Sancti viri cum* in excommunicationis alligatione *maledictionis ſententiam proferunt, non ad hanc ex voto lividæ ultionis, ſed ex juſtitiæ examine erumpunt. Intus enim ſubtile Dei judicium aſpiciunt, & mala foras exurgentia, quia maledicto* alligandæ excommunicationis *ferire debeant, cognoſcunt, & eò in* alligationis & excommunicationis *maledicto non peccant, quod ab interno judicio non diſcordant.* Contra excommunicationis maledictum livore vindictæ depromptum voce Pauli prædicantis admonemur, qui ait: *Benedicite, & nolite maledicere, quia neque maledici regnum Dei poſſidebunt.* Nam ſi à quolibet non fortaſſe ex malitia, ſed ex linguæ incuria maledictionis verbum jaculatur in proximum, apud diſtrictum judicem, à quo de otioſo verbo ratio in die judicii poſcitur, damnabilis eſt ille ſermo, qui malitia non caret, & pœnalis eſt ille, qui ab utilitatis bonitate vacat; penſandum eſt magnopere, quanta animadverſione plectenda eſt ab Epiſcopo, cujus *ſermo* ſemper *ſale*, id eſt ſapientia, *conditus* eſſe * percipitur, jaculata in proximum injuſtæ alligationis excommunicatio, quæ potius vocanda eſt maledictio.

Marginal notes: 1. Cor. 6. — Gregor. lib. 4. Moral. c. 5. & 6. Gratian 24. q. 3. c. cum ſancti. — Rom. 12. & 1. Cor. 6. — Matth. 12. — Coloſſ. 4. — * leg. præcipitur.

CAPIT. XXIX.

Sequamur itaque Eccleſiæ ſanctæ Rectores, quorum dorſa mentium incudes ſunt hominum peccatorum, dicente Pſalmiſta: *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores.* in ſeparatione à communione & reconciliatione Sacramentorum Chriſti, ſacrum Nicænum Concilium, & Africæ provinciæ canones, Siricii quoque, & Innocentii, atque Leonis decreta, & epiſtolam ipſius Leonis ad Theodorum Forojulienſem Epiſcopum. Sed e quem de Eccleſiaſtico ordine clareſcentibus gravioribus culpis, gradu privaverint, communione corporis & ſangvinis Chriſti ut canones præfixerunt, non privent. Hæc eſt enim, † Scriptura dicente, *directa via, ita ut recti ambulent in ea, & nec ſtulti errent per eam.* De injuſtè ſiquidem excommunicantibus, vel excommunicatis, quid etiam * Lex Juſtiniana decernat, veſtram ſapientiam latere non poteſt.

Marginal notes: Pſalm. 128. — † Eſai. 35. — * Novell. 123. c. 11. Concil. Pariſienſ. ſub Ludov. II. Ivo Carot. part. 14. c. 21. Auctor Pãnomiæ lib. 5. c. 124. Gratian 24. q. 3. c. de illicita, & 2. q. 1. c. nemo Epiſcopus.

Ann. Chriſti 895.

SENATUS POPULIQ. ROMANI JURAMENTUM ARNULFO IMPERATORI AUGUSTO

Præſtitum Romæ, Anno Domini DCCCXCV.

IUro per hæc omnia Dei* myſteria, quod ſalvo honore, & lege mea atque fidelitate Domini Formoſi Papæ, fidelis ſum & ero, omnibus diebus vitæ meæ, ARNOLFO Imperatori; & nunquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine ſociabo, & Lamberto filio Agildrudæ & ipſi matri ſuæ ad ſæcularem honorem nunquam adjutorium præbebo, & hanc civitatem Romam ipſi Lamberto, & matri ejus Agildrudæ, & eorum hominibus, per aliquod ingenium aut argumentum non tradam.

* i. ſacra vel reliquias.

Ann. Chriſti 930.

HENRICI I. AUCUPIS, IMPERATORIS AUGUSTI LEGES HASTILUDIALES *SIVE* DE TORNEAMENTIS,

Lata Gottingæ, in Saxonia Anno Domini DCCCCXXXVIII.

CAPIT. I.

De Blaſphemis, Infidelibus atque Hæreticis.

QUod felix, fauſtum, fortunatumque eſſet; Ludos equeſtres in Imperio ſolemniter poſthac exhibendos omnibus, qui modò à ſtirpe Nobiles eſſent, apertos fore, ut in iis ſolitis omnibus, armorum generibus depugnent: exceptis, ſi qui in Deum, ſacratiſſimam Trinitatem, fidemque & religionem noſtram Chriſtianam, re aut verbis impii blaſphemique exiſterent. Quales ſi nulli (majorum ſuorũ imaginibus aliisque rebus freti) decoris in hujusmodi ludis acquirendi participes facere ſe præſumerent, & habenæ immitterent, jure hos meritiſſimo, adempto equo, ſeptis impoſitum iri, pro gloria, quam arroganter ſperaverint, perpetua infamiæ nota ſignandos.

CAPIT. II.

de Transgreſſoribus & contemptoribus Imperii & Majeſtatis.

Quicunque ex Nobilitate ſciens prudens adverſus Cæſaream Majeſtatem ejusque mandata, ſacrive Romani Imperii conſtitutiones, verbis aut factis fecerit contenderitvé, is ignominiæ cauſa in futuris omnibus equeſtribus decurſionibus & equo mulctetur, & ſeptis impoſitus, quæ meretur pati cogatur.

CAPIT. III.

de Virginum aut Mulierum honeſtarum læſione.

Quicunque ex Nobilitate fœminam, virginem, viduam quamcunque verbo aut facto violarit, earumvé bona, ut arces, prædia, pagos, alia, per vim detinuerit, aut ut detineantur operam dederit, is, ut indignus qui de gloria & fama in certamen veniat, equi jacturam ſubire cogatur, & poſteà ſeptis, more aliorum, qui idem quacunque alia ex cauſa meruerint, imponatur.

CAPIT. IV.

de Falſariis, Periuris & Infamibus.

A futuris ludis arceantur omnes, licet à ſtirpe Nobiles, qui crimen falſi commiſerint, perjuri reperti fuerint, infames denique ullo vitæ ſuæ tempore exſtiterint. Nam ſi ſe tales intrudere conentur, ii, poſtquam equo deturbati fuerint, ſeptis ex more inequitare jubeantur.

CAPIT. V.

de Proditoribus, Transfugis, & Homicidis.

Quicunque Dominum ſuum prodiderit, in acie, expeditione, itinerevé per fraudem deſeruerit, aut deſerendi auctor fuerit, fugam quacunque ex cauſa molitus; qui item cives, & ſubditos ſuos, aut alioqui fidæi ſuæ commiſſos, non, quatenus boni viri officium eſt, defenderit, propugnaverit, & tutos ab omni injuria præſtiterit, ſed vel ſceleratè aliis vexandos propinarit, vel timidè, cùm minimè opus eſſet, reliquerit, & hoſti in prædam expoſuerit; æquum eſt, ut hic talis à cele-

brandis Indis Imperialibus perpetnò arceatur, aut alioqui eqno per igoominiam amiſſo, quæ ſolent alii, talibus exercitiis inter booos & fortes viros indigni, ſeptis injectus patiatur.

CAPIT. VI.

de conjugis aut Domini interfectore.

Quicunque conjugem clam palamvé è medio ſuſtuliſſet; . quique auxilio aut conſilio Domioi ſui legitimi interfectores, ante aut poſt cædem, adjuviſſeot, hi equo adempto ſepris pro eo inſidere cogantur.

CAPIT. VII.

de Sacrilegis & viduarum atque orphanorum predatoribus.

Quiſquis ſacrilegio ſe polluiſſet, templis ſacellisvè ſpoliatis, aut viduis orphaniſvé ſua per vim eriperet detineretvé, cùm viri boni & in primis nobilitatis ſit, hæc talia prohibere, & in aliis punire, hunc eqoo per notam adempto ſeptis imponant.

CAPIT. VIII.

de diffidatoribus.

Quiſquis, non denunciatis inimicitiis, hoſtem ſuum adoritetur incautum, aut, jam denunciatis, aliter cum eo ageret, ac belli jure agi cum hoſte permittitur, corruptis ſegeribus aut vineris, ita ut rerum precia creſcere hunc neceſſe haberent: quiſquis item per ſe vel per ſuos, clam aut palam latrocinaretur, & vias infeſtaret, hunc adempto equo &c.

CAPIT. IX.

de exactionib. novis.

Quiſqnis in Imperio, & ſub Imperio, in Principalibus Ducaribus, Comitatibus, dominiis, inconſulto, & ſine permiſſu Imperatoris, patrimonii ſui amplificaodi, & divitias corradendi ſtudio, novas & inſolitas ſubditis, aut rebus eorum, extraneorumvé, terra marivé, io urbe, in agro, in flumine, exactiones imponeret, ita ut hoc nomine commercia damnum acciperent; ſubditique eorum, aut inquilini, extraneivé oegotiatores, viciniq; jacturam paterentur, hunc equo cum infamiæ nota ademto, &c.

CAPIT. X.

de Adulteris & ſtupratorib.

Quiſquis adulterii reus eſſet, qui aut conjugem habens, aut cœlebs, conjogem alienam, aut velatam & Deo devotam, corrupiſſet, ſive alioqui etiam pudicitiæ fœminarum virginumque inſidiaretur, aut palàm vim afferret, hunc talem eqno ademto ſeptis imponant.

CAPIT. XI.

de Mercatoribus & Monopoliis.

Quisquis à ſtirpe Nobilis non contentus bonis, quæ ſibi hæreditario aliovè jure obtinuiſſet, reditibusque ſuis, & quæ ſibi more recepto à colonis ſuis, ſubditis, operis, aliisque quibuscunque feudatario aut quocunque jure alio deberentur, ac, ſi à conſiliis Principi alicui eſſet, conſtituta hoc nomine penſione: quisquis, inquam, his omnibus non conteotus, negotiaretur, augendi patrimonii cauſa, coëmtisque frugibus, vino aut aliis ſpeciebus rebusque annonam flagellaret; ludis equeſtribus his prohibeatur, aut ſi decurrere aliorum exemplo præſumeret, equo mulctatus ſepta ioſcendere compellatur.

CAPIT. XII.

de Hominibus novis.

Quisquis recentioris & notę Nobilis, & non talis, ot à ſtirpe oobilitatem ſuam & origine quatuor ſaltem generis auctorum proximorum gentiliriis inſignibus probare poſſit, is quoque ludis his exeſto; aut ſi unus pluresve emendicatæ hujusmodi nobilitatis cum iis, quibus jus eſt decurrendi, ſeſe permiſcuerint, hi tales verberibus mulctentur, & ubi de equo concurrerint, ſeptis, notæ cauſa, inequitare adigantur.

CAPIT. XIII.

Has ſenas quaſi tabolas qui poſteà in decurſionibus violaret, contemneretvè, is verberibus aliorum obnoxius eſto; cum aliaque omnibus de equo ipſo ſuo coocurrere coactus ludibrii cauſa ſeptis, quibus harena ſive locus ſpectaculorum in orbem cingeretur, imponatur; aut nobilitaris, famæ, inſignium gentiliriorum denique amiſſionem incurrat. Promulgari autem debent hi duodecim articuli ſolemniter ſemper, ne quis ignorantiam eorum prætendere unquam poſſet.

CONCLUSIO.

Volumus ergo & jubemus, ut deinceps eidem articuli perinde à concurſuris in ludis equeſtribus ſervandi diſciplinæ cauſa pronuncientur in ſoleonibus conventibus, atque illi à Chriſtiania ſimiliter duodecim cuſtodiri debent, & veneratione ſumma proſeqnendi ſunt, qui Apoſtolorum Symbolo comprehenduntur. Nobis tamen in omnibus & Imperii noſtri Principibus abſoluta poteſtate ſalva & excepta.

OTTONIS I. MAGNI
IMPERATORIS AUGUSTI
CONSTITUTIO
SUPER LIBERALITATE ECCLESIASTICA.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: OTTO divina favente clementia Rex.

1. Qui mundiali poteſtate præditi, quibuscunque neceſſariis regentiom ſuffragari feſtinant, divinam ſibi nihil refragari certiſſimè ſciaot. Ideoqne non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum, quia ob hoc temporalis Regni modificationem nobis pariter ſperamus & amplificationem, æternalisqoe proventuram perpetuò perennitatem.

2. Unde

2. Unde noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, ſagacitas, quòd Adaldagus ſanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, adiens excellentiam Serenitatis noſtræ, expetivit à noſtra pietate talem libertatem & tuitionem Monaſteriis in ejus Epiſcopio conſiſtentibus, qualem cætera per noſtrum Regnum Monaſteria noſcuntur habere.

3. Cujus juſta & rationabilis videtur petitio, ad honorem ſanctæ DEI genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch eſt conſecratus, eidem loco ſupradicto concedimus omnes conceſſiones, quas conceſſerant anteriores Francorum Reges cæteriſque Monaſteriis ad hanc dioeceſim pertinentibus, id eſt, Ramaslaum, Bremnum, Bireſinum & Bukkeoum, videlicet ut nullus Judex publicus, vel quælibet judiciaria Poteſtas aliquam ſibi vendicet poteſtatem in ſupradictorum hominibus Monaſteriorum; litis videlicet & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocunque banno conſtringat, aut aliquam juſticiam facere cogat, niſi Advocatus Archiepiſcopi, quam diu eos corrigere valuerit. Quod ſi quiſpiam illorum incorrigibilis extiterit, tunc ab Advocato ejusdem præſentetur judiciariæ Poteſtati; cæteri verò in ſubditione Archiepiſcopi permaneant.

4. Si verò aliquis ex libertis voluerit jammundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monaſteria ſupradicta, cum conſenſu cohæredum ſuorum, non prohibeatur à qualibet Poteſtate, ſed habeat licentiam noſtra auctoritate.

5. Habeat quoque poteſtatem prædictus Adaldag, ſucceſſoresque ejus Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſuper liberos & jammundilingos Monaſteriorum ſupradictorum, in expeditionem ſive ad placitum Regis.

6. Donamus quoque Clericis Hammaburgenſis Eccleſiæ poteſtatem inter ſe ſive aliunde eligendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit.

7. Et ut hæc auctoritatis noſtræ conceſſio à fidelibus noſtris veriùs credatur, & per ſuccedentia tempora diligentiùs obſervetur, manu propria ſubtus eam firmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus. Data II. Kalend. Julii, anno Domini D CCCC XXXVII. Indictione X. Anno Regni OTTONIS piiſſimi Regis primo. Actum in Wetlaha in Dei nomine.

OTHONIS I. MAGNI, IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO.

Ann. Christi 960.

De electione Romani Pontificis.

Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex OTHO promittere & jurare facio per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per lignum hoc vivificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quòd ſi permittente Domino Romam venero, ſanctam Romanam Eccleſiam & te Rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum, & numquam vitam, aut membra, & ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes; & in Romana Urbe nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te aut ad Romanos pertinent ſine tuo conſilio: & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem pervenerit, tibi reddam: & cuicunque Italicum regnum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor tui ſit ad defendendum terram S. Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me DEUS adjuvet, & hæc ſancta DEI Evangelia.

CONSTITUTIONES

OTTONIS I. MAGNI,

&

Ann. Chriſti 962.

OTTONIS II. RUFFI, IMPERATORUM AUGUSTORUM.

CONSTITUTIO.

De Regalibus Beato Petro conceſſis.

In nomine DOMINI DEI Omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus Sancti.

EGo OTTO Dei gratia Imperator Auguſtus, unà cum OTTONE glorioſo Rege filio noſtro, divina ordinante providentia ſpondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum & Clavigero Regni cœlorum, & per te Vicario tuo Domno Joanni Summo Pontifici & Univerſali XII. Papæ, ſicut à prædeceſſoribus veſtris usque nunc in veſtra poteſtate atque ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis ſuis, atque viculis omnibus & territoriis ejus, montanis & maritimis, litoribus atque portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis, ac vicubus Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum, Galliſem, Ortem, Polimartium Ameriam, Tudam, Peruſiam cum tribus inſulis ſuis, id eſt, Majore, Minore, Pulvenſim, Narniam, & Utriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupraſcriptas civitates pertinentibus.

2. Necnon Exarchatum Ravennatem ſub integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus Pipinus & Domnus Karolus excellentiſſimus Imperator, prædeceſſores videlicet noſtri, Beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris jamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc eſt, civitatem Ravennam, & Æmiliam, Bobium, Ceſenam, * Forumpopuli, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, & Hadrianis atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis atque inſulis terra, marique ad ſupraſcriptas civitates pertinentibus, ſimul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & territorium Balnenſe, Calles, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus & territoriis ad easdem civitates pertinentibus.

*Forum Pompilii.

3. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à Domno Karolo Imperatore anteceſſore noſtro, beato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum caſtellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, Roſellas cum ſuburbanis atque viculis omnibus, & territoriis ac maritimis, oppidis ac viculis ſeu finibus omnibus. Itemque Almus cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua atque in Monte Silicis atque Provincia Venetiarum & Iſtria, necnon & cunctum Ducatum Spoletanum ſeu Beneventanum, una cum Eccleſia ſanctæ Chriſtianæ poſita prope * Papiam juxta Padum quarto milliario.

* Padvam.

4. Item in partibus Campaniæ Soram, Arces Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, nec non patrimonia ad poteſtatem & ditionem veſtram pertinentia, ſicuti eſt patrimonium Beneventanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ ſuperioris & inferioris. De civitate autem Neapolitana cum caſtellis & territoriis & finibus & inſulis ſuis ſibi pertinentibus, ſicut ad easdem reſpicere videntur, nec non patrimonium Siciliæ, ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus. Simili modo civitatem Cajetam & Fundum cum omnibus earum pertinentiis.

5. Inſuper offerimus tibi, Beate Petre Apoſtole, Vicarioque tuo Domno Joanni Papæ, & ſucceſſoribus ejus pro noſtræ animæ remedio, noſtrique filii & noſtrorum parentum de proprio noſtro Regno civitates & oppida cum piſcatiis ſuis, id eſt, Reatem, Amiternum, Furconem, Nurſiam, Balvam, & Marſim, & alibi civitatem Interamnem cum pertinentiis ſuis.

6. Has omnes ſupradictas provincias, urbes, civitates, oppida & caſtella, viculos & territoria, ſimulque & patrimonia pro remedio animæ noſtræ & filii noſtri, ſive parentum noſtrorum ac ſucceſſorum noſtrorum, & pro cuncto à DEO conſervato atque conſervando Francorum populo, jam dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo, ſpiritali patri noſtro, Domno Joanni Summo Pontifici & univerſali Papæ, ejusque ſucceſſoribus usque ad finem ſæculi, eo modo confirmamus, ut in ſuo detineat jure, principatu atque ditione.

7. Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum confirmamus donationes, quas piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, & poſteà Domnus Carolus excellentiſſimus Imperator, beato

Petro

Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum vel penſionem, ſeu cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut & in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Domnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem de ſupraſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem & filii noſtri ſubjectione. Cæterùm, ſicut diximus, omnia ſuperiùs nominata ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum roboramus, ut in veſtro permaneant jure, principatu atque ditione, & neque à nobis neque à ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſive machinationem in quacunque parte veſtra poteſtas imminuatur, aut à vobis inde aliquid ſubtrahatur de ſupraſcriptis videlicet provinciis, urbibus, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, inſulis, territoriis, atque patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus, ita ut neque nos ea facturi ſimus, neque quibuslibet ea facere volentibus conſentiamus: ſed potius omnium, quæ ſuperius leguntur, id eſt, provinciæ, civitates, urbes, oppida, caſtella, territoria, & patrimonia, atque inſulæ, cenſusque & penſiones ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli atque Pontificum in ſacratiſſima illius Sede reſidentium, nos in quantum poſſumus defenſores eſſe teſtamur, ad hoc, ut ea in illius ditione ad utendum & fruendum, atque diſponendum firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, ſecundum quod in pacto & conſtitutione ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis ſucceſſorumque illius continetur, id eſt.

8. Ut omnis Clerus & univerſa* populi Romani Nobilitas propter diverſas neceſſitates, Pontificum irrationabiliter erga populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas, ſacramento ſe obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum uniuscujusque intellectus fuerit) canonicè & juſtè fiat, & ut ille, qui ad hoc ſanctum atque Apoſtolicum regimen eligitur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel filii noſtri, ſeu univerſæ generalitatis, faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione atque futura conſervatione, qualem Domnus & venerandus ſpiritalis pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

9. Præterea alia minora huic operi inferenda prævidimus, videlicet ut * in electione Pontificum neque liber neque ſervus ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod ſi quis contra hanc noſtram inſtitutionem ire præſumpſerit, exilio tradatur. * Gratian. diſt. 63. cap. 3 a. v. a.

10. Inſuper † ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuscunque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus. † D. diſt. 63. c. 32. in pr.

11. Nam & hoc omnimodis inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub ſpeciali defenſione Domni Apoſtolici, ſive noſtra, fuerint ſuſcepti, impetrata juſtè utantur defenſione. Quod ſi quis quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum.

12. Illud etiam confirmamus, ut Domno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſive Ducibus ac Judicibus ſuis ad juſtitiam faciendam. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſario annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Domni Apoſtolici, ſeu noſtri, ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis vel filio noſtro renunciare valeant, qualiter ſinguli Duces ac Judices populo juſtitiam faciant. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſervent qui Miſſi, decernimus, ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum ſeu Judicum fuerint inventi, ad notitiam Domni Apoſtolici deferant. Et ipſe unum è duobus eligat, aut ſtatim per eoſdem Miſſos fiant ipſæ neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renunciante per noſtros Miſſos à nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus fidelibus ſanctæ DEI Eccleſiæ, & noſtris firmum eſſe credatur, propriæ manus ſignaculo, & nobilium Optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirmationis noſtræ roboravimus, & bullæ noſtræ impreſſione obſignari juſſimus.

† Signum Domni OTTONIS ſereniſſimi Imperatoris, ac ſuorum Epiſcoporum, Abbatum & Comitum.
† Signum Adaldagi Hamaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi.
† Signum Hatiberti Cutienſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Druogonis Oſnabrugenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Votonis Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Otvvini Hilſensbeimenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Landvvarti Mindonenſis Ecclaſiæ Epiſcopi.
† Signum Orgeri Nemetinenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum [illegible]ezonis Tortonenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Hucberti Parmanenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Widonis Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopi.
† Signum Attonis Fuldenſis Monaſterii Abbatis.
† Signum Guntharii Herolfesfeldenſis Monaſterii Abbatis.
† Signum Eberarti Comitis.
† Signum Guntharii Comitis.
† Signum Utonis Comitis.

† Signum Crontatis Comitis.
† Signum Ernuſtes,
† Signum Thietheris, Ricdages, Liupen, Hartvviges, Arnolves, Ingilthies, Burchartes, Retinges.

Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo, indictione quinta, menſe Februarii, decimo tertio die ejusdem menſis, anno vero Domini OTTONIS Imperii invictiſſimi Imperatoris vigeſimo ſeptimo, facta eſt hæc pactio feliciter.

Ann. Chriſti 997.

OTTONIS III. MIRABILIS IMPERATORIS AUGUSTI

RESCRIPTUM

AD ABBATEM ET CONVENTUM MONASTERII S. GALLI,

Quo citantur in ius ad Imperatorem.

OTTO TERTIUS, Romanorum Imperator Auguſtus, Abbati ſancti Galli ſuisque Confratribus gratiam ſuam & omne bonum.

Auditis litteris, quibus te Fratres tui pro loci deſtructione & vitæ tuæ transgreſſione accuſant, placuit nobis & Regni Principibus utrosque vos ad præſentiam noſtram vocare, & cauſam veſtram, prout juſticia dictaverit, certa fine terminare. Sub obtentu ergò gratiæ noſtræ mandando tibi præcipimus, ut fratres tuos in nullo in perſonis aut in rebus lædas, ſed eos cum omni honore usque ad præſentiam noſtram perducas, ibique legitimè accuſatus certis rationibus vincaris vel vincas.

Ann. Chriſti 1023.

HEINRICI II. CLAUDI, IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITUTIO

DE FAMILIIS MONASTERIALIBUS ET EPISCOPIALIBUS COMPESCENDIS, vicinorumque Abbatis & Epiſcopi juriſdictione.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HEINRICUS divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, notum facio omnibus ſanctæ DEI Eccleſiæ fidelibus, tam præſentibus quàm & futuris, qualiter aſſidua acclamatio noſtras aures inquietabat ob inveteratas & frequentes contentiones, & ob immarcidas inimicitias, quoque ſemper erant inter Wormacienſem Epiſcopum & Lauriſhamenſem Abbatem; & inter familias utrarumque Eccleſiarum, quæ jam in tantum convaluerunt, ut etiam innumerabilia inter ſe fierent homicidia, & in hoc maximum detrimentum utraque pateretur Eccleſia. Quapropter cum conſilio meorum fidelium id ordinare diſpoſui, quomodo tantæ diſcordiæ temerariam præſumptionem inter utramque Eccleſiam & earum familias, nunc & in poſterum, aut omnino diſſolverem aut impunitam non relinquerem.

1. Imprimis præcepi, & ad hoc peragendum meos Nuncios miſi, ut omnis injuſticia, quæ jam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanſerat, ab * Advocatis illorum utrimque pleniter corrigeretur; & dehinc † prævideant, ne talia apud illos ſic inveteraſcant. Et ſi aliqua nova contentio inter illos exorta fuerit, volo ut conveniant, &, quàm citiſſimè poſſint, corrigant.

* Kaſtenvögt.
† Leg. provideant.

2. Et ne talis ac tantæ ſeditionis audacia ſine digna ultione inter utrasque familias poſt remaneret, per hujus cartulæ præceptum iſtud conſtitui decretum.

3. Si quis ex familia ſancti Petri Wormacienſis, aliquem ex familia ſancti Nazarii, vel e contrario aliquis ex familia ſancti Nazarii quemquam ſervorum ſancti Petri inſequitur, & auſu temerario & armata manu aliquem ad occidendum, vel ad deprædandum ejus curtem ſive ejus domum infregerit, & eum oppugnaverit: & ſi ille aut aufugerit, vel quoquo modo ab ejus poteſtate ſeu impugnatio-

gnatione ſe liberaverit, aut ſi fortè domi non fuerit; illi, qui hujus audaciæ & invaſionis Dux & Princeps fuerit tollantur capilli & corium, & inſuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene caraxetur & comburatur; reliqui ejus ſequaces cute & capillis priventur.

4. Si autem ibi occiditur, omnes, qui hujus homicidii vel invaſionis participes ſunt, cute & capillis perditis ſupradicta combuſtione ſignentur, ac Werigeldum occiſi Domino ſuo auctor homicidii perſolvat, & cum proximis ejusdem interfecti reconciliationem faciat. Et in quocumque loco aliquis ex utraque familia ab utrisque innocens occiditur, homicida ſupradictæ ſententiæ ſubjaceat.

5. Hanc vindictam & illud meum conſtitutum Advocatus, in cujus † Advocatione hoc evenerit, eum ſcientia Epiſcopi & Abbatis in præſentia Nunciorum utrorumque fideliter adimpleat. Si verò Advocatus aut mercede conductus, aut gratia commotus, aliqua calliditate hæc decreta evertere voluerit, gratia noſtra & Advocatione carebit, niſi ſuper ſacras reliquias hoc jurare audebit; Quòd eum, qui homicidii ſeu invaſionis illius reus eſt, nusquam acquirere poſſit, tam, quàm citiſſimè poſſit, acquirat. * Vogtey.

6. Et ſi homicida ex familia Epiſcopi eſt, & Advocatus eum acquirere non potuerit, vel noluerit; fideles Abbatis, ſi poſſint, illum acquirant, & ad prædictam pœnam, præſentibus Nunciis utrorumque, repræſentent. Similiter fiat ex parte Epiſcopi.

7. Et de ſervientibus Epiſcopi & Abbatis illud conſtituimus, ut, ſi quis illorum tale aliquid fecerit, prædictæ pœnæ ſubjaceat, vel decem libris denariorum redimatur.

8. Unum autem eſt, quod volo, jubeo, & firmiter præcipio, ut rem ſemel benè ac rectè definitam nullus renovare vel iterare audeat.

9. Si autem prædictus Epiſcopus aut Abbas hoc decretum annullare cupiat, mihi vel meo ſucceſſori duas libras auri perſolvat; conatum tamen ſuum nequaquam perficiat. Et ut hæc conſtitutio ſtabilis inconvulſaque permaneat, ſigilli noſtri impreſſione hanc cartam inſigniri juſſimus.

Signum DOMINI HEINRICI Romanorum invictiſſimi
Imperatoris Auguſti.

Guntherius Cancellarius vice Arribonis Archicapellani recognovi.

Datum IV. Non. Decembr. Indict. VI. anno Dominicæ incarnationis M XX III. anno Domini HEINRICI SECUNDI regnantis XXIII. Imperii autem anno X. Actum in Triburia, Regia villa, Amen.

RECESSUS CONVENTUS ALSATICI SUB HENRICO III. NIGRO, IMPERATORE AUGUSTO

Ann. Chriſti 1051.

DE CONVENTIONE PACIS PUBLICÆ,

Inſtituta (ut putatur) Hagenoæ, Anno Domini M LI.

NOtum ſit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alſatienſes cum ſuis Primatibus ſubnotatam pacis editionem, juxta Conprovincialium ſuorum decretum, conjuravere; & conjuratam perpetuo, prout homini licet, in hunc modum confirmavere.

1. Pacem verò præcipuè & ſemper ubique omnibus Eccleſiis, & earum atriis; pacem Clericis omnibus, & fœminis, mercatoribus, venatoribus, & cauſa orationis tranſeuntibus, & agricolis dum operantur in agris, vel in agrum exeuntibus, vel redeuntibus.

2. Hujus autem condictionis obſervantiam in dies & in tempora conſideratè diſtributam, à veſpera ſcilicet quartæ feriæ usque ad ortum Solis feriæ ſecundæ, & in legitimis Vigiliis, & in canonizatis Sanctorum feſtivitatibus, & in quatuor Jejuniorum temporibus, & ab Adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ, & à Septuageſima usque ad octavam Pentecoſtes, ita jurejurando ſanxere, ut nullus in hujus condictionis termino arma ferat, exceptis neceſſariò tranſeuntibus, excluſis omnibus publicis Regiæ Majeſtatis hoſtibus.

* i. e. Confœderatum, h. e. juramenti hujus fœdere conjunctum, Eydgenoß.

3. Quicunque antem in prænominatis diebus & temporibus aliquem ſuum * Conjutatorem aut rapina, aut incendio, aut capaivitate, aut aliqua temeraria præſumptione infra curtis ad domus ipſius conſeptum aut conclave invaſerit, aut aliquem ad ſanguinis effuſionem temere percuſſerit: Liber capitali ſumma puniatur; Servus autem manu privetur.

4. Si quis hujus conditionis reum occultaverit, vel occultatum auſergere fecerit, ipſe rei damnationi ſubjaceat.

5. Et quisquis favore vel aliqua hoſtili occaſione Conjuratores ſuos injuſtè acclamaverit, vel temerè evocaverit, & liber & ſervus præfata damnatione puniatur.

6. Et ſi quis aliqua intentione quaſi reus acclamatus fuerit, & ipſe innocentiæ ſuæ expurgationem appellaverit, liber vel perſonatus ſerviens, ſi intra patriam eſt, poſt ſeptem dierum inducias cum totidem ſuæ comparitatis teſtibus: plebejus autem & minoris teſtimonii ruſticus, aquæ frigidæ ſe expurget judicio.

* Videndus Cujacius ad conſtit Frider. de pac. publ. lib. 5. Feud ubi hunc locum adducit.

7. Si quis ſicli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit, * corium cum capillis perdat. Si ſecundò vel tanti vel quinque ſiclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur. Si tertiò, absque omni dubietare ſuſpendatur.

8. Si autem publica Imperatoris expedirione, aut condirionali excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu: ſi autem iter prolixius fuerit, caballorum tantùm cibaria, & ad veſcendum ſumant neceſſaria, & nihil præter herbam, olera, poma, ligna, & quæ ad venatoria pertinent exercitia, tollere præſumant. Equi autem admiſſarii, quod vulgariter Stuot vocatur, & vineæ, & ſegetes, ſub hac pacis condictione perpetuò permaneant; niſi forte aliquis ad paſcendum equum ſuum in tranſeundo indigeat, ſumat quod in paſcendo ſufficiat, in via tamen publicè.

9. Quod quisque ante hujus condictionis decretum aliquo vel proprietatis vel regiminis jure poſſedit, & nunc eodem jure poſſideat.

10. Si quis autem ſeſe ab hujus pacis ſacramento ſubduxerit, aut juraſſe falſò confeſſus fuerit, prænotato teſtium numero, prædictoque teſtimonii judicio, ſi infra hujus decreti terminum converſari voluerit, affirmet. Et ſi affirmare noluerit, vel aliqua occaſione contradixerit, aut conditionali legi ſubjaceat, aut diſcedens diſcedat.

11. Summoperè autem omnibus hujus decreti invigilandum eſt & providendum auctoribus, ne quid in hac condictione temerè agatur & ſine diſcretione.

12. Ad hujus ſacramentum juniores ſemper inducantur, vel etiam cogantur, hoc attendentes, quia quanto juniores, tanto negligentiores.

* Ejus nominis IX qui fuit natione Alſatus, ex familia Comitũ Dagsburgiorum. Ann. Chriſti 1133.

13. Et ne tam utile tamque ſacroſanctæ pacis decretum odioſè negligatur, à Sacerdotibus diligenter caveatur, & quia * LEONIS Papæ banno ſancitum eſt, cunctis Dominicis diebus conſtanter doceatur. Et ſemper in quartæ feriæ veſpera, DEI pacis adventus, ut oportet, cum ſonitu campanarum publicè indicetur.

INNOCENTII II. PONTIFICIS ROMANI

DECRETALIS

DE OBEDIENTIA EPISCOPORUM METROPOLITANO PRÆSTANDA.

Studio atque opera LOTHARII II. SAXONIS, Imperatoris Auguſti, edita.

INNOCENTIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, venerabili fratri, Adalberoni Hammaburgenſi Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonicè promovendis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad hoc in beati Petri cathedra, diſponente Domino, cunſtituti eſſe conſpicimus, quatenus ſingulis Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis ſuam conſervemus juſticiam, & qualiter tam temporaliter quàm ſpiritualiter earum ſtatus integer perſeveret, ſalubriter providere curemus. Dignum etenim & rationabile eſt, ut ſicut ſacroſancta DEI Eccleſia unitatis ac fidei perpetua mater exiſtit, ita nimirum ejus privilegia cuſtodiantur illæſa, & nullis moleſtiis, nullis oppreſſionibus pravorum hominum fatigetur.

Sæpe utique venerabilis Adalbeto Hammaburgenſis Archiepiſcopus in præſentia prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Calixti & Honorii, ac noſtra, queſtus eſt, Aſcerum Lundenſem, & alios Epiſcopos Daciæ, tibi debitam, ſicut Metropolitano ſuo, quemadmodum in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum, continetur, obedientiam denegare: frequenter autem & à prædictis prædeceſſoribus noſtris, Calixto & Hono-

rio, &

tio, & à nobis eis mandatum eſt, ut ad tuam & Hammaburgenſis Eccleſiæ redirent obedientiam: aut ſi quam ſuper hoc juſtam ſe habere confiderent rationem, ad Sedem Apoſtolicam venirent, oſtendere parati. Ipſi verò Apoſtolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec reſponſales miſerunt.

Quia igitur nemo lucrum debet de ſua contumacia obtinere, ex deliberato fratrum noſtrorum, Epiſcoporum & Cardinalium, conſilio, tam Lundenſem quàm alios Epiſcopos Daciæ tibi reſtituimus. Ad formam itaque privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Epiſcopatus Daciæ, Svvediæ, Norvvegiæ, Farriæ, Gronlandiæ, Halſingalandiæ, Islandiæ, Scridivindiæ & Slavorum, chariſſimi filii noſtri LOTHARII Regis precibus inclinati, tibi & per te Hammaburgenſi Eccleſiæ, ſuæ videlicet Metropoli, præſentis ſcripti pagina confirmamus. Lotharius III. Imper.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptaverit, ſecundò tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emandaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exſiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini redemptoris noſtri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hæc ſtatuta noſtra ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU CHRISTI, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Datum Romæ apud montem Aventinum, per manum Almerici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, VI. Kalend. Junii, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno M C XXXIII. Pontificatus verò Domini Innocentii PP. II. anno III.

INNOCENTII II. PONTIFICIS ROMANI

Ann. Christi 1133.

DECRETALIS

DE OBEDIENTIA EPISCOPORUM METROPOLITANO PRÆSTANDA,

Studio atque opera LOTHARII II. Imper. Auguſti, edita.

INNOCENTIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum DEI, venerabilibus fratribus, univerſis Epiſcopis Suediæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Æquum eſt, ut qui aliis præeſſe deſiderat, ſuis Prælatis revereri humiliter non erubeſcat. Ceterum venerabilis frater noſter Adelbero Hammaburgenſis Archiepiſcopus ad Sedem Apoſtolicam veniens, graviter queſtus eſt, quòd cùm vobis ſicut in antiquis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai & Adriani, Romanorum Pontificum, continetur, Metropolitico jure præſideat, debitam ei obedientiam ſubtrahatis. Quod profectò à vobis tanto eſt ſtudioſiùs corrigendum, quanto ſubjecto populo etiam in hoc bonæ converſationis exemplo debitores eſtis, impendere. Per præſentia itaque ſcripta fraternitati veſtræ mandamus, quatenus præfato fratri noſtro Adelberoni Hammaburgenſi Archiepiſcopo, tanquam Metropolitano veſtro, obedientiam & reverentiam deferatis, & nullam ei ſuper hoc moleſtiam de cetero irrogetis. Dat. apud montem Aventinum, VI. Kalend. Junii.

Ann. Chriſti 1184.

CONSTITUTIONES

ACTA
COMITIORUM GEILENHUSIENSIUM
SUB FRIDERICO I. BARBAROSSA, IMPERATORE AUGUSTO, ET HENRICO VI. REGE ROMANORUM,
DE INVESTITURIS ECCLESIASTICORUM, ET DECIMIS.
Anno DOMINI M. C. LXXXIIII.
IN NOMINE DOMINI.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. C. LXXX. IIII. edixit Dominua FRIDERICUS Imperator Curiam generalem in Geilenluſen, ubi convenit moltitudo Epiſcoporum & Principum Imperii.

1. Et procedens in concionem Imperator, ſic omnibus locutus eſt; Rogamus vos Summos Sacerdotes & Epiſcopos & Principes, quorum corda juſticia poſſidet, ut animadvertatis, quæ dico. Cumpertum fortè habetis, quantis adverſitatibus impetar à Domino Papa. In quo antem gratiam ipſius diminuerim, ignoro. Unum mihi conſtat, quòd numquàm animum ejus exacerbare ſtudui, nec aliquando contra ejus præceptum vel voluntatem aliquid feci. Nihil etiam ab ipſo contra jus indecenter exegi. In quibus autem ipſe me arguere habuit, non iraſcendo vel contradicendo, ſed obœdiendo & rationem reddendo, decenter ad omnia reſpondi. Et quoniam in omnibus hiainnocentia mea mecum eſt, Iccireò non conturbor, ſed ſi placuerit Domino Papæ me filium habere dilectum & ſubjectum, ego eum pro honore & reverentia ſanctæ Apoſtolicæ Sedis patrem habeo dilectum & reverendum. Si autem ad dejectionem meam non dico injuſtè, ſed ineptè aliqua molitus fuerit, ſpero quòd divina favente clementia, veſtro ſimiliter etiam adjutus conſilio & auxilio, intrepidus ei ad omnia reſpondeam. Hæc pro parte mea dixerim. Pro parte autem veſtra quid ſit faciendum, diligenter penſandum eſt.

2. Dicit enim Dominua Papa, injuſtum eſſe, aliquam laicam perſonam decimas poſſidere, quas manifeſtè Dominua his, qui altari deſerviunt, deputaverit. Quod ſicut de Scripturis habet auctoritatem, ita eadem auctoritate evacuare contendit. Scimua autem decimas & oblationes à DEO Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cùm tempore Chriſtianitatis ab adverſariis infeſtarentur Eccleſiæ, easdem decimas Præpotentes & Nobiles viri ab Eccleſiis in beneficio ſtabili acceperunt, ut ipſi defenſores Eccleſiarum fierent, quæ per ſe obtinere non valerent.

3. Affirmat etiam injuſtum eſſe, quòd aliquis in prædiis ſeu hominibus Eccleſiarum Advocatiam ſibi uſurpet; aut ſicut Eccleſiæ de libera voluntate ſeu donatione Imperatorum vel Principum fundatæ ſunt, ita res Eccleſiaſticæ à Prælatis tantùm liberè diſpenſentur.

4. Et quamvis hæc pro Prælatis eſſe videantur, non tamen credo, quòd ita facilè mutari poſſint, quæ ex longa antiquitate uſus in conſuetudinem vertit, imò ipſa conſuetudo, à progenie in progeniem deſcendens, quaſi juſta traditione roboravit. Hæc de parte veſtra dicta ſufficiant.

5. Quæro autem à vobis, Rectores Eccleſiarum, quid inter iſta de vobis mihi ſciendum ſit? quid timendum? quidue vel quantum de veſtra fidelitate præſumendum? Sed quia à Domino jubemur reddere quæ ſunt Dei, Deo; & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: ſic rogo, Domino Papæ in vice Chriſti debitam perſolvatis obedientiam, ut in parte altera à Deo conſtitutam non negligatis juſtitiam.

6. Ad hæc verba ſurgens Dominus Moguntinus Conradus, accepta opportunitate ſic locutus eſt: Domine, rogamus Serenitatem veſtram, ut paululum verba noſtra attendatis. Caſus iſte, in quo laborare videmur, gravis eſt.

Nec noſtrum, inter vos tantas componere lites.

Quia (ſicut paulò ſuperiùs dixiſtis) ex una parte tenemur reddere DEO, quæ DEI ſunt; ex altera parte, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Domino enim Papæ, ut patri ſpirituali, qui ſupra omnes eſt, juſtum eſt ad omnia promtiſſimè obedire: vobis autem, quem DEUS Principem & Imperatorem Romani orbis exaltavit, cui hominium fecimus, à quo & temporalia poſſidemus, ad aſſequendas omnes juſticias veſtras jure tenemur aſſiſtere. Nunc ergò ſine præjudicio melioris conſilii, ſi placet,
* al. commoveatur. ſcribatur Domino Papæ ex perſona Epiſcoporum, in quibus * commoneatur ut ea, quæ ad pacem ſunt, vobiscum ſentiat, & juſticiam vobis in his, quæ juſtè ab eo exiguntur, faciat.

7. Placuit Imperatori & omnibus Epiſcopis, quod dixerat. Et ad voluntatem Imperatoris ſcripta eſt epiſtola, ſignata bullis Epiſcoporum omnium, & permiſſa ad Dominum Papam.

FRIDE-

FRIDERICI II. IMPERATORIS AUGUSTI LIBER RESCRIPTORUM.

RESCRIPT. I.

DE COMMISSIONE VICARIÆ CUM POTESTATE GLADII.

FRIDERICUS, DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR, SEMPER AUGUSTUS, &c.

AD extollenda juſtorum * præmia, & reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, * al. præconia, proſpiciens de cœlo juſticia erexit in populis regnantium ſolia, & diverſoſum Principum poteſtates. Caruiſſet namque libenter humana conditio jugo Domini, nec libertatem à ſe, quam eis natura donaverat, homines abdicaſſent, niſi quod impunita licentia ſcelerum, in evidentem perniciem humani generis redundabat, & ſic neceſſitate quadam oportuit nuſtram ſubeſſe juſticiæ & ſervet æjudicio libertatem. Sed nec extrinſecus exquiri decuit ſpeciem aliam creaturæ, cui ſe repræſentata per hominem cœleſtis imago ſubjiceret: ſed homo prælatus eſt homini, ut gratiorem prælaturam efficeret identitas ſpeciei. Potiſſimè tamen Divina ſententia præfecit ad regimen populorum Imperium, dum oſtenſa ſibi figura numiſmatis, in redditione cenſus ac ſolutionibus tributorum, præ cæteris Regibus Cæſareæ fortunæ faſtigium *a* præſignivit. Cui diverſimodas ſubdidit nationes, non ad hoc ſolùm, ut eis imperando præeſſet, ſed ut ipſis potius juſticiæ copiam miniſtrando prodeſſet. a mſ. præſignavit.

2. Inter alias igitur occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more, pro ſalubri Reipublicæ ſtatu, noſter Spiritus quotidiè fatigatur, occurrit cogitationibus noſtris potiſſimùm, revolventes quod Lombardiæ Provincia utiq; nobilis, & pars Romani Imperii precioſa, diu proviſione juſticiæ caruiſſet: propter quod tam filios & indigenas ejuſdem Provinciæ, quàm advenas in Provinciam venientes, in perſonis injurias, & in rebus damna non modica novimus fuiſſe perpeſſos: & ibidem jura Imperii multipliciter diminuta.

3. Ne igitur talentum nobis creditum negligenter abſcondere videamur, utpote qui villicationis nuſtræ rationem ſumus in examine diſtricti judicii reddituri, ad hoc dirigimus aciem mentis noſtræ, ut ad procurandum ſtatum pacificum regionis ipſius, Imperialis proviſionis inſtantia ſalubriter intendamus. Quia tamen ad præſens circa alias partes Imperii neceſſariò detinemur, ne terra prædicta tantiſper fructu noſtræ providentiæ careat, cui potentiæ noſtræ præſentiam, nec non & potentiam noſtram proximam pollicemur: ecce de tua providentia & fidelitate confiſi, te de latere noſtro ſumptum generalem Vicarium, à Papia inferiùs in Lombardia, ad eos velut conſcientiæ noſtræ conſcium, pro conſervatione pacis & concordiæ, ſpecialiter deſtinamus, ut vices noſtras univerſaliter geras ibidem.

4. Nec tamen te ſola Vicarii poteſtate volumus eſſe contentum, licet ſolo Vicarii nomine cenſearis: ſed tibi uſque ad aliud mandatum noſtrum adjicimus officium *b* Præſidatus, concedentes b al. præſidiatus. tibi merum & purum imperium & gladii poteſtatem: & ut in facinoroſos animadvertere valeas vice noſtra, purgando Provinciam, malefactores inquiras, & punias inquiſitos; & ſpecialiter eos, qui ſtratas & itinera publica auſu temerario violare præſumunt.

5. Criminales etiam quæſtiones audias & civiles, quarum cognitio, ſi præſentes eſſemus, ad noſtrum auditum *c* pertineret. c al. perveniret.

6. Liberaliter quoque audias & determines quæſtiones: & imponendi banna & mulctas, ubi expedierit, auctoritatem tibi plenariam impertimur.

7. Decreta utique interponas, quæ ſuper tranſactione alimentorum, alienatione eccleſiaſticarum rerum, & tuitione minorum, ſecundum juſticiam interponi petuntur.

8. Tutores etiam & curatores dandi quibus libet tibi concedimus poteſtatem.

9. Et ut majoribus & minoribus, quibus univerſa jura ſuccurrunt, cauſa cognita, reſtitutionis in integrum beneficium valeas impertiri.

10. Ad audientiam quoque tuam, tam in criminalibus quàm civilibus cauſis, appellationes deferri volumus, quas à ſententiis ordinariorum Judicum, & eorum omnium, qui juriſdictionem ab Imperio ſunt nacti, in Provincia ipſa videlicet, à Papia inferiùs in Lombardia (prout ſuperiùs dictum eſt) continuo interponi. Ita tamen quod ſententia tua ad audientiam noſtri culminis poſſit liberè provocari, mixtæ cauſæ qualitas, vel appellationum numerus, appellationis auxilium adimat appellandi.

11. Quapropter fidelitati tuæ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ad ſtatum pacificum regionis ipſius, & reparationem noſtrorum & Imperii jurium, in eandem fidem tuam & ſollicitudinem, ſicut gratiam noſtram diligis, ſic efficaciter & diligenter impendas, ut in te diligentiæ tuæ teſtimonio, electionis noſtræ judicium commendetur, dum talem tanto negocio duximus præponendum, ex cujus fide & induſtria, Serenitatis noſtræ ſalubre propoſitum de obſervatione jurium regionis ejuſdem ſingulis exprimatur.

RESCRIPT. II.
DE VINDICTA PRODITORIS, ET REI LÆSÆ MAJESTATIS,
FRIDERICUS &c. CAPITANEO REGNI.

NE divino inſtinctu præcognito, at ausu præcipiti furioſa, de ſuo irrationabiliter facinoroſo triumphet auctore: C. reum læſæ Majeſtatis noſtræ crimine deprehenſum, poſt multa variaque tormenta, ut unius pœna ſit timoris incuſſio plurimorum, pœnam ſubire decrevimus capitalem.

2. Sanè quod noſtri regnicolæ, præcognitis undique ſtipendiis meritorum, majoritatem perſonæ in meditationis trutina cum criminis enormitate ſuſpendant: magnifica beneficia ſibi à noſtra Majeſtate collata, nec non ipſius enormitatis exceſſus, ad noticiam perferri volumus ſingulorum.

3. Porrò hic eſt, qui de terra ſterilitatis eductus, caducarum rerum opulentia ad votum & ultra extitit fœcundatus. Qui te immoderatè laſciviens animo, qui plerumq; conſuevit —— *rebus luxuriare ſecundis*, miniſterii occaſione latentis ſedulus, de præconcepto tranſgreſſionis fomite, mortis hauſtum ei ſtuduit propinare, à quo multorum ſalus & incolumitas procurantur, volens cum homicidio, immò potiùs cum homicidiis omnium illorum, quorum vita dependet à noſtra, læſæ crimen Majeſtatis committere.

4. Unde ſalubris proviſionis conſilio, nequitiæ paſſus metiendo cum paſſibus pietatis, quod proditorum delerent germina, & factionum fluvium deſiccaret, edixit cum conſilio Procerum divino programmate Imperialis Excellentiæ magnitudo; ut idem terras ſingulas Regni noſtri cum improperiis peragat & tormentis, ultimum poſtremò ſupplicium ſubiturus. Inſtar enim pietatis eſt, in hujuſmodi ſceleris correctione fuiſſe crudelem.

5. Quare ne Dei reverentia retardet crudelitatis, quin immò pietatis officium, nec feſtis diebus reus læſæ crimine Majeſtatis à Principe, adverſus quem talia molitus eſt, veniam dignè poterit expectare. Nam ſi feſta dies non ceſſat perdere furem, quando minus deſiſtet pœnam infligere hujuſmodi proditori?

6. Exequaris igitur tamquam noſtri judex propoſiti, ut effectu operis clareat, quantum habes odii adverſus tam immenſi ſceleris patratorem. Nec te moveat, quod ad effectum non duxerit, quod intendit; quoniam non debet vindictam effugere, quem tam diri conſcientia facti mens habet attonitum —— *& ſurdo verbere cædit.* Has enim pœnas patitur ſola peccandi voluntas. Nam
Facti crimen habet in ſe ſcelus qui cogitat illud, etiamſi curſum facinus non attigerit peroptatum.

RESCRIPT. III.
DE PUNIENDIS HOMICIDIS ET SICARIIS.
FRIDERICUS &c. IUSTICIARIO REGNI.

TE redargutionis & culpæ non vidimus nota carentem, dum contra N. & G. qui homicidium ſub umbra noſtri nominis commiſiſſe dicuntur, tam lenè, tam ſegniter, te audivimus proceſſiſſe. Sequitur etenim, quod dum maleficiorum exceſſus hujuſmodi, juſto Præſidis rigore non ſtringuntur, vicioſa ſibi jam pœnæ remiſſio, nutritiva ſit criminum, & *facinoroſis ex hoc enormis creſcat audacia, & liber quodammodo tranſitus violentiæ præbeatur.

* mſ. facinorum ex hoc creſcat audacia.

RESCRIPT. IIII.
DE INQUISITIONE FACIENDA CONTRA OFFICIALES.
FRIDERICUS &c. FIDELIBUS SUIS.

SÆpe contingit, quod dum proceſſus & geſta noſtrorum Officialium ignoramus, benemeriti plerumque a ſecluduntur à præmiis, & obnoxii eximuntur à pœnis. Sicque ſubditorum noſtrorum fides ex noſtræ retributionis ſubtractione minuitur, & ex impunitate ſcelerum augetur malicia delinquendi.

a mſ. excluduntur.

2. Ut igitur proceſſus eorum, quos ad oculum videre non poſſumus, nobis relatione veridica referentur, fideles noſtros ſuper viſitandis Officialibus noſtris ſpecialiter duximus deſtinandos. Fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſuper omnibus, quæ ad eorum Officialium viſitationem ſpectare noſcuntur, prout in literis commiſſionis eorum plenius continetur, eiſdem fidelibus noſtris parere & intendere debeatis, &c.

RE-

RESCRIPT. V.
DE VIA PUBLICA, ET PONTE PUBLICO REFICIENDO.

FRIDERICUS &c. IUSTICIARIO REGNI.

AD evitanda diſcrimina generalis incommodi, quæ in tranſeundia aquarum decurſibus, dum ex pluviali maximè turgeſcunt alluvie, humanis perſæpe caſibus ingeruntur, artis artificis providit antiquitas, ut in fluvialibus locis deputatis ad tranſitum, utriuſque ripæ compaginata commoditas, *a* minantis aquæ proſtratâ ſuperbiâ, per Pontium tramites viatoribus pandat iter &c. Ad quorum conſtructionem, nec non ad reparamenta viarum, quæ itinerantibus neceſſariò *b* frequentantur, etiam ſine mandati oraculo, tanto libentiùs debent *c* aſpirare deſideria ſubditorum, quanto per id generalis utilitas tangitur, & multa perſonarum pericula rerumque diſcrimina præcaventur.

a mſ. ruinantis.
b mſ. frequentare provocantur.
c. mſ. aſpicere.

2. Cumque nuper ad audientiam noſtram pervenit, quod flumen ſitum in juriſdictione tua, propter inundationes aquarum, ſic ſe pro tempore protendat horribile, ut nullus hinc inde tranſitus volentibus obſecundet: volentes inhabitantibus Provinciam de conſenſu noſtrorum fidelium, ſed præcipuè quorum fidei ſuæ meritis libenter commoda quærimus, tam benignè quàm ſalubriter providere; fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus univerſitatem civitatis N. nullis eccleſiis, eccleſiaſticis ſeu ſecularibus perſonis exceptis; efficaciter moneas & inducas, & ſi expedient, auctoritate noſtra compellas, ut pontes, vias omnes, quæ circa partes & diſtrictus civitatis ipſius neceſſariò expedit reparari, debita faciat reparatione fulciri. Super quo eam diligentiam habere te volumus, quam tanti boni generalitas, & mandati Dominici proſecutio ſtudioſa requirit.

RESCRIPT. VI.
SUPER EODEM.

IDEM EIDEM.

TUnc nomen noſtrum * clarificabimus hæreditandum in poſteris, cùm fulgemus pietatis operibus in modernis; cùm per ea, quæ in præſenti agimus, *a* deſcriptionem noſtram futuris in ſpeculo tribuamus.

* al. glorificamus
a mſ. diſcretionem.

2. Hac igitur ſalubri intentione præmoniti, pontem cœptum in flumine *b* Aufidi, periculoſo ſæpe viatoribus & damnoſo, præcipimus percompleri.

b al. Anfidus. mſ. Anſidus.

3. Et quia de noſtro tribuimus, cùm de noſtrorum facultatibus erogamus, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per homines terrarum juriſdictionis tuæ, quos interclùſa ſchedula continet, quantitatem pecuniæ imponi facias interclùſam, ea æqualitate & moderatione taxandam, ut nullus exinde rationabiliter conqueratur. Quam recollectam & diſpenſatoribus in opere ejuſdem pontis facias aſſignari, in pontis ipſius complemento utiliter convertendam &c.

RESCRIPT. VII.
DE NON DIRUENDIS DOMIBUS PRODITORUM, QUARUM DIRUTIO INFERT DAMNUM FIDELIBUS.

FRIDERICUS &c. EIDEM.

SIc conſvevit aliquando tranſgreſſio puniri nocentium, ut pœnæ rigiditas, cujus relaxatio viam delinquentibus aperit, innoxiorum modeſtiam propulſet interdum; cùm nonnumquam malorum peccata juſtos impediant, & virtutes pro vitiis ſæpe crimina ferant. Sic in noſtræ deliberationis examine, ubi juſticia experiri non novit injuriam, ſic peccantium puniri deſideramus exceſſus, ut fidelium innocentia non prematur, ſed miſericordia rigori præponderet, & præferatur benignitas ultioni.

2. Ea propter cum domos P. de ... expulſi de Regno ob ipſius evidentes exceſſus, & manifeſtas offenſas, dirui juſticia noſtra mandaverit, ac ex ipſarum dirutione domorum domus fidelis noſtri, qui prædicti P. factiones abominans, ſemper fidei noſtræ cultum, prout novimus ex plurium relatione, dilexit, irreparabile damnum propter dirutionem incurrat: ad ſupplicationem N. fidelis noſtri, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſuperſedeas dirutioni domus prædictæ ad præſens, quouſque aliud exinde tibi à Majeſtate noſtra mandetur, quia volumus potiùs ex humanitate rigorem extenuare juſticiæ, quàm in ipſius obſervatione lædere innocentem &c.

RESCRIPT. VIII.
DE PUNIENDO VILLICO, QUI DOMINI SUI CORRUPIT PEDISSEQUAM ET UXOREM.

FRIDERICUS &c. JUSTICIARIO.

REm pernicioſam exemplo pernicioſo nuper audivimus perpetratam; videlicet, quòd cùm N. Miles, fidelis noſter, Dominus ejus, apud ipſum univerſaliter rei familiaris depoſitum, & pudicitiam cujusdam pediſſequæ, immò uxorem propriam, etiam (niſi dicere pudeat) fœnoris non ignorans, ſtudioſè, ſed temerariè commendaſſet, depoſitarius ipſe fide dupliciter violata, perjurio furtum, & furto perjurium, quod ex ipſius rei depoſitæ contraria * contractione contraxerat, fui-oſæ libidinis conſortium aggregavit.

2. Hanc igitur inimicitiæ familiaris peſtem, ſicut efficaciorem † conſpicimus ad nocendum, ſic pœnæ durioris aculeis ipſum eſſe decrevimus feriendum: tuæ fidelitati mandantes, quatenus, ſi eſt ita, juxta confeſſionem maleficii, quam conſuevit in publicum conſcientia læſa producere; vel talibus probationibus, qualibus hujusmodi maleficium, quod tamquam hominum aſpectibus horridum, & humanis viſibus verecundum, vix aut numquam ex viſu probari poſſet, expoſcit, villicum ipſum prænominatum mutilari continuò vaſis ſeminariis facias; ut ejus acerbæ, ſed juſtæ vindictæ terrore ruſtici, quin etiam quilibet familiares addiſcant luxuriæ ſuæ frenum imponere, & non tantùm in uxoribus Dominorum, ſed in focariis etiam cum pudicitia fidem, & eum fide pudicitiam obſervare.

* for. contractatione.

† al. proſpicimus.

RESCRIPT. IX.
DE DEVASTANTIBUS SEGETES NOCTIS TEMPORE.

FRIDERICUS &c. JUSTICIARIO.

NE per impunitatem criminum convaleſcat inſolentia perverſorum, fidelitati tuæ mandamus, quatenus illos, qui quasdam ſegetes diſcreti viri N. in noctis ſilentio temerè devaſtarunt, ut eidem debitam ſatisfactionem impendant, veritate agnita, tradita tibi à nobis poteſtate compellas, talem pœnam inſligens eisdem, quòd ea ipſis ſit ad ſupplicium, & cæteris in exemplum.

2. Si verò aliqui rebelles temerè ſe opponerent in hac parte, ipſorum temeritatem taliter corrigas & caſtiges, quòd qui ſe ſtultum demonſtrat in culpa, ſapiens ſit in pœna.

RESCRIPT. X.
DE REFORMANDA PACE INTER MINORES ET MAJORES.

FRIDERICUS EIDEM.

PAti nolentes, ut minores à majoribus opprimantur, diſcretioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus inter Milites & populares civitatis procures pacem & concordiam reformare.

RESCRIPT. XI.
DE CAPIENDO PRODITORE, QUI ROMAM PRO ABSOLUTIONE FUGIEBAT.

FRIDERICUS EIDEM.

DIvinis & humanis inſtitutis non abſonat, quòd qui noſtram non verentur laceſcere Majeſtatem, & contra noſtra quotidiè commoda moliuntur, à nobis & Regni noſtri fidelibus in perſonis & rebus eis inferri debeant detrimenta.

2. Cum igitur Johannes de N. qui ſuis factionibus uſque modò Imperii noſtri viribus extitit adverſatus, coram noſtræ Celſitudinis effigie comparere devitans, ut Imperialis evadat aculeos ultionis, ſub fictæ pietatis velamine Apoſtolorum intendat limina viſitare; non volentes, ut fraus & dolus patrocinentur eidem, fidelitati tuæ damus firmiter in mandatis, quatenus per vias & ſemitas ponas inſidias, eumque capias, ſi inciderit in easdem, ut qui Imperiali diademati inferre non puduit læſionem, cadat ipſe in laqueum & decipulam, quam teſcodit vel paravit.

RE-

RESCRIPT. XII.
DE EXACTIONIBUS ULTRA DEBITUM.

FRIDERICUS EIDEM.

GEneralis ſubditorum noſtrorum Regni Siciliæ auribus noſtris inculcata ſæpius. non ſine vehementis * admirationis materia, Majeſtatem noſtram ſæpe querela commovit: quòd cùm de mandato noſtro fidelibus noſtris collectas imponi contingat, impoſitores earum, qui cum ſumma diligentia & ſolemnitate debita, juxta noſtrorum † ordinationem Officialium, eliguntur, amore, timore, vel odio deviant, quod juramento promittunt: & aliquando quibusdam parcentes, alleviando conſanguineos & affines, pro eorum arbitrio aggravant reliquos, eis onera importabilia imponendo, nulla ſacramenti reverentia obſervata, nec ad Majeſtatem noſtram aliquem habendo reſpectum. Quô fit, ut neceſſariò ſumma impoſita tempore congruo, & ſine magno ſtrepitu haberi non poſſit; ac ut negotiorum noſtrorum & votorum executio retardetur. * mſ admini-ſtrationis. † mſ. ordinem.

2. Collectorum quippe tantum crevit impunita temeritas civitatum & locorum aliorum, ut ne dum in fiſci noſtri præjudicium temeroſam exactionem exerceant in pleroſque, immò improvidè partem receptam fiſcalis pecuniæ in uſus proprios convertere non formidant · licitum eis fore in noſtra putantes abſentia, quod nobis in Regno manentibus fortè committere vererentur.

3. O tu igitur, quem inter alios fideles noſtros elegimus, de tua prudentia & legalitate confiſi, tibi committimus vices noſtras, fidelitati tuæ mandantes, quatenus per ſingula loca, civitates, & caſtra juriſdictioni tuæ ſubdita, te perſonaliter conferens, inquiſitionem ſuper his facias diligentem; & quicquid inde inveneris, ſeriatim culmini noſtro ſcribas.

RESCRIPT. XIII.
DE COLLIGENDA PECUNIA PRO MARITAGIO FILIÆ IMPERATORIS.

FRIDERICUS &c. JUSTICIARIO TERRÆ LABORIS.

FIdelitatis noſtræ cultoribus, quos in ambitu Regni noſtri Siciliæ in via pacis & ſecuritatis deducimus, humanitatis majoris oſtendere ſigna non poſſumus, quàm ſi eum ipſis in communicare virium noſtram magnificentiam conamus: & dum ab eis faſtigia noſtræ majeſtatis deferimus pariitatis ob eos materiam invenimus ab experientiæ fructibus fide nacta, qui dum in eorum ſenſibus nos humaniora diſponimus, devotiores ipſos in noſtris obſequiis experimur.

2. Et ideò cùm pro maritagio filiæ noſtræ chariſſimæ, quam filio N. Marchionis Miſnenſis decrevimus copulandam, à fidelibus noſtris regnicolis ſubventionem placeat exhiberi: fidelitati tuæ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus † in Kalendis proximi futuri menſis Aprilis, cum generalis collectæ pecuniam poſſibiliter credimus recollectam, medietatem totius generalis collectæ prædictæ, præſenti anno, de mandato noſtro in tua juriſdictione taxatæ, per ſingulos Juſticiariatus ejusdem tuæ juriſdictionis diſcretione provida imponi facias & recolligi, feſtinanter eam ad noſtram * Curiam deſtinandam. † al. iii. Calēd. * al. Cameram.

RESCRIPT. XIV.
DE RECLUDENDIS FENESTRIS MONASTERII PROPTER ASPECTUM SECULARIUM.

*FRIDERICUS &c. * ABBATI ET CONVENTUI MONASTERII N.* * mſ AL-BERTO.

PRomta vos devotione recipere ſcripta noſtra conjicimus, quæ vobis maximè obſervantiam honeſtatis & regularitatis decorem tangentia deſtinamus, Credentes in hoc mandatis noſtris vota veſtra concurrere, & literarum noſtrarum ſeriem noſtris deſideriis convenire.

2. Cum itaque nuper ad audientiam noſtram pervenerit, quod domus, quas Magiſter N. de N. habet, domibus Monaſterii veſtri multa ſint proximitate vicinæ, ita, quod utriſque ſe feneſtris oppoſitis intuentur: quod quamquam eſſet ſecularibus horridum, & videri poſſet irregularibus inhoneſtum, ipſe tamen æquanimiter hactenus, dum fratris ejus, qui Monaſterii veſtri regimini præfuit, mutuis hinc inde poterat recreari colloquiis, vicinitatis tantæ conjugia * toleravit. * al celebravit.

3. Nunc antè cùm idē frater mortalitatis dicator debitū exolviſſe, nec deceat ipſū inanteà cum uxore ſeculariter conviventē, extraneos in domibus ſuis tam proximos habere reſpectus, ac Ordini veſtro conveniat, oculos a mundanis aſpectibus ſequeſtrare: devotionem veſtram requirimus, & hortamur

attentè, mandantes quatenus feneſtras domorum veſtrarum, quod libenter vos facere credimus, ſic obſtrui faciatis, quod per hoc ejusdem Magiſtri placeatis affectibus, & per honeſtatis veſtræ conſtantiam, bonorum exemplis operum alios informetis.

RESCRIPT. XV.

UT COMPELLANTUR REDIRE AD HABITANDAS TERRAS SUAS ILLI, QUI PRO VITANDIS COLLECTIS FRAUDULENTER FUGERUNT AB EISDEM.

FRIDERICUS JUSTICIARIO.

INtellecto nuper, quod nonnulli habitatores Regni, ut collectarum & aliorum Curiæ noſtræ ſervitiorum ab aliorum ſuorum civium communione ſe ſubtrahant, incolatus propriis domiciliis derelictis, ſe ad alia loca juriſdictionis tuæ, in quibus eorum non ſit nota conditio, per doloſa ſuffragia tranſtulerunt; & ſic onera, quæ communes humeros exigebant, incumbunt reſiduis intolerabiliter ſupportanda. Quocirca fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus quoscumque habitatores terræ ipſius, ob cauſam prædictam propria domicilia inveneris reliquiſſe, ipſos ad incolatus terræ ſuæ in continenti redire, qua videris rerum & perſonarum diſtrictione compellas, ut fugam ipſam, quam in aliorum præjudicium fraudulenter ingeſſerant, nullum ſibi ſentiant patrocinium exhibere.

RESCRIPT. XVI.

DE MANUTENENDIS ET DEFENDENDIS ILLIS, QUOS ET QUORUM BONA SUPER PROTECTIONE IMPERIALI SUSCEPERAT.

FRIDERICUS EIDEM.

VOcatus nuper ad præſentiam noſtram Magiſter Petrus de Vineis, pro inſtantibus Excellentiæ noſtræ ſervitiis, quæ perſonam ſuam ſpecialiter exigebant, domeſticas & feſtivas primitias nuptiarum, quæ in conjugii vicinitate tripudiant, mandatis parendo Dominicis, interrupit. Cumque domus ſuæ & conſortis ſuæ novæ conſtantiam, cujus erat in ſuo pectore cura major, dum cuſtodes incertos, & incognitos hoſpites nollet ad hoc, vel potiùs dubitaret admittere, & ſocrui ſuæ, de qua præcæteris confidebat, ſpecialiter & fiducialiter commiſiſſet. Quæ licet in totum virilem implere non poſſit abſentiam, nihilominus tamen ne abinde diſcedat, dictus Magiſter noſtro culmini ſupplicavit, ut domum & filios ſocrus ipſius, quos ex cauſa prædicta deſeruit, ſub noſtra protectione recipi mandaremus.

2. Cujus ſupplicationibus inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus domum, terram, & filios mulieris ipſius non permittas ab aliquo moleſtari, ſed ipſos in eorum juribus, auctoritate noſtri culminis, manuteneas & defendas.

RESCRIPT. XVII.

DE DEVASTANTIBUS HORTOS ET VINEAS.

MUltum noſtris derogatur affectibus, ſi juſtitiæ limitem, cujus non ſubditis debitores offerimus, tranſgreſſorum cupiditas effrenata circumſtrepit, & pacis quietæ temperiem aliquorum improviſa temeritas inquietat: ſed illud præcipuè noſtris cedit votis infeſtiùs, cùm reverentia quaſi vilipenſa dominii tantum præceps & incauta divitum majorumque præſumit audacia, ut impudenter in pauperes ſæviat, & crudeliter exardeat in minores.

2. Hoc ſiquidem in civitate N, ſicut ex hortulanorum & pauperum querula propoſitione comperimus, committitur inſolenter: qui dum ex manuum ſuarum laboribus, quos ad defendendam inopiam in hortis & vineis excolendis exercitant, commodum ſperant, herba frequenter in florem prodiens, & raró perfectionem maturitatis attingens, rapaci vel violenta falce præciditur, & laborantis manibus exinde præviſa compendia præauferuntur. Furit enim in ipſos aliquando furtivis inſultibus aggreſſorum ingluvies, quibus non licet dicere; *Cur veniſtis?* Et ſævit perſæpe viriliter in collectione fructuum impudica fragilitas ancillarum, quibus inutentium animatis imperio repulſam adimit potentia dominorum.

3. Sicque colonus ſpe fruſtratus, & præmio, tutiùs eligit damna diſſimulare ſilentio, quàm verbis factus horribilis velit perſonales injurias rerum cumulare jacturis.

4. Volentes igitur ut vulnus hujusmodi, ne ad alios ex impunitate ſubrepat ignis, vel ferri ſeveritas violenter abſcidat, cui reverentiæ noſtræ medicina non prodeſt; præſenti edicto noſtro inter alia ſtatuta civitatis ipſius inſeri tenaciter inanteà valituro ſancimus; Ut quotiens maſculini ſexus

ſexus aliquis malefactor cujuſcunque conditionis, generis, vel ætatis in ipſo fragranti * maleficio fuerit deprehenſus, de noſtra licentia capiatur, aſſignandus tibi N. per te ſine noſtræ Serenitatis oraculo nullatenus liberandus.

4. Si vero pediſſequam, vel cujuſcunque conditionis alterius mulierem ejusdem maleficii deprehenſio complectatur, nulla patrono ejus, qui liberas ſibi ad exceſſus hujusmodi laxavit habenas, honorificentia reſervata, ipſam per terram publicè volumus ſubjici fuſtibus, ut culpam perpetrati facinoris, ejusdem pœnalitatis aſperitas judicet, & in caſu ſimili delinquendi materiam cæteris interdicat.

4. Hac etiam inviolabili juſſione ſtatuimus, ut nulli burtulanorum ipſorum liceat ob alicujus violentiam ſeu rogatum, alia in bortis ipſis ſpargere ſemina, niſi ea, quæ uſibus humanis accommoda, telluris hortalis fœcunditas producere conſuevit.

RESCRIPT. XVIII.
DE COMPESCENDIS MONACHIS, DIFFAMANTIBUS CONFRATREM SUUM IN SERVITIO IMPERATORIS EXISTENTEM.

FRIDERICUS &c. ABBATI N.

NUper ad audientiam Celſitudinis noſtræ pervenit, quòd cùm fratrem N. de N. devotum noſtrum quem gratum nobis Ordinis veſtri religio, & experta ſuę probitatis ſufficientia commendabant, pridem in Curia noſtra pro quibusdam ſervitiis noſtris, perſonam ſuam non ſine cauſa poſcentibus, nobiſcum aliquo tempore juſſerimus moraturum, aliquorum Fratrum ipſius Ordinis effrenis oblocutionis incauta, & utinam non mordacis livoris, ſeducta licentia, Fratrem eundem propterea, quem ex hoc cariorem habuiſſe debuerant, impudenter diffamaſſe dicuntur. Cumque hujusmodi verba non minus honoris noſtri injuriam, quàm Fratris ipſius detrimenta contingant, devotionem tuam rogamus & hortamur attentè, quatenus diligenti ſuper hoc cura præhabita, Fratres omnes, quos propter hoc ad Fratris ejusdem infamiam temerè prorupiſſe compereris, debita diſciplina caſtigans, eorum lubrica labia ſilentii munimento compeſcas: illud circa innocentiam Fratris ipſius, proviſionis remedium habiturus, ut ſi quid gravaminis illatum ſibi propterea fuiſſe conqueritur, ipſum de præterito ſatisfactio condigna conciliet, & cautelæ proviſio * muniat de futuro. *niſ. muniat.

RESCRIPT. XIX.
DE MONACHO FALSARIO.

FRIDERICUS ABBATI N.

NUper in Regno noſtro quidam circumvagus inventus eſt Monachus, qui falſas ſigilli noſtri formas adulterans, non abſque honoris noſtri injuria, & tuæ honeſtatis infamia, diſcurrebat. Ut igitur de ſigillo ipſo ulterius flagitioſa figmenta non procedant, ipſum tibi, cujus honoris augmentum de bono ſemper in melius cupimus promovendum, ſub annuli noſtri clauſura transmittimus, & falſarium Monachum, ut culpas ſuas diſtrictiùs doleat, quibus laſcivus ſe ingeſſit, carceris noſtri compedibus mandavimus detineri.

RESCRIPT. XX.
DE NON FACIENDIS REPRAESALIIS, SED ALLEGANDO JURE SUO IN IMPERIALI CURIA, SI QUOD HABETUR.

LEcta nuper in auditorio Communis Tudertinorum, noſtrorum fidelium, ſupplex petitio continebat, quòd cùm juvenis quidam, nomine A. ad civitatem accederet, & ibidem aliquamdiu moraretur; quidam, quorum nomina ignorare ſe dicunt, principales ſe tuos Nuncios aſſerentes, præfatum A. propoſuerunt quandam ſummam pecuniæ & res alias ſibi furtivè ſurreptas ſecum clamdeſtinè aſportaſſe, ſuper quo pro parte tua juſticiam ſibi fieri poſtularunt. Quod cùm Communi prædicto ex Nunciorum ipſorum propoſitione noteſceret, cauſam ipſam nolentes dare diffugio, in eorum Nunciorum conſpectibus præſentato, quam juris ordo depoſceret, eis pro parte tua facere juſticiam obtulerunt: nec patientes quod per eorum incuriam, vel per ejusdem maliciam, negocium ipſum ulteriùs differatur, ſibi firmiter & expreſſè mandarunt, ut eisdem tuis Nunciis ſociatus de terra prædicta diſcederet ad te, cum rebus ablatis omnibus rediturus. Qui dum ad te ſub Nunciorum tuorum cuſtodia rediens, ad caſtrum, quod Marſanum dicitur, deveniſſet, à præfatis Nunciis tuis res omnes, quas ſecum ferebat, reſtituere violenter impulſus fuerit, mortiſque ſibi fortè metuens imminere periculum, ab eorum oculis repentinus aufugit, & Romam ſe dicitur contuliſſe.

2. Propter quod, licet frivolam occaſionem aſſumens, de bonis ipſorum Tudertinorum repræſalias te velle facere comminaris, in eorum præjudicium manifeſtum. Nos autem ipſorum ſupplicationibus inclinati, fidelitati tuæ præcipimus, quatenus, ſi præmiſſa veritate nitantur, occaſione prædicta de bonis Tudertinorum ipſorum, ſine ſpeciali Celſitudinis noſtræ mandato, repræſalias aliquas facere non præſumas: ſed ſi quid juris te contra ipſos habere contendis, illud (prout rationis & moris eſt in ſimilibus) per noſtram Curiam obſervatum, recepto priùs ſuper hoc oraculo Majeſtatis noſtræ, proſequaris.

RESCRIPT. XXI.
DE RESTITUENDA PECUNIA MUTUATA.

* B. & C. de N.

IN noſtræ majeſtatis præſentia conſtitutus † R. de N. fidelis noſter, coram nobis expoſuit conquerendo, quod * B. & H. de N. ſibi ex cauſa mutui in quadam ſumma pecuniæ teneantur aſtricti, eam, ut tenentur & debent, ſibi ſolvere contradicunt, ut aſſerit, in ipſius præjudicium & gravamen. Unde cùm præfato † R. & cuique noſtro fideli in ſuo jure adeſſe velimus, fidelitati tuæ præcipimus & mandamus, quatenus coram te partibus convocatis, & qui de jure fuerint evocandi, cauſam ipſam audias & decidas juſtitia mediante: ut pro juſticiæ defectu, neutri partium juſta ſuperſit materia conquerendi.

RESCRIPT. XXII.
DE ILLIS, QUI TURBANT ALIQUEM IN SUA POSSESSIONE.

QUerelam C. de N. fidelis noſtri, noſtra nuper Serenitas intellexit, quod G. & F. de N. quaſdam poſſeſſiones & domus ſuas, ſitas in N. ad eum de jure ſpectantes, per violentiam & injuſtè detinent occupatas, & ipſas, ut juſtum eſt, ſibi dimittere ac reſtituere contradicunt, in ipſius grave præjudicium & non modicam læſionem. Unde fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus &c. *ut ſupra in alia usque ad finem.*

RESCRIPT. XXIII.
DE CAUSA APPELLATIONIS SUPERIORI COMMITTENDA, SUPER CRIMINALIBUS INTERIECTÆ.

CAuſam appellationis à ſententia condemnationis, lata per B. de N. tunc poteſtatem civitatis Caſtellan. contra T. Rubeum de eadem terra, ſuper quinquaginta libris, ad Pandulphum de Faſanella, proditorem noſtrum, olim in Tuſcia de mandato noſtro Vicarium generalem, prout aſſeritur, legitimè interjectæ, ſuper eo quòd Theodoricus Rubeus prædictus per B. de N. coram eodem Poteſtate extiterat accuſatus, quòd eundem B. percuſſerat cum cultello, fidelitati tuæ duximus committendam, mandantes, quatenus totius proceſſus & ſententiæ latæ tenore diligenter inſpecto vel perpenſo, partibus etiam in tua præſentia convocatis, & qui de jure fuerint evocandi, ſi præfatum Poteſtatem ordine judiciario, & non ex officio, tibi ſuper præmiſſis conſtiterit proceſſiſſe, ad confirmationem vel infirmationem ipſius proceſſus & condemnationis ſententiæ, prout fuerit, de jure procedas: deinde facias, quod juri & honori noſtro videris utiliùs & honeſtiùs expedire.

RESCRIPT. XXIV.
DE PROCESSU AD CURIAM DESTINANDO IN CAUSA APPELLATIONIS, SUPER TERMINALI CONDEMNATIONE, FACTA NEGOCII NARRATIONE.

* mſ. B. de ſori. P id eſt, Paulus.

SUpplicavit Excellentiæ noſtræ * Saulus de N. fidelis noſter, &c. Nos autem ipſius ſupplicationibus benigniùs inclinati, fidelitati tuæ mandamus, quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, & cauſa ipſa judiciario ordine cognita extitit, & ſententialiter terminata proceſſum & formam condemnationis ejusdem ſub tui ſigilli impreſſione noſtræ Curiæ ſtudeas deſtinare: eidem Poteſtati nihilominus pro parte noſtræ Celſitudinis præcepturus, ut ſimiliter totum proceſſum condemnationis ejusdem habitum coram eo ad noſtram Curiam ſub ſuo ſigillo deſtinare procuret: ut in ipſa cauſa per judices magnæ noſtræ Curiæ, de proceſſu prædicto edoctos, procedatur, ſicut juri & honori noſtri culminis videbitur expedire: præcepto per te facto, eidem Poteſtati & Communi de Syndico ipſorum ad noſtram Curiam deſtinando: prætereà & Saulo prædicto peremptorio termino aſſignato, quo ſe noſtræ Curiæ repræſentet in cauſa eadem, prout convenit, proceſſuros juſti-

cia

Digitized by Google

cia mediante. Volumus inſuper, ut de die cirationis & termino per te ſtatuendo tuis literis debere noſtram Curiam edocere,

RESCRIPT. XXV.
DE SALARIIS POTESTATUM.

PRo parte univerſitatis caſtri de N. fidelium noſtrorum, nuper Celſitudini noſtræ fuit oblata querela; quod cùm ipſi antiquitus eorum Poteſtatibus Certam & congruam pecuniæ quantitatem pro ſolario, & non ultra, ſecundum formam caſtri ejusdem Statuti conſueuerint exhibere, dubitantes, ne in futurum per alios poteſtates majorem compellantur pecuniæ quantitatem, Majeſtati noſtræ pro parte ipſorum extitit humiliter ſupplicatum, ut eisdem fidelibus ſuper hoc, ad futuram cautelam ipſorum, dignaremur miſericorditer providere.

2. Nos itaque ipſorum ſupplicationibus benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus Poteſtates eorum, ibidem decætero per noſtram Curiam deſtinandos, illa ſalarii quantitate facias eſſe contentos, quam Poteſtati eorum ipſos tibi conſtiterit exolviſſe eo anno, quo de Lombardiæ partibus redeuntes per Tuſciam tranſivimus, & Pandulphum de * Faſanellis, proditorem noſtrum, Vicarium Imperii in Tuſcis duximus ordinandum; vel eo anno, quo terra ipſa ad noſtram fidelitatem noſcitur deveniſſe.

* mſ. Faſanella.

RESCRIPT. XXVI.
SUPER EODEM NEGOTIO.
FRIDERICUS &c. POTESTATI TERRÆ.

PRo parte Communis caſtri N. fidelium noſtrorum, cum querela fuit nuper expoſitum coram nobis; quod tu Poteſtas ejusdem caſtri, non contentus ſalario, quod ipſi cæteris Poteſtatibus eorum, quos pro tempore habuerunt, ſecundùm Statutum eorum ſolitum dabant, & dare debebant; eo compellis ejus majus ſalarium tibi exhibere. Quocirca fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus dictos fideles noſtros ad majus tibi ſalarium exhibendum, contra formam ſtatuti ipſorum ſoliti, non compellas. Nolumus etenim fideles noſtros indebitis gravaminibus affici, & inſolitis moleſtiis aggravari.

RESCRIPT. XXVII.
DE PROVISIONE PRESBYTERO FACIENDA DE VACANTIBUS PROVENTIBUS.

AD noſtræ Majeſtatis præſentiam accedens A. de N. fidelis noſter, noſtro culmini humiliter ſupplicavit, ut cùm ipſe in quadam Eccleſia de N. ad honorem & fidelitatem noſtram fideliter commoretur, deditus & intentus divinis ſervitiis exequendis: & alii Clerici, qui ſecum in ipſa eccleſia reſidebant, tamquam infideles Peruſini acceſſerint, & cum ipſis rebellibus noſtris jugiter converſentur; ac ipſius eccleſiæ, & aliarum eccleſiarum vacantium ejusdem caſtri, proventus, ex conceſſione noſtra ad Commune caſtri ejusdem devenerint, annuatim ſibi pro ſuæ vitæ ſuſtentatione, divino intuitu providere miſericorditer dignaremur. Nos itaque ipſius poſtulationibus benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, memorato Presbytero A. ab Univerſitate dicti loci, de bonis & proventibus ejusdem eccleſiæ, in qua ſe aſſerit reſidere, facias in neceſſariis provideri, prout honori noſtri culminis, & qualitati negocii videris expedire.

RESCRIPT. XXVIII.
DE HIS QUI IN SERVITIO CURIAE COMMORANTUR, IN FAMILIA SEU REBUS SUIS, NULLATENUS MOLESTANDIS.

AD Majeſtatis noſtræ præſentiam Arnoldus civis Laudenſis, fidelis noſter; accedens, expoſuit conquerendo: quòd cùm ipſe de Celſitudinis noſtræ mandato in noſtris ſervitiis moraretur, & adhuc devotè & fideliter moretur, per quendam Poteſtatem civitatis illius, prædeceſſorem tuum, & ejusdem Communis Officiales, bona ſua omnia ſunt extimata, & ejus data creditoribus in ſolutum, in ipſius gravamen & non modicam læſionem.

2. Cumque idem Arnoldus, fidelis noſter, Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicaverit, ſibi in prædictis ſecundum juſticiam provideri: Nos attendentes, quod hii, qui de mandato noſtro in noſtris ſervitiis commorantur, cauſa Reipub. ſunt abſentes, ſupplicationibus ipſius benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit, quod idē Arnoldus, cùm ad ſervitium noſtrum

venit,

veuir, procnratorem aliqoem generalem non dimiſit ad negotia, vel Specialem ad iſtud, non permittas familiam ſuam à ſuis creditoribus moleſtari, * ſeu bona ſua hac occaſione per aliquem occupari, quousque in ſervitiis noſtris commorans ad propria revertatur, ſi debita ipſa noveris, antequam ad noſtrum ſervitium venerit, contraxiſſe; revocando in irritum, quicquid per poteſtatem & Officiales prædictos contra ipſum, familiam ſuam, & bona ſua inveneris attentatum, poſtquam idem Arnoldus venit in noſtris ſervitiis moraturus.

* al. ſed

RESCRIPT. XXIX.

DE * DACIIS VEL COLLECTIS NON AUFERENDIS AB HIS, QUI IN SERVITIO CURIÆ COMMORANTUR.

* ɩ. vectigalib.

EXpoſuit Excellentiæ noſtræ B. de N. fidelis noſter, quod cùm ipſe in noſtris ſervitiis de mandato noſtro moraretur, vos poteſtas & † Conſilium ejusdem loci domum & familiam indebitis collectis & exactionibus aggravatis. Quare Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut ſibi ſuper hoc providere de noſtræ benignitatis gratia dignaremur. Cujus ſupplicationibus benignius inclinati, attendentes quòd ii, qui in noſtris ſervitiis commorantur, cauſa Reipublicæ ſint abſentes, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus quamdiu idem fidelis in noſtris ſervitiis extiterit, domum & familiam ſuam collectis & exactionibus debitis non gravetis: facientes ei nihilominus emendari, ſi qua ſunt ab eo vel familia ſua propterea jam ablata.

† ɩ. Senatus

RESCRIPT. XXX.

CONTRA EUM, QUI * SERVITIIS CURIÆ INFESTUM SE EXHIBET ET MOLESTUM.

* mſ. in ſervitiis.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

QUia noſtræ innotuit Majeſtati, quod Johannes de N. de Urbe veniens * moraturus, ſervitiis noſtris contrarius extitit plurimùm & infeſtus: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de prædictis, memoratum Johannem uti pace & tranquillitate noſtra aliquatenus non permittas, niſi propter hoc in Provincia Scandalum publicum, ex quo ſervitiis noſtris diſpendium inferatur, poſſit vel valeat exoriri.

* mſ moraturus in ſervitiis noſtris contrar.

RESCRIPT. XXXI.

DE RESTITUENDA POSSESSIONE DESTITUTO, IN SERVITIIS CURIÆ COMMORANTI.

COnquerente Johanne de N. fideli noſtro, noſtra Serenitas intellexit, quod cùm ipſe pacificè & quietè teneret, in territorio caſtri de N. quasdam ſuas poſſeſſiones, ad eum rationabiliter pertinentes, Lod. de N. mulier deſtituit eum abſentem, & in noſtris ſervitiis, ſicut aſſerit, exiſtentem, poſſeſſionibus antedictis, juris ordine non ſervato. Super quo cùm ſupplicaverit, ſibi per noſtram Excellentiam ſecundum juſticiam ſubveniri, ipſios ſupplicationibus, velut juſticiam continentibus, inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit ita eſſe poſſeſſiones ipſas à muliere præfata, prædicto fideli noſtro reſtitui facias, ut eſt juſtum, ne juſtam ſuper hoc habeat cauſam conqoerendi.

RESCRIPT. XXXII.

DE PROCESSU AD CURIAM MITTENDO, ET DE CITATIONE FACIENDA.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

PRo parte Univerſitatis Ceſenæ, noſtrorum fidelium, noſtræ fuit Celſitudini nuper oblata querela: quòd cùm per teipſum G. de N. fidelis noſter extiterit in ipſorum Poteſtatem electus, deinde eodem G. amoto, alium eidem in ejusdem Poteſtariæ officio duxeris ſubrogandum, prædicto G. primo electo, pro rata temporis, quo in eodem officio ſteterat, ſalario per ipſos, ſicut dicunt, integrè perſoluto: tu ad ipſius G. poſtulationem, juris ordine non ſervato, Poteſtati & Ambaſiatoribus civitatis illius mandaſti, ut eidem G. de toto ſalario, ipſi per totum annum primò ſtatuto, ſatisfactionem integram facere non poſtponant. Aſſeritur etiam coram nobis * per eosdem, quod per literas tuas Thomæ de Mar. &c. ſacri Imperii in Romangia Vicario generali, dudum dediſti firmiter in mandatis, pro G. ſuperiùs nominato, quod mandatum ipſum executioni debeat demanda-

* al mſ. pro eisdem.

mandare, in eorum grave præjudicium & gravamen; ex eo quod reſiduum ſalarium anni præfati, alteri ſubrogato, per ipſos extitit integrè perſolutum.

2. Veruntamen cùm pro parte ipſius civitatis, in noſtræ Majeſtatis præſentia proponatur, ſe ſuper eiſdem gravaminibus à prædicto mandato tuo, ad noſtram audientiam appellaſſe: devotioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, proceſſum totum coram te habitum de prædictis, ſub tui impreſſione ſigilli, noſtræ Curiæ debeas deſtinare: eidem Thomæ nihilominus mandaturus, ut alium proceſſum quæſtionis ejuſdem, coram ipſo habitum, ſi apud te non fuerit, per eum videlicet ad tuam audientiam deſtinatum, ſimiliter certo præfixo termino, ad noſtram Curiam deſtinare procuret: utrique parti per te ipſum certo præfixo termino peremptorio, quo ſe noſtræ curiæ repræſentent, in cauſa eadem proceſſuri, prout poſtulat ordo juris. Volumus etiam, ut de die citationis & termino præfigendo, tuis literis Curiam noſtram debeas edocere: & quod appellatione pendente, contrà ipſam Communitatem, nullam facias vel fieri permittas quomodolibet novitatem: cum appellatione pendente nihil debeat innovari.

RESCRIPT. XXXIII.

DE CONCEDENDA LICENTIA MERCATORIBUS FACIENDI REPRÆSALIAS CONTRA REBELLES, QUI EOS * DISROBAVERUNT. [* ſ. ſpoliaverunt,]

UNiverſis &c. Fidelitati veſtræ notum facimus per præſentes, quod B. & M. mercatores de N, fideles noſtri, ad noſtræ Celſitudinis præſentiam venientes, Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicarunt: Ut quia, dum ipſi quandam navim, cum eorum mercibus & rebus aliis valentibus uncias auri centum & plus, Venetias deſtinarent, rebelles noſtri Anconitani navim ipſam hoſtiliter invadentes, ceperunt eam cum mercibus antedictis, capiendi de bonis ipſorum, quouſque de damno ipſo reſarciantur ad plenum, de noſtra gratia concedere licentiam dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus iſtorum benigniùs inclinati, cùm eiſdem fidelibus noſtris damna paſſis deeſſe nolimus, dedimus eis licentiam ac plenariam poteſtatem, ut quamdiu dicti Anconitani in rebellione noſtra perſtiterint, ubique per mare & terram, de bonis eorum capiant, quæ non ſunt ad opus Curiæ noſtræ capta vel etiam annotata, ut eorum, quibus ſecuritatis noſtræ literas duximus concedendas, quouſque eis in valore unciarum auri centum, & illatorum damnorum ſuperiùs prædictorum pleniùs ſatisfiat.

2. Quare Univerſitati noſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ſuper capiendis bonis Anconitanorum, prædictorum noſtrorum rebellium, nullus eos impediat, vel moleſtet: immò ob reverentiam culminis noſtri aſſiſtatis eis ſuper præmiſſis auxilio, conſilio & favore: dum tamen ad ea, quæ ad opus Curiæ noſtræ capta vel annotata ſunt, ſeu ad eos, quibus ſecuritatis noſtræ literæ per noſtram Excellentiam ſunt indultæ, manus aliquatenus non extendant.

RESCRIPT. XXXIV.

DE NOBILI MULIERE TUTRICE FILIORUM, QUOD POSSIT CONSTITUERE PROCURATOREM IN CAUSA SUA.

IMperialis benevolentia cùm fidelium ſubjectorum, & Nobilium maximè, preces admittit, & ſuum extollit ſolium, & ad ſerviendum devotos animat inceſſanter.

2. Hinc eſt, quòd nobilis vir A. de N. fidelis noſter, pro filia ſua Iſabella, relicta quondam Jacobi Incontrati * nutrice filiorum ſuorum, & Jacobi ſupradicti, Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut de innata gratia, & poteſtate nobis Imperii divinitùs impertita, juris civilis rigorem, qui non aliter ſanxit inchoata exerceri certamina, niſi quòd † judicio inchoato ipſæ principales perſonæ calumniæ ſubeant juramentum: rigorem, etiam indecentem, ne per tutores vel curatores ante inceptum judicium poſſint procuratores conſtitui, ſed actores; miſericorditer temperantes; eidem filiæ ſuæ, fideli noſtræ, tutrici filiorum ſuorum, ad proſequendas lites, & explicanda negocia pupillorum in judiciis, & extra judicia per procuratores, ab ipſa tutrice ſtatutos, vel ſtatuendos, pro quibus cautionem exponet legitimam, & quod ipſi procuratores in cauſis ipſis ſacramenta præſtent calumniæ, prædictos juris rigores per noſtram Excellentiam relaxari, tam piè quàm miſericorditer mandaremus. [* mſ. nutric.] [† mſ. jurgio inch.]

2. Nos autem attendentes grata ſatis & accepta ſervitia, quæ dictus A. & anteceſſores ſui, nobis & Imperio noſtro exhibuerunt hactenus, & exhibent inceſſanter, & inanteà de bono in melius exhibere poterit gratiora: conſiderantes etiam nobilitatem mulieris præfatæ, quòd virorum cœtibus pro exequendis negociis pupillorum, ſe honeſtè nequeat immiſcere; & ne fœminæ, proſequendæ litis obtentu, in matronalis pudoris contumeliam irruant, ſi cogantur maſculorum conventibus vel judiciis intereſſe: cùm & legem meminerimus editam, quæ propter pudorem & verecundiam fœminarum eas non ſinit teſtibus vel cœtui publico demonſtrari, ſed per procuratores idoneos Imperialem poſſint adire Clementiam, ad ætatis veniam impetrandam.

3. His & aliis juſtis ac honeſtis rationibus, inclinati benigniùs, dicti fidelis noſtri * ſupplica- [* mſ. ſupplicationibus.]

tiones admiſimus, eidem Iſabellæ filiæ ſuæ concedentes, ut cauſas & lites pupillorum ſuorum, in judicio & extra judicium, dum tempus tutelæ duravetit, pet procuratores ab ea ſtatutos vel ſtatuendos, ac ſi etiam ipſa tutrix hoc faceret, valeat exercere.

4. Eiſdem etiam procuratoribus indulgemus, ut in litibus in jodiciis exercendis ipſi procuratores ſacramenta calumniæ præbeant, cùm pro negociis pupillorum ſe caſus ingeſſerit opportunus, objectione, quòd principales perſonæ non fuerint, vel lege aliqua non obſtante. Statutis etiam civitatis Senarum ceſſantibus in hac parte, & ſpecialiter lege, quæ à principalibus perſonis exigit calumniæ juramentum, & quæ etiam à tutoribus & curatoribus procuratorem prohibet ſtatuendum: dum tamen pro ipſis procuratoribus caveatur, firmum fore ac validum, quod duxerint agirandum, ne judicia fiot ludibria, vel auctoritate nostra ſe doleant circumventos, qui cum talibus contraxerunt.

RESCRIPT. XXXV.

DE CITANDIS AD CURIAM, QUI INJUSTE CASTRUM OCCUPAVERANT ALIORUM.

FRIDERICUS CAPITANEO.

PRo parte O. & D. noſtrorum fidelium, noſtro fuit culmini nuper oblata querela, quod cùm ipſi ab A. fratre eorum, qui nuper deceſſit, & cui de jure ſuccedunt immediatè, caſtrum de N. per longa tempora tenuiſſent, & poſſediſſent pacificè & quietè: S. de N. P. & F. de N. fideles noſtri, facta pace & ſecuritate noſtra, caſtrum ipſum hoſtiliter obſidentes, illud ceperunt, & ad præſens detinent, in ipſorum fratrum manifeſtum præjudicium occupatum. Quod quidem caſtrum uſque ad diem captionis ipſius, ſicut pro parte ipſorum fratrum expoſitum extitit, coram nobis præfati conquerentes, ſine contentione aliqua poſſederunt.

2. Cùm igitur ijdem fratres velint memoratos S. P. & F. de prædictis in magna noſtra Curia convenire, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus S. P. & F. ex parte Celſitudinis noſtræ, ſub peremptorio termino citare procures, ut viceſima die poſt citationem tuam in magna noſtra Curia debeant comparere, memoratis conquerentibus ſuper prædictis in judicio reſponſuri: eundem terminum conquerentibus ipſis, ut cauſam proſecuturi prædictam contra eos compareant præfixurus: nec non & diem citationis tuæ, formam præſentium, & coram quibus eos citaveris, tuis literis tuo ſigillo munitis, noſtræ Curiæ reſcripturus.

RESCRIPT. XXXVI.

DE RESTITUTIONE DEPOSITI MULI.

FRIDERICUS &c. POTESTATI PISANORUM.

* v. miniſter, famulus. IN noſtræ Majeſtatis præſentia B. de N. * valletus noſtræ Cameræ, fidelis noſter, conſtitutus expoſuit, quòd dudum nobis de partibus Lombardiæ in Tuſciam venientibus, apud V. civem Piſanum, quendam ſuum mulum infirmum (ut dicit) curandum dimiſit. Unde cùm ad præſens
* al. reducendo. pro eodem mulo ad ſe in Regnum * deducendo, idem B. laturem præſentium ſuum tranſmittit nuncium ſpecialem: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus memoratum V. ad reſtituendum prædictum mulum, & aſſignandum prædicto nuncio, pro parte & nomine B. præfati, qua
† mſ. coarcione, convenit † cohercione compellas.

RESCRIPT. XXXVII.

UT FIAT INQUISITIO DE CLAMDESTINIS DAMNIS, ILLATIS CUIDAM VIDUÆ.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

QUerelam B. de N. viduę, fidelis noſtræ, recepimus, continentem, quòd quidam malefactores, ad damna clamdeſtina intrepidè animati, ea abſente, & pro ſuis negotiis in Curia noſtra commorante, quandam ſuam vineam cum arboribus, in N. ſitam, auſu temerario inciderunt. Nolentes igitur, ut propter impunitatem exceſſuum creſcat audacia delinquendi, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus contra malefactores eoſdem, ad quos inveniendos omnem, quam poteris, te volumus adhibere ſolicitudinem, inquiſitionem facias diligenter: per quam, ſi poterunt inveniri, procedas immediatè juſticia contra eos. Cæterùm ſi malefactores non poterunt inveniri, damnum eidem mulieri illatum, ab Univerſitate ipſius terræ, in cujus territorio damnum extitit perpetratum, ſecundum juſticiam facias emendari, ne ob hoc iteratam querelam ulteriùs audiamus.

RE-

RESCRIPT. XXXVIII.

DE PROCURATORE ORDINANDO, QUI JURA CAMERÆ TUEATUR IN CAUSA COMMISSA.

FRIDERICUS &c. EIDEM.

POrrecta G. & V. fidelium noſtrorum Culmini noſtro petitio contioebat, quod cùm haberent & habeant quaſdam poſſeſſiones & terras laboratorias io coofinibus, quas ipſi corumque antiqui per longiſſima tempora tenuerunt & poſſederunt pacificè & quietè, nullam ex fructibus eoruodem partem Curiæ noſtræ, vel alicui perſonæ noſtræ privatæ, reddentes; Pandulfus de Faſaoella, proditor nuſter, & tunc in ipſis partibus ſacri Imperii Vicarius generalis, ſub prætextu cujoſdam inquiſitionis, dudum factæ per procurarores noſtri demanii, auctoritate propria & omiſſa juſticia, quattam partem effecit auferri, in ipſorum G. & V. grave præjudicium & injuriam manifeſtam, Unde cùm pro parte ipſorum fuerit oostræ Celſitudini ſupplicatum, ut eis providere ſuper hoc de noſtræ Clementiæ gratia dignaremur, nos eorum ſupplicationibus benigniùs ioclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſuper prædictis omnibus, prius tamen per te aliquo idoneo, & fideli procuratore ſtatutu, qui Curiæ oostræ jura diligeoter & fideliter tueatur, Advocato quoque fiſci ouſtri præſente inquiſitionem facias diligentem; teſtes, probationes, & inſtrumeota ipſorum audias; dictam cauſam ſufficienter inſtructam, eum nominibus Procuratoris & Advucati fiſci noſtri, ſub tuo ſigillo noſtræ tranſmiſſurus Cameræ, certo & peremtorio termino parti eidem præfixo, quo eum ipſo proceſſu ſe noſtro conſpectui repræſentent.

RESCRIPT. XXXIX.

DE MANDANDA EXECUTIONI SENTENTIA.

FRIDERICUS &c. EIDEM.

SUpplicavit excellentiæ oostræ Ludovicus de N. fidelis noſter, ut ſeotentiam definitivam pro eo, coutra Commune N. ſuper quadam pecuniæ ſumma per H. Vicarium tuum latam, & per te (ut aſſerit) confirmatam, executioni mandari de noſtra gratia maodaremus. Cùm igitur nihil prodeſſet ferri ſeotentias, niſi exeeutio debita ſequeretur, tuæ fidelitati mandamus, quateous, ſi eſt ita, ſenteotiam ipſam, ficut rationabiliter eſt prulata, niſi legitimà fuerit * provocatiooe ſuſpenſa, facias executioni debitæ demandari. * mſ. appellatione.

RESCRIPT. XL.

DE SOLVENDO CONSVETO SALARIO, POTESTATI.

FRIDERICUS &c. EIDEM.

NIeolaus de Firmo, fidelis ooſter, ſua nobis petitione monſtravit, quòd eùm idem ad tegimen civitatis Cluſinenſis ſit de mandato noſtræ Majeſtatis aſſumptus, Conſilium & Commune eivitatis ejuſdem de ſtatuto & conſveto ſalario ſibi denegavit reſpondere. Quocirea fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, dictum Commune, ot de eonſueto & ſtatuto ſalario eidem Nicolao Poteſtati eorum, fideli ooſtro, prout aliis eorum Poteſtatibns dare aſſueverunt hacteous, debeant reſpoodere, debita eohertiooe compellas, ita ut ei ooo ſuperſit materia itetum conquereodi. mſ. Nicolectus.

RESCRIPT. XLI.

DE EMENDANDIS EQUIS FIDELIUM, QUOS IN BELLO PERDIDERUNT.

CAPITANEO.

CUm per literarum tuarom tenorem, quas noſtræ Excellentiæ deſtinaſti, nuper noſtra intellexit Celſitudo, quod Cooradus de N. fidelis noſter, qui tecum paratus equis & armis, pro noſtris ſervitiis dudum extiterit, & adhuc fideliter commoretur: dum ipſe contra Viterbienſes, rebelles noſtros armata maou inſiſteret, ob impugnatiooem ipſorum rebellium, quidam ſous dextrarius fuerit interfectus, ſuper damnificatione ipſius Conradi, fidelis oostri, providere volentes, ut animoſiùs ad noſtra ſervitia ejus fidelitas erigatur, tuæ fidelitati præcipiendo mandamus, quateous de provenribus Curiæ noſtræ, qui ſunt vel erunt per manus tuas, diligeoter, ut convenit, quæſito de equi valore, eidem Conrado dextrarium ipſum, juxta valorem ipſius, ex diligeoti inquiſitiooe ioventum, emendare procures.

RESCRIPT. XLI.

DE REMUNERATIONE FIDELIUM IN FILIOS FACIENDA.

IN exemplum noſtrorum fidelium, ut alii fideles ad noſtra ſervitia promptiùs animentur, ipſorum fidem poſt mortem eorundem, in ipſorum filios remunerare volentes, mandamus &c.

RESCRIPT. XLII.

DE RESTITUENDIS BONIS DISROBATIS SUPRA MARE.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

* mſ. quodam Burzmam, G.
† mſ. Daraſium.
* mſ. Comiti.
† mſ. R.

BArtholomeus civis Lucanus, fidelis noſter, ad præſentiam noſtram nuper accedens, coram nobis expoſuit cùm querela: quod cùm ipſe dudum in * quadam burznavi Gerardi de Iſtria, ſuis & ſociorum ſuorum mercibus onerata, ſub ſpe emolumenti à Brunduſio verſus † Duratium navigaret, * Comati quarundam galearum & barcbettarum, de Saone S. R. & G. Jo. & quidam alii, qui cum eis erant, ipſum & ſocios hoſtiliter invadentes, ceperunt eoſdem, & omnia bona, quæ habebant ibidem, ipſis priùs enormiter tormentatis, ut aſſerit, abſtulerunt, Cumque idem † Bartholomeus noſtræ humiliter ſupplicaverit Majeſtati, ut ſuper reſtitutione rerum ſuarum, quibus tunc extitit ſic violenter & temerè ſpoliatus, providere ſibi miſericorditer dignaremur; Nos ſupplicationibus ipſius benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit de prædictis, bona ſua, quæ ſibi tunc ablata fuerunt, ſeu valorem ipſorum, de quo tibi conſtare volumus, ab illis eiſdem reſtitui facias, qui bonorum ipſorum captores & participes extiterunt: nihilominùs cautus exiſteos, ut ſic deliberatione præhabita punias, quos inde videris puniendos, quod deliquentes prædicti aliquatenus nequeant de commiſſis exceſſibus gloriari.

RESCRIPT. XLIII.

DE CAPTIVO, QUI FIDEJUSSORIAM PRÆSTITIT CAUTIONEM, A CARCERE LIBERANDO reſtitutis ſibi bonis ablatis.

CAPITANEO.

* mſ. Guidalotto de Prato.

DUdum per literas noſtras Judici * Gindaleto de Perato, noſtro Vicario caſtri ſancti Miniati, fideli noſtro, recolimus mandaviſſe, ut, quia dicebatur, quòd B. de N. nunc Caſtellanus ſancti Miniati ab hominibus ejuſdem caſtri Sancti Miniati & ſibi conjunctis, de Mandato Pandulphi de Faſanella, tunc Capitanei noſtri in Tuſcia, nunc proditoris noſtri, quandam pecuniæ ſummam & pignora quædam abſtulerat, eum de perſona caperet, & cum diligentia cuſtodiret: ac deinde per prædictos homines ſuper præmiſſis inquiſitionem faceret diligentem, & factam ad noſtram Curiam deſtinaret. Qui tamquam diligens mandati noſtri executor, & ipſum B. cepit, & de prædictis inquiſitionem fecit, juxta traditam ſibi formam, & factam ad noſtram Curiam deſtinavit.

2. Verum quia, licet probatum extiterit, & in inquiſitione appareat per eundem, prædictum B. quandam pecuniæ ſummam & quædam pignora recepiſſe, (quod idem B. etiam confitetur) de quibus paratum ſe offert Curiæ noſtræ reddere rationem, quia tamen per eum, quòd nulla fraus vel dolos ſuper his intervenerit, invenitur, nec probatur aliquid aliud contra ipſum, propter quod ulteriùs debeat ſqualore noſtri carceris macerari: ne ſicut innoxios injuſtè punire volumus, ſic nec volumus impunes relinquere delinquentes, & ab A. & R. filiis ejuſdem B. Curia noſtra recepetit pro parte ipſius idoneam fidejuſſoriam cautionem, quòd, idem B. in Curia noſtra compareat juri pariturus, & de officiis, quæ dudum in partibus Tuſciæ per noſtram Cameram exercuit, pecunia & pignoribus, quæ recepit, perfectam debeat ponere rationem, quam debita ſatisfactio ſubſequatur: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ipſum à vinculis facias liberari: bonis ſuis, quæ ſibi ablata fuerunt tempore captionis ejuſdem, integrè reſtitutis: citaturus eundem, ut viceſima die poſt citationem tuam in noſtra præſentia ſe debeat præſentare, redditurum de prædictis omnibus rationem. Diem verò citationis ejuſdem, coram quibus, & quicquid inde feceris, per tuas literas harum ſeriem continentes, nobis reſcribere non poſtponas.

RESCRIPT. XLIV.

DE APPELLATIONE INFIRMANDA VEL CONFIRMANDA.

CAPITANEO.

CAuſam appellationis, ad nos interjectæ per B. & S. de Florentia, fideles noſtros, à ſententia

oogle

tia condemnationis, lata contra eos, in quadam pecuniæ quantitate, per Thomam de * Lira Poreſtatem civitatis ejuſdem, ab accuſatione ſeu denunciatione facta contra eos ab F. & G. fratribus, vel eorum altero, devotioni tuæ duximus committendam, fidelitati tuæ mandantes, quatenus ſententiæ condemnationis ejuſdem & proceſſus tenore diligenter inſpecto, coram te etiam convocatis, qui de jure fuerint evocandi, ſi cauſa ipſa judiciario ordine cognita eſt, & ſententialiter terminata, ad confirmationem vel infirmationem ejuſdem ſententiæ condemnationis procedas, prout de jure fuerit procedendum: revocaturus in irritum, quicquid poſt appellationem ipſam inveneris contra juſticiam attemptatum.

* mſ. Syra.

RESCRIPT. XLV.

DE CAUSA APPELLATIONIS ET PROCESSU AD CURIAM DESTINANDIS.

CAPITANEO.

AD noſtram accedens præſentiam B. de N. fidelis noſter, nobis expoſuit cum querela, quod inter B. mulierem neptem ſuam, eiuſque curatorem, agentes ex parte una, & S. de eodem loco ex altera, ſuper poſſeſſione cujuſdam podderis & tenimenti, coram G. de Spoleto, in comitatu Firmano Judice ordinario, extitit quæſtio ventilata: in qua idem Judex de jure procedens, ſicut aſſerit, pro ipſa B. tulit ſententiam contrà eum; à qua idem S. ſentiens ſe gravatum, ad tuum examen ſe aſſerit appellaſſe.

2. Poſtmodùm verò, quod eùm aſſiſtente tibi R. de Lauda, Judice & aſſeſſore, fideli noſtro, coram te partibus non vocatis, & cauſæ meritis (ut juris eſt,) non inſpectis, dictam ſententiam confirmaſti; eundem S. pro expenſis in cauſa ipſa factis, pro B. in tribus libris contra iuſticiam condemnando, idem verò S. à dictæ ſententiæ confirmatione, & prædictarum expenſarum condemnatione ſentiens indebitè ſe gravatum, ad noſtram Curiam appellavit.

3. Quare cùm idem S. velit appellationem proſequi * ſupradictam in Curia noſtra magna fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus proceſſum totum, ſuper præmiſſis habitum, ſub tui impreſſione ſigilli, noſtræ Curiæ deſtinare ſtudeas ſeriatim: utrique parti per te certo & peremptorio termino aſſignato, quo noſtræ Curiæ ſe debeant præſentare, in præmiſſis proceſſuris juſticia mediante: & præſertim appellatione pendente contrà ipſum S. non facias, nec patiaris fieri, aliquid novitatis cùm appellatione pendente nihil debeat innovari. Si quid verò poſt appellationem ipſam, ad nos interjectam, attemptatum eſt, per te ſeu judices tuos, in ſtatum priſtinum reducturus, prout de jure videris expedire; & de die citationis & forma noſtram Curiam edocturus.

* al. dicta,

RESCRIPT. XLVI.

DE ABLATIS POST APPELLATIONEM RESTITUENDIS.

FRIDERICUS &c. POTESTATI ET COMMUNITATI N.

ACcedens nuper ad Majeſtatis noſtræ præſentiam Petrus de N. civis Florentinus, fidelis noſter, nobis expoſuit cum querela: quòd cùm dudum à ſententiis ſeu condemnationibus, per vos ſeu inquiſitores veſtros, * qui inter vos † Circatores vulgariter nuncupantur, latis & factis contra eum Olim per Poteſtatem veſtrum, in quadam pecuniæ quantitate, ad noſtram audientiam appellarit: vos eidem appellationi ſicut dicit, minimè deferentes, fidejuſſores ſuos, ad ſolvendam quandam pecuniæ quantitatem, contra juſtitiam compuliſtis, in ipſius grave præjudicium & damnum etiam manifeſtum.

* mſ. citra vos. † al. Tricatores.

2. Qui cùm noſtræ Celſitudini humiliter ſupplicarit, ut ſuper præmiſſis dignaremur ſecundum juſtitiam providere: nos, quantumcunque vobis in veſtra juſticia favorem conferre velimus, à juſticia tamen diſcedere non valentes, ipſius Petri ſupplicationibus benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, quicquid poſt appellationem ipſam ſic interjectam, ad nos per eundem Petrum vel ſuos fidejuſſores per vos attemptatum eſt, in ſtatum priſtinum revocantes, ſine difficultate qualibet pecuniam ipſam, à dictis fidejuſſoribus ſuis extortam, reſtituatis eidem: ita quòd pro his ulteriùs Clamor ipſius Petri juſtè noſtro Culmini non feratur. Nam pro utriuſque partis commoditate, necnon præſentibus & conſentientibus nunciis veſtris, in Curia noſtra noveritis cauſam appellationis eandem fore commiſſam per noſtram Excellentiam P. de N. cognoſcendam, per eum & fine debito terminandam.

RESCRIPT. XLVII.

DE MONACHIS HEREMI NON MOLESTANDIS IN SUIS JURIBUS.

FRIDERICUS &c. COMMUNITATI. N.

* al. Heremitarum.

† r. tenentia; Κτήσει.

PRo parte Conventus * Heremi ſanctæ Crucis Fontis Avellanæ, noſtrorum fidelium, in noſtra præſentia nuper expoſitum extitit cum querela: quod cùm fratres & oblati Hoſpitalis de N. eorum proprio motu & libera voluntate, ſubmiſerint & obtulerint ſe & Hoſpitale prædictum Heremo nominatæ: ſubſequenter per fratres & oblatos eoſdem corporali poſſeſſione tradita bonorum omnium Hoſpitalis ejuſdem Syndico Heremi nominatæ: vos auctoritate propria, † tenuta ſeu poſſeſſione ipſorum bonorum Heremum ipſam contra juſticiam ſpoliantes, detinetis ea, in ejuſdem Heremi gravamen non modicum, & præjudicium manifeſtum.

2. Quare cùm per Syndicum ipſius Heremi, pro parte ipſius, noſtræ fuerit Excellentiæ humiliter ſupplicatum, ut eiſdem fratribus prædictis dignaremur ſecundum juſticiam providere, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, bonis ipſis eiſdem integrè reſtitutis, eis prædictorum occaſione nullam moleſtiam indebitè inferatis, bonaque ipſa eos poſſidere, & fructus ex eis percipere permittatis pacificè & quietè: ita quòd propterea noſtro Culmini ipſorum juſta querimonia de vobis ulteriùs non feratur. Et ſi jus aliquod vos habere contenditis, illud apud competentem judicem ordine judiciario proſequi ſtudeatis.

RESCRIPT. XLVIII.

DE FIDELIBUS NON MOLESTANDIS CONTRA GRATIAM AB IMPERATORE CONCESSAM.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO REGNI.

* mſ. ipſum.

PRo parte Univerſitatis hominum Montiſculi, fidelium noſtrorum, in noſtra fuit præſentia nuper expoſitum cum querela: quod cùm ipſi, qui ultra eorum poſſe circa ejuſdem caſtri munitionem attentos, ſe fideliter obtulerint, & impendant, prout dudum ab Excellentia noſtra & noſtris Nunciis receperunt, per tempora in mandatis, propter quod conſueverunt ab aliis exactionibus & ſervitiis noſtris eſſe immunes: nuper T. de Colle, fidelis noſter, Capitaneus in Comitatu Aretii, per dilectum filium noſtrum FRIDERICUM DE ANTIOCHIA ordinatus, tam in retinendis equis ad arma, quàm de exactione pecuniæ, datis pignoribus ab eiſdem & aliis gravaminibus contra * ipſos illatis, ſicut dicunt, multipliciter aggravantur. Super quibus licet plures ſcripta tua obtinuerint ad Capitaneum memoratum; idem tamen Capitaneus, mandatis tuis non obtemperans, ab inceptis gravaminibus reſilire contemnit, in ipſius Univerſitatis gravamen non modicum & præjudicium manifeſtum.

2. Cum igitur pro parte eorundem noſtrorum fidelium noſtræ fuerit Majeſtati humiliter ſupplicatum, ut ipſis fidelibus noſtris, tantis gravaminibus oppreſſis dignaretur noſtra Celſitudo miſericorditer providere: Nos ipſorum ſupplicationibus benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, exinde facias & procedas, ſicut juri & honori culminis, & qualitati negocii, videris expedire.

RESCRIPT. XLIX.

UT CONTRACTUS DEBITUS AB EPISCOPO, SOLVATUR DE BONIS EPISCOPATUS DEVOLUTIS AD JURA FISCI.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

* al. ſociorum ſuorum.

BArtholomeus civis Senenſis, pro parte ſua & * ſocii ſui, nuper expoſuit coram nobis, quod olim P. Ulretanus Epiſcopus, eis in quinquaginta libris ex cauſa mutui teneretur: eodem Epiſcopo ſublato de medio, non fuit eis de dicta pecunia ſatisfactum. Et quia bona Epiſcopatus ipſius per noſtram Curiam procurantur, humiliter ſupplicavit, ut de proventibus ipſius Epiſcopatus ſatisfieri de prædicta pecunia mandaremus.

2. Cùm igitur noſtrum fiſcum cum alterius jactura locupletari nolumus, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus jura prædictorum creditorum ſuper hoc audias diligenter. Et ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, de proventibus ipſius Epiſcopatus, ſolvas ei pecuniam ſupra dictam, ita quod in aliis propterea noſtra Curia non gravetur. Dum tamen per teſtes qualibet exceptione majores, qui numerationi & contractui interfuerunt, eiſdem, non per inſtrumenta ſolummodò, de ſupplicationum jure probetur, attentiùs proviſurus, ne per colluſioſas probationes, & inania inſtrumenta ſolutorum jam forſitan debitorum, fiſcum noſtrum contingat in aliquo defraudari.

RE-

RESCRIPT. L.

SUPER EODEM VEL QUASI

FRIDERICUS EIDEM.

PRo parte M. de N. Majeſtatis noſtræ fidelis, coram Excellentia noſtra nuper expoſitum extitit cum querela: quòd cùm ipſe mutuaverit quondam P. Firmano Epiſcopo quinquaginta libras, tunc in Firmana Eccleſia reſidenti, ſicut patere aſſerit per publicum inſtrumentum, nec fuerit ſibi de prædictis per eundem Epiſcopum, ſeu perſonam aliam pro ejus parte, aliquatenus ſatisfactum; & bona ipſius Eccleſiæ per noſtram Curiam procurentur; pro parte ipſius M. fuit noſtræ Excellentiæ humiliter ſupplicatum, ut ſibi ſuper hoc dignaremur miſericorditer providere. Nos itaque ſupplicationibus ipſius benigniùs inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, de proventibus Eccleſiæ ſupradictæ, quæ Curia noſtra tenet, eidem M. reſtitui facias pecuniam ſupradictam. Dummodò per teſtes, *&c. prout ſupra in alia.*

RESCRIPT. LV.

DE NON MOLESTANDO EO, QUI BONA QUÆDAM EMERAT AB EPISCOPO.

FRIDERICUS &c. EIDEM.

AD Majeſtatis noſtræ præſentiam accedens P. de N fidelis noſter, expoſuit cum querela: quòd cùm olim P. Firmanus Epiſcopus, tum reſidens in Epiſcopatu prædicto, ſibi Poteſtarias quorundam locorum vendiderit pro certo precio, cum omnibus juribus ad ipſum ſpectantibus in quibusdam aliis caſtris, prout in publico inſtrumento venditionis ipſius, inde confecto, per memoratum Epiſcopum ſigillato ſigillo plenius dicitur contineri: tu, ſicut dicit, ſua occupando jura, non permittis eundem Poteſtarias ſuas recipere ac habere, in ipſius grave damnum & præjudicium manifeſtum. Cumque idem P. fidelis noſter, Excellentiæ noſtræ humiliter ſupplicavit, ut ſibi ſuper præmiſſis Celſitudo noſtra dignaretur ſecundum juſticiam providere: Nos ipſius ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, & antequam præfatus Epiſcopus, ex læſa conſcientia reus, Marchiam exiverit, venditionem ipſam fecerit, ulteriùs ipſum de prædictis contra juſticiam non moleſtes; niſi forſan ad hoc aliqua juſta cauſa te moveat, quam, mandati præſentis executione ſuſpenſa, Curiæ noſtræ reſcribas.

RESCRIPT. LVI.

DE CITANDIS AD CURIAM, QUI ALIOS IN SUA POSSESSIONE MOLESTANT.

PRo parte O. & G. fidelium noſtrorum, noſtræ fuit Excellentiæ nuper oblata querela: quòd cùm caſtrum & homines de* Lomeria, cum ſuis pertinentiis & juribus, ad eos pertineant pleno jure, A. C. & R. de Pyla, fideles noſtri, ſuper poſſeſſione caſtri prædicti, ſub prætextu cujusdam privilegii eis à Majeſtate noſtra conceſſi, eos moleſtant contra juſticiam & perturbant. Super quibus, cum conquerentes ipſi, velint ipſos in noſtræ Majeſtatis Curia convenire de jure, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ſupradictos A. C. & R. ex parte Culminis noſtri citare curetis, ut viceſima die poſt citationem veſtram, in dicta noſtra Curia debeant comparere, præfatis conquerentibus de jure in judicio reſponſuri. Diem verò citationis veſtræ ac formam tenorem præſentium continentem, & coram quibus eos citaveritis, veſtris literis, veſtris ſigillis munitis ſeu publico inſtrumento, noſtræ Curiæ reſcribatis. Quod ſi ad prædicta exequenda non poſſitis ambo perſonaliter intereſſe, nihilominus alter veſtrum prædicta fideliter exequatur.

* mſ. Lemoria.

RESCRIPT. LVII.

DE PROVISIONE FACIENDA CUIDAM NOBILI DE PROVENTIBUS ECCLESIÆ.

FRIDERICUS &c. CAPITANEO.

AD noſtræ Majeſt. præſentiam accedens, Henr. Imbr. de Janua fidelis noſter, Celſit. noſtræ humiliter ſupplicavit: ut cum pro fide Culm. noſtro ſervanda, derelictis omnib. bonis ſuis, à civitate ipſa, velut à rebellib. noſtris, diſcedendo, ad noſtra ſervitia venerit moraturus, in eisdem permanſerit & permaneat fideliter & devotè, nec habeat unde ſe alat & ſuos: ad ſuæ & ſuorum vitæ ſuſtentationem, ſibi proventus eccleſiæ N quos ultra centum libras dicit non aſcendere quantitate, de noſtræ benignitatis gratia concedere dignaremur. Cujus ſupplicationib. nos benignius inclinati, devotioni tuæ

præcipiendo mandamus, quatenus de fructibus ſeu redditibus eccleſiæ ſupradictæ, eidem fideli noſtro facias usque ad quantitatem prædictam de cætero reſpondeti: ut de fide ſervata lætetur, & eis ſervanda manteà magis ad noſtra ſervitia animetur.

RESCRIPT. LVIII.
ITEM SUPER EODEM VEL QUASI.

CUm H. & D. Ferrarienſes, devotos fideles noſtros, qui pro fide Majeſtati noſtræ ſervanda Ferrariam exiverunt, & poſtmodum Culmini noſtro grata ſervitia præſtiterunt, ob eorum devotionem ſynceram à Majeſtate noſtra velimus ad præſens præmium reportare, ut de obſequiis gaudeant jam exhibitis, & ad præſtanda majora magis de cætero animentur: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus de collecta eccleſiarum jurisdictionis tuæ, juxta mandatum noſtrum celeriter colligenda, eisdem fidelibus noſtris, pro parte Culminis noſtri mille * libras R. Raveonati debeas exhibere: de his, quæ eis dederis, ad cautelam apodiſſam idoneam recepturus.

* mſ. libras Ravennenſes deb.

RESCRIPT. LIX.
DE RESTITUENDIS EQUIS, EIS
qui eos perdiderant in ſervitiis Imperatoris.

FRIDERICUS &c. COMMUNITATI N.

SUpplicavit Excellentiæ noſtræ B. de N. fidelis noſter, quod cum ipſe ætate proximè præterita, in Lombardiam cum aliis militibus a nobis miſſus fuerit, ſicut dicit: & eo ibidem cum duobus equis, pro eisdem noſtris ſervitiis exiſtente, unus equus ipſius morte naturali perierit, alter fuerit morboſus effectus: per vos, qui miſiſtis eundem, reſtitutionem ei fieri tam mortui quàm morboſi, juxta ſtatutum veſtrum, & ut juſtum eſt, de noſtra gratia mandaremus. Verùm cum ſervitia noſtra damnoſa ſibi eſſe non debeant, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vobis ita eſſe conſtiterit & quòd ſine culpa & negligentia ſua damnum pertulerit in prædictis, præfato B. fideli noſtro, reſtitutionem equorum ipſorum, ſecundum ſtatutum veſtrum & ut juſtum eſt, eidem facere procuretis: ita quod juſta de cætero non ſuperſit coram Majeſtate noſtra propterea materia conquerendi.

RESCRIPT. LX.
DE FORBANNITIONE FACTA CONTRA HOMICIDAM NON COMPARENTEM IN JUDICIO.

QUia T. de N. citatus extitit pro morte Johannis de N. peremptoriè coram nobis, & non comparuit in termino propterea ſibi aſſignato ipſe, nec pro eo alius, qui ejusdem vellet abſentiam excuſare: de cujus citatione conſtat nobis per publicum inſtrumentum. Ideò propter ejus contumaciam, auctoritate officii noſtri, forbannimus eundem in perſona & rebus, ſi hinc ad decem dies ad mandatum noſtrum venire ceſſaverit; & quicumque eum offenderit, ſit impunis.

RESCRIPT. LXI.
DE SENTENTIA * CONDEMNATIONIS, LATA CONTRA QUODDAM COMMUNE,
quia non ceperunt homicidam.

* al. depoſitionis.

QUia conſtat nobis per inquiſitionem, factam per T. Vicecomitem de mandato noſtro, quoddam homicidium fuiſſe commiſſum in territorio civitatis N. de quodam homine, qui P. vocabatur, pro eo quòd homicida captus non fuit, nec detentus juxta ordinationem factam per nos, de capiendis & detinendis homicidiariis & malefactoribus: ideo dictam Communitatem & homines dicti Communis, auctoritate officii noſtri vobis commiſſi, in quinquaginta libris duximus condemnandos, ſolvendis hinc ad diem decimum Martii Receptori pecuniæ, nobis ab Imperiali Celſitudine deputato, ſub pœna dupli, moderata pœna centum *a* talentorum indicta & impoſita per vos de *b* capiendis homicidis, propter modicam quantitatem hominum, & eorum etiam paupertatem.

a mſ. tarenorum.
b al. condemnandis.

RESCRIPT. LXII.
DE EO, QUI BONA SUA INTER CREDITORES DISTRIBUIT, AD
ſolvendum decimam Curiæ non cogendo.

FRIDERICUS POTESTATI N.

ALbertini Johannis de N. fidelis noſtri Imperii, nobis oblata petitio continebat, quod cùm ipſe plures creditores haberet, videns bona ſua ad ſuorum ſolutionem non ſufficere debitorum,

inter

inter creditores eoſdem, tam pro quantitate bonorum ſuorum, quàm pro quantitate debitorum ipſorum, ſine ulla prolixitate cauſarum, diſtribuere promiſit bona ſua; nec ideò ſibi remanſerit aliquid, unde ducere valeat vitam ſuam: vos ſeu judex veſter ſibi impotenti & indigenti, ad inſtantiam creditorum ſuorum, præcepta (ſicut dicitur) faciatis de ſolvendo; ob quæ præcepta de veſtro mandato compellitur ſolvere decimam, noſtram Curiam contingentem. Cum igitur Albertinus prædictus ſibi ſupplicaverit ſuper prædictis ſecundum juſticiam provideri; vobis Imperiali auctoritate mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, habita diligenti cautione quòd egeat, à præcepis hujuſmodi faciendis, ut juſtum fuerit, deſiſtatis, ne ulterius dictus Albertinus coram nobis cogatur iterare querelam.

RESCRIPT. LXIII.
DE FORBANNITIS, UT CAPIANTUR ET IN CURIA PRÆSENTENTUR.

VNiverſis Vicariis, Poteſtatibus, Rectoribus terrarum, & aliis Curiæ Imperialis Officialibus, Imperii fidelibus, per Tuſciam conſtitutis, præſentes literas inſpecturis, &c.

1. Cùm ob accuſationem coram nobis factam per B. & *a* G. de N. contra O. de N. & *b*. A. de N. pro eo, quòd interfecerant Dominum Jacobum, Abbatem Monaſterii Parſenſis, eorum Dominum *c* ſpecialem, & eidem *d* Jacobo plurima damoa intulerant, ipſius bona temerè devaſtando: præfatos O. & *e* A. legitimè citari fecerimus, ut coram nobis comparere deberent, ſuper dicta accuſatione de jure in judicio reſponſuri. Et quia ipſi venire, vel ſufficientem pro eis reſponſalem mittere ceſſaverunt, ideò ipſos O. & *f* A. accuſatos, & quemlibet eorum, auctoritate Imperiali, quo fungimur, exbannimus, eorum contumacia & inobedientia exigente: & pro parte Imperialis Curiæ ipſorum bona mandavimus annotari.

a mſ. S. b al. D. c al. ſpiritualem. d mſ. B. e al. D. f al. D.

2. Propter quod nolentes accuſatos eoſdem de tam nephando exceſſu remanere aliquatenus impunitos, & ut pœnam pro qualitate delicti agnoſcant, auctoritate Imperiali prædicta vobis præcipiendo mandamus, quatenus tam ad ſupplicationem B. accuſatoris præfati, quàm etiam ex officio veſtro, pro eo quod mandatis noſtris non obtemperaverint, memoratos O. & *g* A. accuſatos, exbannitos à nobis, per perſonas capere, & eos ſub fida cuſtodia ad noſtram præſentiam deſtinari curetis: malefactores eoſdem in *h* veſtris terris, vel eorum diſtrictibus manere vel eſſe nullatenus permiſſuri.

g al. D. h al. noſtris.

RESCRIPT. LXIV.
QUOD NOBILES ET ALII POTENTES CONFERANT IN DACIIS ET COLLECTIS CUM UNIVERSITATE.

a TEſdilci Syndici Univerſitatis hominum de *b* Caprara, Imperii fidelium, accepimus de novo querelam: quòd cum homines ipſi, pluribus & variis Imperialibus ſervitiis ſint ultrà quam eorum facultates ſuppetant, prægravati, quidam videlicet ejuſdem terræ tam Nobiles quam alii, qui ſe cives novos appellant, ſub nobilitatis & ciradinanciæ prætextu conferre cum eis in daciis & collectis, pro dictis Imperialibus ſervitiis exequendis, juxta quantitatem facultatis ipſorum recuſant, in ipſius Univerſitatis præjudicium & non modicam læſionem. Cumque Syndicus memoratus, pro parte Univerſitatis ejuſdem, eis ſuper præmiſſis poſtulaverit provideri; vobis præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit ita eſſe, præfatos Nobiles (niſi ſpeciali privilegio, eis ab Imperiali Majeſtate conceſſo, ſint exempti) & memoratos; qui ſe cives novos appellant, niſi, ſint ex veteribus civibus, qui per pactum inter Curiam & Commune Senenſe initum defenduntur, tempore primæ Poteſtariæ Domini N. Guidoois Poteſtatis Senenſis, pro quantitate facultatum ſuarum, pro his ſcilicet, quæ tenent in ejuſdem terræ territorio, ad communicandum cum Univerſitate præfata in daciis & collectis, cohercione, qua convenit, compellaris.

a al. Tediſoli b mſ. Captara.

RESCRIPT. LXV.
DE INQUISITIONE FACIENDA SUPER QUIBUSDAM ARTICULIS CONTRA MONIALES.

PRidem contra Moniales quaſdam Monaſterii ſancti Juliani de Brixia, ſuper quibuſdam articulis, quos tibi mittimus præſentibus interclulos, per Poteſtatem Cremonenſem, fidelem noſtrum, cui exinde ſcripſimus, inquiri mandavimus veritatem. Cumque per inquiſitionem eandem non fuerit plenè noſtro beneplacito ſatisfactum, propter quod inquiſitionem de ipſis volumus iterari: fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus ex inquiſitionis prædictæ ſuffragio, cum auxilio, ſtudio, & ſollicitudine tua, veritate de his diligentius inquiſita, ſi Moniales ipſas ſuper præmiſſis inveneris culpabiles extitiſſe, eas de locis ejuſdem Monaſterii, Cremonenſis Epiſcopatus videlicet, ſtatim ejicias, & bona ipſarum omnia ad opus Curiæ noſtræ capias, & fideliter facias procurari. Si verò per inquiſitionem, quam inde te facere volumus, eas fortè repereris ſuper articulis prædictis innoxias: cùm pœna tenere non debeat, quos culpa non gravat, Moniales ipſas in locis prædictis morari, ſalubriter patiaris, bona eorum omnia pacificè percepturas.

2. Inte-

2. Interim vero, dum de prædictis veritas inquiretur Moniales ipſas in aliquo non moleſtes, nec patiaris propterea moleſtari. Quicquid feceris de prædictis, noſtræ Curiæ reſcripturus.

RESCRIPT. LXVI.

DE FACIENDA EMENDA MILITIBUS, QUI EQUOS ET ARMA, AC RES alias in exercitu perdiderunt.

a mſ. Cremonenſibus.
b Mſ. plura.

Milites veſtri latores præſentium, fideles noſtri, qui dudum per vos ob noſtræ reverentiam Majeſtatis ad noſtra ſervitia deſtinati, in eiſdem ſervitiis fideliter permanſerunt, Excellentiæ noſtræ humiliter ſupplicarunt; ut cùm ipſi pro vobis & Communi veſtro in eiſdem ſervitiis, in partibus *a* Cremonenſium, contra Parmenſes & alios proditores noſtros, fideliter moram traherent nobiſcum, de mandato noſtri Culminis ſpeciali *b* plurima ſint (ut aſſerunt) gravia damna paſſi, tam de equis eorum & aliis rebus amiſſis, quàm de deſtructione domorum ſumptibus propriis in Victoria factarum: ipſis fidelibus noſtris damna paſſis præfata, dignaretur noſtræ Serenitas providere. Cumque eiſdem fidelibus noſtris, qui circa ſervitia noſtra multipliciter laborarunt, obſequia ipſa damnoſa eſſe non debeant, ſed potius fructuoſa: ipſorum ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, (dummodo non repugnet civitatis veſtræ ſtatutum) in juſta & convenienti emenda equorum amiſſorum, & damnorum ipſorum refectione debita, debeatis eiſdem fidelibus noſtris reſarcire ipſorum labores & onera, ne ob hoc juſtè cogantur Culmini noſtro querimoniam iterare, & ad futura obſequia noſtra, & Communis ejuſdem, in poſterum facienda, torpeant in aliquo vel tepeſcant.

RESCRIPT. LXVII.

DE RESTITUTIONE, REI ABLATÆ.

a al. ſibi.

Guidonis Gytardini de Aretio, fidelis noſtri, Culmini noſtro porrecta petitio continebat: quod cum Rector Eccleſiæ ſancti Adriani de civitate ipſa, teneretur *a* eidem in quadam pecuniæ quantitate, & mota quæſtione per eundem Gvidonem, ſicut dicit, de debito ſupradicto coram Poteſtate Aretii tum temporis præſidente, contra Rectorem eundem idem Gvido, ejuſdem Rectoris contumacia exigente, in poſſeſſionem bonorum Eccleſiæ & Rectoriæ prædictarum inductus extiterit, mediante juſticia, per *b* Poteſtatem præfatum: nunc L. qui ipſius Eccleſiæ Rectorem ſe dicit, poſſeſſionem, quam ab eodem Guidone per violentiam abſtulit, & eam detinet occupatam, in ipſius Gvidonis præjudicium & gravamen.

b mſ. civitatem præfatam.

2. Eodem Guidone tamen in noſtra præſentia proponente, quòd, licet contra prædictum L. de ablata ſibi poſſeſſione coram Poteſtate Aretino querimoniam poſuiſſet, idem L. allegans privilegium Clericale, ſub ipſius Poteſtatis examine *c* præfato Guidoni recuſavit de juſticia reſpondere. Cum igitur *d* idem conquerens ſibi per nos ſuper hoc ſecundum juſticiam ſupplicarit provideri: Nos ipſius ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitatem veſtram requirendam duximus & monendam, diſtrictè mandantes, quatenus coram vobis, partibus, & qui de jure fuerint evocandi, legitimè convocatis, cauſam audiatis, eandem ipſam terminaturi celeriter, prout poſtulat Ordo juris; ne pro defectu juſticiæ, alteri partium juſta ſit de vobis materia conquerendi.

c mſ. præſtito.
d al. idem L. conq.

RESCRIPT. LXVIII.

DE NON MOLESTANDO RELIGIOSOS CONTRA PRIVILEGIUM.

PRo parte Prioris & Fratrum Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani in Piſis, cum querela noſtræ fuit expoſitum Majeſtati; quod cum domus ipſa à Majeſtate noſtra privilegium immunitatis obtinuerit, de non conferendo in aliquibus exactionibus tributorum & collectarum Communi Piſano, ratione poſſeſſionum & rerum ipſarum, quas in civitate ipſa habent & tenent: per te & ordinationes tuas ad præſens, ſicut dicunt, contra ejuſdem privilegii noſtri & ſtatuti ejuſdem civitatis tenorem compellas eoſdem ad exactiones præfatas indebitè perſolvendas. Cumque ſupplicarint iidem Prior & Fratres, ſibi ſuper hoc ſecundum juſticiam provideri: ſupplicationibus eorum benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, contra ipſorum privilegii & ſtatuti tenorem, memoratos Priorem & Fratres, ad perſolvendas exactiones ipſas indebitè non compellas, nec permittas eos contra hæc ab aliquibus moleſtari: & ſi quid propterea eſt ab eis injuſtè ablatum, eiſdem reſtitui facias, ut eſt juſtum.

RE-

RESCRIPT. LXIX.

DE CLERICIS NON CELEBRANTIBUS MISSARUM SOLEMNIA TEMpore interdicti, & quod Religioſi non transferant ſe de civitatibus in Civitates.

FRIDERICUS &c. MAGISTRO JUSTITIARIO REGNI SICILIÆ.

NE per excogitatæ malignitatis aſtutiam, † iſte Romanæ Sedis Antiſtes, qui dum factus nobis * i. e. Papa.
inſidians iis, *a* quæ Dei ſunt, longè ſepoſitis, de pravitatis Hæreticæ puteo conetur ſemper ex- a mſ. qui.
haurire ſuffragia, quibus evidentem noſtræ cauſæ juſticiam decoloret, offundens bibulis auribus ſcelitæ conſcientiæ canones, ut quieti noſtrorum fidelium vitam pariat inquietam: habita eſt per diligenti *b* deliberatione, ſancimus: b al. proviſione.

1. Quod quicunque Clericus vel Religioſus, ad Papale ſeu Papalis Legati mandatum publicè forſan obmiſerit Miſſarum ſolemnia, ſeu alia divina officia celebrare, & Eccleſiaſtica Sacramenta fidelibus propinare negaverit, de civitate vel loco, cujus incola reperitur, ejectus, ſuis bonis omnibus patrimonialibus & eccleſiaſticis, ut pœnam de tanta temeritate tuliſſe ſe doleat, ſpolietur. Clericis verò mandato prædicto parere volentibus, & in fide noſtra ferventibus, eccleſiaſtica & patrimonialia applicentur, aut a proximis ab inteſtato decedentibus venientia aſſignentur.

2. Statuimus etiam, ut nulli Religioſi de civitate in civitatem audeant ſe transferre, niſi Poteſtati loci, de quo iter arripient, teſtimoniales literas deferant, & alias ſint moribus & vita laudabiles, ac noſtris fidelibus non *c* ignoti. c mſ. ignari.

3. Volentes igitur has novas noſtræ munificentiæ ſanctiones, à noſtris fidelibus inviolabiliter obſervari, tuæ devotioni præcipimus, quatenus eas per terras quaslibet tuæ juriſdictioni traditas per te Imperiali programmate publicatas, inter ſtatuta civitatis cujuslibet, ut nulla ſit in *d* executione diverſitas, inextricabiliter jubeas inſerendas, & promittas nos infallibiliter obſervaturos. d al. excuſatione.

4. Huic etiam publicationi adjicias, quod Clericis omnibus, nobis adhærere volentibus, & mandata præſentia devotè ſervantibus, inviolata ſervari volumus omnia eorum privilegia & eccleſiaſticas libertates quodque ad pacem vel concordiam cum Papa prædicto nullatenus ſe noſtra Serenitas inclinabit, niſi prius iidem Clerici in plenam poſſeſſionem omnium bonorum, & reſtitutionem ordinis & honorum, quibus forſitan per eundem privati extiterint, integrè reducantur.

RESCRIPT. LXX.

DE RELIGIOSIS PORTANTIBUS LITERAS PAPALES IN REGNUM.

FRIDERICUS CAPITANEO REGNI.

PUngitivè nos angit interius res nova, quam ſcribimus; dum inquietare nos ibi conatur adverſarii noſtri rigor, ubi quietis & pacis ſolatia ſtudioſius procuramus. Nuper enim ad audientiam noſtram non ſine cordis perturbatione pervenit, quòd iſte Romanæ Sedis Antiſtes, cui non ſatis eſt in Italiæ partibus impetiiſſe nos hactenus, niſi in Regni noſtri pomerio, quo velut oculorum noſtrorum pupilla pertingimur, ſpinas interſerat, & noſtrorum corda fidelium, quæ fidelitas nativa conſolidat, à noſtra devotione ſubvertat.

2. Nuper enim in Regnum ipſum per Fratres Prædicatores & Minores, ac Religioſos alios, ſuas literas improvidè dirigit, & occultas occaſiones innectit: quibus excommunicationis & interdicti ſententiam, quam injuſtè dudum contra noſtram Excellentiam fulminavit, à fidelibus noſtris regnicolis, quos velut in petrea devotione firmatos, verbis hujusmodi frivolis ſic leviter flecti poſſe non credimus, faciat obſervari: excommunicationi nihilominus & interdicto ſubjiciens, quicunque more ſolito nobis reverenter obediunt, & noſtris juſſionibus obſequuntur.

3. Quamquàm igitur ſuper his non videamus expediens ſcripta noſtra dirigere, ſeu noſtrorum fidelium animos excitare; quia tamen de Regni noſtri ſtatu pacifico inter cæteras conſiderationes noſtras, præcipuè nos cura perangit, velut qui in ejus quiete quieſcimus, & in ipſius (quod abſit) intemperie turbaremur, voluntatem noſtram, quam de hujusmodi temeritatis ultione concepimus, tenore præſentium denotamus: videlicet quòd perſonas quaslibet, quæ literas præſentare cuilibet, vel ab aliquo recipere præſentatas, aut hujusmodi forte parere mandatis, ſeu qualitercunque favere præſumſerint, ut pœna docente percipiant, quantum eorum exceſſus noſtra Majeſtas abhorreat, cujuscunque fuerit conditionis, ætatis, aut ſexus, incendii volumus paſſione mulctari.

4. Ad horum etiam inſolentias ſubtilius inquirendas, adjicimus, ut quicunque de fidelibus noſtris regnicolis, devotionis integritate clarentes, publicos prædictorum exceſſuum patratores, in ipſo crimine flagranti reperierint, & ardens fidei ſuæ fervor tantam moram minimè patiatur, quòd ad regionum Juſticiarios valeant habere recurſum, ipſos impunes eſſe volumus, ſi de transgreſſoribus ipſis ſumpſerint ultionem, ac ob ſuæ fidei meritum faciem noſtræ Serenitatis hilarem, & à nobis retributionis condignæ merita præſtolentur.

5. Fide-

2. Interim vero, dum de prædictis veritas inquiretur Moniales ipſas in aliquo non moleſtes, nec patiaris propterea moleſtari. Quicquid feceris de prædictis, noſtræ Curiæ reſcripturus.

RESCRIPT. LXVI.

DE FACIENDA EMENDA MILITIBUS, QUI EQUOS ET ARMA, AC RES alias in exercitu perdiderunt.

Milites veſtri latores præſentium, fideles noſtri, qui dudum per vos ob noſtræ reverentiam Majeſtatis ad noſtra ſervitia deſtinati, in eisdem ſervitiis fideliter permanſerunt, Excellentiæ noſtræ humiliter ſupplicarunt; ut cùm ipſi pro vobis & Communi veſtro in eisdem ſervitiis, in partibus *a* Cremonenſium, contra Parmenſes & alios proditores noſtros, fideliter moram traherent nobiſcum, de mandato noſtri Culminis ſpeciali *b* plurima ſint (ut aſſerunt) gravia damna paſſi, tam de equis eorum & aliis rebus amiſſis, quàm de deſtructione domorum ſumptibus propriis in Victoria factarum: ipſis fidelibus noſtris damna paſſis præfata, dignaretur noſtræ Serenitas providere. Cumque eisdem fidelibus noſtris, qui circa ſervitia noſtra multipliciter laborarunt, obſequia ipſa damnoſa eſſe non debeant, ſed potius fructuoſa: ipſorum ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, (dummodo non repugnet civitatis veſtræ ſtatutum) in juſta & convenienti emenda equorum amiſſorum, & damnorum ipſorum refectione debita, debeatis eisdem fidelibus noſtris reſarcire ipſorum labores & onera, ne ob hoc juſtè cogantur Culmini noſtro querimoniam iterare, & ad futura obſequia noſtra, & Communis ejusdem, in poſterum facienda, torpeant in aliquo vel tepeſcant.

a mſ. Cremonenſibus.
b Mſ. plura.

RESCRIPT. LXVII.

DE RESTITUTIONE, REI ABLATÆ.

Guidonis Gytardini de Aretio, fidelis noſtri, Culmini noſtro porrecta petitio continebat: quod cum Rector Eccleſiæ ſancti Adriani de civitate ipſa, teneretur *a* eidem in quadam pecuniæ quantitate, & mota quæſtione per eundem Guidonem, ſicut dicit, de debito ſupradicto coram Poteſtate Aretii tum temporis præſidente, contra Rectorem eundem idem Guido, ejusdem Rectoris contumacia exigente, in poſſeſſionem bonorum Eccleſiæ & Rectoriæ prædictarum inductus extiterit, mediante juſticia, per *b* Poteſtatem præfatum: nunc L. qui ipſius Eccleſiæ Rectorem ſe dicit, poſſeſſionem, quam ab eodem Guidone per violentiam abſtulit, & eam detinet occupatam, in ipſius Guidonis præjudicium & gravamen.

2. Eodem Guidone tamen in noſtra præſentia proponente, quòd, licet contra prædictum L. de ablata ſibi poſſeſſione coram Poteſtate Aretino querimoniam poſuiſſet, idem L. allegans privilegium Clericale, ſub ipſius Poteſtatis examine *c* præfato Guidoni recuſavit de juſticia reſpondere. Cum igitur *d* idem conquerens ſibi per nos ſuper hoc ſecundum juſticiam ſupplicarit provideri: Nos ipſius ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitatem veſtram requirendam duximus & monendam, diſtrictè mandantes, quatenus coram vobis, partibus, & qui de jure fuerint evocandi, legitimè convocatis, cauſam audiatis, eandem ipſam terminaturi celeriter, prout poſtulat Ordo juris; ne pro defectu juſticiæ, alteri partium juſta ſit de vobis materia conquerendi.

a al. ſibi.
b mſ. civitatem præfatam.
c mſ. præſtito.
d al. idem L. conq.

RESCRIPT. LXVIII.

DE NON MOLESTANDO RELIGIOSOS CONTRA PRIVILEGIUM.

Pro parte Prioris & Fratrum Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani in Piſis, cum querela noſtræ fuit expoſitum Majeſtati; quod cum domus ipſa à Majeſtate noſtra privilegium immunitatis obtinuerit, de non conferendo in aliquibus exactionibus tributorum & collectarum Commune Piſano, ratione poſſeſſionum & rerum ipſarum, quas in civitate ipſa habent & tenent: per te & ordinationes tuas ad præſens, ſicut dicunt, contra ejusdem privilegii noſtri & ſtatuti ejusdem civitatis tenorem compellas eosdem ad exactiones præfatas indebitè perſolvendas. Cumque ſupplicarint iidem Prior & Fratres, ſibi ſuper hoc ſecundum juſticiam provideri: ſupplicationibus eorum benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus, ſi eſt ita, contra ipſorum privilegii & ſtatuti tenorem, memoratos Priorem & Fratres, ad perſolvendas exactiones ipſas indebitè non compellas, nec permittas eos contra hæc ab aliquibus moleſtari: & ſi quid propterea eſt ab eis injuſtè ablatum, eisdem reſtitui facias, ut eſt juſtum.

R E-

RESCRIPT. LXIX.

DE CLERICIS NON CELEBRANTIBUS MISSARUM SOLEMNIA TEMPORE INTERDICTI, & quod Religioſi non transferant ſe de civitatibus in Civitates.

FRIDERICUS &c. MAGISTRO IUSTITIARIO REGNI SICILIÆ.

NE per excogitatæ malignitatis aſtutiam, † iſte Romanæ Sedis Antiſtes, qui dum factus nobis * i.e. Papa.
inſidians iis, a quæ Dei ſunt, longè ſepoſitis, de pravitatis Hæreticæ puteo conetur ſemper ex- a mſ. qui.
hauſire ſuffragia, quibus evidentem noſtræ cauſæ juſtitiam decoloret, offundens bibulis auribus ſcelitæ conſcientiæ canones, ut quieti noſtrorum fidelium vitam paciat inquietam: habita eſt per diligenti b deliberatione, ſancimus: b al. proviſione.

1. Quod quicunque Clericus vel Religioſus, ad Papale ſeu Papalis Legati mandatum publicè forſan obmiſerit Miſſarum ſolemnia, ſeu alia divina officia celebrare, & Eccleſiaſtica Sacramenta fidelibus propinare negaverit, de civitate vel loco, cujus incola reperitur, ejectus, ſuis bonis omnibus patrimonialibus & eccleſiaſticis, ut pœnam de tanta temeritate tuliſſe ſe doleat, ſpolietur. Clericis verò mandato prædicto parere volentibus, & in fide noſtra ferventibus, eccleſiaſtica & patrimonialia applicentur, aut a proximis ab inteſtato decedentibus venientia aſſignentur.

2. Statuimus etiam, ut nulli Religioſi de civitate in civitatem audeant ſe transferre, niſi Poteſtati loci, de quo iter arripient, teſtimoniales literas deferant, & alias ſint moribus & vita laudabiles, ac noſtris fidelibus non c ignoti. c mſ. ignari.

3. Volentes igitur has novas noſtræ munificentiæ ſanctiones, à noſtris fidelibus inviolabiliter obſervari, tuæ devotioni præcipimus, quatenus eas per terras quaslibet tuæ juriſdictioni traditas per te Imperiali programmate publicatas, inter ſtatuta civitatis cujuslibet, ut nulla ſit in d executione diverſitas, inextricabiliter jubeas inſerendas, & promittas nos infallibiliter obſervaturos. d al. excuſatione.

4. Huic etiam publicationi adjicias, quod Clericis omnibus, nobis adhærere volentibus, & mandata præſentia devotè ſervantibus, inviolata ſervari volumus omnia eorum privilegia & eccleſiaſticas libertates quodque ad pacem vel concordiam cum Papa prædicto nullatenus ſe noſtra Serenitas inclinabit, niſi prius iidem Clerici in plenam poſſeſſionem omnium bonorum, & reſtitutionem ordinis & honorum, quibus forſitan per eundem privati extiterint, integrè reducantur.

RESCRIPT. LXX.

DE RELIGIOSIS PORTANTIBUS LITERAS PAPALES IN REGNUM.

FRIDERICUS CAPITANEO REGNI.

PUngitivè nos angit interius res nova, quam ſcribimus; dum inquietare nos ibi conatur adverſarii noſtri rigor, ubi quietis & pacis ſolatia ſtudioſius procuramus. Nuper enim ad audientiam noſtram non ſine cordis perturbatione pervenit, quòd iſte Romanæ Sedis Antiſtes, cui non ſatis eſt in Italiæ partibus impetiiſſe nos hactenus, niſi in Regni noſtri pomerio, quo velut oculorum noſtrorum pupilla pertingimur, ſpinas interſerat, & noſtrorum corda fidelium, quæ fidelitas nativa conſolidat, à noſtra devotione ſubvertat.

2. Nuper enim in Regnum ipſum per Fratres Prædicatores & Minores, ac Religioſos alios, ſuas literas improvidè dirigit, & occultas occaſiones innectit: quibus excommunicationis & interdicti ſententiam, quam injuſtè dudum contra noſtram Excellentiam fulminavit, à fidelibus noſtris regnicolis, quos velut in petrea devotione firmatos, verbis hujusmodi frivolis ſic leviter flecti poſſe non credimus, faciat obſervari: excommunicationi nihilominus & interdicto ſubjiciens, quicunque more ſolito nobis reverenter obediunt, & noſtris juſſionibus obſequuntur.

3. Quamquàm igitur ſuper his non videamus expediens ſcripta noſtra dirigere, ſeu noſtrorum fidelium animos excitare; quia tamen de Regni noſtri ſtatu pacifico inter cæteras conſiderationes noſtras, præcipuè nos cura perangit, velut qui in ejus quiete quieſcimus, & in ipſius (quod abſit) intemperie turbaremur, voluntatem noſtram, quam de hujusmodi temeritatis ultione concepimus, tenore præſentium denotamus: videlicet quòd perſonas quaslibet, quæ literas præſentare cuilibet, vel ab aliquo recipere præſentatas, aut hujusmodi forte parere mandatis, ſeu qualitercunque favere præſumerent, ut pœna docente percipiant, quantum eorum exceſſus noſtra Majeſtas abhorreat, cujuscunque fuerit conditionis, ætatis, aut ſexus, incendii volumus paſſione mulctari.

4. Ad horum etiam inſolentias ſubtilius inquirendas, adjicimus, ut quicunque de fidelibus noſtris regnicolis, devotionis integritate clarentes, publicos prædictorum exceſſuum patratores, in ipſo crimine flagranti repererint, & ardens fidei ſuæ fervor tantam moram minimè patiatur, quòd ad regionum Juſticiarios valeant habere recurſum, ipſos impunes eſſe volumus, ſi de transgreſſoribus ipſis ſumpſerint ultionem, ac ob ſuæ fidei meritum faciem noſtræ Serenitatis hilarem, & à nobis retributionis condignæ merita præſtolentur.

5. Fide-

5. Fidelitati tuæ igitur diſtrictè præcipimus, quatenus præſcriptam beneplaciti noſtri formam, per juriſdictionem tuam, prudenter & ſollicitè publices, & exequatis efficaciter publicatam.

RESCRIPT. LXXI.

DE MONENDIS CLERICIS, UT DIVINA CELEBRENT TEMPORE INTERDICTI.

FRIDERICUS N.

a mſ. vel continua.

INter cætera, quæ ſollicitudinis noſtræ curæ cotidiana *a* & diligenti meditatione revolvit, illud occurrit noſtræ conſiderationi præcipuum, qualiter venerandus Orthodoxæ fidei noſtræ cultus, debito à nobis fidelibus affectu, & devota veneratione colatur, ut quò præ cæteris mundi Principibus divina dextra noſtrum erigit altiùs ſolium, eò per officioſæ gratitudinis debitum, noſtra & noſtrorum ubique devotio ſibi ſolvat munera gratiarum. Ex eo quidem poteſt regnantium felicitas augeri potiſſimè, ſi Regi regum grato devotionis exenio placeamus, nec ex ſcandali alicujus ſubreptione damnabili cultus debet poſtponi vel intermitti Dominicus: quia quò ampliùs humana ſcandala quandoque laſciviunt eò tempeſtatum ſedator eſſet devotiùs exorandus.

3. Quare fidelitati tuæ mandamus, quatenus omnibus Prælatis & Clericis de juriſdictione tua, in aliquo loco idoneo convocatis, præſentibus Fratribus Prædicatoribus & Minoribus per aliquem virum ſapientem, literatum & facundum, facias eis diligenter exponi, quòd nos, tamquam Princeps Catholicus, & Catholicæ fidei amplexator, ardenti deſiderio adfectamus, quòd Prælati eccleſiarum Clerici, religioſi & ſæculares divina officia publicè in eccleſiis, præſentibus locorum indigenis, ad illius laudem & gloriam celebrent, qui ſacroſanctam Eccleſiam fundavit incommutabiliter ſupra petram.

3. Ex noſtræ autem præſentis exhortationis oraculo, aliquibus celebrandi neceſſitas non infertur. Sciant tamen celebrare nolentes, quòd qui ſui officii debitum exequi negligunt, temporalia bona per * duos Auguſtos progenitores noſtros, pia eccleſiis eorum largitate donata, faciemus (quanquàm inviti) ad noſtrum demanium revocari.

* ſ. Divos.

RESCRIPT. LXXII.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARIUM STUDII NEAPOLITANI.

Hoc Edictum poſtponi debebat ſequenti.

DEo propitio, per quem vivimus & regnamus, cui omnes actus noſtros offerimus, cui omne quod agimus imputamus, in regnum noſtrum deſideramus multos prudentes & providos fieri per ſcientiarum hauſtum, & ſeminarium doctrinarum: qui facti diſcreti per ſtudium & per obſervationem juris, *a* juſto Deo ſerviant, cui ſerviunt omnia, & nobis placeant per cultum juſticiæ, cujus præceptis omnes præcipimus obedire.

a al. Juſti.

2. Diſponimus autem apud Neapolim, amœniſſimam civitatem, doceri artes & cujuſcunque profeſſionis vigere ſtudia: ut jejuni & famelici doctrinarum in hoc ipſo Regno inveniant, unde ipſorum aviditati ſatisfiat, neque compellantur ad inveſtigandas ſcientias, peregrinas nationes expetere, nec in alienis regionibus mendicare.

3. Bonum autem hoc Reipublicæ noſtræ profuturum intendimus, cùm ſubjectorum commoda ſpeciali quadam affectionis gratia providemus, quos (ſicut convenit) eruditos pulcherrima poterit ſpes fovere, & bona plurima promptis animis expectare: cum ſterilis eſſe non poſſit acceſſio, quam nobilitas ſequitur. Cùm tribunalia præparantur, ſequuntur lucra divitiarum, favor & gratia comparantur. Inſuper ſtudioſos viros ad ſervitia noſtra, non ſine meritis & laudibus, convocamus, ſecurè illis, qui diſcretè fuerint, per inſtantiam ſtudii juris & juſticiæ regimina committentes.

4. Hilares igitur & prompti ſatis ad profeſſiones, quas Scholares deſiderant, animentur, quibus ad inhabitandum eum locum concedimus, ubi rerum copia, ubi amplæ domus & ſpecioſæ ſatis, & ubi mores civium ſunt benigni: ubi etiam neceſſaria vitæ hominum per terras & maritimas facilè tranſvehuntur. Quibus per nos ipſos utilitates quærimus, conditione diſponimus, Magiſtros inveſtigamus, bona promittimus, & eis, quos dignos viderimus, donaria conferemus. Illos ſiquidem in conſpectu parentum ſuorum ponimus, à multis laboribus liberamus, à longis itineribus & quaſi peregrinis abſolvimus: illos tutos facimus ab inſidiis prædatorum; & qui ſpoliabantur fortunis ſuis & rebus, longa terrarum ſpacia peragrantes, Scholas ſuas levioribus ſumptibus, & brevioribus curſibus, à liberalitate noſtra ſe gaudeant aſſecutos.

5. De numero autem *b* Doctorum, quos ibi duximus deſtinandos, mittimus Magiſtrum R. de Varano Judicem, & Magiſtrum *c* Petrum de Hyberna, fideles noſtros, civilis ſcientiæ Profeſſores viros magnæ ſcientiæ, notæ virtutis, & fidelis experientiæ, quam noſtræ ſemper exhibuerunt & exhibent Majeſtati, de quibus, ſicut de aliquibus Regni noſtri fidelibus, fiduciam gerimus pleniorem. Mittimus quoque *e* in ſcientia &c.

b al. Prælatorum.
c mſ. R. de Yſaraya. al. B. de Hib.
e mſ. R. & in ſcient.

6. Volumus igitur & mandamus vobis omnibus, qui Provincias regitis, quique adminiſtrationibus

bus præſidetis,ot hæc omnia paſſim & publicè proponatis,& injungatis ſub pœna perſonarum & rerum, ut nollus Scholaris legendi cauſa exite audeat extra regnum nec infra Regnum aliquis addiſcere audeat alibi vel ducere: & qui de regno ſunt, extra Regnum in Scholis, ſub pœna prædicta eorum parentibus injungatis, ut uſque ad feſtum S. Michaelis nunc proximum revertantur.

7. Conditiones autem, quas Scholaribus concedimus, erunt iſtæ: In primis, quòd in civitate prædicta Doctores & Magiſtri erunt in qualiber facultate.

8. Scholares autem, ūndecunque venerint, ſecurè veniant morando, ſtando, & redeundo, tam in perſonis quàm in rebus nullam ſeutientes in aliqoo læſionem.

9. Hoſpitium, quod melius in civitate fuerit, Scholaribus locabitur, pro duarum unciarum auri annua penſione, nec ultra extimatio ejus aſcendat. Infra prædictam autem ſummam, & uſque ad illam omnia hoſpitia ſub extimatiooe duorum civium & duorum Scholarium locabuntur.

10. Mutuum fiet Scholaribus ab illis, qui ad hæc fuerint ordinati, ſecundùm quod eis neceſſe fuerit, datis libris in pignore,& precariò reſtitutis, receptis à Scholaribus fidejuſſuribus pro eiſdem. Scholaris verò, qui mutuum recipiet, jurabit quòd de terra aliquatenus non recedet, donec precaria reſtituet, vel mutuum abeo fuerit exolutum, vel aliàs ſatisfactum fuerit credituri. Prædicta autem precaria à crediroribus non revocabuntur, quamdiu Scholares voluerint in ſtudio permaoere.

11. Item Omnes Scholares in civilibus ſub eiſdem Doctoribus & Magiſtris debeant conveniri.

12. Omnes igitur amodò, qui ſtudere voluerint in aliqua facultate, vadant Neapolim ad ſtudendum, & nullus auſus ſit pro Scholis extra Regnum exire, vel infra Regnum in aliis Scholis addiſcere vel docere: & qui ſunt de Regno extra Regnum in Scholis, uſque ad feſtum S. Michaelis proximum futurum, ſine moræ diſpendio revertantur.

13. De frumento autem, vino, carnibus, piſcibus, & aliis, quæ ad victum pertinent, modum nullum ſtatuimus, cùm in his omnibus abundet provincia, quæ vendentur Scholaribus, ſecundùm quod venduntur civibus, & etiam per * contradam.

* mſ. contraditam, i.e. regionem; durch das Land.

RESCRIPT. LXXIII.

DE REFORMATIONE STUDII NEAPOLITANI.

Hoc Edictum præponi debebat ſuperiori.

FRIDERICUS CAPITANEÆ, SICILIÆ.

SOllicitudo continua curas noſtras exagitat, qoaliter Regnum noſtrum Siciliæ, naturaliter rerum victualium ubertate fœcundum, prudentium virorum copia noſtris temporibus artificialiter decoremus: ut fideles noſtri regnicolæ ſcientiarum fructus, quos indeſinenter eſuriunt, per aliena mendicare ſuffragia non coacti, paratam in Regno ſibi menſam propinationis inveniant: & quos ingeniorum nativa fertilitas ad conſilia reddit alta perſpicuos, literarum ſcientia faciat eruditos. Ad quod licet progenitorum noſtrorum nos clara prioritas invitet exemplis, dum eorum temporibus ſic diverſarum ſcientiarum in Regnu ſtudia floruiſſe comperimus, ut non ſolùm ad incolas filios, ſed ad Extraneos etiam extendiſſe probetur ſuavitatem odoris; nos tamen ſuper hoc tantò libentiùs ſine cujuſquam inductione concurrimus, quantò per hoc utiliùs honori noſtro conſulere credimus, & exaltationem omnimodam Regni noſtri omni, qua poſſumus, diligentia procuramus.

2. Volentes itaque ſuper hoc antiquorum gratam renovare temperiem, a & Regni noſtri faſtigia tripudialibus novitatis noſtræ a primitiis augmentare, univerſale Studium in civitate noſtra Neapoli, conſulta utique deliberatione, providimus reformandum: ut civitas ipſa, antiqua mater & domus ſtudii, ſicut puritate fidei & ſitus amœnitate præfulget, ſic renovata quaſi paranympha ſcientiæ & ſingularium hoſpitalaria facultatum, docentibus & addiſcentibus ſe præbeat gratioſam. a al. Principiis.

3. Ad hoc igitur tam ſalubre convivium Magiſtros quoslibet & Scholares hilariter invitamus; fidelitati tuæ mandantes, quatenus præſens beneplacitum noſtrum per juriſdictionem tuam ſolemniter ſtudeas publicare, firmam ſingulis fiduciā oblaturus, quòd immunitates & libertates omnes quibus olim tam in Neopolitani quàm in Salernitani Studiis uti & gaudere ſunt ſoliti, faciemus univerſis & ſingulis, illuc ire volentibus, inviolabiliter obſervari.

RESCRIPT. LXXIV.

DE NON IMPEDIENDIS MAGISTRIS, LEGENTIBUS PARTICULARITER in Grammatica, occaſione Studii generalis.

FRIDERICUS JUSTICIARIO TERRÆ LABORIS.

ETſi ad perfectionem Studii generalis, quod nuper in civitate Neapoli providimus reformandum, particularia Studia ubique per Regnum mandaverimus interdici, noſtræ tamen intentionis non fuit ſic loca quælibet depauperare Doctoribus, ut artis Grammaticæ rudimenta noviciis, vel lactantis matris ubera famelicis infantibus, præcidantur; ſed ad illos tantùm extendi volumus

noſtræ Serenitatis Edictum, qui auditoribus ſuis ruditate depoſita, in facultatibus aliis ingenia potiora petentibus cibos jam poſſint ſcientiæ ſolidos miniſtrare. Propter quod fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus Magiſtris quibuslibet, qui per terras juriſdictionis tuæ pueros in artis Grammaticæ primitiis edocent, nullam occaſione prædicta moleſtiam inferas, ſed particularia eorum ſtudia regere ſine impedimento quolibet patiaris.

RESCRIPT. LXXV.

DE SCHOLIS RATIOCINII IN DIVERSIS MUNDI PARTIBUS DIVIDENDIS.

FRIDERICUS &c. BARONIBUS SUIS.

QUantumcunque ſibi litigioſa Lignria, noſtri pars utique laborioſa dominii, noſtram præſentiam vendicet, & exhauriat curas noſtras, incit tamen noſtra cura præcipua de Regni ſeu veriùs domus noſtræ quantalibet utilitate tractanda, nedum procellas Imperii laborioſè componimur, aliquid negligenter obmittere circa domeſtica videamur.

2. Nuper itaque non minus utili quàm neceſſaria deliberatione providimus, quòd reſidentia noſtra, licet ſit Baroli diſcreta per Scholas, noſtris tamen eſt diſpendioſa profectibus, & venientibus interdum à remotis ratiocinia poſituris Officialibus ſumptuoſa, ſicque propterea ne fiſcalibus obvict utilitatibus, & privatis, ſcholas ipſas pro concurrentium utilitate lucaliter rectè providimus *a* dividendas, utque cujuslibet veſtrum officium infra decretorum fines ſibi Juſticiariæ terminorum limitetur.

a mſ. dirimendas.

3. Quocirca fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus receptis præſentibus noſtræ Serenitatis apicibus, vos notarie Mirabilis, & magiſter *b* Bertolde, ſcholam ratiocinii veſtri Neapoli ſtatuatis, moraturi ibidem, & officialium Juſticiariatus Terræ Laboris & Hydrunti ratiocinia recepturi. Tu Judex Jacobe Symbaldi, ſcholam *c* Melſiæ decretis tibi ſimiliter *d* Captivatæ & Baſilicatæ, Juſticiariatibus ſtudeas ordinare. Tu quoque Judex Petre, ſchulam tuam *e* Catacci e depures, & officium tuum in Juſticiariatibus Aprucii, Terrælaboris; & Principatus, tam ſollicitè quàm fideliter exequaris: ſigillum veſtrum ſingulis decretum, cujuſcunque roboratum ſigno *f* notarii habiturus.

b al. Martine. c mſ. Melohiæ. d mſ. Capinate & Baſilicate. e mſ Cajactiæ. f al. notanter.

4. Cumque multa ſit & laus, ubi multa ſunt conſilia, volumus & mandamus, quòd vobiſcum ad invicem ſuper dubiis conferatis, quod de quacunque re magis expediens & ſalubre videritis, communi conſilio diſcuſſuri.

5. Mandata quoque generalia, quæ communiter hactenus recepiſtis, ut particularis ex eis & integra nobis habilitas offeratur, authenticari per manum publicam faciatis, authenticatis taliter authenticorum robur, penes quoſcunque remanſerint, habituris. Quod ſi notariorum ſingularitatem inſufficientem fortè videritis, adjectione novorum, eorum inſufficientiam utiliter ſuppleatis.

6. Vos præterea notarie Mirabilis & Judex Bartholomee, oculos apertos ſpecialiter habere præcipimus, ſuper pelago ratiocinii Thomæ de Brundufio & Siclariorum Apuliæ, ut per incuriam veſtram in eos noſtra Curia non fraudetur.

RESCRIPT. LXXVI.

DE RATIOCINIIS AB OFFICIALIBUS EXIGENDIS VEL AUDIENDIS.

FRIDERICUS &c. MAGISTRIS RATIONALIBUS SUIS.

AD expeditionem celerem noſtrorum fidelium, ratiocinia ponentium coram nobis, ut fiſci noſtri profectus in eis faciliùs & celeriùs procuretur, utiliter & neceſſariò providimus ſtatuendum, † ut omnes ſimili diſtinctione temporis non attenta, ſuper recipiendis ratiociniis inſtanter & efficaciter intendatis, ut ibi ſit multa *a* ſalus, ubi multa ſunt conſilia; ne aliquid inexpeditum pertranſeat, ſeu remaneat imperfectum, ex multarum *b* perſpicacia mentium, & intuitu quàm plurium oculorum.

† mſ. ut nullus officialis ſimulatè diſtinctionem temporis non attendet, ſed ſuper.

2. Quocirca fidelitati veſtræ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus non obſtante, quod quoſdam ex vobis pridem mandatum noſtrum ad audiendum ratiocinia certi & determinati temporis ſpatium deputaverit, *c* ſimul amodò & communiter incitandis ab omnibus Officialibus ratiocinia poſituris, & eorum ratiociniis tam novis quàm veteribus audiendis, prout meliùs poteritis & ſalubriùs intendatis, ſuper eorum deciſione *d* celeri quantumcunque poteritis ſollicitudinem impenſuri. Cæterùm poſt collationem in talibus habitam, unuſquiſque veſtrûm cum uno notario per ſe, & ſinguli ſigillatim eadem ratiocinia plenè diſcutiant, ut ex hoc celerior expeditio procuretur. Super qua ſi dubitatio ulla emerſerit, ad alterutrem recurrat & communiter conferatur, ſecundùm quod inter omnes convenerit terminando. Si verò ſuper aliquo vos omnes dubitate contigerit, Curiam noſtram per veſtras literas conſulatis, receptis dudum ſigillatim per duos ex vobis ratiociniis, & per vos ſimiliter, coram quibus acta ſunt hactenus finiendis.

a mſ. proviſio. b mſ. Proſpicacia. c mſ. volumus ſimul quodammodo. d mſ. omnes.

RE-

RESCRIPT. LXXVII.
DE REFORMATIONE * MASSARIORUM.

FRIDERICUS MAGISTRO MASSARIORUM SUORUM IN APULIA.

DE tua fidelitate, prudentia & ſtudio confidentes, te proviſorem Maſſariorum Curiæ noſtræ, infrà ſcriptorum locorum ſcilicet N. & N. duximus ſtatuendum: tibi præſentibus committentes, quòd recepto exemplo quaterni, quod eſt in Curia noſtra de Maſſariis ipſis, pro ſervitio noſtru recepto, à tempore, quo facta ſunt inventaria in eiſdem, & à procurationibus Curiæ noſtræ in Apulia præſentibus & futuris: & exemplo eorum, quæ receperunt & recipient, de eiſdem dederunt & dabunt etiam annis ſingulis, menſe Octobris annuatim, donec placuerit nobis durare præſentem commiſſionem, exinde tibi factam inſtrumentis confectis de proceſſibus eorundem, & inventariis factis ſolemniter de ſingulis rebus in maſſariis ipſis, à tempore habitis & inventis, & inventariis in quaternis redactis ad noſtram *a* Curiam deſtinandis, videbis & conſiderabis, in quibus eorum Curia noſtra augmentum ſeu diminutionem receperit: ut de augmento, quod Celſitudini noſtræ ſcribi volumus, cujuslibet diligentia commendetur: & ſi diminutionem inveneris in eiſdem, indagabis quare contigerit, ut ubi fortè peſte adveniente acciderit, procures ad id debitum & poſſibile remedium adhiberi. Quod ſi diminutionem eandem culpa ſeu negligentia Maſſarii, qui præeſt, reperieris contigiſſe, ſtudeas eum inde convincere coram aliis Maſſariis convicinis, Judice loci, ubi maſſaria fuerit, ſi habetur, vel Judice vicini caſtri ſeu loci in defectu prædicti, & coram aliis bonis hominibus, præſente altero de Magiſtris Procuratoribus Curiæ noſtræ in Provincia conſtituto, ſi ejuſdem culpæ qualitas convinci Maſſarii non poterit in prædictis.

* Vide Conſtit. Regni Siciliæ, tit. I de officio magiſtrorum Maſſariorum. Sunt autem Maſſarii Siculis, qui Gaſtaldi Langobardis i. e. Epiſtatæ & villici, qui cuſtodiæ armentorum præficiuntur, & villis ſive curtib. Principum præſunt.

a inſ. Cameram.

2. Videas etiam & diligenter inquiras de qualitate & quantitate famulorum, quos ſinguli Maſſariorum retinent, ne inſufficientes habeant, vel ſuperflua multitudine delectentur: item, ſi ſunt bonæ famæ, fideles, & ſolliciti circa ſervitia ſibi commiſſa fideliter exequenda; &, ne fortè conſanguinei ſint Maſſariorum; &, ne prodigalitate utantur; &, ne defraudent Curiam noſtram in rebus vel animalibus, quæ cuſtodiunt, & eorum proventibus; vel, ne proventus poſſeſſionum vendant, vel aliis largiantur; vel ex cambio mala pro bonis recipiant in Curiæ noſtræ damnum.

3. Videas præterea, ne Maſſarii ipſi poſſeſſiones noſtræ Curiæ, ſuæ maſſariæ propriè debitas, uſurpare præſumant; ſi conventicias integrè ſolvant; ſi poſſeſſiones excoli faciant temporibus opportunis; ſi eorum fructus bene reponant.

4. Exquiras etiam à ſingulis eorundem de quantitate ſeminis, & victualium recollectorum, ut ſciatur per, ſi labores fructibus compenſentur; ſi vinum in mundis & bonis vaſcellis & aptis reponunt; ſi domus procurantur & conſervantur, ut decet; & ſi reparatione indigent: Et ſi egent, inſtes apud Maſſarios, quòd maſſarias faciant reparari, Si maſſariæ ipſæ munitæ ſunt lignis, palea, & fœno; ſi ſunt in eis loca fertilia; ſi habetur in eis ſufficientia de apibus: ſi de *ſureo, avena, milio, panico, ſpelta, aliiſque leguminibus, bombicè, & canabe, de quibus placet nobis ut in ſingulis maſſariis debeant ſeminare; ſi de anſeribus, gallinis, columbis, anatibus, caponibus, & pavonibus, ſimiliter habeant ſufficientiam competentem; ſi de pennis ipſarum avium Maſſarii faciant ſibi lectos. Et quod per ſingulos requiras inſuper eos de plantandis vineis, olivis, & aliis arboribus fructiferis in aptis locis maſſariarum ipſarum. Et quod faciant fieri caſtratos, arietinos, caprinos, & bovinos: & de fructibus, quos habeant, faciant impinguare, ut ſi præſentes in Regno aderimus, ipſorum carnibus Curia noſtra veſcatur, vel nobis abſentibus, ex venditione ipſorum noſtræ Curiæ utilitas procuretur.

* mſ. ſurico.

5. Generales autem defectus, qui ſuppleri per Maſſarios non valebunt, ſignifices per literas tuas Magiſtris Procuratoribus noſtræ Curiæ in Apulia, fidelibus noſtris. Quibus pro ipſis ſupplendis ad requiſitionem tuam, mandatum noſtrum per literas deſtinamus.

6. Pro prædictis autem omnibus *adimplemendis ſic de fidelem & ſtudioſum exhibeas, ut proinde à Majeſtate noſtra digna beneficia merearis.

* al. implementis.

RESCRIPT. LXXVIII.
DE LEGENDIS ET INTERPRETANDIS ARISTOTELIS ET VETERUM PHILOSOPHORUM LIBRIS.

FRIDERICUS &c. MAGISTRIS ET SCHOLARIBUS BONONIENSIBUS.

IN extollendis Regiæ præfecturæ faſtigiis, quibus congruenter officia leges & arma communicant, neceſſaria fore credimus ſcientiæ condimenta: ne per hujus mundi ſuaves & *a* mulcebres ſemitas, nube ignorantiæ commiſcente, vires ultra licitos terminos effrenatè laſciviant, & juſticia circa debiti regulas diminuta langueſcat.

a al. illecebres.

2. Hinc nos profectò, qui divina largitione populis præſidemus, generali, qua omnes homines naturaliter ſcire deſiderant; & ſpeciali, qua gaudent aliqui utilitate proficere, ante ſuſcepta noſtri regiminis onera, ſemper à juventute noſtra quæſivimus, formam ejus indeſinenter amavimus, & in odore unguentorum ſuorum ſemper aſpiravimus indefeſsè. Poſt regni verò noſtri curas aſſumptas quamquàm operoſa frequenter negociorum turba nos diſtrahat, & civilis ſibi ratio vendicet ſollicitudinis noſtræ partes, quidquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, tranſire non patimur otioſum, ſed totum in lectionis exercitatione gratuitè libenter expendimus; totum, ut animæ clariùs vigeat inſtrumentum in acquiſitione ſcientiæ, ſine qua mortalium vita non regitur liberaliter, erogamus.

3. Dum librorum ergò volumina, quorum multifariè multiſque modis diſtincta chirographa, noſtrarum armaria divitiarum locupletant, ſedula meditatione revolvimus, & accurata contemplatione penſamus, compilationes variæ ab Ariſtotele aliiſque Philoſophis, ſub Græcis Arabicisque vocabulis antiquitùs editæ, in *a* ſermocinalibus & Mathematicis diſciplinis noſtris aliquando ſenſibus occurrerunt. Quas adhuc originalium dictionum ordinatione confectas & vetuſtarum veſtium, quas eis ætas prima concesserat, operimento contectas, vel hominis defectus aut operis ad Latinæ linguæ notitiam non perduxit. Volentes igitur, ut veneranda tantorum operum ſimul auctoritas apud nos, non abſque commodis *b* communis vocis organo traducere, innoteſcat: ea *c* per viros electus, & in utriuſque linguæ prolatione peritos, inſtanter juſſimus, verborum fideliter ſervata virginitate, transferri.

a i.e. Logicis.

b al. communibus.

c de Græco & Arabico in Latinum per ipſummet Imperatorem translatos fuiſſe, auctor eſt Petrus de Vineis ejus Cancellarius.

4. Quia verò ſcientiarum generoſa profeſſio in plures diſperſa non deperit, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit, ſed eò diuturniùs perpetuata ſeneſcit, quò publicata fœcundiùs ſe diffundit: hujuſmodi celare laboris emolumenta nolumus, nec extimavimus nobis eadem retinere jocundum, niſi tanti boni nobiſcum alios participes faceremus. Conſiderantes verum tamen, quorum conſpectibus, quorumque judiciis operis cœpti primitiæ poſſent decentiùs deputari: ecce vobis potiſſimè, velut Philoſophiæ præclaris alumnis, de quorum pectoribus promptuaria plena fluunt, libros aliquos, quos curioſum ſtudium translatorum & lingua non potuit fidelis inſtruere, conſultè providimus præſentandos vel deſtinandos.

5. Vos igitur viri docti, qui de ciſternis veteribus aquas novas prudenter educitis, qui fluenta melliflua ſitientibus labiis propinatis, libros ipſos, tamquam exenium amici Cæſaris, gratanter accipite, & ipſos antiquis Philoſophorum operibus qui *d* vocum veſtrarum miniſteriis reviviſcunt, quorumque nutritis famam, dum dogmata ſterni iis ſapientur, ut expedit, aggregantes, eos in auditorio veſtro, in quo gratia virtutum fructificat, erroris rubigo conſumitur, & latentis ſcripturæ varietas aperitur, cùm mittentis favore commoniti, tùm clari *e* tranſmiſſi operis meritis perſuaſi, ad communem utilitatem Studentium & evidentis famæ noſtræ præconium, publicetis.

d al. vocis veſtræ.

e mſ. tranſſumpti.

RESCRIPT. LXXIX.
DE OFFICIO JUSTICIARII.
FRIDERICUS.

UT juſtorum & delinquentium merita digni cenſura judicii tractarentur, providit ex alto juſtitia, Reges & Præſides orbis terræ actibus humanis præficere, ut juſtis per retributionis tramitem reſponderetur ad gloriam; & delinquentibus qui juris regulas abdicant, reſponderetur ad pœnam. Igitur divinæ bonitatis arbitrium diſſolutum hactenus, Regni regimen dignè comitans, ipſius præfecturæ faſtigium in nobis, velut in ſucceſſore legitimo, collocavit, ut tranſgreſſorum inſolentias poteſtas nobis tradita flecteret & puniret; ac ſubditorum fidelium, qui à ſemita mandatorum noſtrorum non deviant, obſequia dignæ retributionis commercio compenſaret.

2. Cumque ad id exequendum non poſſumus per univerſas mundi partes perſonaliter intereſſe, licet ſimus potentialiter nos ubique; providimus tamen de fidelioribus Regni aliquos, velut noſtri membra regiminis, certis & determinatis provinciis præſidere, ut quod in potentia gerimus, per eos velut miniſtros, juſticiæ deduceretur ad actum.

3. Nuper enim exclamantium & conquerentium fidelium noſtrorum ad audientiam noſtram ſedulo clamore pervenit, quòd in decreta tibi provincia, juris ordine non ſervato, & timore noſtræ Majeſtatis abjecto, exceſſus perpetrantur illiciti & tranſgreſſionum inſolentiæ aſſiduæ committuntur, ſtatus Regni pacifici dulcedine laceſſita. Eſt ne iſtud de laude providi Præſidis? quod nunc Provincia, cui præficeris, prædicat, quòd ſtratæ violantur & prædia, homines occiduntur, committuntur & furta, moventur rixæ, excitantur jurgia, diu noctuque perpetrantur enormia, feruntur & arma, nec per te plectuntur exinde tranſgreſſores: immò, ut auribus noſtris innotuit, cùm ad te deferuntur ſcelerum patratores, hujuſmodi reſervantur; & qui perſonali ſupplicio ſunt plectendi, pecuniario apud te interveniente ſuffragio, à pœna pro commiſſis ſceleribus debita liberantur. Ad quorum exemplum alii elationis ſpiritum ſumentes, in viros juſtos deſæviunt, & pacificos indeſinenter offendunt, dum impunes tranſire reſpiciunt, quos ad perſonalem pœnam juris ſanctio meritò condemnaret.

4. Certè ſi honorem tuum attenderes, ſi beneplacitum noſtrum obſervares, procederes ſolertiùs in prædictis, & in commiſſo tibi regimine accuratiùs vigilares: attendendo, quidquid tibi laudis inde acquiritur, quòd præmium à dextra noſtræ Majeſtatis expectas. Cum te intraſſante in civitate qualibet juriſdictionis tuæ, ubi viget fertilitas & victualium copia affluenter exuberat, per partes alias juriſdictionis ejuſdem ſcelerum nequicia perpetratur.

Depe-

Deponas nempe nutrire cutem, & Epicuri ſtudeas vitam ejicere. Et, ut ad exercendum tibi commiſſum officium fias agilior, poſtponas etiam quæ corpus nutriunt ad quietem: cùm non ſit quieſcendum Præſidi, ſed continuè ſit agendum. Et ſic commiſſum tibi modicum regimen vigilanter & prudenter exerceas, quod in decreta tibi provincia prævuiſtæ tranſgreſſiones & vitia depellantur.

5. Quare fidelitati tuæ, ſub obtentu noſtræ gratiæ, firmiter & expreſsè præcipiendo mandamus, quatenus per partes provinciæ juriſdictionis tuæ ſine diſpendio moræ diſcurras, tam provincialibus & indigenis ſingulis, quàm advenis & concurrentibus univerſis, juſtitiam miniſtrando. Et ſic à præfatis tranſgreſſoribus provinciam ipſam optimè purgare procures, & exinde tribulos læſionis evellere; quòd præfata facinora & tranſgreſſionum enormitas deleantur, tranſgreſſores, homicidas, & fures, ac publicorum violatores itinerum, ac armorum illicitorum etiam * latores, tàm præteritos quàm futuros, ultionis debitæ gladio, audacis moræ Præſidis, viriliter puniendo: ut per te hucusque commiſſa injuria per tuæ ſolertiam redimatur; & ſoporis hucuaque habiti abjecta gravedine ſtatus pacis & juſticiæ, per vigilantiæ ſolertis excubias reformetur. Sic autem te gerere ſtudeas ſtudiosè ſollicitum, quòd ex effectu laudabilium operum, in conſpectu noſtro commendandus occurras: ſciturus, quod ſi aliter inde feceris, præter indignationem noſtri culminis, quam incurres, ſic contra te ad * inflictionem pœnalem noſtra procedet auctoritas, quòd dolere meritò poteris, noſtrum te ſprevisse mandatum, & tantæ negligentiæ inertiam commiſiſſe.

* al. delatores.

* mſ. inflexionem.

RESCRIPT. LXXX.

DE EXAMINE NOTARIATUS.

FRIDERICUS &c.

NOtum facimus Univerſitati veſtræ, quod T. Taurinienſis, fidelis noſter, juxta ſacrarum conſtitutionum noſtrarum tenorem examinatus, inventus fidelis, & de genere fidelium ortus, & ſufficiens ad notariatus officium exercendum, eſt per Curiam noſtram approbatus. Propter quod de ipſius prudentia & fidelitate confiſi, ſtatuimus eum publicum Notarium Taurinienſem: ut amodo in terra ipſa publicè notariatus officium, ad honorem & fidelitatem noſtram, debeat exercere: recepto ab eo juramento fidelitatis, de ipſius publici notariatus officio fideliter exercendo.

2. Quare fidelitati væſtræ mandamus, quatenus, ſi in terra ipſa non eſt completus numerus ſtatutus Notariorum, noſtris conſtitutionibus comprehenſus, dicto T. fideli noſtro, tamquam publico Notario ejuſdem terræ, à noſtra Majeſtate ſtatuto, de omnibus, quæ ad ejusdem notariatus officium pertinent, ad honorem & fidelitatem noſtram de cætero intendatis.

FRIDERICI II. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO DE LIBERTATE CONCESSA GENTIBUS AD CATHOLICÆ FIDEI UNITATEM CONVERSIS.

Ann. Chriſti. 1232.

FRIDERICUS, Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, &c. Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, & univerſis Chriſti fidelibus, Imperio Romano ſubjectis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Ad hoc ſummi diſpenſatione conſilii, *a* Principalis obtinuimus Monarchiam dignitatis, & Imperii Romani ſuſcepimus diadema: ut, etſi ad alia extrinſeca debita ſollicitudo nos provocat, adea tamen, quæ libertatis *b* Eccleſiaſticæ ſtatum, & incrementum Catholicæ fidei promoverent, tantò ſpecialiùs intendamus, quantò gratiùs *c* in hoc Chriſto impertimur obſequium; à quo fides noſtra cepit exordium, & per quem Imperialis gratiæ recognoſcimus unctionem.

a al. præ aliis Principibus.
b mſ. Eccleſiaſticæ.
c al. inde Ch. impartitur.

2. Hinc eſt igitur, quod per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis præſentem paginam inſpecturis, ad noſtram nuper ex veridica fidelium inſinuatione notitiam perveniſſe, quod quædam gentes in Septemtrionalibus partibus conſtitutæ, videlicet in Livonia, Eſcovia, *d* Pruſſia, Semigalia, & in aliis provinciis convicinis, inſpirante divina gratia cælitùs, & eo, qui ubi vult ſpirat, expulſa de cordibus eorum ſuperſtitionū caligine, cor carneum induentes, ab infidelitatis errore diſcedere cupiunt, & ad veri Dei cultum, & catholicæ fidei unitatem accedere ſunt parati: ob illius tantùm (ſicut dicitur) id facere differentes timorem, ne poſt ſuſceptionem fidei per Principes

d mſ. Pracia.

orhis libertates eorum ad ſervitutis onera deducantur. Cumque penitùs cenſeamut indignum, & cunctis Chriſti cultoribus abhorrendum, ut libertas, quæ per ſe res favorabilis eſt, privilegium & ſavorem, quæ per fidem meretur, amittat, ea omnia prævenienda duximus de gratia ſpeciali. Et ecce, quòd univerſos & ſingulos eorum, ad ſuſceptionem Catholicæ fidei venientes, poſt ſuſceptam fidem, cum omnibus bonis eorum, ſub noſtra & Imperii protectione & ſpeciali defenſione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti auctoritate plenam eis & hæredibus eorum, intuitu ſuſceptæ fidei, concedimus & confirmamus perpetuò libertatem: necnon omnes immunitates, quibus uti conſueverunt, priuſquam converterentur ad fidem.

3. Eximimus inſuper eos etiam à ſervitute & juriſdictione Regum, Ducum, & Principum, Comitum & cæterorum Magnatum, præſenti ſancientes edicto, ut non niſi ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, ac Romano Imperio, quem alii liberi homines Imperii, teneantur.

4. Nulluſque eos contra præſentis protectionis, defenſionis, conceſſionis, & confirmationis noſtræ paginam, impetere, moleſtare, offendere, vel eorum quietem turbare præſumat. Quod qui præſumſerit, indignationem noſtram & Imperii ſe noverit graviter incurſurum.

5. Quare univerſitatem veſtram hortando & rogando monemus, attentiùs exhortantes, quatenus prædictas gentes, accedentes ad fidem, ob illius amorem, cujus intuitu & inſpiratione ducuntur, qui eas denuò ad ſe vocat, benignè protegere, fovere, ac tueri potenter ab incurſibus malignorum, & ob reverentiam Imperii commendatas habere velitis, ut univerſos & ſingulos poſſimus exinde meritò commendare. ....

Deeſt data & ſubſcriptio.

Ann. Chriſti 1239.

FRIDERICI II. IMPERATORIS AUGUSTI APOLOGIA

Publicè contra Capitula GREGORII Papæ IX. propoſita, & per Epiſcopos ſuos reſcripta.

SAnctiſſimo Patri in Chriſto, Gregorio Dei gratia Summo Pontifici, ſui devoti, Herbipolenſis, Wormacienſis, Vercellenſis, & Parmenſis, Epiſcopi, humilem ſui commendationem, & reverentiam tam debitam quàm devotam.

Cum omni reverentia & devotione recipimus literas Apoſtolicæ Sanctitatis, per quas miſſi fuimus admonere Dominum noſtrum Romanum Principem, ſuper quibuſdam capitibus quæ miſſa ſunt eiſdem literis interclusa. Nos autem ex obedientiæ debito, qua tenemur ad tantum debitum, hæſitantes tamen, ſi monita noſtra patienter acciperet, reverenter & devote pervenimus, & expoſitis ſingulis, quæ Capitula continebant, ac veſtrarum per eum habita copia literarum, faciente Domino, qui gerit ac dirigit, quò voluerit, corda Regum, in admirabili devotione & inſperata humilitate ſe monitis noſtris pronum exhibuit, inclinatâ Imperialis auctoritatis dignitatis. Ita quòd nobis exiſtentibus coram eo, præſentibus quoque venerabilib. Panormitanenſi, Meſſanenſi, Archiepiſcopis; Cremonenſi, Laudenſi, Navarienſi, & Mutinenſi, Epiſcopis, & Abbate S. Vincentii; convocatis etiam quàm pluribus ex fratribus. Ordinis Prædicatorum & Minorum, reſpondit ad ſingula, quæ propoſuimus, ſeriatim, prout in ſequentibus diſtinctè ac plenariè continetur, ſicut Dominationi veſtræ reſponſionem ipſius juxta ſeriem capitulorum expoſitam, ſecundum Apoſtolicam juſſionem ſub ſibi teſtimonio, tenore præſentium declaramus.

I. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Montis Regalis, Cephaludenſis, Catanienſis & Squillarenſis, Eccleſiæ; Millitenſe, S. Euſemiæ Terræ majoris, & S. Johannis in Lamis, Monaſteria, ſunt ſpoliata ferè omnibus bonis ſuis. Item, omnes ferè Cathedrales & aliæ Eccleſiæ ac Monaſteria ſunt per iniquam inquiſitionem ferè omnibus hominibus ſuis ſpoliata.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Super gravaminibus Eccleſiarum, quæ indeterminatè ponuntur, quædam ignoranter commiſſa, corrigi juſſa ſunt ſine moræ diſpendio: quædam verò jam correcta, ſicut eſt in evidenti, de fideli & induſtrio Nuncio noſtro ad hoc ſpecialiter deſtinato, videlicet Magiſtro Wilhelmo de Tocto, Notario noſtro, qui etiam juſſus eſt tranſire per Romanam Curiam, & conſulto venerabili Meſſanenſi Archiepiſcopo, juxta conſilium ſuum procedere ad revocationem eorum, quæ inveniret notabiliter facta. Sic quòd in ingreſſu Regni, circa fines illos invenit quædam, quæ tenebantur per quoſdam de familia Imperiali; quibus non pepercit, ſed eos ſtatim deſtituit, reſtituens deſtitutos: cùm tamen habuerit in mandatis, quòd ab Imperiali fiſco etiam revocaret, ſi qua inveniret illicitè deprehenſa. Sic quòd fama eorum, quæ geſſerat, perveniente ad Curiam Romanam, Dominus Papa dicitur approbaſſe mittentis providentiam, & diligentiam miſſi. Qui, cùm Regnum in diverſas provincias ſit diviſum, nondum potuit omnes peragraſſe, ut quæ corrigenda invenerit, corrigantur.

de Montis Regalis Eccleſia. Item, de Eccleſia Montis Regalis, reſpondet, quòd nullum gravamen habuit per Dn. Imper. niſi velit notari de Saracenis qui occupaverant bona Eccleſiæ per bellū, qui nec Dominū Imperatorem nec Eccleſiam recognoſcebant; nec in aliquo pro poſſe ſuo pepercerunt, immò deſtruxerant & deprædati fuerant eam uſque ad muros Eccleſiæ, & alicui de Sicilia non parcebant, ita ut in partibus illis nullus vel rarus Chriſticola remanſiſſet. Hos reverà fatetur Dominus Imper. exterminaſſe de

Saraceni Sicilia pulſi.

Sicilia

Sicilia eum multis laboribus & expenſis: ſi reputant in hos gravamen Eccleſiæ, alias neſcit quòd unquam gravaſſet illam nec vult gravare.

de Cephalenſi Eccleſia.

Item, idem dicit de Eccleſia Cephalenſi, niſi fortè tangatur de caſtro Cephalenſi, quod velut muniſſimam arcem ſupra mare, & ſtantem in Marchia Saracenorum, tenuerunt ſemper Reges Siciliæ & bonæ memoriæ Innocentius Papa mandavit Legato ſuo, tunc temporis pro ſervitio noſtro in Siciliæ exiſtenti, ut velut recuperet ab Epiſcopo, ad cujus manus per turbationem venerat & non de jure, & quod Legatus tempore pueritiæ noſtræ faceret teneri & cuſtodiri pro nobis, nec Epiſcopo, nec præſenti reſtituitur, nec de jure reſtitui debet, quia non habet jus in re: & alias quod falſarius, homicida, proditor, & ſchiſmaticus, publico teſtimonio comprobatur. Quare ſi etiam haberet jus in re, (quod abſit) reſtitui non tenetur.

de Cathanenſi Eccleſia.

Item de Cathanenſi Eccleſia; niſi fortè tangatur de hominibus * demanii Domini Imperatoris, qui temporibus belli, propter locum ſecurum & fertilem, ſe Cathaniam contulerunt. Hos fatetur Imperator ſe ad demania ſua revocaſſe, ſecundum formam generalis Conſtitutionis Regni, per quam etiam Comites, & Barones, & omnes de Regno homines de demaniis revocant, ubicunque eos invenerint, ſive in terris Eccleſiarum, ſive in civitatibus ipſius Imperatoris: nihilominus tamen ſuper his forma ſtatuta eſt, & meta temporis poſita, ad requiſitionem Summi Pontificis acceptata, prout conſtat ex literis teſtimonialibus Patriarchę Antiochenſis, & Panormitanenſis & Meſſanenſis Archiepiſcoporum.

* 1. dominii

Homines proprios ad demania Dominorum ſuorũ revocari poſſe.

Miletenſe & S. Euphemiæ monaſteria.

Item, quod cum Eccleſia Miletenſis & ſanctæ Euſemiæ, cum Abbate & Monachis Terræ majoris, permutatio congrua facta ſit de voluntate Prælatorum ipſorum & conventuum, ſecundum formam juris, & ipſi hodie res tenent & poſſident permutatas. Taſſale verò ſancti Severii, quod non erat in totum Abbatis Terræmajoris Acouenſis, ibi quædam jura habebat, quæ tenebat in feudum ab ipſo Imperatore, per judicium fuit juſtè deſtructum, quia homines illius loci tempore perturbationis occiderunt Paulum de Longobam Bajulum Imperatoris, & armenta Imperialia diripuerunt: & nihilominus (ut dictum eſt) permutatio data eſt Abbati & Conventui pro parte ſua, & hodie tenent.

Abbates pro re feudali apud Imperatorem conveniri debere.

Locus Lamæ cinctus eſt per ſententiam ab Abbate ſancti Johannis Rotundi, qui de eo, velut de re feudali, potuit & debuit, ſecundum jus Civile & Canonicum, in Imperiali Curia conveniri.

II. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Templarii & Hoſpitalarii bonis mobilibus & immobilibus ſpoliari, juxta tenorem pacis non ſunt integrè reſtituti.

RESPONSIO IMPERIALIS.

de Templariis, & Hoſpitalariis.

A Templariis & Hoſpitalariis verum eſt, quòd per judicium & per antiquam conſtitutionem Regni Siciliæ, revocata ſunt feudalia & * burgaſatica, quæ habuerant per conceſſionem invaſorum Regni quibus equos, arma, victualia, & vinum, & omnia neceſſaria miniſtrabant abundè, quando infeſtabant Imperatorem; & Imperatori, tunc Regi pupillo & deſtituto, omne omnino ſubſidium denegabant. Alia tamen feudalia & burgaſatica dimiſſa ſunt, eis qualitercunque ea adquiſierunt & tenuerunt ante mortem Regis Wilhelmi Secundi, ſeu de quibus haberent conceſſionem alicujus anteceſſorum ſuorum. Nunnulla vero burgaſatica, quæ emerunt, revocata ſunt ab eis, ſecundum formam antiquæ conſtitutionis Regni Siciliæ quod nihil poteſt eis ſine conſenſu Principis de burgaſaticis inter vivos concedi, vel in ultima voluntate legari, quin poſt annum, menſem, * ſeptimam, & diem, aliis burgenſibus ſecularibus vendere & concedere teneantur. Et hoc propterea fuit ab antiquo ſtatutum, quia ſi liberè eis & perpetuo burgaſatica liceret emere ſive accipere, modico tempore totum Regnum Siciliæ (quod inter regiones mundi ſibi habilius reputarent) emerent, & adquirerent. Et hæc eadem Conſtitutio obtinet ultra mare.

* 1. allodia, eigent Land-Güter.

* fort ſeptimanam.

III. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Item, quod non permittit Cathedrales & alias vacantes Eccleſias ordinari; & hoc occaſione periclitatur libertas Eccleſiæ, perit fides, quia non eſt qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas, deficiente paſtore.

RESOPNSIO IMPERIALIS.

de Eccleſiarũ vacantium ordinatione.

Cathedrales & alias vacantes Eccleſias Dominus Imperator libenter vult & deſiderat ordinari, ſalvis privilegiis & dignitatibus, quæ prædeceſſores ſui Reges uſque ad ſua tempora habuerunt, & quibus ipſe modeſtius, quam prædeceſſores ſui hactenus uſi ſunt, nec contra ordinationem Eccleſiarum unquam fuit.

IV. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De talliis, & exactionibus quod contra formam pacis ab Eccleſiis & Monaſteriis extorquentur.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Eccleſiaſticis talliæ & collectæ imponi poſſunt pro feudalibus.

Talliæ & collectæ Clericis & perſonis Eccleſiaſticis, non pro Eccleſiaſticis rebus, ſed pro feudalibus & patrimonialibus imponuntur, ſecundum quod eſt jus commune, & obtinet ubique per orbem.

V. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De hoc, quod Prælati non audent procedere contra uſurarios, occaſione conſtitutionis Imperialis.

RESPONSIO IMPERIALIS.

de Uſurariis.

Apparet generalis & nova conſtitutio contra uſurarios edita per Imperatorem, per quam in omnibus bonis eorum publicè condemnantur, & lecta eſt coram Prælatis, per quam etiam non interdicitur Prælatis audacia procedendi.

VI. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Quòd Clerici capiuntur, incarcerantur, proſcribuntur, & occiduntur.

RESPONSIO IMPERIALIS.

De captis & incarceratis nihil novit, niſi quòd per Officiales Imperatoris aliqui capti ſunt, aſſignandi juxta qualitatem exceſſuum judicio Prælatorum. De proſcriptis verò novit, quòd objecto quibusdam crimine læſæ Majeſtatis, aliqui de Regno ſunt proſcripti Novit etiam de occiſis, quòd propter impuoitatem Clericorum & Monachorum Venuſina Eccleſia gemit obitum Prælati ſui à ſuo Monacho interfecti: & in eccleſia ſancti Vincentii Monachus Monachum interfecit, nec eſt inde aliqua vindicta ſive pœna Canonicà ſubſecuta.

VII. PROPOSITIO ECCLESIÆ

De Eccleſiis Domino conſecratis, quæ prophanantur & deſtruuntur.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Nihil omninò ſcitur, niſi fortè dicatur de eccleſia Luceriæ, quæ propter diutinam vetuſtatem per ſe dicitur corruiſſe, & quam imperator, nedum quòd reædificari permittat, imu paratus eſt ad honorem Dei & Eccleſiæ, de ſuo pro reædificatione ejusdem Epiſcopum congruè adjuvare.

VIII. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Quod non permittit reparari Soranam Eccleſiam.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Rebellis civitas deſtructa.

Soranam Eccleſiam ſolam ædificari permittit, ſed civitatem non ad minus diebus ſuis, quæ judicio eſt deſtructa.

IX PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Quod contra tenorem pacis hi, qui adhæſerunt Eccleſiæ tempore turbationis, bonis omnibur ſpoliati exulare coguntur.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Adhærentes Domino Papæ tempore turbationis contra Dominum Imperatorem, ſecurè in Regno morantur, niſi fortè qui officia & jurisdictiones exercuerunt, metu ponendi rationem, vel aliqui, ne cauſis civilibus vel criminalibus conveniantur, morantur extra Regnum; de quibua vult Dominus Imperator, quòd ſecurè redeant, & ſibi & aliis conquerentibus, non tamen de eo vel ejus occaſione, quòd Eccleſiæ adhæſerunt, velint facere rationem. Sed cùm de forma pacis tractatur, recordatur, quòd Dominus Papa contra eam, & contra opinionem ferè omnium Fratrum, detinet civitatem Caſtellæ, pro qua detinenda, in præjudicium Imperii, recepit pecuniam, exiſtente Domino Imperatore pro ſervitio ejus contra Romanos, & expendente proinde ultra centum millia marcarum argenti: adeò quòd magnum commodum inde eſt Eccleſia conſecuta, tam de terra Romanis ablata. & ſibi reſtituta, quam de libertate Eccleſiaſtica, reformata in Urbe, occaſione ſervitii ſupradicti.

Papæ perfidia & pacis publicę turbatio.

X. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De nepote Regis Tunicii, quem non permiſit venire ad Apoſtolicam Sedem, ad ſuſcipiendum baptiſmi ſacramentum, ſed captivum detinet.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Tunicii Regis nepos.

Quòd nepos Regis Tunicii, non ut baptiſaretur, ſed ut aufugeret mortem, quam præminabatur patruus ſuus, de Barbaria fugit in Siciliam. Non tenetur captivus, ſed liber per Appuliam vadit: & diligenter quæſitus, ſi baptiſari velit, omninò negat. Si tamen vult baptiſari, Dominus Imperator acceptat & gaudet, prout ſuper hoc reſpondit aliàs Panormitanenſi & Meſſanenſi Archiepiſcopis.

XI. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De Petro Saraceno, fideli Eccleſiæ quem tenet captivum in injuriam Eccleſiæ: & Fratre Jordano, qui tenetur captivus.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Petrus Saracenus, tanquam inimicus Domini Imperatoris, & detractor ejus tam in Urbe quàm alibi, captus eſt per eum. Item, non in negocium Regis Anglorum venit, ſed tantùm literas ipſius attulit, ut ſi fortè caperetur, capto parceremus, attentius ſupplicantes. quibus non obtemperavimus, quia Rex neſcivit, quas mihi paravit inſidias.

De Fratre Jordane, quòd ipſum nec cepit nec capi mandavit, quamvis eum in ſermonibus diffamaverat. ſed quia videtur à quibusdam fidelibus ſuis, qui norunt mores & verſutias ejusdem Fratris, quòd ſtatus & mora ejus ſi fieret in Marchia Terviſii, & Lombardia, ſuſpecta foret & nociva Domino Imperatori, præſtita ſatisdatione, quòd in Marchia vel Lombardia remanere vel morari non debeat, ipſum liberari mandabat; & aſſignari eum juſſiſſet Domino Meſſanenſi Archiepiſcopo, ſi dictum fratrem in prædictum modum ſuper ſe recipere voluiſſet.

XII. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De eo, quod ipſe ſeditionem movit in Urbe contra Eccleſiam, per quam intendebat Romanum Pontificem & fratres ſuos a ſua Sede repellere, & contra privilegia, dignitates, & honores Apoſtolicæ Sedis, libertatem Eccleſiaſticam conculcare.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Seditio mota in Urbe contra Eccleſiam per Dominum Imperatorem, negatur. Sed cùm ipſe habeat

habeas

babeat fideles ſuos in Urbe, ſicut prædeceſſores ſui, tam Romani Principes quàm Reges Siciliæ ſolitiſunt babere, quia Senarores aliquando electi per potentiam adverſariorum, eos offendere contendebant, aſtabat deſenſioni eorum, ſicut aſtaret quoties in ſimilibus expediret. Ceſſante verò cauſa, videlicet quòd alius Senator communiter electus fuit, ceſſavit turbatio ſupradicta, prout conſtat de rei evidentia, ex teſtimonio Panormitanenſis & Meſſanenſis Archiepiſcoporum.

Romæ fideles ſuos habent Imperator & Rex Siciliæ.

XIII. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

De eo, quòd mandavit quibusdam fidelibus ſuis, ut Epiſcopus Præneſtinus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, detineretur.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Super mandato detentionis Epiſcopi Præneſtini, reſpondit, quod nunquam mandavit, nec etiam id ſomniavit Dominus Imperator, quanquam de eo id juſtè facere potuiſſet, tanquam de inimico ſuo. Qui, licet miſſus per Dominum Papam, tanquam vir religioſus, tamen de mandato Domini Papæ, ut ipſe dixit, Lombardiam pro magna parte contra Dominum Imperatorem callidè & pernicioſè ſubvertit, & Lombardos contra ipſum, in quantum potuit, animavit.

Papæ perjuria in Imperatorē.

XIV. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Quòd per eum impeditur negocium Terræ Sanctæ, occaſione diſcordiæ, quam habet cum quibusdam Lombardis: cùm parata ſit Eccleſia dare opem & operam efficacem, ut ſibi & honori Imperii ſuper his, quæ commiſſa ſunt contra eum à Lombardis, congruè ſatisfiat, & Lombardi etiam ad hoc ipſum ſint præparati, Moneatur ſuper his omnibus & reſponſum ejus ſignificetur nobis.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Super negocio Lombardiæ dixit Dominus Imperator, quod illud multotiens commiſit Eccleſiæ, nec inde eſt aliquod commodum aſſecutus, niſi quod prima vice condemnati ſunt Lombardi in quadringentis militibus, quos Dominus Papa tali modo fecit ei ſolvi, quod ipſos contra ipſum Imperatorem miſit in Regnum. Secunda vice condemnati ſunt in quingentis militibus, quos non Imperatori, contra quem commiſſa erat injuria, ſed ſub protectione & ad requiſitionem Domini Papæ & Eccleſiæ, quæ offenſa non erat, ultra mare transmitti pronunciavit, quod etiam nunquam factum fuit. Tertia vice, ad requiſitionem Cardinalium, ſcilicet quondam Epiſcopi Sabinenſis & Magiſtri Petri de Capua, plenè, ſicut Dominus Papa dictavit, commiſſum fuit dictum negocium Eccleſiæ, nec unquam poſteà de hoc fuit verbum, niſi quando Dominus Papa novit, quod Imperator, poſtquàm ei totiens fuerat illuſum, defendere cum exercitu à Germania in Italiam ſe parabat, & tunc inſtanter petiit denuo negocium ſibi committi: & Dominus Imperator, licet in eadem commiſſione naufragium ſæpe expertus fuiſſet; voluit tamen ſibi committere ad certum diem & ſub conditione, quod ad honorem ſuum & commodum Imperii firmaretur. Quam conditionem Dominus Papa, prout per literas ſuas conſtat, admittere noluit, quanquam ad præſens per literas ſuas dicat, quod Eccleſia negotium ipſum, ſalvo jure & honore Imperii, fuiſſet diffinire parata. Et ex hoc patet quod literæ ipſæ ſibi invicem manifeſtiſſimè contradicant.

Papæ falſa & perfida judicia arbitralia.

Papa Imperio invidus & infidus.

Et ne prætendatur, quod in præjudicium Terræ Sanctæ velit Dominus Imperator jura Imperii in Italiam reſtaurare, qualiter Dominus Imperator negocium Terræ Sanctæ aſſumpſerit, nec duxerit negligendum, apparet per literas ſuas reſponſales Regibus Orbis & Crucesignatis in Francia ſcriptas, qui ipſum in Dominum & Rectorem exercitus elegerunt, per quas etiam reſpondit inſuper eisdem, quod negocium ipſum de conſilio Eccleſiæ tractare volebat.

Expeditio in terram Sanctā.

Denique tamen ſuper omnibus gravaminibus Eccleſiarum corrigendis, Notarius Domini Imperatoris in ſpecialem Nuncium, ſicut ſuperius eſt propoſitum, eſt transmiſſus.

Addit prætereà Imperialis reſponſio, quod id, quod enormius eſt & in admirationem & ſtuporem omnium audientium verti debet, poſt receſſum ſuprà memoratorum Panormitanenſis & Meſſanenſis Archiepiſcoporum, quibus Dominus Papa Eccleſiæ gratiam pro Domino Imperatore promiſit, & quod voluit unum & idem eſſe cum eo, Domino Imperatore, prout decuit, non modicè hoc attemptante, poſtquam ſufficienter fuerat eis ad quædam capitula, miſſa per eos, reſponſum, prout in eorum atteſtatione conſiſtit, poſt tergum & in confuſionem eorundem Archiepiſcoporum, eis omnino neſcientibus miſſæ ſunt literæ iſtæ & Capitula interclusa Prælatis; quæ licet ſpeciem admonitionis contineant, ſuggillationem tamen Imperialis famę continent manifeſtè.

Papales literæ contra decus & honorem Imperatoris.

Ultimo generale verbum reſpondit & propoſuit Dominus Imperator, quod cum ipſe diu fuerit abſens à Regno, & Regni ſtatum ignoret, quicquid unquam in gravamine Eccleſiarum factum eſt, quod remaneat emendandum, integrè & ſine difficultate aliqua id emendari mandabit. Et nihilominus propter univerſale bonum, quod ex unione inter ipſum & eccleſiam provenit, paratus eſt omnem prorſus ſecuritatem, quæ Eccleſiam & ipſum Imperium deceat, præſtare Eccleſiæ, quod ad honorem & exaltationem fidei Chriſtianæ, & ad honorem & libertatem Eccleſiaſticam conſervandam, ſit unum & idem cum Eccleſia, viribus & potentia ſua ad hoc ex toto converſis.

Datum &c. ....

FRIDERICI ANTIOCHENSIS FRIDERICI II. IMPERATORIS F. VICARII S. ROMANI IMPERII,

S E N T E N T I A

EXBANNITIONIS, FACTÆ CONTRA CONTUMACES ACCUSATOS DE HOMICIDIO.

In nomine Domini, Amen.

* al Conciì. † mſ. Gaulteri. * al. ſpiritualem.

NOS FREDERICUS DE ANTIOCHIA, &c. Accepta quetimonia Bernhardi Blanchi de Monteſillis, qui accuſavit * Cencium filium † Gualterii, & Dacum ejus fratrem, qui interſecerunt Domiuum Jacobum Abbatem Monaſterii Monteſilus, eorum Dominum * ſpecialem, accuſando etiam eos de incendiis, guaſtis & damuis, illatis & factis per eosdem eidem: ipſos legitrimè citati fecimus & peremptoriè per notariumR. de eudem loco pluribus vicibus, ſicut de citarione conſtat per inſtrumenta publica, ejusdem notarii manu facta.

2. Cumque præfati Cencius & Dacus non veniſſent, & diu ultra terminos eis daros fuerint expectati, conſiderara eorum inobedientia & contumacia, Imperiali auctoritate, qua fungimur, eos in perſonis & rebus exbanniendos duximus, ſi dehinc ad decem dies ad mandara noſtra noo venerint evocati, (cùm de ram criminali exceſſu coram nobis fueriot accuſati, & ſic cootumaces extiterint, ut eſt dictum) ita ut quicunque eos à prædicta die inanreà offenderit, habeatur impunis: & quòd ipſorum bona ad opus Imperialis Curiæ debeant annotari: ac quòd nulla Communiras ſeu perſona eos audeat tecepeare, ſub pœna eis noſtru arbitrio inferenda, donec in eorum contumacia perſeverant.

3. Darum in &c.... ſub annu Domini &c..... præſentibus talibus &c. ..... Imperante Domino FREDERICO, Dei gratia Romanorum Imperatote, Hieruſalem & Siciliæ Rege, &c. .....

Ann. Chriſti 1252.

GUILHELMI CÆSARIS AUGUSTI

C O N S T I T U T I O

Quâ terris Imperialibus privatur Margarita Comitiſſa Flandriæ, ob fidem non præſtitam.

T.. Erram de Namurco cum ſuis appendicibus, terram juxta Scaldem, terram Aloſtenſem, terram de Waſia, terram Quaroor Officiorom cum omnibus appendicibus, ſororio noſtro Nobili viro Johanni Avennio, ut eadem Comitiſſa in fœdum tenuit; conceſſimus à nobis & Imperio perpetuò poſſidendas. quarum terrarum homines & habitatores eidem Johanni obedire volumus & præcipimus. Dat. V. Id. Julii, Anno MCCLII. Regni noſtri anno IIII.

CON-

CONRADI IV. IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTA.

RESCRIPT. I.

DE ELECTIONE IMPERIALI, ET AMMINISTRATIONE IMPERII ROMANI.

CONRADUS, DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS, HIERUSALEM AC SICILIÆ REX,
Fidelibus ſuis regnicolis Siciliæ.

NObis in voto gerentibus, proſcriptis ſuperſtitioſæ dilationis diſpendiis, poſt paternæ, quin imò Dominicæ lugubrem fatalitatis eventum, felices Majeſtatis noſtræ greſſus dirigere celeriter in hæreditatii Regni noſtri dulces applauſus, ut ex diſpendioſo mortis excidio, corda noſtrorum fidelium doloris impulſus exaggerans, non magis proclivis ad gemitum, quàm ad caſum adventus noſtri tripudio prævio, & de Majeſtatis noſtræ deſiderata præſentia, dignæ conſolationis ſumpto remedio, celeriùs ſedaretur. Obſtitit votum tamen votis noſtris retardans in poſterum noſtræ voluntaris affectum, improviſum facti Imperii regimen, divina clementia Magnificentiæ noſtræ ditioni ſubmiſſum. Cujus non contemnenda religio, debitæ gubernationis habena ſubmiſſa, inconſultè relinqui non poterat, nec conniventibus oculis præteriri. Sub cujus ſalubri regimine, proviſa noſtræ * Celſitudinis linea, non ſine grandi intranea conſultatione librata, prout nobis digna ſuggeſſit proviſio: ſub cujus potentia celebri vita potimur, & vincimus, fortuna noſtris arridente proceſſibus: viribus † hoſtium Imperioſè confractis, quin imò protinus enervatis, ad ſalubris centrum gubernationis ducet & ſtatus, ut nec damni diſpendium, nec culpæ contagium, otio negligentiæ terelegatu, in Imperii gubernatione contingat. His igitur divina conſummatione peractis, adventum noſtrum in Regnum, votivis affectibus à noſtris fidelibus devotiùs & diutius expectatum, antequàm præſentis menſis ſpacium lapſus dierum enumeret, promptè promittimus dubitatione vacuum, & dilatione ſecluſum.

* al. ſolicitudinis.
† Henrici Thuringiæ Lantgravii, contra ſe electi.

RESCRIPT. II.

DE RESTITUENDIS BONIS PATRIS PRODITORIS FILIO FIDELI.

CONRADUS &c. SECRETARIO SICILIÆ.

FIdelium noſtrorum æterna memoria, noſtro recondita pectore, quamquam natura ſuum officium exequente, per ſolutionem debiti carnis ab obſequiis devotionis noſtræ quieſcat: ex fonte tamen noſtræ ac innatæ clementiæ liquidum ſavoris rivulum, quem pater omnium ex gratiâ meruit, humana & benigna compaſſione percipimus derivari miſericorditer ad hæredes. Sicque in perpetuum apparent vivere, dum in domino mors eorum & merita in hominibus reponantur. Ut autem noveris fidem Johannis Turdi de Meſſana, * fidelis noſtri, in beneplacitis noſtris ex opere claruiſſe; cujus obitum nobis diſplicuiſſe reſerare dignamur: ex meritis, quæ in eo vivente comprehendimus, dum ex fide memorialiter vivit in nobis, volumus, & præſentium tibi tenore mandamus, quatenus Debalio filio & hæredi Johannis prædicti, te nullatenus intromittens, ipſum per Raii fratrem ſuum, fidelem noſtrum, conſtitutione noſtra ſuper hoc edita non obſtante, de ſpeciali gratia noſtra geri & procurari permittas, prædictis ſratri & hæredibus ſuis, fidelibus noſtris, in eorum juribus, perſonis, & rebus, ob deſectum ejuſdem Johannis, injuriam vel gravamen inferri aliquatenus non paſſurus: imò in omnibus, quibus honoris noſtri Zelus & fides præfatos defendi & manu teneri voluerit, eis ſtudeas ob noſtræ reverentiam Majeſtatis adeſſe.

* mſ. infidelis.

RESCRIPT. III.

DE DISTRIBUTIONE GENERALIS COLLECTÆ

CONRADUS &c. MAGISTRO JUSTICIARIO.

ETſi Clementiæ noſtræ motum firmumque propoſitum regnicolarum, noſtrorum fidelium, taciturnitas humilis & devota eorum exhortatio, exonerationem comeruit; quia tamen neceſſitas utilis, quam inſtantis temporis qualitate proſequimur, propoſitũ in hoc noſtræ Majeſtatis * abducit,

* mſ. adducit.

quod

quod eorum certa ſubſidia concordi voluntate votorum omnium in complementum noſtri beneplaciti & concurſu ſecuri, ſic confidenter accedimus, ac ſi manus ad ſcrinia noſtræ Cameræ mitteremus: ideò fidelitati tuæ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus quantitatem præſentibus interclusam, per ſingulos Juſticiariatus decreræ tibi provinciæ, per juſticiarios auctoritate noſtra mandes imponi, viam & modum omuem excogitans, qualiter taxanda qualitas æqualiter diſtribuatur inter univerſos & ſingulos ad facultatem cujuslibet debitum habendo reſpectum. Sic enim nullus graviter offeret, quod ſub æqualitate perſolvet.

RESCRIPT. IV.
DE ROMANORUM OBEDIENTIA IMPERATORI DEBITA.

CONRADUS &c.

Vide Friderici II. epiſt. ad Romanos, apud Petr. de Vineis lib. 1. cap. 7.
* al. excelleret.
† §. 6. Inſtit. de Iure nat. gent. &c. l. 1. §. 7. C. de vet. iur. enucl.
* al. mſ. ingrat.

ROmanus honor, Urbis gloria, & incrementum Populi Romani, adeò Cæſareæ ſolicitudini tenaciter adhæſerunt, ut ad eorum promotionem frequenter literas & inceſſanter Legatos etiam mitteremus, per qnos & quas ſumus conati vos inſtruere & docere benivolentiam & favorem: ut Romanus Princeps auctricem ſui nominis, & effectus Romam * extolleret, & Romanum Populum, † qui omnem puteſtatem in ſuum Imperatorem contulit, præ cæteris gentibus exaltaret. Et ô utinam veſtræ generalis & unicæ devotiunis affectus, propoſito & votis noſtris votivis concurriſſet, ut velletis benivolè proſequi noſtram benivolentiam & favorem! ut obauditores in tantum tantæ propoſitæ * gratitudinis non eſſetis. Namur & in admirationem tranſeat univerſis, nedum proximis ſed remotis, quòd Romani Principis monita, conſilium & promiſſa conniventibus oculis pertranſiſtis, & oblata noſtri favoris affectio reddat vos inexcuſabiles apud omnes, quod Romani Romanorum Imperatorem, Reipublicæ avidum, in incremento audire vel ſequi diſſimulaverunt, ad eorum commodum & profectum. Nolentes igitur circa vos, à favore deſiſtere conſueto, ad vos N. & N. de noſtro latere duximus deſtinandos, qui vos omnes emergentia quędam pro parte noſtra perdoceant, & ùt favorabiles affectus noſtros ad veſtros publicos honores exponant. Quare mandamus devotioni veſtræ, quatenus ea, quæ vobis dixerint, firmiter credere, & effectu proſequente complere non inefficaciter debeatis.

RESCRIPT. V.
UT QUI IN CARCERE STETIT, PROPTER HOC NON INCURRAT INFAMIAM.

CONRADUS &c.

SAtis nobis cedit ad gloriam, & noſtris fidelibus ad profectum, ſi motus noſtros, quos armat potentia, ſic manſuetudine decoremus, ut pœnæ duritiem, quam juris rigor aliquando dictat in ſubditos, Clementiæ noſtræ molliamus unguentis: cùm creſcat in ſubditis vigor, dum pœna remittitur, & dum devotorum ſuccreſcit cumulus, noſtri honoris per conſequens titulus augeatur. Hac itaque ratione commoniti, tenore præſentium notum facimus univerſis, quòd licet olim C. & O. fideles noſtri, ob notas aliquas, quibus eos plus aliquorum calumniæ detractio, quàm juſticiæ regula fecit obooxios, de mandato Divi Auguſti, quondam Domini genitoris noſtri, felicis memoriæ, in inſulam Malcæ fuerint deportati, & propterea viſi fuerint notas alicujus infamiæ contraxiſſe: quia tamen humanitatis nobis ſuadente clementia, ipſos carcere, qno tenebantur, abſolui, & à deportatione ipſa mandavimus revocari, omnem offenſam & notam infamiæ, qnam propterea incurriſſe noſcuntur, de noſtræ plenitudinis poteſtate abolemus & remittimus, lege vel conſuetudine aliqua nullatenus obſiſtente.

CON-

CONRADI IIII. IMPERATORIS AVGVSTI, CONSTITVTIO

DE PRIVILEGIIS EXTRANEORVM IN REGNO SICILIÆ.

CONRADVS, DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR, SEMPER AVGVSTVS, &c.

ETſi cauſarum varietas, quæ proceſſibus noſtris improvidè ſemper circumfluit, & Nationum pluralitas, quæ ſub dominii noſtri felicitate reſpirat, in ſtatu vivendi pacifico, cauſam nobis continuæ meditationis adducant: quadam tamen prærogativa familiaris cogitationis inducimur; & aſſidua meditatione penſamus; qualiter peculiaris Regni noſtri Siciliæ populus, cujus ſpecialiter nos cura ſollicitat, cujus nobis eſt hæreditas anni poſſeſſione præclarior, ſic tranquillitatis decore præpolleat, ut ſub Cæſaris Auguſti temporibus augeatur. Videntes verò hoc fieri non poſſe commodiùs; quàm ſi ejusdem Regni locuples gremium, ad ubertatis ſuæ participium recipiat * extraneos, & alienigenis filiis, quos fidelium tamen loca pepererint, fœcundetur. * MS. exteros.

2. Quare magna quadam proviſione decrevimus; ut quicunque Regni noſtri filius effici cupiens, domicilus illuc & familiis omninò translatis, ipſius habere voluerit incolatum, ut ad locum paſcuæ liberè veniat, & ejus grata fertilitate veſcatur, & præter noſtræ plenitudinem gratiæ, quam ſibi favorabiliter pollicemur, & in collectis & ex actionibus publicis immunitate decennii ſe gaudeat incommutabiliter potiturum.

CONRADI IIII. IMPERATORIS AVGVSTI, CONSTITVTIO

DE PRIVILEGIIS IVDÆORVM.

CONRADVS, DEI GRATIA ROMANORVM REX. SEMPER AVGVSTVS,

ETſi Munificentiæ noſtræ gratia cunctis, quos noſtrum regit Imperium, communis debeat eſſe fidelibus, illos tamen gratiori * humilitate complectimur, legis gravioris quos gravat conditio, & qui in ſola protectione noſtra lenitatis reſpirant. Per præſens igitur privilegium, præſens ætas noverit & ſucceſſura poſteritas, quod nos attendentes imbecillitatem gentis Judaiſmi, & quod omnes & ſinguli Judæi degentes ubique per terras noſtræ jurisdictioni ſubjectas, Chriſtianæ legis & Imperii prærogativa, qua dominamur & vivimus, ſervi ſunt noſtræ Cameræ ſpeciales: ad ſupplicationes C. & O. ſervorum noſtrorum, Judæorum perſonas, filios & filias, ac omnia bona eorum, quæ in præſentiarum juſtè tenent, & poſſident, & inante à juſto titulo poterunt adipiſci, ſub protectione noſtra & Imperii noſtri recipimus ſpeciali: bonos uſus & approbatas conſuetudines, quibus temporibus Divorum Auguſtorum, prædeceſſorum noſtrorum reverendæ memoriæ, uſi ſunt, hactenus ipſis in ſervitiis & debitæ fidei noſtræ conſtantia perſiſtentibus, de munificentia noſtræ gratiæ & ex certa ſcientia confirmamus. * for. humanitate.

RVDOLPHI I. ROMANORVM REGIS, CONSTITVTIO

Ann. Chriſti 1290.

De Jure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ competente.

RVDOLPHVS Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

1. Quanto jura perſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tanto liquidiùs poſteritati ſucceſſuræ materia tollitur altercandi. Inquiſitionis igitur circumſpectæ præhabita indagine, ſcrutinioque ſolerti ſcire deſideravimus, quid quantumve

jura in Romano competat Imperio, & in electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, inclyto Regi Bohemiæ, Principi & filio noſtro Chariſſimo, & hæredib. ipſius. Quo facto, Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non veteranorum communi aſſertione, & concordi teſtimonio comperimus aſtonante, ipſum Regem Bohemiæ, Imperii debere Pincernam exiſtere, & jus ac officium Pincernatus apud eum, nec non ejus hæredes, jure hæreditario reſidere.

2. Extitit etiam dilucidè declaratum; prædictum Regem Bohemiæ, & ſuos hæredes, in electione Regis Romanorum, futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum Electorum, eligendi plenarium jus & vocem.

3. Hæc verò jura Pincernatus & Electoratus, ne dum dicto Regi & ſuis hæredibus didicimus competere, ſed etiam ſuis progenitoribus, abavis, atavis, proavis, & avis, purè pleniſſimè competebant.

4. Volentes itaque dicti Regis & hæredum ſuorum diſpendiis cavere, jus & officium Pincernatus in Imperio ſibi & hæredibus ejus, & non alii, competere, & in electione Regis Romanorum, futuri Imperatoris, habere jus & vocem, clarè recognoſcimus, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur.

5. Si quid autem diminutionis vel calumniæ, quod non credimus, cavilloſè, malitioſè, vel ſubdolè poſſit opponi, ſupplemus de plenitudine Regiæ poteſtatis. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum Erfordiæ, VI. Kalend. Octobris, Indictione tertia, anno Domini M. CC. XC. Regni verò noſtri anno XVII.

Ann. Chriſti 1311.

HENRICI VII. REGIS ROMANORVM IVRAMENTVM

PRO DEFENSIONE ECCLESIÆ ROMANÆ.

EGo HENRICUS Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, promitto, ſpondeo, & polliceor, atque juro coram Deo & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore Summi Pontificis, & hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus, quantum divino ſuffultus adjutorio fuero, ſecundùm ſcire & poſſe meum recta & pura fide, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ann. Chriſti 1338.

LUDOVICI IV. BAVARI, IMPERATORIS AVGVSTI, CONSTITVTIO,

NE FIDELES IMPERII CORAM ALIO IVDICIO, ECCLESIASTICO vel Seculari, quàm Imperiali, ratione bonorum ab Imperatore collatorum, reſpondeant.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, magnæ auctoritatis & Religionis viro, Fratri Theodorico de Altenburg, Magiſtro generali Ordinis Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Hieroſolymitani, Domus Theutonicorum, Principi ſuo; necnon ejusdem Ordinis Fratribus univerſis, devotis ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum.

1. Gravi ad nos ſæpe querela deduxiſtis, quòd Kazimirus, qui ſe nominat Regem Poloniæ, cum auxilio Archiepiſcopi Gneznenſis, & quorundam Epiſcoporum Suffraganeorum ipſius, terras, quas à nobis & Imperio vobis collatas, & ab infidelibus proprii veſtri ſanguinis effuſione evictas, abſque quæſtione cujuslibet per longiora tempora pacificè poſſediſtis, cum exercitu armatorum, nulla cauſa diſcordiæ inter vos & ipſum mota, & abſque diffidatione & rationabili cauſa violenter invaſit, & per graviſſimas cædes hominum cum auxilio infidelium ipſi aſſociantium ipſas devaſtavit, præcipuè eo tempore, quando ad laudem Dei & utilitatem Chriſtianitatis, cum grandi veſtro exercitu & pluribus gentibus veſtris contra infideles, multis vos ſubmittendo periculis, proceſſiſtis.

2. Inſuper intelleximus, & ad Nos à pluribus fide dignis ſæpiùs eſt delatum, quo prædicti Kazimirus de Polonia, Archiepiſcopi & Epiſcopi vos in Curia Romana ſuper prænotatis terris deferant

ſetant minùs juſtè de vobis graviret conquerendo: & quòd ſpecialiter nominatus Kazimirus ſuper terris vubis & Ordini veſtro ab Imperatoribus & Regibus, prædeceſſoribus noſtris, collatis & donatis, & auctoritate Summorum Pontificum ac Imperatorum & Regum legitimè confirmatis, & per tempora longiora per vos poſſeſſis pacificè, trahat in cauſam, & tàm in judicio ſpirituali quàm extra, vobis inferat plurimas quæſtiones.

3. Verùm cum Ordo veſter ſit à dictis Principibus, Imperatoribus & Regibus Romanorum, prædeceſſoribus noſtris, fundatus, inſtitutus & dotatus pro defenſione Imperii & fidei Chriſtianæ, & Nos & Imperium principaliter quæſtiones vobis motæ per prædictum Kazimirum ſuper terris Ordinis veſtri, ac vos tanquam membra noſtra & Imperii tangere videantur, vus attentè requirimus & monemus noſtræ gratiæ ſub obtentu, & nihilominùs ſub pœna amiſſionis & privationis omnium terrarum, jurium, privilegiorum, gratiatum & libertatum, quæ à nubis & prædeceſſoribua noſtris Imperatoribus & Regibus, vobis & Ordini veſtro conceſſæ ſunt hactenus & Indultæ, ne terras, poſſeſſiones ac jurisdictiones ſic vobis donatas & conceſſas, ad cujuspiam præceptum ac mandatum extra poteſtatem veſtram aliqualiter permittatis, aut ad citationem cujuspiam Judicis Eccleſiaſtici vel Secularis ſuper ipſis de vobis conquerentibus & cauſam moventibus, ſeu movere volentibus, compateatis ſine noſtro conſenſu, aut juri aliqualiter pareatis, cum principaliter defenſio earundem terratum nobis competere dinoſcatur.

4. Vos etiam exhortantes, quatenus mentes veſtras in virtute conſtantiæ roboretis, terras præmiſſas, in quarum acquiſitione vos multis periculis ſubmiſiſtis, & ſanguinem proprium effudiſtis, ſub Majeſtatis noſtræ defenſionis clypeo conſervetis, nec quorumvis timore, aut ſiniſtrarum fictione relationum puritas veſtræ conſcientiæ terreatur. Nam prompta & aperta eſt præpotensque manus noſtra contra quoslibet terras veſtras invadentes vel aliqualiter uſurpantes. Ordinem enim veſtrum, in quo virturum Domino militatis, quem in Domo Domini prælucere conſpicimus, & univerſali fidei Chriſtianæ contra infideles ſalubriter providere tenerrimè diligimus, & corde tenemus, circa ipſum & ſalubrem ejus ſtatum ſollicitudinis ſtudio continuè vigilando.

Datum Franckefurt, vigeſima ſecunda die menſis Julii, Anno Domini milleſimo tricenteſimò trigeſimo octavo; Regni noſtri anno vigeſimo quarto, Imperii verò undecimo.

LUDOVICI IV. BAVARI IMPERATORIS AVGVSTI,

Ann. Chriſti 1341.

CONSTITVTIO

DE DIVORTIO MATRIMONIALI INTER ILLVSTRES vocatos conjuges, Johannem videlicet filium Regis Bohemia, & Margaretam Ducissam Karinthia, celebrato.

NOs LUDOVICUS QVARTUS, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, univerſis Chriſti fidelibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, manifeſtum eſſe volumus & facimus per præſentes:

1. Quod in judicio coram nobis per ſe ſeu per certos Nuncios ſuos ſeu Procuratores expoſuit Illuſtris Margareta, Duciſſa Karinthiæ & Tyrolis Comitiſſa, quòd vir Nobilis Johannes Regis Bohemiæ filius jamdudum ſibi matrimonio copulatus, & poſtmodùm in ætate debita conſtitutus, ac per tanta temporum ſpacia ſecum habitans, quanta ſufficiunt ac ſufficere debent, ſecundum ſtatuta tàm divinæ quàm humanæ legis ad debitum carnalis copulæ per virum ſive maritum ſuæ uxori reddendum; eadem Margaretha in ætate ſufficienti ſimiliter conſtitura, & ſeipſam ut conveniens ſuerat præbente & exhibente ad præfatam copulam Carnalem explendam, non potuit dictus Johannes neque valuit, ſicuti neque valet aut poteſt, nec unquam poſſe creditur in futurum, eandem carnaliter cognoſcere ſibi conjugem Margaretham: quemadmodum multis & quaſi omnibus poſſibilibus modis hoc tentans, eundem Johannem impotentem & omninò inhabilem ad opus præfatum ſe dicit expertam: ac adverſus eundem Johannem, ſibique præfatum defectum inexiſtere, coram nobis in judicio ſe reddidit per experimenta ſufficientia & teſtimonia quælibet ad hoc neceſſaria probaturam.

Ext. de Frigid. & maleficiat. & impotentia coeundi, lib. 4. tit. 15. Pet. Lombard. 4. Sententi. diſt. 34. ubi Dd. & inprimis Thomas Aquinas q. 1. Durandus q. 2. Sotus q. 1. art. 2.

2. Quare ſuper hoc habito maturo & deliberato conſilio ſuorum Procerum & Conſiliariorum omnium, noſtram clementiam atque juſtitiam unà cum præfatis imploravit & requiſivit inſtanter, ut eidem ſuper hoc providere de convenienti remedio dignaremur: & taliter etiam, quod per jus ſive ſententiam noſtram licitè poſſet à ſupradicto Johanne, jam vocato marito ſive conjuge ſuo, de matrimonio ſeparari propter caſum ſive impedimentum prædictum, & ab eodem Johanne totaliter ſic abſolvi, ut eidem de cætero ad nullum matrimonii debitum teneretur, ſed poſſet de ſe ipſa & ſuis omnibus ordinare, ſecundum quod ſibi expediens videretur.

3. Nos verò, cujus debitum eſt omnibus ac ſingulis reddere juſtum, ex officio & auctoritate, qua fungimur, præfatam Margaretham cum præfatis ſuis omnibus juſtitiam inſtantiſſimè requi-

rentibus & ſupplicantibus, nobis dignum duximus exaudire: & nihilominus abſque offenſa juris præfati Johannis jam vocati conjugis ſui, ſi jus aliquod in contrarium habuiſſet, ad expeditionem ſeu terminationem litis præmiſſæ inter vocatos conjuges præfatos proceſſimus, in hac forma videlicet: quod vocatos conjuges præfatos citari fecimus atque vocavimus in judicio coram nobis, aſſignantes eisdem ſecundum formam juris debitum atque tutum locum, & temporis ſpacium, infra quod poſſent & deberent in judicio coram comparere, ad agendum & defenſandum; & cætera faciendum, quæ neceſſaria forent pro inquirenda veritate ſuper lite præfata. Verum & Margaretha jam dicta per ſe, ſeu per ſuos certos Nuncios ſive Procuratores, ſufficienter comparuit in judicio coram nobis per omnes terminos ſibi aſſignatos, & cum omnibus probationibus & teſtimoniis ſufficientibus, ad convincendum ſæpe dictum Johannem impotentem eſſe atque privatum naturali potentia ipſam carnaliter cognoſcendi, aut quamvis aliam mulierem; ſeipſam quoque virginem uſque in tempus & diem datæ præſentis Reſcripti, per ſufficientia teſtimonia demonſtravit. Supradictus verò Johannes in præfatum judicium coram nobis, impoſiti ſibi defectus per præfatam Margaretham veriſimiliter conſcius, nec per ſe, nec per aliquem legitimum Nuncium ſive Procuratorem comparuit tempore debito ſive ſtatuto; nec quicquam in contrarium impoſiti ſibi defectus per Margaretham præfatam per ſe vel per alium allegavit: ſed contumax ex natura ſe convictum reddidit, atque confeſſum de his omnibus, quæ ſibi per prædictam Margaretham fuerant tàm impoſita quàm probata, ſufficientia quidem ad matrimonii divortium inter ipſam & præfatum Johannem per ſententiam conſummandum.

4. Nec poteſt, nec unquam cum veritate poterit ſæpedictus Johannes, aut quivis alter pro ipſo, judicem vel locum comparendi per nos ſibi aſſignatum allegare ſuſpectum. Nam hactenus retroactis temporibus tàm Johanni Regi Bohemiæ patri ſuo, quàm etiam Karulo de Bohemia fratri ſuo plories & locia pluribus noſtræ coactivæ poteſtati ſubjectis, fidum ac tutum placitandi nobiſcum aſſignavimus locum: in quo perſonaliter affuerunt, & cum omni tranquillitate manſerunt, ac inde abſque moleſtia qualibet ſecundum ipſorum beneplacitum receſſerunt. Quod & ante dicto Johanni benignè offerri fecimus, & acceptare contempſit, ut ſuprà jam diximus.

5. Per auctoritatem ergò nobis ritè debitam & conceſſam, & legi divinæ conformiter, ſicuti certum eſt, & aſſerunt ſacræ ſcripturæ ſive leges divinæ, atque civiles ſententiæ ſufficientes, ac comprobati Doctores, ad divortium ſive ſeparationem matrimonii faciendam inter vocatos conjuges, Johannem & Margaretham prædictos procedere volentes atque debentes, infrà ſcriptam ſententiam tulimus in hæc verba:

6. Nos LUDOVICUS QVARTUS, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro tribunali judice ſedentes, in cauſa ſive lite divortii ſeu ſeparationis matrimonii, quæ vertebatur inter Illuſtres perſonas, Johannem Regis Bohemiæ filium, requiſitum parte ex una & Margaretham Duciſſam Karinthiæ & Tyrolis Comitiſſam, ex altera parte, tanquam actricem, ac requirentem à dicto Johanne jam vocato conjuge ſuo de matrimonio ſeparari: Viſis & intellectis, tàm per Nos quàm per præfatos Doctores, juribus, rationibus, probationibus, & teſtimoniis Margarethæ præfatæ, necnon contumacia jam dicti Johannis, dicimus, & determinamus, præfatam Margaretham ſeparari debere ſeu poſſe de matrimonio à ſæpedicto Johanne, èque converſo, cum eisdem vel ipſorum alteri id videbitur expedire. Ipſam quoque Margaretham hoc requirentem inſtanter, ut ſuprà, ſeparamus, abſolvimus, & ſeparatam eſſe judicamus in matrimonio à jam dicto Johanne per hanc noſtram ſententiam diffinitivam. Simili quoque modo ſupradictum Johannem à præfata Margaretha in matrimonio per auctoritatem & hanc noſtram ſententiam diffinitivam ſeparantes; ita videlicet, quòd de cætero præfatus Johannes ſupradictæ Margarethæ in nullo matrimonii debito teneatur, neque ſimiliter præfata Margaretha ſupradicto Johanni: ſed liberum ſit utrique de corpore proprio ſive perſona, & omnibus bonis propriis, juribus ac rebus tàm mobilibus quàm immobilibus facere vel diſponere, & quodlibet ordinare pro ſuæ propriæ libito voluntatis. . . .

. . . .

Deeſt dies, & epocha, & annus Imperii.

Ann. Chriſti 1343.

LVDOVICI IV. BAVARI, IMPERATORIS AVGVSTI

CONSTITVTIO

DE DISPENSATIONE SVPER AFFINITATE CONSANGVINITATIS inter Illuſtres, Ludovicum Marchionem Brandenburg. & Margaretam Duciſſam Karinthiæ; necnon legitimatione liberorum eorundem procurandorum.

NOs LUDOVICUS QVARTUS, Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, univerſis Chriſti fidelibus, quorum intereſt aut poterit intereſſe, notum eſſe volumus & facimus per ſeriem infrà ſcriptam:

1. Quod in noſtra præſentia perſonaliter conſtituti Illuſtres Ludovicus Marchio Brandenburgen-

burgenſis, & Margarita Duciſſa Karinthiæ ac Tyrolis Comitiſſa, poſt habitum ipſorum maturum ac deliberatum conſilium, animum atque actualem voluntatem habentes ſe invicem in matrimonio legitimè copulandi: dubitante tamen præfato Ludovico & Margareta, ne gradu aliquo affinitatis ſanguinis tale conjugium ſive matrimonium humanarum legum aut Romanorum Principum ſtatuto, decreto, vel ordinatione alia, quomodolibet appellata, impedimentum aliquod pateretur: ſupplicarunt ac petiverunt inſtanter, tale impedimentum conſanguinitatis, * ſi quod inter ipſos aſſueriſſet vel adeſſet, per diſpenſationem noſtram relaxari, ac per noſtram auctoritatem atque ſententiam totaliter amoveri.

* Eorum avi erant Germani, ipſi inter ſe ſobrini. Videndus Aventinus.

2. Nos verò propter communem & evidentem Reipublicæ utilitatem manifeſtè viſam ſequi, ad conjugium ſupradictum præfatum impedimentum affinitatis, ſanguinis, ſi quod inter ipſos adeſſet, judicamus eſſe tollendum & ſimpliciter amovendum: cùm gradus affinitatis ſanguinis, præſertim intra ſorores & fratres, matrimonium non impediat divinæ ſeu Chriſtianæ legis ſtatuto aliquo vel præcepto; quemadmodum certitudinaliter novimus tam per nos, quàm per ſupradictæ legis divinæ idoneos ac probatos Doctores. Idque etiam aſſerente beato Auguſtino lib. 15. de Civitat. Dei, cap. 16. dum de talibus affinitatis ſanguinis gradibus tractans inquit: *Quod hoc videlicet matrimonium licitum fieri inter affines conſanguineos, nec lex divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana.* Quibus ſiquidem verbis duas ſententias expreſſit Auguſtinus: unam videlicet ſupradictam. Quod lege divina legitimum matrimonium fieri non eſt prohibitum inter perſonas ſanguinis affinitate conjunctas. Secundam verò ſententiam ſcire fecit, videlicet quod talis prohibitio matrimonii inter conſanguineos fieri habeat auctoritate Legiſlatoris humani, aut ejus principatus, ſupremi Principis Romanorum.

3. Idem quoque concedere atque fateri convenit Romanum Epiſcopum, Papam vocatum, cum ſuorum Clericorum Cœtu, quos Cardinales appellant, veritate cogente. Nam præfatus Papa Romanus ſuper impedimento affinitatis ſanguinis per diſpenſationem tollendo à ſanguinis affinitate conjunctis, invicemque matrimonium contrahentibus, ad ſuam auctoritatem aſſerit pertinere: ac in talibus matrimoniis pluries diſpenſaverunt de facto præteriti quidam Pontifices Romanorum.

4. Quod ſi talis gradus affinitatis ſanguinis matrimonium legitimum impediret legis divinæ ſeu Chriſtianæ præceptio, non poſſet aliquis hominum, quinimò neque Angelus de cœlo, dictum impedimentum per diſpenſationem aliquo modo amovere. Hoc Chriſto teſtante: * *Facilius eſt cælum & terram tranſire, quam unum apicem a lege cadere.* Rurſuſque idem Dominus dixit: † *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea permanebunt in æternum.*

* Matth. 5.
† Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. Act. 1.

5. Ex quibus quidem manifeſtè apparet, ac fateri cogitur Romanus Epiſcopus & per factum confirmatur ipſius, quod gradus affinitatis ſanguinis non impediat matrimonium fieri legis divinæ ſeu Chriſtianæ præcepto: & quod ſi gradus affinitatis ſanguinis quamquàm licitum matrimonium impediat fieri, hoc totum factum eſſet præcepto ſive ſtatuto legis humanæ: de cujus ſiquidem legis præceptis ſive ſtatutis diſpenſare ſolummodò pertinet ad auctoritatem Imperatoris ſeu Principis Romanorum.

6. Nec obſtat dicere, præfata matrimonia eſſe prohibita lege divina, eò quòd mali moris ſunt, & propterea etiam peccata mortalia fore prohibita, ac proinde obligantia contrahentes ad damnationem æternam: & contrariam diſpenſationem in his ad miniſtrum ſolummodò Eccleſiaſticum, Epiſcopum ſive Presbyterum pertinere. Hic enim ſermo rhetoricus ſive apparens ſophiſticus eſt. Falſum namque recipit: quoniam præfata matrimonia non ſunt mali moris, præſertim in aliquo caſu. Nam & ipſa tanquam in caſu licita fieri concedit Romanus Epiſcopus. Nec etiam rurſus mali moris ſunt abſolutè loquendo: quoniam non ſunt cum malitia convoluta confeſtim, veluti furtum & crimina reliqua: & propterea nec ſunt lege divina prohibita, quemadmodum dixit beatus Auguſtinus. Non ſyllogiſatur autem neq; concluditur propterea, diſpenſationem de talibus ad Epiſcopum quemquam ſive Presbyterum pertinere. Eſto quod ſint abſolutè prohibita lege divina, & ſub pæna damnationis æternæ, quoniam de ſic prohibitis nullus hominum, quinimò Angelus de cœlo diſpenſare poſſet, vel ordinare, ſive concedere, quòd licitè fierent, ut deductum eſt ſuprà. Unde etiam juxta prædicta de præceptis ſacræ Scripturæ ſive mandatis loquens Apoſtolus inquit: *Etſi Angelus de cælo evangeliſaret vobis aliud præter id* (id eſt, contra id) *quod evangeliſatum eſt à nobis, anathema ſit.* Nec propter aliud, niſi quòd evangeliſata erant per Apoſtolum divina prohibita vel præcepta.

7. Rurſus quoniam præfata matrimonia non fuerunt mali moris, neque prohibita ſecundum veterem legem; quamvis aliquando peccata fiant ſive fuerunt in antiqua lege, non quod ſint abſolutè ſive confeſtim cum malitia convoluta, neque mali moris, ſed ſolummodò quòd lege prohibita fuerant: veluti carnes porcinas & beſtias non ruminantes comedere, quod ideò peccatum effectum eſt, quia prohibitum fuerat in lege Moſaica; non tamen propter malum aut mali moris ex ſe, quemadmodùm furtum, homicidium, falſum teſtimonium, & hujuſmodi reliqua, quæ prohibita ſunt legibus divinis & humanis, eò quòd ex ſe mala ſunt, & mali moris, confeſtim cum malitia convoluta.

8. Ex his igitur omnibus jam prædictis manifeſtè apparet, cuilibet non corrupto ignorantia vel malitia, vel utraque, auctoritatem diſpendandi atque tollendi à matrimonio impedimentum inter perſonas, & à perſonis ſanguinis affinitate conjunctis, ad Romanum Principem pertinere.

9. Propter quod Nos LUDOVICUS QUARTUS Romanorum Imperator Auguſtus, præfatum affinitatis ſanguinis impedimentum, ſi quod eſſet inter præfatos Ludovicum & Margaretam,

quò minus poſſent ant prohiberentur per humanæ legis aut Romanorum Principum ſtatuta ſive decreta, vel alias ordinationes quomodolibet appellatas, in matrimonio copulari, rollimus; & per noſtram auctoritatem atque ſententiam tenore præſentium rotaliter amovemus: Concedentes eiidem ac cuilibet ipſorum, ut abſque offenſa cujuslibet juris humani, ſtatuti, vel ordinationis alterius quomodolibet nominatæ, licitè ſe poſſint ac valeant in matrimonio copulare. Abſolventes etiam eoſdem, ipſorumque legitimos filios, & filias, ac heredes, nunc & in perpetuum à pœna qualibet reali, perſonali, & infamiæ, & alia quavis quomodolibet nominata, ſi qua foret impoſita contrahentibus matrimonium infra conſanguinitaris gradus aliquos nominatos per quemquam Principem, Romanum etiam, vel per leges, aut Communitatem aliquam, Collegium, vel ſingularem perſonam, cujuſcumque auctoritatis vel dignitatis exiſtant. Quibus omnibus & ſingulis, & à quibus excipimus caſum prædictum, de præfaris videlicet perſonis, Ludovicum & Margaretam jam dictos. Et in quantum huic noſtro Reſcripto ſive diſpoſitioni, conceſſioni noſtræ contradicunt, totaliter aut in parte, per hoc ipſum præſens noſtrum Reſcriptum derogamus, & volumus derogan eodem nihilominus ſemper in ſuo robore duraturo. . . . .

Deeſt dies, & epocha, & annus Imperii.

Anno Chriſti 1344.

ACTA COMITIORUM FRANCOFURTENSIUM

SUB LUDOVICO BAVARO IMPERATORE,

Super injuſtis articulis Papæ Romani, quibus ſtatum & jura Imperii labefactare voluit.

IN NOMINE DOMINI.

ANno Domini M. CCC. XLIII. de menſe Septembri, indixit Imperator LUDOVICUS Conventum, omnes Principes, & Civitates, & Oppida totius Alamanniæ ad Parlamentum publicum ſuper articulis Papæ in Franckfort convocando, quibus Papa ſtatum Imperii impetere viſus eſt,

1. Convenientibus ergò in Franckfurt Principibus, Magnatibus, Baronibus & Civitatum & Oppidorum Imperialium Nunciis, in hanc ſententiam eos allocutus eſt Imperator: Abundè, opinor, ſocii & amici, vobis teſtatus ſum, quam cupidus ſim pacis & tranquillitatis Eccleſiæ, quid fecerim, quid paſſus ſim. Et omnium ferè bellorum, quæ hactenus geſſimus, finem fuiſſe potiſſimum pacem dignitatemque Eccleſiæ & Imperii. Singulorum à nobis geſtorum cauſas, fines, deſtinatave recenſerem, niſi ſcirem vos, quæ veſtra eſt prudentia & ſapientia, omnia ſcire, & pro veſtro candore nihil in aliam partem rapere, quàm factum eſt. Audiviſtis quid Romanus Papa petat; ex quibus facile poteſtis intelligere voluntatem ejus erga nos & Imperium. Quanquam autem omnia ſint iniquiſſima, quæ exigunt à nobis Pontificii: tamen propter Eccleſiæ pacem, & vitanda ſcandala paratus ſum facere, quicquid veſtra prudentia ſuadet; nec enim committam, ut unquam videar publica commoda poſthabuiſſe meis. Paratus ſum deponere Imperium in manus Pontificis, etſi ſatis abunde probatum eſt jamdudum, Papæ juris in Imperium & Imperatorem nihil eſſe. Sed ſi aliter videtur, ut reſiſtamus Pontificis iræ, & perſeveremus in propoſita Appellatione, ſumus parati quidlibet pati, quodvis ſubire periculum propter Imperii dignitatem.

2. Tum præſentium Principum multi & Legati eorum irati propter Papæ poſtulationes, adhortati ſunt Imperatorem, ne quid humilius, quod non deceat Imperatorem, faciat.

3. Præter verò reliquos vir prudens & facundus multarumq; rerum uſu exercitatiſſimus Magiſter Wigkerus, Protonotarius Archiepiſcopi Treverenſis, in frequenti Principum conſeſſu poſt multas variaſque ex omnium conſiliis & ſententiis ſummam collegit, quæ omnibus placebat, quanquam alii plus, alii minus rogati dixerant. Concludendo igitur breviter, juſſus per Imperatorem, ſic incœpit habere verba: Gratioſe Domine Imperator, Domini noſtri Principes Electores, & alii Imperii fideles, *non pridem Coloniæ congregati, recenſentes articulos †reformationis veſtræ, quos Papa requirit, & in quibus intentio Apoſtolicæ Sedis reſidet, concorditer decreverunt, illos articulos in perniciem & deſtructionem Imperii eſſe conceptos; & quod nec vos, nec ipſi, virtute juramenti Imperio præſtiti, annuere valeatis; & quod ipſi Nuncios & literas dirigere velint Papæ & Collegio Cardinalium, cum petitione ut ab his deſiſtant. Quod ſi nolint, & recuſarint, jam alium terminum conveniendi in Rens ſuper Rhenum ad octo dies ſtatuerunt, ubi vobiſcum deliberare volunt, qualiter in eventu tali hujuſmodi conatibus reſiſtatur. Quo dicto per illum finito, quæſivit ipſe Protonotarius à Moguntino præſente, & à Legatis aliorum Principum, ſi ita eſſet in facto, & num hæc eſſet omnium ſententia? Illi concorditer reſponderunt, ita eſſe, & omnes polliciti ſunt ſe propter nullum periculum aut timorem mutaturos propoſitum aut ſententiam, ſed Imperii præſentem ſtatum defenſuros, quemadmodum deberent.

* Octo ſc. diebus ante terminum Francofurtenſem.

† h. e. reconciliationis.

4. Tunc

4. Tunc quæſivit Imperator de Civitatibus Aquenſi, Auguſtenſi, & Uberlingenſi, & aliis, ſi adeſſent? Et dicto, quòd ſic; dixit Nunciis Civitatum: Vos audiſtis decretum & conſilium Principum. Vos igitur Nuncii exite, nobiſque veſtram deliberationem referte. Illique exeuntes, diuque deliberantes, ad Principes rediêre, & per civem Moguntinum de mandato omnium taliter reſponderunt: Domine, Civitates adverterunt, qualiter Papa cum articulis ad læſionem Imperii nititur. Et cum Civitates non poſſint ſtare, niſi cum Imperio, & Imperii læſio earum ſit deſtructio: ſi Dominus Papa in talib. perſiſtere vellet, nos inopes omnib. viis, quas cogitaverunt Domini Principes Imperii, ad manutenendum jura, honorem & integritatem Imperii, erimus obedire & manutenere parati. Et quærente illo Cive à Nuncus, ſi ita eſſet? omnibuſque Nunciis dicentibus, quòd ſic: Imperator grates multiplices referens, ait illis: Poſt octo dies ego & Principes conveniemus in Rens ſuper Renum, & avunculus noſter Carolus Marchio Moraviæ, & deliberationem noſtram cum vobis ſcripſerimus, circa honorem noſtrum & Imperii (ut confidimus) faciatis. Qui hoc facere concorditer promiſerunt.

Civitates Imperiales pro Imperatore contra Papam.

5. Aderat Legatorum unus in ſacris Bibliis non vulgariter inſtitutus, qui longa oratione conabatur eximere ſcrupulos, quos quidam boni viri in conſcientia habebant, propter excommunicationem & Romanæ Sedis autoritatem. Multa hic dixit de officio miniſtrorum Eccleſiæ, & de poteſtate Eccleſiaſtica, quam etiam atque etiam commendavit Principibus reverendam & tuendam. Nam niſi ſit, inquit, religio in ſuo loco & dignitate, Reſpublica nulla conſiſtere poteſt: ſed quæ ſit & quomodo defendenda, pluribus docet Principes, qui illi credebant non ſolùm propter argumenta & ſcripturæ teſtimonia, ſed etiam propter vitæ morumque eximiam probitatem.

* * *

Ann. Chriſti 1356.

RUPERTI I. COMITIS PALATINI RHENI, VICARII S. ROMANI IMPERII, &c. CONSTITUTIO

DE JURE ELECTORATUS IN ROMANO IMPERIO, Regibus Bohemiæ competente.

RUPERTUS Dei gratia Comes Palatinenſis Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, & Dux Bavariæ, ad perpetuam rei memoriam.

1. Deſideratæ pacis laudanda præſidia, abſque Principum gubernatione felici, per ſæpe tanquam navem remige deſtitutam dubiorum anfractibus fluctuare contingit: & tanto periculoſiùs, & utique majore diſpendio, quanto Rectores publicos, illuſtres videlicet Principes, quos Divina providentia in conſolationem ſui fidelis populi clementer inſtituit juribus & potentia fuerint negligentius deſtitui. Quo fit, ut Principum quorum liber emunitates, nobilitates, & jura diligenter cuſtodiri debeant, & in ſua integritate ſervari: ac illorum maximè, qui tanquam ſundamenta & columnæ fortiſſimæ, ſacri Imperialis ædificii thronum Cæſareum gratis attollunt decoribus, quibuſque Dei gratia pia dignatione ctedidit eum eligere, cujus potentia totius mundialis machinæ regitur Monarchia.

Incommoda Regni capite deſtituti.

2. Sanè licet de jurib. Sereniſſimi Principis, Domini Regis Boëmiæ illuſtris, Coëlectoris, Comprincipis, & Collegæ noſtri, nulla ſit juris ſeu facti dubietas, quia ipſe ab attavis, proavis, avis, & progenitoribus ſuis, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum Coëlectorum Principum, in electione Romani Regis ad Imperium promovendi pleno jure fretus ſit hactenus & fruatur; ſicut hoc luce clariùs ſemper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non exiſtit: tamen nonnulli filii tenebrarum oculis cæcutientib. à divina luce remoti, meridiana claritate palpitant ſicut in noctib. & offendicula laqueoſque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica invidia ſuggerente, jugum veritatis deferre præ mole graviſſimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuum ſe involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipſam lucem.

3. Igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, ut præfato Sereniſſimo Principi, Domino Regi Bohemiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Boëmiæ, in perpetuum ſecuriùs caveatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuslibet otioſè loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem aut improvidè, ſed multa inveſtigatione prævia, & à multis veridica informatione recepta, maturo conſilio, una cum univerſis aliis Coëlectoribus, Comprincipibus & Collegis noſtris, tam Spiritualibus quàm Secularibus de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus, & dictante conſcientia publicè profitemur; Quod Sereniſſimi Principes & illuſtres Domini, Boëmiæ Reges, ab atavis, proavis, & progenitorib. ſuis, ab eo tempore, cujus apud homines (ſicut præmittitur) memoria non exiſtit, habuerunt continuò, habent & habere debent jus & vocem plenè & omnimodè ad inſtar noſtri & aliorum Comprincipum,

Coëlectorum noſtrorum, tam Spiritualium quàm Secularium, in electione Romanorum Regis ad Imperium promovendi: ita videlicet, ut quandocunq; caſus talis electionis emerſerit, Sereniſſimus Princeps Dominus Rex Bohemiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam electionem ipſius ſolenniter vocari debeat, & in ipſa electione omnibus juribus ſuis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc ſpectantibus, per ſe vel Nuntios legitimos & Ambaſiatores ſuos & ad inſtar noſtri & omnium aliorum Comprincipum, Coëlectorum, & Collegarum noſtrorum, tam Spiritualium quàm Secularium, qui ſunt & qui fuerint pro tempore (ſicut præmittitur) ſic cum omni reverentia & honore gaudere, ſicut de jure & more ſacri Imperii Principes Electores talibus freti ſunt retroactis.

4. Quodque præfatus Sereniſſimus Princeps Dominus Rex Boëmiæ, S. Romani Imperii Archipincerna conſiſtit; at Archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romano in ſolennibus Curiis ſub corona Regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc, niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentia Imperatoris vel Regum Romanorum, dum ſolennes Curias hujusmodi celebrari contigerit, procedendo, ſedendo, vel ſtando, Regalem geſtare coronam: ſicut hoc Sereniſſimorum Principum Dominorum Regum Boëmiæ, progenitorum & prædeceſſorum ipſius, conſuetudo laudabilis abolim noſcitur obſervaſſe.

In cujus rei teſtimonium præſentes fieri, & ſigilli noſtri volumus robore communiri. Datum Metis, Anno Domini M.CCC.LVI. proxima Dominica ante feſtum beatæ Luciæ Virginis.

Ann. Chriſti 1359.

KAROLI IV. IMPERATORIS AVGVSTI, *CONSTITVTIO † DE PRIVILEGIIS ET IMMUNITATIBUS CLERICORUM.

* vulgò vocatur CAROLINA.

† mſ. SUPER LIBERTATE ECCLESIASTICA.

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FELICITER, AMEN.

KAROLUS QUARTUS, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

1. Etſi Imperialis benignitatis clementia quorumlibet devotorum fidelium, quos ſacrum Romanum ambit Imperium, ex officii debito teneatur neceſſitatibus & injuſtis *a* oppreſſionibus conſulere, & de oportunis remediis providere: ad illos tamen permaximè dirigitur noſtræ mentis affectio, quos indebitè pati cognoſcimus, quorumque oppreſſionibus ſtatus Eccleſiaſticæ libertatis, quam ſemper noſtris temporibus augeri volumus, *b* nonnihilum minuitur, & minùs debito prægravatur.

a mſ. operationibus.

b al. in nihilum redigitur.

2. Sanè ad Imperialis Majeſtatis audientiam pro parte honorabilium *c* Præpoſiti, Decani, & aliorum Prælatorū & Capituli Magdeburgenſis, Moguntienſis, & Colonienſis Eccleſiarum, devotorum noſtrorum dilectorum, per inſinuationem queruloſam ſuppliciter eſt deductum, quod Seculares quidam in poteſtatibus & officiis publicis conſtituti, videlicet Duces, Comites, & Barones, & alii Domini temporales, nec non Conſules civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores, dictorum, Magdeburgenſis, *d* Moguntinenſis, & Colonienſis Provinciarum, Dei nomine poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum & locorum religioſorum libertates & privilegia, condiderunt, eisdemque publicè & de facto inſiſtere præſumpſerunt contra legitimas civiles & canonicas ſanctiones: ut puta, Quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferantur: Neve Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis, aliquatenus admittantur: Quod excommunicati Laici & publicè denunciati in civili foro minimè repellantur.

c. mſ Prælatorum Canonicorum, & Prælatorum Clericorum inferioris Saxoniæ, Magdeburgēſis, Bremenſis, & vicinorum locorū ac provinciarum, inſinuatione quærulnſa ſpecialiter eſt ded.

d mſ. & Bremenſis prov. timpore poſtp

3. Item *e* præfati Domini temporales, Conſules & Rectores per ſecularem poteſtatem res & bona Clericorum occupant & arreſtant: Oblationes fidelium diminuunt & reſtringunt: Exactiones & tallias *f* indebitè de bonis Eccleſiæ & redditibus exigunt & extorquent: Poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtant incendiis & rapinis: Contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè ad libros civitatum, villarum, & locorum recuſant inſcribere ac ſigillare: Donata & Legata ad fabricas & eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intereſt, præſumunt uſurpare contra juſticiam: In fraudem & odium Clericorum de rebus & bonis etiam Clericorum, quas non cauſa negotiationis, ſed pro uſibus propriis, per terras ducunt ſeu duci faciunt, theolonium exigunt & recipere non verentur: Et confugientes ad eccleſias & cimiteria inde extrahere contra ſanctiones Imperiales præſumunt.

e mſ prædicti

f mſ. indebitas.

4. Quæ omnia & quælibet *g* abinde ſecuta, cùm per ſacras & civiles & canonicas ſanctiones expreſſe reprobata ſint, & in fraudem Eccleſiaſticæ libertatis de facto præſumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque noſtrorum conſilio, ex certa ſcientia, auctoritate Imperiali caſſamus, irritamus, & annullamus: caſſaque & irrita & nullius eſſe momenti penitus *h* deducimus, & expreſſè pronunciamus: præcipientes ſub indignatione Imperialis banni, univerſis & ſingu-

g mſ. obinde.

h mſ. dicimus.

Goo

ſingulis dictorum, Magdeburgenſis, i Moguntinenſis, & Colonienſis Provinciarum, & locorum vicinorum Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus & Poteſtatibus, & in officiis publicis conſtitutis; quatinus mox, viſis, & intellectis præſentibus, dicta ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita ſunt, omninò revocent & de luce tollant; quodque ſecundum ea non judicent ampliùs, nec ſententias dictent, aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro ſe & contra Eccleſiaſticam libertatem potiantur.

i Ms & Bremenſis prov.

5. Item pronunciamus & declaramus Imperiali auctoritate, quòd quicunque Laicus, cujuscunque ſtatus vel conditionis exiſtat, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum ſecularem vel religioſum, diffidaverit vel captaverit, proſcripſerit, ſpoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaverit, vel ſavorem in hiis eis præſtiterit, præter pœnas à ſacris Imperialibus & Canonicis ſanctionibus eis inflictas, ſint ipſo facto infames, & omni honore privati, nec ad Placita vel Concilia Nobilium k admittendi quovis modo.

k Mſ. aliquatinus admittendi.

6. Volumus etiam, hortamur, & requirimus l ipſos Prælatos Eccleſiaſticos, ut hanc noſtram legem & conſtitutionem in Synodis & Eccleſiis publicari procurent, & requiſiti executionem pœnarum & ſententiarum denuncient, ne in præmiſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam ſuas malicias valeant excuſare.

l Mſ. Epiſcopos & Præl. Canonicos.

7. Nulli ergo hominum omninò liceat hanc noſtræ caſſationis m & Immutationis ſeu pronunciationis, denunciationis, & declarationis paginam quovis auſu temerario infringere, aut quomodolibet ei contraire, ſub pœna qoinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo, qui contrafecerit, toties, quoties factum fuerit, irremiſſibiliter exigi volumus; & earum medietatem noſtri Imperialis ærarii ſive fiſci, reſiduam verò partem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicari.

m Mſ. irritationis, annullationis, nec non pronunciationis & declarationis.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Domini KAROLI IIII. *Romanorum Imperatoris invictiſſimi, & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.*

Teſtes hujus rei ſunt venerabilis Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus.

Johannes Olmucenſis
Johannes Luchonniſleni, Imperialis Aulæ Cancellarius, &
Theodoricus Mindenſis } Eccleſiarum Epiſcopi.

Illuſtres { Rudolphus Saxoniæ,
Balbo Opulienſis,
Primiſlaus Theſinenſis, } Duces & Principes.

Spectabiles { Burchardus Burggravius Magdeburgenſis,
Magiſter noſtræ Curiæ,
Henricus de Monfort, } Comites, &

Nobiles { Sblinco de Haſenburg,
Jeſco de Wilharceirz,

& alii quàm plures noſtri Principes, Nobiles & fideles, præſentium ſub bulla aurea typario noſtro impreſſa teſtimonio literarum.

Datum * Pragæ, anno Domini MCCC LIX. Indictione XII. III. Idus Octobris, Regnorum noſtrorum anno XIV. Imperii verò V.

* al. Tangermundæ, A. D. MCCCLXXVII. indict. xv quinto Kal. Julii Reg. no. anno triceſimo, Imperii verò viceſimo tertio.

Ego Iohannes Dei gratia Olommutenſis Epiſcopus, ſacræ Imperialis Aulæ Cancellarius vice Reverendi in Chriſto patris, Domini Hludovici Argentini Archiepiſcopi, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi.

KAROLI IIII. IMPERATORIS AVGVSTI,

CONSTITVTIO,

DE JVRE ELECTORATVS IN ROMANO Imperio, Regibus Bohemiæ competente.

Ann. Chriſti 1378.

KAROLVS Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Boëmiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

1. Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere nos jugiter inducit, quoties poſcentium vox & juſta. In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium attollere ſalubriter arbitratur.

a. Sanè

2. Sanè ad noſtræ Celſitudinis, Venerabiles, Archiepiſcopus Pragenſis; Olomucenſis, Wradiſlavienſis, & Lytomislenſis, Epiſcopi, necnon Illoſtres, Johannes Carinthiæ, Comesque Tyrolis & Coriciæ, germanus noſter chariſſimus, ac Nicolaus Opaviæ & Ratiboriæ Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles Regni noſtri Boëmiæ, & pertinentiarum ejuſdem, præſentiam accedentes, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut quaſdam literas Rudolfi Divi Romanorum Regis, prædeceſſoris noſtri, Nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba: *RUDOLPHUS, Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, &c. Quanto jura perſonarum &c.* noſtra confirmare auctoritate Regia dignaremur.

3. Nos itaque præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum, & Nobilium, (quos honoris & felicis ſtatus Romanorum Regni & Sacri Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus zelatores, ipſumque Regnum Boëmiæ Romanorum Regni nobilius membrum fore) ſupplicationibus benigniùs inclinati, præfaras literas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, ac de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanorum Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regno, Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus, ac univerſitati Regni ipſius, & pertinentiarum ejuſdem, ad uſum & opus Regum Boëmiæ in perpetuum damus tenore præſentium, conferimus, & donamus; omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimodè & ſupplentes, ac omne dubium & obſcurum pro parte & in favorem ipſorum Regni & Regum Boëmiæ, de uberiore dono Majeſtatis Romanorum Regiæ & plenitudine poteſtatis, interpretantes, & etiam declarantes: non obſtantibus Legibus, conſuetudinibus, uſibus, obſervantiis, juribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis, factis & editis in contrarium quibuscunque; quas & quæ, quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentibus & inſertatis renovamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta ratione Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus firmiter fore nullius penitus momenti.

4. Nulli ergò omninò liceat hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, & annullationis paginam infringere, vel ei auſu temerario aliquo contraire. Contrarium verò facientes ſi qui fuerint (quod abſit,) ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Regiæ, quam ob hæc ſe noverint graviter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regni fiſco componant; ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum, Romanorum Regum & Imperatorum, Curiæ ſeu Cameræ, & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandas. In quorum omnium teſtimonium, & ad certitudinem pleniorem, præſentes fieri juſſimus, & Bulla Aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa præcepimus communiri.

Hujus rei teſtes ſunt:

Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis, per Germaniam S. Imperii Archicancellarius.
Rudolfus ſenior Dux Saxoniæ, ſacri Imperii Mareſcalcus.

Rudolphus junior, Saxoniæ, &
Fridericus de Deck, } Duces.

Johannes Burgravius Norimbergenſis.
Ulricus Landgravius de Luyckenberg.

Fridericus de Oltremund,
Ulricus de Helffenſtein, &
Rudolfus de Wertheim, } Comites.

Petrus de Hedwig,
Craffto de Holoch,
Gotfridus de Pruoes,
Eberhardus de Walſe,
Fridericus de Walſe,
Egluf de Fryberg, &
Burckbardus de Elrbach, } Romani Regni præfati Principes & Barones.

* Leg. LXXVIII. Datum Pragæ, anno Domini MCCC * XLVIII. Indictione prima, ſeptimo Idus Aprilis, Regnorum noſtrorum anno ſecundo.

BONI-

BONIFACII IX. PAPÆ ROMANI
DECRETALIS
EXECUTORIA
FRIDERICI II. IMPERATORIS ET KAROLINÆ CONSTITUTIONUM

Ann. Chriſti 1391.

DE LIBERTATE ECCLESIASTICA.

BONIFACIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, &c. venerabilibus fratribus, Mindenſi & Verdenſi Epiſcopis, & dilecto filio Decano Eccleſiæ Mindenſis, &c. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. Juſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur opportunis.

2. Dudum ſiquidem felicis recordationis Honorius Papa III. prædeceſſor noſter, attentè conſiderans, quòd claræ memoriæ FRIDERICUS II. Imperator ſemper Auguſtus, ad laudem Romanæ Eccleſiæ & ſacri decus Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis penitus deſtructis, decetero Eccleſia & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent, piè ac juſtè attendens, quòd quorundam perverſorum iniquitas adeò habundaverat, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta confingere, nec non adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, &c. edictali lege hujusmodi ſtatuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nunciari: & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates & loca, Poteſtates vel Conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiaſticam, vel perſonas Eccleſiaſticas, edere vel ſervare temptarent contra canonicas vel Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent. Et ſi decetero talia attemptarent, ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua juriſdictione privatos. Necnon locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri præceperat ſubjacere. Poteſtates verò, Conſules, * Statutarii, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum; nec non Conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata judicarent, extunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus illegitimos ſtatuerat aliquatenus non teneri. Quodque, ſi per annum præfatæ Conſtitutionis fuiſſent inventi contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impunè ab omnibus occupari, ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali Concilio promulgatis.

* Statuarã, malè.

3. Et inſuper voluerat idem Imperator, quòd nulla Communitas, vel perſona publica vel privata, collectas ſeu exactiones, angarias vel parangarias, Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis perſonis imponeret, aut invadere bona Eccleſiaſtica præſumeret. Quod ſi secus faceret, & requiſitus ab Eccleſia vel Imperio emendare contempneret, triplum refunderet, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceret, à quo ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur.

4. Statuerat inſuper, quòd quæcunque Communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure banno Imperiali ſubjaceret, ex quo nullatenus extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

5. Et inſuper ordinaverat, quòd nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili ad judicium ſeculare trahere præſumeret, contra eaſdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones Imperiales. Quod ſi ſecus faceret, actor à jure ſuo caderet, & judicatum non teneret: & judex foret extunc judicandi auctoritate privatus. Itemque Judices temporales, qui Clericis vel perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam juriſdictionem amitterent, prout in dicta Imperiali conſtitutione pleniùs continetur. Dictusque prædeceſſor noſter conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, Apoſtolica auctoritate approbando confirmavit, & ipſam mandavit inviolabiliter obſervari. Necnon † ſtatutarios & ſcriptores ac violatores prædictos excommunicatos auctoritate Apoſtolica prædicta publicè nunciari.

† Statuarios malè.

5. Et deinde ad audientiam divæ memoriæ KAROLI Quarti, etiam Romani Imperatoris ſemper Auguſti, deducto, quòd nonnulli ſecularibus in poteſtatibus & officiis publicis conſtituti, videlicet, Duces, Comites, Barones, & alii Domini temporales, necnon Conſules Civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores in nonnullis Provinciis conſtituti, Dei timore poſtpoſitu, ſtatuta ſecularia & iniquas ordinationes; motu proprio & de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum libertates, & earum privilegia condiderant, eiſque de facto & publicè reſiſtere præſumerent, contra legitimas ſanctiones: ut puta, quòd nulla bona temporalia, in poteſtatem Eccleſiaſticam transferentur: & ne Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis, aliquatenus admitterentur: quodque excommunicati Laici & publicè denunciati in civili foro minimè repellerentur.

6. Et inſuper eùm prædicti Domini temporales, Conſules & Rectores, per ſecularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent & arreſtarentur; & oblationes Chriſti fidelium diminuerent atque reſtringerent: exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent: poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis. Contractus inter Clericos & Laicos factos legitimos ad libros civitatum, oppidorum, villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent: Donataque & legata ad fabricas & eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intererat, contra juſtitiam ſibi uſurpare præſumerent: Et in fraudem & odium Clericorum de bonis etiam & rebus Clericorum, quæ non cauſa negociationis, ſed pro eorum propriis uſibus, per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, theolonia exigere & recipere non verebantur: Et confugientes ad Eccleſiam & cimiteria earum, inde extrahere contra canonicas & Imperiales ſanctiones præſumerent.

7. Idem Karolus Imperator, tanquam Chriſtianiſſimus Princeps, volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari, etiam de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum ſacri Imperii conſilio & auctoritate Imperiali, quæcunque ſtatuta & conſuetudines, omnia prædicta tanquam per canonicas & civiles ſanctiones expreſſè reprobata, caſſavit, irritavit, & annihilavit: ac caſſa & irrita nulliusque roboris eſſe voluit penitus & momenti: præcipiens ſub Imperialis banni pœna univerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus, & aliis in officiis publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus extunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omninò revocarent & de luce tollerent: quodque ſecundum ea non judicarent ampliùs, nec ſententias dictarent: nec eisdem in judicio aut extra judicium quomodo libet pro ſe & contra eccleſiaſticam libertatem potirentur.

8. Pronunciavit inſuper & eadem Imperiali decrevit auctoritate, quòd quicunque Laicus, cujusque ſtatus aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & per temeritatis audaciam Sacerdotem vel Clericum ſecularem aut religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere teneret, ac hujusmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, vel favorem eis præſtaret, præter pœnas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderetur infamis & omni honore privatus: nec ad placita vel Conſilia Nobilium admitteretur quovis modo: Hortans in Domino inſuper & requirens Prælatos in illis partibus conſtitutos ut legem Imperialem hujusmodi per earum eccleſias & Synodus publicarent, ne transgreſſores hujusmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas valerent malitias in hac parte excuſare, prout edictali lege prædicta Imperiali pleniùs continetur.

9. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, Sanctorum Blaſii intra & Cyriaci extra muros Eccleſiarum, Decanorum & Canonicorum, & perſonarum, ac totius Cleri Brunſvvicenſis, Hildenſemenſis, Halverſtatenſis dioceſium petitio continebat, quòd adeò quorundam Laicorum & Dominorum temporalium hujusmodi civitatum & dioceſium prædictarum, & in locis circumvicinis, malicia inolevit, quòd hujusmodi Imperiales conſtitutiones & ſanctiones transgredi non verentur, & Eccleſiaſticas libertates violare præſumunt, pro parte eorundem Dominorum Decanorum, Canonicorum, & perſonarum prædictarum fuit nobis ſupplicatum, ut eis ſuper præmiſſis de oportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

10. Nos igitur, veſtigiis præfati Honorii Papæ prædeceſſoris noſtri inhærentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrûm, per vos, alium vel alios, conſtitutiones prædictas in præfatis civitatibus & dioceſibus & in aliis locis circumvicinis, ubi & quando expedierit, auctoritate noſtra faciatis inviolabiliter obſervari. Transgreſſores ſeu violatores & contemptores ac ſacrilegos prædictos, nec non contradictores quoslibet & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcentur, invocato ad hæc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtante conſtitutione, quòd interdicti ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

11. Nulli ergò omninò hominum, &c. Data Romæ, VI. Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ann. Chriſti 1396.

WENCESLAI IMPERATORIS AVGVSTI, EDICTVM.

DE PAPÆ ET SACERDOTVM CORRVPTO Statu emendando, & unitate Eccleſiaſtica reſtauranda.

IMperator WENZESLAVS, Pius, Felix, Inclytus, ac Triumphator, ſemper Auguſtus, omnibus populis Chriſtiani nominis decoratis ſalutem.

1. Imperatoria Majeſtas non ſolùm armis decorata, ſed etiam legibus armata, quondam ſanxit, univerſitatem delinquere poſſe, & eam ex delicto teneri, & ex delicto in pœnam incidere, & per conſequens accuſari, & propter maleficia, ſive privata ſive publica,

publica, competere accuſationes, & eas fieri poſſe nedum à paſſo injuriam, ſed à quolibet de populo. Quam turpiter autem & damnabiliter univerſitas Principum Sacerdotum his diebus deliquerit, hoc etſi homines tacerent, lapides clamarent; & in tantum deliquit, quod nec apud Deum, nec apud homines excuſationem habere meretur, nec veniam, niſi ſatisfaciat.

2. Sanè ſcientes, quod non parva ei viciſſitudo à potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis Eccleſia cernitur, nullis inſertis maculis variatur, ſemper nobis in voto ſit, eſt, & erit, quàm diu vitam duxerimus in humanis, unitatem ſanctæ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatum ipſius, tanquam ejus verus & indubitatus Patronus, cuſtodire, veſtigia Divi Juſtiniani inſequentes, pro quo orando Joannes Papa dicebat: *Deum autem & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum exoramus, quatenus longævis & pacificis vos dignetur cuſtodire temporibus, in hac veſtra religione & unitate Apoſtolicæ Sedis*, cujus Principatum, ut Chriſtianiſſimi & pii, conſervantes in omnibus.

3. Supradictum autem noſtrum jus Patronatus, ne vitium ingratitudinis incurrerent, plures antiquitus Summi Pontifices optimè recognoverunt, Auguſtos *Dominos* appellantes, & eis in re & nomine reverentiam, tanquam ſuis Patronis exhibentes, ut diffuſè in Regiſtro Magni Gregorii habetur, & diſt. LXIII. cap. *Solo*, & in volumine quodam Iſidori Mercatoris.

4. Plures etiam ingrati extiterunt, ut quidam Scribæ ſcripſerunt, ſcilicet Marſilius de Padua, & Joannes de Janduno. Et nihilominus ſi homines ingrati ſint, apud Deum tamen ſperamus habere meritum, ſi maleficia impunita non relinquamus.

5. Cum autem in maleficiis accuſatores ſint neceſſarii, & pœnæ malefactoribus imponantur regulariter mediante accuſatore; quod quidem fit per libellum, quod nihil aliud eſt, quàm reum criminis per libellum deferre ad vindictam: libellus autem, ſive libelli quinque ad noſtrum Conſiſtorium pervenerunt, vel epiſtolæ, quarum prima eſt Univerſitatis Oxonienſis ad Pragenſem, ſecunda illius reſponſiva, tertia illarum Univerſitatum ad ſororem ſuam Pariſienſem Univerſitatem, quarta dictarum trium Univerſitatum ad Romanam generalitatem, quinta ad beatiſſimum Papam Urbanum & Nos: quas quinque Epiſtolas pro libello duximus recipiendas, & quas unà cum iſta noſtra præſente *Tetragonum Ariſtotelis* vocari jubemus, & ſine quocunque vituperio. Tetragonus enim ſex laterum, primum habens deſuper, ſcilicet Deum: ſecundum ſubtus, ſcilicet infernum ad cavendum: tertium ante, ſcilicet futurum judicium: quartum retrò, ſcilicet bonum & malum prævisum; quintum, dextrum, proſpera ſcilicet ventura: ſextum, ſiniſtrum, ſcilicet adverſa vitanda.

6. Quo libello ſic recepto, procedere Deo auxiliante in brevi intendimus ad dictarum pœnarum inflictionem; vos exhortantes, ut pro nobis oretis, ut ipſe Deus omnipotens Regnum noſtrum & ſalutem noſtram perpetua protectione cuſtodiat, ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ exaltationem, & Schiſmaticorum ad ipſam revocationem. Jeſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

CONCILII CONSTANTIENSIS CONFIRMATIO. Ann. Christi 1415.

CONSTITUTIONUM FRIDERICI II. ET CAROLI IV. Imperatorum Auguſtorum.

SUPER LIBERTATE ECCLESIASTICA.

Sacroſancta Synodus Conſtantienſis in ſpeculum ſuæ conſiderationis extollens, quàm graviſſima diſpendia Eccleſiæ, Monaſteria, Hoſpitalia, Xenodochia, & alia pia loca ac perſonæ Eccleſiaſticæ ſic tempore guerrarum & lugubris ſchiſmatis (proh dolor) cauſante malitia & ambitione mentium humanarum ad talia diverſis coloribus, modis, & titulis inhiantium improbè hactenus pertulerint, maxime à tempore felicis recordationis Urbani Papæ VI. incluſive citrà, ac perferant inceſſanter in talliis, collectis, exactionibus, occupationibus, invaſionibus, detentionibus, diſtractionibus, conceſſionibus, venditionibus, infeudationibus, emphiteoticis, & aliis locationibus, donationibus, dimembrationibus, dationibus, permutationibus & aliis variis & diverſis alienationibus Regnorum, Provinciarum, Comitatuum, Dominiorum, territoriorum, diſtrictuum, civitatum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, bonorum, jurium, etiam ſpiritualium, ac juriſdictionum ad Romanam & Eccleſias alias, Monaſteria, Hoſpitalia, Xenodochia, & pia loca, ad perſonas hujuſmodi communiter vel diviſim ſpectantium, aliiſque gravaminibus hactenus à dicto tempore citrà, & per ipſum tempus, ſeu ipſo tempore uſque in præſentem diem præter ſeu contra diſpoſitionem juris ſcripti, quomodocumque & qualitercumque impoſitis, illatis, factis, ſeu præſumptis, aut attentatis. Ac intendens & cupiens circa reformationem immunitatis Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, ac recuperationem & jurium ſuorum diligenter intendere, quamvis dudum contra ſeculares Poteſtates, nec non Conſules civitatum & alios, qui Eccleſias & viros Eccleſiaſticos talliis, collectis, & exactionibus aliis aggravare nitebantur, in Lateranenſi Concilio immunitati Eccleſiæ proviſum fuit, per quod hujuſmodi præſumptio ſub anathematis diſtrictione prohibita fuit, & illius fautores & tranſgreſſores excommunicationi ſubjacere præcepit hujuſmodi Concilium, donec ſatisfactionem earundem impenderent competenter, Adde cap. cum Apoſtolus, 6. cum ſeqq. De cenſ. exact. & procurat.

ac etiam conſtitutiones & ſententiæ, quæ à talibus vel de ipſorum mandato forent promulgatæ inanes & irritæ habentur nullo tempore valituræ. Et ut nullus vano in hoc deciperetur errore, ut infra tempus ſui regiminis hujusmodi anathema quaſi poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitum compellendus, decretum fuit in eodem Concilio, ipſum, qui ſatisfacere recuſaret, & ſucceſſorem illius, niſi ſatisfaceret infra menſem, manere debere Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfaceret competenter.

2. Et licet etiam in ſacris legibus pro libertate & immunitate Eccleſiaſtica, ſive Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, multa ſalubria & ſavorabilia ſtatuta fuerint dudum, felicis recordationis Honorius Papa III. attentè conſiderans, quod quondam FRIDERICUS II. olim Romanorum Imperator, tunc ſub obedientia & devotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem ejusdem Eccleſiæ & ſacri decus Romani Imperii, cupiens ut, expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent, ac piè & juſtè attendens, quod quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaverat, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confingere adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege hujusmodi ſtatuta iniqua irrita verat, & præceperat irrita annunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines contra civitates & loca, Poteſtates vel Conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ & Eccleſiaſticas perſonas, hujusmodi edere aut conſervare tentaverint contra Canonicas & Imperiales ſanctiones de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt hujusmodi legis publicationem penitus aboleri facerent. Et ſi de cætero talia attentarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua jurisdictione privatos, nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcharum auri fiſco Imperiali præceperat ſubjacere: Poteſtates verò, Conſules, * Statutarii, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non Conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memoratas judicarent, extunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere: quodque, ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventa forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impunè ab omnibus occupari, ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali Concilio promulgatis.

* Statuarii, malè.

3. Et inſuper voluerat tunc idem Imperator, quòd nulla Communitas vel publica perſona ſeu privata collectas ſeu exactiones, angarias vel parangarias, Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis perſonis, hujusmodi imponeret aut invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret: quod ſi ſecus faceret, & requiſita ab Eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione nullatenus remitteretur.

4. Statuerat inſuper, quòd quæcunque Communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure banno Imperiali ſubjaceat, à quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

5. Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili ad judicium ſeculare præſumeret trahere contra Canonicas ſanctiones, & contra conſtitutiones Imperiales. Quod ſi ſecus faceret actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret extunc judicandi autoritate privatus: quodque judices temporales, qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent tertiò requiſiti, ſuam jurisdictionem amitterent, prout dicta Imperiali edictali conſtitutione pleniùs continetur.

§. ult de Statut. & conſuet. collat. 10.

6. Dictusque Honorius conſtitutionem ipſam, de conſilio etiam Fratrum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, autoritate Apoſtol. approbans, & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari; nec non ſtatuarios & ſcriptores prædictos excomunicatos eadē autoritate nunciari.

7. Et deinde ad evidentiam Divæ memoriæ CAROLI IIII. etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quòd nonnullæ ſeculares perſonæ in poteſtatibus & officiis publicis conſtitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, & alii Domini temporales, nec non Conſules civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores, in eorundem provinciis, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates & harum privilegia, condiderant, illisque de facto & publicè utebantur contra canonicas & legitimas ſanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in vim & poteſtatem Eccleſiaſticam transferantur, & ne Clerici in ſacris conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis, aliquatenus admitterentur, quodque excommunicati laici & publicè denunciati in foro civili minimè repellerentur.

8. Et inſuper cùm prædicti Domini temporales, Conſules & Rectores per ſecularem poteſtatem res, bona Clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationem Chriſti fidelib. minuerent atq; reſtringerent; exactiones & tallias indebitas de bonis & redditib. Eccleſiarum exigerent & extorquerent; poſſeſſiones Eccleſiarum, & perſonarum earundem, devaſtarent incendiis & rapinis; contractus inter Clericos & Laicos factos, legitimos ac † liberos civitatum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent; donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra dictorum & præfatorum voluntatem, & aliorum quorum intererat, contra juſticiā uſurpare præſumerent; ac in fraudem & odium Clericorum de bonis Eccleſiæ & reb. Clericorum, quæ non cauſa negotiationis, ſed pro eorum propriis uſibus per eorum terras & dominia ducebant, & duci faciebant, teloneum exigere & recipere non verebantur; & confugientes atq; currentes ad Eccleſias, & earum cemiteria, inde extrahere contra Canon. & Imperiales ſanctiones præſumpſerant.

† al. libros.

9. Idem

9. Idem CAROLUS, Imperator, tanquam Chriſtianiſſimus Princeps, volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumq́; aliorum conſilio, autoritate Imperiali quæcumq; ſtatuta & conſuetudines prædictas, tanquam per canonicas & civiles ſanctiones expreſsè reprobata, caſſavit, irritavit & annullavit, ac caſſa & irrita nulliusque roboris eſſe voluit penitus & momenti, præcipiens ſub indignatione banni Imperialis univerſis & ſingulis Principibus, & Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus, & in aliis officiis publicis conſtitutis, quatenus extunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis editæ fuerant, omnia revocarent & de luce tollerent: quodque ſecundum ea non judicarent ampliùs, nec ſententias ferrent, aut eiſdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro & contra Eccleſiaſticam libertatem potirentur.

10. Pronunciaviq́; inſuper, & eadem decrevit autoritate, quòd quicumq; Laicus cujuſcumque ſtatus, gradus, aut conditionis exiſteret, auſo ſacrilego & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret; aut in carcere detineret, ac hujuſmodi maleficia perpetrantes & facientes ſcienter receptaret, vel eis favorem præſtaret, præter pœnas à ſacris canonibus, Imperialibus & legalibus ſanctionibus, in tales promulgatas, eo ipſo redderetur infamis, ac omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia Nobilium admitteretur quovis modo. Hortans inſuper in Domino & requirens Eccleſiaſticos Prælatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, conſtitutos, ut legem Imperialem hujuſmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne tranſgreſſores hujuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuas in hac parte valeant malitias excuſare, prout in edictali lege prædicta pleniùs continetur.

11. Quia non tantùm in Provinciis & Regnis, quæ Romanum profitentur Imperium, ſed ferè modernis temporibus ubique in toto Chriſtiano orbe, neglectis hujuſmodi Lateranenſis Concilii conſtitutionibus Imperialibus ac ſacris ſanctionibus quibuſcumque ab impiorum malitia adverſus Eccleſias & Clericos nulla reverentia, nullo Dei timore, nulloque animarum interitu penſatis eorundem temerè audacia crevit inſolenter: Igitur autoritate DEI omnipotentis prædicta omnia innovat, ſtatuit, & confirmat, perpetuiſque futuris temporibus ab omnibus Chriſti fidelibus ubilibet in omnibus & per omnia juxta ipſarum conſtitutionum tenores, ſub bannis aliiſq; pœnis & cenſuris ſuprà in eiſdem comprehenſis, inviolabiliter obſervandis.

12. Cæterùm in eodem Lateranenſi Concilio ſtatutum & ordinatum fuit, quòd Epiſcopus ſive Ordinarius cum conſenſu ſui Cleri ad relevandas communes utilitates & neceſſitates, ubi Laicorum non ſuppetunt facultates, abſque ulla coërtione poſſit Eccleſiaſticas perſonas compellere ad aliqua ſubſidia Laicis conferenda, priùs Romano Pontifice conſulto: & hac ſumpta occaſione Laici in quàm plurimis partibus, minis vel terroribus ſeu aliquibus aliis modis aut coloribus diverſis docent, ut tallias, collectas, ſubſidia, impoſitiones, vel alia quævis onera quocumque vocabulo ſeu nomine nuncupentur, Eccleſiis vel Clericis imponant, aut imponi conſentiant, vel permittant eum facultate, interdum per ipſoſmet Laicos aut alios exigendi. Ex quo conſtitutio Lateranenſis, quæ ob pietatem Laicorum fuit ordinata, in impietatem & grave damnum & jacturam Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum vertitur. Ideò dicta Sancta Synodus hoc perpetuò ſtatuit & ordinat, quòd nulla perſona ſecularis cujuſcumque dignitatis aut ſtatus & conditionis exiſtat, etiamſi Imperiali, Regali, vel quacumque præfulgeat dignitate, ſub prætextu conſenſus Epiſcopi & Cleri tallias, impoſitiones, & onera vel ſubſidia imponat, exigat, vel recipiat, niſi priùs Romano Pontifice conſulto, ſub pœnis, bannis, & cenſuris eiſdem.

13. Idem per omnia Romano Pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, conſenſu Epiſcopi vel Cleri non accedente.

14. Epiſcopi verò, qui contra prædictum Concilium Lateranenſe vel hanc conſtitutionem imponendo, vel imponi conſentiendo, vel exigendo conſenſerint, eis ingreſſus Eccleſiæ ipſo facto ſit tam diu interdictus, donec læſis Eccleſiis & Clericis ac Eccleſiaſticis perſonis plenariam fecerint ſatisfactionem.

*c. 1. Extravag. com. lib. 3. tit. 10. de cenſ. exact. & proc.

15. Prælati quoque, qui contra ſacrorum canonum diſpoſitionem, & contra conſtitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit: * *Vas electionis* viſitando, vel charitativum ſubſidium, necnon tallias & collectas imponendo, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas quocumq; modo gravant, ipſo facto ab omni adminiſtratione temporalium & ſpiritualium (etiamſi in Pontificali vel alia dignitate exiſtant, ſint privati, aliis quidem pœnis in jure expreſſis in ſuo robore permanſuris.

Quæ eſt conſtitutio Benedicti XII. Quare memoria lapſi ſunt Patres Concilii. Porrò Bonifacii conſtitutio exſtat in c. Clericis laicos, 3. de immunitat. Eccleſ. Ext. l. VI. Adde Extravag. com. libro 3. eodem tit. & Clement. c. 1. eod. Bonifacii IX. Conſtitut. habes ſupra

16. Item conſiderans, quòd nonnulli Summi Pontifices ex captata opportunitate nonnullorum Regum, Dominorum, Comitum & aliarum quarumvis perſonarum temporalium, aut ad ipſorum benivolentiam captandam, vel alio Spiritu ducti conceſſerunt, & licentiam dederunt eiſdem tallias, collectas, ſubſidia, impoſitiones, dacias, pedagia, aut alia quævis onera hujuſmodi imponendi vel exigendi ab Eccleſiis, Clero, vel Eccleſiaſticis perſonis, in eorundem dominio vel diſtrictu aut alibi conſtitutis & commorantibus, alias ad tempus, alias ad certam ſummam ſub diverſis modis, formis, vel conditionibus in confectis literis Apoſtolicis vel aliis hujuſmodi licentiæ comprehenſis: idcircò omnes & ſingulas conceſſiones & licentias hujuſmodi, etiamſi de plenitudine poteſtatis Romanorum Pontificum aut Apoſt. Sedis, quovis modo & quibuſvis perſonis ſub quibuſcumq; verborum tenoribus conceſſas revocat, caſſat annullat, & irritat. dictiſq; Dominis, Comitib. & aliis ut ſuprà expreſſis, mandat & jubet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis, bannis, & cenſuris, nec-

non in triplum reſtitutionib. ſuprà expreſſis, quas incurrent ipſo facto, quod abinde in anteà dictis conceſſionib. licentiis, aliqua & aliquib. ex ipſis quoquo modo utantur; quin imò privilegia, conceſſiones, & ſcripturas hujuſmodi ſuper dictis conceſſionib. & licentiis cōfectas de luce aboleri faciant.

17. Item eadem autoritate ſtatuit, ordinat, decernit & declarat, quòd Regna, Provinciæ, Comitatus, Dominia, territoria, civitates, diſtrictus, terræ, villæ, caſtra, fortalicia, poſſeſſiones, ædificia, grangiæ, & quævis alia bona, res, jura, juriſdictiones, actiones reales & perſonales, ſpirituales & temporales, ac patronatus, & pertinentiæ eorundem, & Eccleſiarum Cathedralium dioceſes, quæ Romanæ ſeu Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Abbatialibus, & quibuſvis aliis Collegiatis, ſecularibus vel regularibus, Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, Menſiſque Cathedralibus & Abbatialibus, Capitulis, Collegiis ſeu Conventibus, Hoſpitalibus, Xenodochiis, & quibuſvis aliis piis locis, alicui vel aliquibus ex ipſis temeritate vel audacia, dolo, vi, vel fraude, quomodocumque vel qualitercumque per quasvis perſonas Eccleſiaſticas vel Laicales, Capitula, Collegia, Dominos, Comitatus, & Univerſitates, etiamſi Imperiali, Regali, Cardinalatu, Pontificali, vel alia quavis Eccleſiaſtica vel Laicali præeminentia & dignitate præfulgerent, à tempore ferè Gregorii XI. incluſivè citrà: (Poſt cujus quidem Gregorii deceſſum ſchiſma præſens, proh dolor! in Dei Eccleſia ortum habuit) quavis occaſione ſeu colore quæſito fuerint invaſa, occupata, uſurpata, capta ſeu detenta, hujuſmodi Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, Menſiſque Cathedralibus & Abbatialibus, Capitulis, Collegiis, ſeu Conventibus, Hoſpitalibus, Xenodochiis, & piis locis, videlicet illi & illis, cujus, quorum vel quarum tempus & in tempore invaſionis, occupationis, uſurpationis, captionis, ſeu detentionis prædictæ vel prius poſſeſſio Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Menſas Cathedrales & Abbatiales, Capitula, Conventus, Hoſpitalia, Xenodochia, & pia loca, aut per aliquem vel aliquod ex ipſis coram aliquo de Executoribus ſive conſervatoribus, de quibus infrà fit mentio, probetur infra tempus quadrimeſtre à die probationis prædictæ continuè currendum; vel ſi fama de dicta poſſeſſione aut ſecuta invaſione, occupatione, uſurpatione, captione, ſeu detentione hujuſmodi erit in dioceſi Eccleſiæ, Monaſterii, Prioratus, Menſarum Cathedralium & Abbatialium, Capituli, Collegii, Conventus, Hoſpitalis, Xenodochii, vel pii loci hujuſmodi ſimiliter infra ſimile quadrimeſtre continuandum à die legitimæ citationis, monitionis, ſeu requiſitionis perſonaliter factæ; vel ſi poſſeſſoris copia commodè haberi, aut benè, tutè, legitimè citari non poſſit, tunc & eo caſu moneri & requiri valeat per edictum in aliquo loco dioceſis, vel ipſi dioceſi propinquo, ubi invaſor, occupator, uſurpator, captor ſeu detentor habitare conſueverat habitandum vacua & expedita plenariè, realiter, & cum effectu, omni ceſſante excuſatione & exceptione, reſtituantur, reddantur, & redintegrentur, ac pacificè dimittantur, ſub pœnis, bannis, & cenſuris, & *ſub aliis* ut ſuprà, & ſub triplicata reſtitutione, & ſub infamia & occupatione & juris amiſſione ſuperiùs nominatis, quas negligentes, inobedientes, tranſgreſſores, rebelles, & contrafacientes incurrent ipſo facto; à quibus pœnis & cenſuris, & aliis prædictis non poſſint abſolvi, niſi priùs factis (ut præfertur) plenis & integris reſtitutionibus. Et nihilo minus ex abundanti cautela ipſa ſancta Synodus, ex certa ſcientia, prædicta bona, regna, civitates, &c. ut ſuprà, illis, quibus erant (ut præfertur) reſtituit, reddit, & reintegrat per præſentes. Et inſuper liceat Prælatis, Capitulis, Conventibus, & Rectoribus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum hujuſmodi, quorum talia regna, bona, &c. erant, & nunc ſunt, eorumque ſucceſſoribus, aut eorum procuratoribus & ſyndicis, autoritate propria, alicujus conſenſu vel licentia minimè requiſita, poſſeſſionem illorum intrare, capere, aut detinere liberè & impunè, conſtitutionibus & privilegiis Apoſtolicis & Imperialibus, & aliis quarumvis perſonarum nequaquam obſtantibus.

18. Rurſus quia contractus celebrari, necnon conceſſiones ſuper regnis, provinciis, civitatibus, caſtris, villis, & aliis bonis ſuprà expreſſis, vitio non purgato veriſimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præſumerentur: ea propter ipſa ſancta Synodus ex certa ſcientia omnes & ſingulas conceſſiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, diviſiones, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, pacta, proviſiones, promiſſiones, ſententias, & alios contractus quoſque, etiamſi juramentis fuerint convaliditatæ & convaliditati, etiam per viam aut modum cujuſque contractus etiam in illis contenta ſub quacumque verborum conceptione appàreant poſt invaſiones, occupationes, uſurpationes, captiones, vel detentiones regnorum, provinciarum, civitatum, & aliorum, alicujus vel aliquorum, bonorum hujuſmodi, & ante eorundem bonorum plenariam reſtitutionem: deinde pro & aut ſuper eiſdem alicui vel aliquibus ex regnis & aliis bonis hujuſmodi, vel ipſorum, aut eorum aliquibus, juribus, juriſdictionibus, actionibus, & pertinentiis realibus & perſonalibus atque mixtis ſpiritualibus & temporalibus quibuſcumque, quibuſvis Dominis, Dominiis, Comitatibus, Univerſitatibus, Capitulis, Collegiis, Patriarchalibus, vel aliis Eccleſiis quibuſvis, ſive eorum menſis, aut aliis perſonis quibuſcumque Eccleſiaſticis vel Laicalibus, etiamſi Imperiali, Regali, Pontificali, vel alia Eccleſiaſtica & temporali præfulgeant dignitate, quavis occaſione à dicto tempore Gregorii incluſivè citrà quomodocumque & qualitercumque factis & conceſſis, faciendis concedendis per Romanos Pontifices motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis cum omni defectuum ſupplemento, ac de & cum conſenſu & conſilio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſive per modum aut viam contractuum quorumcumque, vel alias, & quavis autoritate, etiam Apoſtolica, Imperiali, Regali, Legatorum,

Nuncio-

Nunciorum, aut Vicariorum Sedis Apoſtolicæ, ſive Ordinariæ, legata vel delegata, etiam ſi factum vel conceſſum fuerit per illas perſonas; aut de & cum conſenſu illarum, ad quas in talibus de jure & de conſuetudine facere, concedere, & conſentire pertinuerit, nullas & nullos nulliusq; juris, efficaciæ, firmitatis, roboris, & momenti, atque viribus evacuatas & eſſe evacuatos, fuiſſe & eſſe decrevit & declaravit. Et nihilominus ex abundanti cautela ipſas & ipſos revocat, caſſat, abolet, irritat & annullat, ac viribus evacuat, ipſaq; regna & provincias, civitates, & alia bona cum juribus & omnibus aliis ſupradictis tenore præſentium illis, quorum vel quarum (ut præfertur) erant & ſunt, reddit, reſtituit & reintegrat: ſtatuens quoq; & præcipiens, decernens & declarans ipſa omnia & ſingula reddenda, reſtituenda, & reintegranda, quibus (ut præfertur) erant & ſunt, vacua & expedita plenariè, realiter, & cum effectu, omni ceſſante excuſatione, infra dictum quadrimeſtre, ſub eiſdem pœnis, bannis, & cenſuris, & aliis, quas incurrent ipſo facto, & à quibus non poſſint abſolvi, niſi ut ſuprà continetur; aliis tamen juris remediis pro prædictis executioni demandandis in ſuo robore permanſuris: & nihilominus liceat Prælatis & aliis, quorum talia bona (ut præfertur) erant & ſunt, poſſeſſiones intrare, &c. ut ſuprà continetur.

19. Item dicta ſancta Synodus eadem autoritate, ex certa ſcientia, decernit & declarat omnes & ſingulas conceſſiones, donationes, obligationes, venditiones, extennationes, pignorationes, diviſiones, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, revocationes, infeudationes, reinfeudationes, ac cenſuum, fructuum, ſeu reſponſionum aliorum, quocumq; nomine ſeu vocabulo nuncupentur, extenuationem, extinctionem, pacta, promiſſiones, proviſiones, ſententias, & alios contractus quoſcumque, etiamſi juramentis fuerint convalidatæ & convalidati, etiam per viam & modum cujuſcumque contractus, & in illis contenta ſub quacumq; verborum conceptione appareant quibuſvis Patriarchis, Primatib. Archiepiſc. Epiſcopis, eorumq; Eccleſiis Cathedralibus, ſive antiquis ſive poſt dictum ſchiſma erectis, aut eorum Menſis Capituliſq;, Collegiis, Comitatib. ſeu Univerſitatibus, & perſonis, etiam Imperialis, Regalis, Reginalis, Pontificalis, Cardinalatus, aut cujuſvis Eccleſiaſt. vel mundanæ fuerint dignitatis, præeminentiæ, ſtatus vel conditionis, de, in, pro aut ſuper regnis, provinciis, Comitatib. dominiis, territoriis, civitatib. diſtrictib. terris, villis, caſtris, fortaliciis, poſſeſſionib. ædificiis, grangiis, & quibuſvis aliis bonis, reb. ac pertinentiis ſuis, jurib. juriſdictionib. & actionib. realib. & perſonalib. atq; mixtis, Cathedraliumq; Eccleſiarum diœceſib. ac patronatuum jurib. & quibuſvis aliis tam ſpiritualib. quàm temporalib. ſine aliquo vel aliquib. prædictorum ad Romanam, Patriarchales, Metropolitanas, Cathedrales, Abbatiales, & quasvis alias Collegiatas & non Collegiatas, regulares & ſeculares Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Menſaſq; ipſarum Eccleſiarum, Capitula ſeu Conventus eorum, aliquos vel aliquas ex ipſis factas & factos præter vel contra diſpoſitionem juris ſcripti à dicto tempore Urbani Papæ VI. incluſivè citrà quomodocumq, & qualitercumq; uſq; in præſentem diem ſub quibuſvis titulis, jurib. actionib. cauſis, modis, conditionib. viis ſive formis, & quavis occaſione, etiam motu proprio ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, ac cum ſuppletione omnium defectuum, etiam de & cum conſilio & conſenſu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſive per viam aut modum contractuum quorumcumque, vel alias, & auctoritate quacumque, etiam Apoſtolica, Imperiali, Regali, Reginali, Legatorum, Nunciorum, aut Vicariorum Sedis Apoſtolicæ ſive * Ordinariæ, delegata vel * al. ordinaria.
ſubdelegata, vel quacumque alia, etiamſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas, aut de & cum conſenſu illarū, ad quas in talib. de jure & conſuetudine facere, concedere & conſentire pertinuerit, fuiſſe & eſſe ipſo jure nullos & nullas, ac nullius efficaciæ, roboris, & momenti, viribuſq; evacuatas & evacuatas, & perinde cenſeri & haberi ſub & cum modificationibus infrà ſcriptis, ac ſi facti & factæ non fuiſſent: conceſſioneſque, donationes, &c. hujuſmodi, & alias quavis, quæ cum detrimento vel læſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, Conventuum, locorum ſeu perſonarum alicujus vel aliquarum hujuſmodi factæ à dicto tempore Urbani Papæ VI. citrà, ex certa ſcientia & autoritate prædicta, hac edictali conſtitutione, ſub & cum ſuprà & infrà dictis modificationib. revocat, caſſat, irritat, & annullat: & nihilominus ad abundantiorem cautelam tollit, & penitus viribus evacuat, dictaq; regna, loca, territoria, diſtrictus, jura, juriſdictiones, &c. ac bona hujuſmodi ad jus & proprietatem Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, Menſarum, Capitulorum, Conventuū, & perſonarum hujuſmodi, ad quæ ſeu quas ſpectabant, & nunc ſpectant & pertinent ſub & cum ſuprà & infrà ſcriptis modificationib. reſtituit, reddit, & reincorporat penitus per præſentes; quorum omnium poſſeſſionem vacuam, liberam, expeditam nihilominus illi, qui talia bona tenuerint, & tunc tenebant, debeant, ac etiam teneantur infra dictum quadrimeſtre à die probationis vel citationis, monitionis ſeu requiſitionis, ut ſuprà † fienda liberè, totaliter, & cum effectu vacua & expeditâ † al. fiendæ.
rela xaſſe, & dimiſiſſe Eccleſiis, Menſis, Monaſteriis, Hoſpitalib. locis, & aliis perſonis hujuſmodi ad quas ante conceſſiones prædictas ſpectabant & pertinebant. & nunc ſpectant & pertinent, ſeu ſpectare & pertinere poſſunt, ſub pœnis, bannis, & cenſuris, & aliis (ut ſuprà,) quas incurrent ipſo facto, & à quib. abſolvi non poſſint, niſi priùs ſatisfecerint & reſtituerint, ut ſuprà continetur. Et nihilominus liceat Prælatis, Capitulis, Conventib. ac Rectorib. Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum locorum hujuſmodi, quorum talia bona fuerint & nunc ſunt, eorumq; ſucceſſorib. & ſyndicis, autoritate propria alicujus conſenſu vel licentia minimè requiſitis, cautione tamen priùs præſtita, ut inferiùs denotatur, poſſeſſionem illorum intrare, capere, & recipere liberè & impunè, non obſtantibus conſtitutionib. privilegiis Sedis Apoſtolicæ ejus autoritate conceſſis, factis, concedendis & faciendis ac impetrationibus ſub quacumq; verborum expreſſione, & tenoribus conceſſis; & etiamſi de ipſo-

rum tenoribus expediret facere mentionem ſpecialem de verbo ad verbum in totum vel in partem, quorum & quarum omnium ipſa ſancta Synodus hîc pro expreſſis, lectis, & inſertis haberi vult & decernit; necnon præſcriptionibus, conſuetudinibus, & aliis contrariis & repugnantibus, aut quovis modo huic conſtitutioni de cætero nequaquam obſtantibus quibuſcumque.

20. Prædicta quoque, quæ de declarationibus ac revocationibus hujuſmodi dicta ſunt, non vendicent ſibi locum in infeudationibus, reinfeudationibus, conceſſionibus, & locationibus, quibuſvis perpetuis ſolitis ante prædictum tempus Domini Gregorii Papæ XI. fieri, & dari in feudum recenſendum, vicariatum, aut emphiteoſim, & regnis, provinciis, civitatibus, terris, caſtris, villis, locis, territoriis, diſtrictibus, & aliis bonis ſeu juribus hujuſmodi aliquo vel aliquibus eorundem, dum modò utile dominium eorundem per pacifica * tenuatum corporalis poſſeſſionis ante hujuſmodi infeudationem, reinfeudationem, conceſſionem, non fuerit cum directo dominio incorporatum & ſolidatum, ac etiam quod canon & cenſus antiquitùs ante dictum tempus Domini Gregorii Papæ XI. pro illis præſtari & dari ſoliti conſueti, ſeu admitti ſi qui præſtabantur, debitè perſolvent. Nec etiam locum habeant in venditionibus bonorum, quorum juſta pretia apparebunt, & probabuntur Conventuum & locorum hujuſmodi, quorum (ut præfertur) erant, duntaxat verſa eſſe, in permutationibus factis verſis in evidentem utilitatem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum hujuſmodi. Nec locum ſibi vendicent in conceſſionibus per Romanos Pontifices pro dotatione in totum vel in partem: ac pro alia quavis ſubventione aliquarum Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum indigentium quarumcumque civitatum factis de aliquibus Eccleſiis inferioribus, & bonis earum, dum modo hujuſmodi civitates ab antiquo & ante dictum ſchiſma habuerint famam, titulum, & nomen Civitatis, & dum modò etiam hujuſmodi conceſſa non fuerint alicujus Eccleſiæ Cathedralis, ſed ab Abbatialibus inferiorum Eccleſiarum. Nec etiam ſibi ſortientur effectum in venditionibus, & aliis alienationibus bonorum Hoſpitalium, Xenodochiorum, & aliorum piorum locorum quorumlibet; quæ Hoſpitalia, Xenodochia, & pia loca, ut ſunt Sancta Sanctorum, Sancti Spiritus in Saxia urbe, Beatæ Mariæ novæ de Florentia, de Scala, de Seminis, ac de Miſericordia, de Paradiſo, & ſimilia, pro ſuſtentatione pauperum & hoſpitalitate conſervanda conſueverunt ab antiquo bona eorum vendere, aut aliter alienare, locare, aut uſumfructum concedere ſecundum eorum ſtatuta ſeu laudabiles & antiquas conſuetudines pacificè hactenus obſervatas, privilegiis etiam antiquitùs à Romanis Pontificibus quibuſvis religioſorum originibus bonorum & rerum hujuſmodi indultis, ac etiam ſuis conſuetudinibus in talibus ab antiquo obſervatis in ſuo robore permanſuris. Nec etiam in Vicariatibus, Gubernatibus, & Miniſtratoribus, ſeu locationibus, aut feudis Provinciarum, terrarum, caſtrorum, locorum, ſeu bonorum hujuſmodi ad tempus novem annorum, vel abinde infrà duntaxat duraturis: prædictis tamen modificationibus non ſe per prædicta invaſa, occupata, uſurpata, capta, ſeu (ut præfertur) detenta aliqualiter extendentibus.

21. Cæterùm decernit præfata ſancta Synodus eadem autoritate, quòd quicumque ex juſtis & rationabilibus cauſis probaverit, legitimè ſe de aut ſuper regnis, provinciis, civitatibus, terri, caſtris, locis, vel bonis hujuſmodi, vel eorum aliquo pro preciis perſolutis, vel ex cauſa depoſiti, ſive mutui, aut alias ex juſtis cauſis recipere debere à Romana ſeu aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, Hoſpitalibus, vel locis ipſis, ſeu eorum aliquo, aut ex Prælatis ſeu Rectoribus eorundem, occaſione duntaxat Eccleſiarum, Hoſpitalium, ſeu locorum præfatorum, ad quæ ipſa bona pertinuiſſent vel pertinerent, aliquas florenorum ſeu pecuniarum ſummas, aut res alias, ac illas verſas eſſe in utilitatem evidentem Eccleſiarum ſeu Monaſteriorum, aut locorum hujuſmodi, quòd facta coram loci Ordinario deductione aut defalcatione fructuum aut Proventuum perceptorum arbitrio dicti Ordinarii loci; ſive rerum & bonorum, de quibus ageretur, ſuper quo ipſius Ordinarii conſcientiam oneravent, & onerat non obſtantibus quibuſcumque conventionibus ſeu pactis initis vel adjectis etiam autoritate Apoſtolica vel alia quomodolibet roboratis ac juramento vallatis, maximè quoad probandum precia, res, vel pecunias, verſa eſſe in evidentem utilitatem, vel quorum talia bona fuiſſent, ſeu ut fructus in ſortem computare quis minimè teneretur, aut quod faceret fructus ſuos, ſeu aliis contrariis & aliter diſponentibus quovis modo Eccleſia ſeu Monaſterium, Hoſpitale vel locus hujuſmodi reſiduum quod declaratur ad reſtituendum illi, qui ſolviſſet, aut ejus hæredibus, ſeu jus vel cauſam aut titulum ſuum habentib. infra annum à die talis declarationis continuè computandum, vel ad hujuſmodi bona obligata uſque ad ſatisfactionem, ut infrà declaratur, ipſis creditoribus reſtituendum pro dicto reſiduo declarato, eo ipſo Prælatus, Capitulum, Conventus, ac Rectores talis Eccleſiæ, Monaſterii, Hoſpitalis, vel loci, cujus vel quorum (ut præfertur) ipſa bona erant, ſub pœna excommunicationis ſint aſtricti: & nihilominus pro ſecuritate creditorum ſuper ſatisfactione hujuſmodi nullus ex Prælatis & aliis ſuprádictis poſſit aut debeat, per ſe aut per alium, poſſeſſionem talium bonorum intrare, capere, vel retinere, niſi idonea cautione priùs per ipſos præſtita coram loci Ordinario ipſius vel ipſorum creditorum, & hujuſmodi Ordinario recuſante coram loci Ordinario debitoris, de eo quod ab Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, vel locis aliis ſeu perſonis ſupradictis, ratione declarationis hujuſmodi tenerentur habere creditores ipſi infra dictum annum perſolvendo, bona quoque talib. vendita, pignorata, ſeu aliter obligata, alienata, vel (ut ſuprà) conceſſa illis uſq; ad ſatisfactionẽ ſpecialiter obligata remaneant & exiſtant. Si autem infra dictum annum ſatisfactio quantitatis declaratæ facta non fuerit, ut præmittitur, prævùs trib. proteſtationib. diverſis dieb. per creditores ſeu eorũ procuratores

factis

* al. tenuatam.

factis præfatis Capitulis, Conventib. aut Rectoribus hujuſmodi ſuper dicta ſatisfactione ſaltem infra menſem à die primæ proteſtationis facienda: tunc lapſo dicto menſe liceat hujuſmodi creditoribus, aut hæredibus, jus vel cauſam ſeu titulum habentibus ab illis per ſe vel per procuratores ſuos auctoritate propria poſſeſſionem bonorum hujuſmodi intrare, capere, ac illa tenere & poſſidere, fructuſque & emolumenta ex illis percipere: deducendo tamen de ſorte ipſius debiti, quouſque eiſdem fuerit de quantitate hujuſmodi debiti, ut præfertur, declarata integraliter ſatisfactum, ita tamen proviſo circa præmiſſa, & quodlibet prædictorum, quod pro debito Romanæ, vel alterius Cathedralis, vel inferioris Eccleſiæ, Hoſpitalis, aut pii loci, Prælatus, Rector, ſive alia perſona hujuſmodi, niſi ſolùm pro ſua Eccleſia, Hoſpitali, & pro loco, in cujus evidentem utilitatem duntaxat probabiliter, ut præfertur, precium & valorem, verſum eſſe fidejubere, vel alias cautionem de debitis declaratis, vel alias minimè præſtare teneatur, nec hujuſmodi bona pro aliis debitis quoquo modo remaneant obligata, nec etiam de ſeipſis reſtitutio & reintegratio, ut ſuprà eſt declaratum, quovis modo valeat, nec debeat retardari.

22. Cæterùm quia lex ſalubris præteritis intendit, & futuris caſibus providere, decernit ipſa ſancta Synodus eadem autoritate, quod decætero præmiſſis & infrà ſcriptis nulla feudario, locatio, donario, venditio, permutatio, pignoratio, obligatio, ſive quævis alienatio aut declaratio de auc ſuper regnia, provinciis, civitatibus, terris, caſtris, locis, juribus, ac juriſdictionibus, ſeu bonis prædictis, aut aliquo eorundem autoritatibus hujuſmodi, ſeu earum aliqua, vel aliàs ſine expreſſa deliberatione Concilii generalis, vel ſaltem provincialis, cum evidenti tamen utilitate Eccleſiæ & pii loci hujuſmodi fieri poſſit vel debeat quovis colore quæſito, ſeu jam facta * conſurmari, extendi, vel prorogari, aut de novo concedi quovis modo. Salvo quod locationes uſque ad prædictum tempus novem annorum, vel abinde infrà & non ultrà, tam Apoſtolica quàm Ordinaria autoritate valeant celebrari cum dicta præſtatione tamen cenſus ſoliti ſive rationabilis: ita tamen, quod fiant cum evidenti utilitate hujuſmodi tam per Romanum Pontificem quàm per præoccupationes & revocationes de bonis feudalibus ac emphitheoticis ante dictum tempus Gregorii XI. infeudari ſolitis ad Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, vel pia loca hujuſmodi quomodolibet devalutis & devolvendis in poſterum, cum modificationibus infra ſcriptis, pro cenſu & canone ſolitis aut adauctis ante præſatum tempus Gregorii XI. & non de aliis aut aliter ullo modo poſſint etiam fieri confeſſiones Vicariatuum, Gubernationum & Adminiſtrationum, regnorum, provinciarum, civitatum, terrarum, caſtrorum, locorum, præſatæ Eccleſiæ Romanæ, quæ ante hujuſmodi tempus concedi in Vicariatu ſeu Adminiſtratione per Romanam Eccleſiam conſueverunt, per Romanos Pontificea ad tempora novem annorum, & abinde infrà & non ultrà, cum reſponſionibus, canonibus, & cenſibus conſuetis melioratis, ſed adauctis ante tempus præfatum, hoc addito declarato ac reſervato, quod vicariia non ſolventibus eidem Romanæ Eccleſiæ cenſum & canonem debitum in terminis appoſitis, vel ſaltem infra menſem poſt lapſum terminum, eo ipſo abſque aliqua declaratione ad cenſum & canonem duplicatos perſolvendos præſatæ Romanæ Eccleſiæ teneantur ac aſtricti ſint. Et ſi primum & duplicatum cenſum ſeu canonem prædictos infra alium menſem ſequentem non ſolverint, ipſo facto ſententias, banna, & pœnas hujuſmodi incurrent. Si autem infra ſemeſtre à lapſu primi termini præfati ſolutionem hujuſmodi non fecerint de cenſu & canone, ut præfertur, ipſo jure cadant ab omni poſſeſſione Vicariatus, Gubernationis & Adminiſtrationis hujuſmodi, & conceſſa ad liberam ordinationem Romani Pontificis & Romanæ Eccleſiæ præfatæ devolvantur, & devoluta ipſo facto intelligantur eſſe & ſint cum omni rerum integritate & cauſa. Et illud idem intelligatur ſervari & fiat in & de Vicariis, Gubernationibus, & Adminiſtrationibus provinciarum, civitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum aliorum quorumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum aliorum prædictorum, & cujuslibet eorundem.

* fort. confirmari.

23. Præmiſſa quoque extendantur ad ſolutionem feudorum, bonorum emphitheoticorum, & aliorum locatorum reſponſiones quovis titulo, tam ad Romanam quàm ad alias Eccleſias, Monaſteria, & localia ſuprascripta communiter vel diviſim, prout de cenſibus & canonibus Vicariatuum prædictorum ſuperiùs continetur.

24. Diſtrictiùs nihilominus inhibens, ne qua prorogatio ſeu nova conceſſio Vicariatuum, Gubernationum, ſeu adminiſtrationum hujuſmodi de regnis, provinciis, civitatibus, terris, caſtris, & locis dictæ Romanæ Eccleſiæ fieri poſſit aut debeat niſi de * conſilio & aſſenſu Romanorum Pontificum, & Dominorum Collegii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, eorum ſcrutatis votis, vel ſaltem per duas partes dicti Collegii in concordia, & non niſi pro evidenti cauſa, ſtatu & honore Eccleſiæ præfatæ. Ita tamen, quod debeant ipſi Cardinales in literis Apoſtolicis vel contractibus de ſuperfactis, unà cum Romano Pontifice, propriis manibus ſe ſubſcribere ad inſtar antiquorum privilegiorum Apoſtolicorum in perpetuum. Et aliter ſecus ſeu alio modo in præmiſſis & infra ſcriptis omnibus, & contentis in præſenti capitulo, vel circa ea facta ſeu declarata etiam motu proprio, & de Cardinalium conſilio ſeu conſenſu, ſeu alias & Apoſtolica vel quavis alia autoritate non teneant ipſo jure, & nullum jus contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur. Et nihilominus Vicarii ipſi, Gubernatores, & Adminiſtratores, & alii recipientes quovis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiamſi ſponte concederentur, vel alias contrarium facientes, ipſos proceſſus, banna, ſententias, & pœnas ipſo facto ſe noverint incurriſſe: conceſſionibus, conſtitutionibus, privilegiis Apoſtolicis, ac aliis quarumcunque perſonarum, necnon conſuetudinibus, & aliis quibusvis in contrarium facientibus nequaquàm obſtantibus.

* al. Concilio.

25. Hoc ſanè intellecto, quòd modificationes ipſæ ſupraſcriptæ, & ipſarum aliqua aliis, qui tenent & tenuerunt regna, provincias, civitates, terras, caſtra, ſive alia bona, ut in alio infra ſcripto capitulo continetur: ſcilicet invaſa, occupata, capta, ſeu (ut profertur) detenta non valeant in aliquo ſuffragari; quin imò ad plenariè reſtituendum, reddendum, & ad alia faciendum, ut in eodem capitulo continetur, protinus ſint aſtricti.

26. Datum Conſtantiæ, præfata Synodo ſedente in Eccleſia Conſtantienſi, IX. Kalend. Octobris, Anno à Nativitate Domini, M. CCCC. XV. Apoſtolica Sede vacante.

Ad mandatum ſanctæ Synodi Conſtantienſis

Johannes Cardinalis Hoſtienſis, Vicecancellarius.

Ann. Chriſti 1415.

CONCILII CONSTANTIENSIS

DECRETUM,

Quando ſolvenda ſit, ſive deneganda decima.

CUm paterna pietas filiis hominum providere debeat, licet in caſu neceſſitatis urgentis valeat viciſſitudo laudabilis, declarat ſancta Synodus, non licere Romano Pontifici indictiones ſive exactiones quaſcunque ſuper Eccleſiam vel Eccleſiaſticas perſonas imponere per modum decimæ vel alio quovis modo.

2. Si verò, cùm neceſſitas acciderit Papæ, qua eſſet eidem debitè ſubveniendum, vocato generali Concilio, ſecundum quod expediens videbitur & utile, ſecundum decretum Concilii provideatur eidem.

Ann. Chriſti 1417.

MARTINI V. PAPÆ ROMANI

DECRETALIS

Confirmatio CAROLINÆ de Libertate Eccleſiaſtica,

FACTA IN CONCILIO CONSTANTIENSI ANNO DOMINI M. CCCC. XVII.

MArtinus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Abbati Monaſterii Scotorum in Wienna, Patavienſis Diœceſis, & Auguſtenſis ac Salzeburgenſis Eccleſiarum Decanis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. Ad compeſcendos conatus nepharios perverſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & juribus ſuis offendere, ac multiplicibus perturbare moleſtiis non verentur, tanto magis per Romanum Pontificem decet de opportuno remedio providere, quanto peramplius turbationes hujuſmodi moleſtiæ, & in divinæ Majeſtatis offenſam, necnon Eccleſiaſticæ libertatis redundare diſpendium dinoſcuntur.

2. Dudum ſiquidem cùm in diverſis mundi partibus Conſules civitatum & Rectores, necnon alii, qui poteſtatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent Eccleſiis, ut deterioris conditionis factum ſub eis Sacerdotium videretur, quàm ſub Pharaone fuiſſet, qui Legis divinæ noticiam non habebat, quique omnibus aliis ſervituti ſubactis, Sacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtravit, in Concilio Lateranenſi Eccleſiæ immunitati providendo ſub anathematis diſtrictione prohibitum extitit, ne Conſules, Rectores aut alii prædicti Eccleſias & viros Eccleſiaſticos tallus, ſeu collectis, vel exactionibus aliis aggravare præſumerent, tranſgreſſores & fautores eorum præcipiendo anathematis ſententiæ ſubjacere, donec ſatisfactionem impenderent competentem. Et etiam deinde in generali Concilio editum fuerit: Quòd ſi Epiſcopi forte ſimul cum Clericis, etiamſi tantam neceſſitatem vel utilitatem inſpicerent, ut abſque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel neceſſitates, ubi Laicorum non ſuppeterent facultates, ſubſidia per Eccleſias Laicis ducerent concedenda, minimè ſuper hoc conſulto Romano Pontifice, conceſſiones & ſententiæ, quæ à talibus vel de ipſorum mandato forent promulgatæ, eſſent irritæ & inanes, nullo unquam tempore valituræ. Ac etiam in ipſo generali Concilio decretum extitit; Illum, qui infra tempus ſui regiminis propter fractionem conſtitutionum vel ſanctionum hujuſmodi ſuſtineret anathema, tanquam poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitum compellendus, necnon ipſius ſucceſſorem, qui non ſatisfaceret infra menſem, manere Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfaceret competenter, cùm ſuccederet in onere, qui ſubſtitueretur in honore.

3. Poſt-

3. Poſtmodum verò felicis recordationis Honorius Papa Tertius, prædeceſſor noſter, attentè conſiderans, quòd quondam FRIDERICUS SECUNDUS olim Romanorum Imperator, tunc ſub obedientia & devotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem ejuſdem Eccleſiæ & ſacri decus Romani Imperii, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis deſtitutis, decetero Eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent: ac piè & juſtè attendens, quòd quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaverat, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua * conſringere adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege hujuſmodi ſtatuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ Civitates & Loca, Poteſtates vel Conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas Eccleſiaſticas hujuſmodi edere aut ſervare temptarent contra Canonicas vel Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus abolere facerent: & ſi decetero talia attemptarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua juriſdictione privatos: nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcharum auri fiſco Imperiali præceperat ſubjacere. Poteſtates verò, Conſules, Statutarii & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, necnon Conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata judicarent, eatunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere, quòdque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impunè ab omnibus occupari, ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in eiſdem generalibus Conciliis promulgatis. Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quòd nulla Communitas vel perſona publica ſeu privata collectas ſeu exactiones, angarias vel parangarias Eccleſiis vel aliis locis aut Eccleſiaſticis perſonis hujuſmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret. quod ſi ſecus faceret, & requiſita ab Eccleſia vel Imperio hujuſmodi emendare contemneret, tripliciter refunderet, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat inſuper quòd quæcunque Communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter dicto banno Imperiali ſubjaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili ad judicium ſeculare trahere præſumat contra eaſdem Canonicas ſanctiones & conſtitutiones Imperiales. quod ſi ſecus faceret, actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret eatunc judicandi auctoritate privatus. quodque Judices temporales, qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſticiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam juriſdictionem amitterent. Conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, auctoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari: necnon ſtatutarios & ſcriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari.

4. Et deinde ad audientiam divæ memoriæ CAROLI QUARTI etiam Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quod nonnullæ ſingulares perſonæ in Poteſtatibus & officiis publicis conſtitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii Domini temporales, necnon Conſules Civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores, in diverſis provinciis ejuſdem Imperii, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates ac earum privilegia condiderant, illiſq; de facto & publicè utebantur contra Canonicas & legitimas ſanctiones; utpote quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur; & ne Clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus & maximè in piis cauſis aliquatenus admitterentur; quodque excommunicati Laici & publicè denuntiati in civili foro minimè repellerentur. Et inſuper prædicti Domini temporales, Conſules & Rectores per ſecularem poteſtatem res & bona Clericorum occuparent, arreſtarent; & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent; exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent; poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis; contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè recuſarent; donataq; & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum intererat, temerè uſurpare præſumerent; ac in fraudem & odium Clericorum de bonis etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non cauſa negociationum ſed pro eorum propriis uſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, theolonium exigere & recipere non verebantur; & confugientes ad eccleſias & earum cimiteria inde extrahere contra Canonicas & Imperiales ſanctiones hujuſmodi præſumpſerant & præſumebant. Idem Carolus Imperator, tanquam Chriſtianiſſimus Princeps, volens in præmiſſis providere de remedio ſalutari etiam de quorundam Principum, Ducum, Comitum, Baronum, Fideliumque aliorum ſacri Imperii ſæpedicti conſilio & auctoritate Imperiali, quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædicta tanquam per canonicas & civiles ſanctiones expreſsè reprobata caſſavit, irritavit & annullavit, ac caſſa & irrita nulliuſque eſſe voluit roboris vel momenti: præcipiens ſub Imperialis banni pœna univerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus ac aliis in officiis publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus eatunc ipſorum ſtatuta & ordinationes ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omninò revocarent, & de luce tollerent, quodq;

ſecun-

* for. conſtringere.

ſecundum ea non judicarent, aut eiſdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem poterentur. Pronunciavit inſuper & eadem decrevit auctoritate, quodque quicunque Laicus cujuſcunque ſtatus aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Religioſum diffidaret, proſcriberet, captivaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel hujuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret, vel eis favorem præſtaret, præter pœnas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderetur infamis ac omni honore privatus, nec ad placita vel conſilia Nobilium admitteretur quovis modo. Hortans inſuper in Domino & requirens Eccleſiaſticos Prælatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, conſtitutos, ut legem Imperialem hujuſmodi per eorum Eccleſias & Synodos publicarent, ne transgreſſores hujuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte malitiam excuſare, prout in Conſtitutionibus & Sanctionibus Conciliorum & Honorii prædictorum ac Imperialibus præfatis plenius continetur.

5. Cum autem, ſicut lamentabili querela venerabilis fratris noſtri N. Epiſcopi Friſingenſis, & dilectorum filiorum N. Præpoſiti, N. Decani, & Capituli Eccleſiæ Friſingenſis, ac Cleri & Eccleſiarum ac Eccleſiaſticarum perſonarum Civitatis & Diœceſis Friſingenſis nuper accepimus, nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, & aliæ ſeculares Poteſtates, earundem conſtitutionum & ſanctionum canonicarum & legalium forſan ignari, & contra ipſas ab Epiſcopo, Præpoſito, Decano, Capitulo, Clero & perſonis ac eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis prædictis forſan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorſerunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, Capituli, Cleri, Eccleſiarum & perſonarum prædictarum invaſerint, arreſtaverint, occupaverint, detinuerint, & ſuis uſibus applicaverint: necnon occupare, invadere, arreſtare, detinere, & eiſdem ſuis uſibus applicare ſimiliter de facto præſument in animarum ſuarum periculum, necnon Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, Capituli, Cleri, perſonarum & Eccleſiarum prædictarum non modicum præjudicium atque damnum. Nos in præmiſſis Epiſcopo, Præpoſito, Decano, Capitulo, Clero, perſonis & Eccleſiis prædictis opportunè providere volentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrûm, per vos vel alium ſeu alios, Epiſcopo, Præpoſito, Decano, Capitulo, Clero, perſonis & Eccleſiis prædictis contra quoſcunque transgreſſores & violatores conſtitutionum & ſanctionum earundem, cujuſcunque ſtatus, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, non permittatis eos contra canonicas & legales conſtitutiones & ſanctiones, hujuſmodi indebitè moleſtari: necnon eaſdem conſtitutiones, ubi & quando expedire videritis, ſolemniter publicantes, faciatis transgreſſores & violatores hujuſmodi, ſi & prout juſtum fuerit, ac ubi & quotiens expedierit, tamdiu excommunicatos aut anathematiſatos publicè nunciari, donec ab earundem talliarum, collectarum, impoſitionum & quarumlibet extorſionum, necnon bonorum Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, Capituli, Cleri, perſonarum & eccleſiarum prædictarum invaſione, arreſtatione, occupatione, detentione & applicatione omninò deſiſtant, necnon etiam efficaciter reſtituant eiſdem Epiſcopo, Præpoſito, Decano, Capitulo, Clero, perſonis & eccleſiis prædictis occaſione præmiſſorum per eos læſis ſeu gravatis, tallias, gabellas, & exactiones ipſas, ac etiam bona Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, Capituli, Cleri, perſonarum & eccleſiarum earundem arreſtata, occupata, detenta, & applicata ipſis, aut quæ per ſe vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, imò veriùs temerè & illicitè uſurparint, à ſe liberè omninò relaxent, ac in manibus veſtris juraverint, quòd decetero talia non committant, & ea committentibus non præſtent auxilium, conſilium vel favorem; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris opportuna remedia compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

6. Ceterum ſi forſan hujuſmodi tranſgreſſorum aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipſiſque conſentientium, ſeu dantium in illis per ſe vel alios directè, vel indirectè, publicè vel occultè, auxilium, conſilium vel favorem, præſentia, promotionibus & requiſitionibus per vos de ipſis faciendis tutè, ſecurè vel commodè haberi nequiret: Nos vobis monitiones & requiſitiones hujuſmodi ac citationes quaslibet, per edicta publica locis affigenda publicis, de quibus ſit veriſimilis conjectura, quòd ad notitiam citatorum & monitorum hujuſmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore præſentium poteſtatem; volentes, quòd monitiones, requiſitiones & citationes hujuſmodi, perinde ipſos citatos & monitos, ut præmittitur, artent, ac ſi eis factæ & inſinuatæ præſentialiter extitiſſent: Non obſtantibus tam piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi, etiam prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam civitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur: ſeu ne judices extra civitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam dietam à fine diœceſis eorundem trahere præſumant, dummodò ultra duas dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ac de perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quàm aliis conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque; aut ſi aliquibus communiter vel diviſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Conſtantiæ, X. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno primo,

Ann. Chriſti 14 . .

SIGISMUNDI IMPERATORIS AVGVSTI, CONSTITVTIO

vulgo vocatur SIGISMUNDINA.

De Privilegiis & immunitatibus Clericorum.

SIGISMUNDUS, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ Rex, &c. ad perpetuam rei memoriam, &c.

1. Sublimitatis Imperialis gloriam * invexit ſupernæ Majeſtatis Veritas, nullos derelinquens virtuoſos ſuppeditatos, & animadvertenter expoſcit, ut Romani Imperii gubernaculum tenens, præter alia eximia virtutum opera ſua, eunctos, præſerrim ſervitio Dei mancipatos, ab univerſis oppreſſionibus & offenſis ſuis ſemper inſiſtat accurata diligentia clementer ſublevare. Et ob id nos, qui ad Romanum Imperium ſumus divina diſpoſitione vocati curis ſolicitamur aſſiduis, ut præ cæteris ruitioni noſtræ commiſſis, perſonarum Eccleſiaſticarum ſtatus venerandus, in varietate virtutum Clerus ſublimatus, in ſuis libertatibus & immunitatibus conſervetur & tueatur, & oppreſſionibus & à temerariorum auſibus liberetur, nunc novarum Conſtitutionum editione, nunc antiquarum innovatione & extenſione cum augmento pœnarum, ad gloriam & laudem Dei ſolerter providere curemus.

* innexit. non rectè.

2. Sane claræ memoriæ FRIDERICUS II. olim Romanus Imperator, prædeceſſor noſter, ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ laudem, & ſacri Imperii Romani decorem, cupiens ut expurgatis quorundam erroribus & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cetero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent: ac piè & juſtè attendens, quòd quorundam perverſorum iniquitas adeò habundaverat, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam ac ſacros canones ſua confingere ſtatuta, & adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege hujusmodi ſtatuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nunciari: & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates & loca, Poteſtates vel conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas Eccleſiaſticas ac bona hujusmodi edere aut ſervare temptarent, contra Canonicas & Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitulatibus infra duos menſes poſt ipſius Legis publicationem penitus abolere facerent. Et ſi de cetero talia attemptarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua juriſdictione privatos. Nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri fiſco Imperiali præceperat ſubjacere.

cap. 1. §. de ſtatut. & conſuet. collat. 10. & ſupra tom. 1. part. 1. pag. 75.

3. Poteſtates verò, conſules, * Staturarii, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum: nec non Conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata judicarent, extunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus illegitimos ſtatuerat aliqualiter non teneri. Quodque, ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum Imperium mandavit impunè ab omnibus occupari: ſalvis nihilominus aliis pœnis contra tales in ſacris Conciliis generaliter promulgatis.

* Statuarii, perperam.

4. Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quòd nulla Communitas, vel perſona publica vel privata, collectas ſeu exactiones, angarias vel parangarias, Eccleſiis vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis hujusmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret. Quòd ſi ſecus faceret, & requiſitus ab Eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contempneret, triplicirer refunderet, & nihilominus banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur.

5. Statuit inſuper, quòd quæcunque Communitas vel privata perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter dicto banno Imperiali ſubjaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

6. Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili ad judicem ſæcularem trahere præſumeret contra eaſdem canonicas ſanctiones & Imperiales conſtitutiones. Quod ſi ſecus faceret, actur à ſuo jure caderet, judicatum non teneret; & judex foret extunc judicandi poteſtate privatus. Quodque judices temporales, qui Clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſticiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam juriſdictionem amittant.

7. Et deinde ad divæ memoriæ KAROLI IIII. etiam Romanorum Imperatoris, prædeceſſoris & genitoris noſtri, audientiam deducto, quòd ſeculares quidam in poteſtatibus & officiis publicis conſtituti, videlicet Duces, Barones, & alii Domini temporales: nec non Conſules civitatum, oppidorum, villarum, & locorum Rectores, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto contra perſonas Eccleſiaſticas, Eccleſiarum & locorum religioſorum libertates & privilegia, condiderant, eisdemque publicè & de facto præſumerent inſiſtere contra legitimas canonicas & civiles ſanctiones: ut puta, Quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam transferantur: Neve Clerici in ſacris conſtituti ad agendum teſtificandumve in civilibus, & maximè piis cauſis, aliquatenus admittantur: Et quòd excommunicati Laici & publicè denunciati, in civili foro minimè repellantur.

Quam habes ſuprà inſertam.

8. Præterea quòd dicti Domini temporales, Conſules & Rectores per ſecularẽ poteſtatẽ res & bona Clericorũ occupaverant, arreſtaverant; oblationes fideliũ diminuerant & reſtrinxerant: exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus eccleſiarum exegerant & extorſerant: poſſeſſiones

eccle-

eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtaverant incendiis & rapinis: Et contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè, ad libros civitatum, villarum, & locorum recuſaverant inſcribere atque ſigillare: ac donata & legata ad fabricas & eccleſiarum ſtructuras contra voluntatem Prælatorum & aliorum, quorum intererat, præſumpſerant uſurpare contra juſticiam: & in fraudem & odium Clericorum, & de bonis & rebus Clericorum, quas non cauſa negociationis, ſed pro uſibus propriis per terras ducebant ſeu duci faciebant, theolonium exigere & capere veriti non fuerant: & confugientes ad eccleſias & cimiteria, inde extrahere contra ſanctiones Imperiales præſumpſerant.

9. Idem genitor, prædeceſſor noſter, hæc omnia, & quæcunque exinde ſecuta, cum per ſacras civiles & canonicas ſanctiones expreſſè reprobata eſſent, & in fraudem Eccleſiaſticæ libertatis præſumpta, de Principum, Ducum, Baronum, fideliumque ſuorum conſilio, ex certa ſcientia & auctoritate Imperiali caſſavit, irritavit, annullavit; caſſaque & irrita & nullius eſſe momenti pronunciavit, præcipiendo ſub indignatione Imperialis banni univerſis & ſingulis Dominis temporalibus, Conſulibus, Poteſtatibus, & in officiis publicis conſtitutis; quatenus mox, viſis & intellectis præſentibus, caſſatione, irritatione, & annullatione hujusmodi dicta eorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita erant, omninò revocarent & de luce tollerent: quodque ſecundum ea non judicarent ampliùs, nec ſententias dictarent, aut eisdem in judicio aut extra judicium quomodolibet pro ſe & contra Eccleſiaſticam libertatem uterentur.

10. Et inſuper pronunciavit & declaravit auctoritate prædicta, quod quicunque Laicus, cujuscumque ſtatus vel conditionis foret, auſu ſacrilego vel propria temeritatis audacia, Sacerdotem vel Clericum, ſecularem vel religioſum, diffidaret, proſcriberet, vel captivaret, vel ſpoliaret, occideret vel mutilaret, aut in carcere detineret: aut hujusmodi maliciam perpetrantes ſcienter receptarent, vel favorem in his præſtarent; præter pœnas à ſacris Imperialibus & canonicis ſanctionibus eis inflictas, forent ipſo facto infames & omni bonore privati, nec ad Placita Nobilium aliquatenus admittendi.

11. Voluerat etiam & hortabatur, & requiſiverat Epiſcopos & Prælatos, ut hanc ſuam legem & conſtitutionem in Synodis & eccleſiis publicare procurarent, ne in præmiſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam ſuas valeant excuſare malicias: adjiciens, quòd nulli homini liceret hujusmodi ſuæ caſſationis, irritationis, annullationis, pronunciationis, & declarationis paginam quovis auſu temerario infringere, aut eis quomodolibet contraire, ſub pœna quinquaginta marcarum auri puri, quas ab eo, qui contrafaceret, toties, quoties contrafaceret irremiſſibiliter exigi voluit pro medietate ſui Imperialis ærarii ſive fiſci, pro reliqua verò parte injuriam paſſurum uſibus applicari prout in ipſis prædeceſſoris & genitoris noſtri deſuper confectis litteris ejus Imperiali ſigno & Bulla aurea

*fort, typario. * picereo ſuæ Majeſtatis impreſſis, ſignatis, & munitis, quas præſentibus hic babere volumus ſufficienter pro expreſſis, pleniùs continetur.

12. Et quoniam per prædicta Eccleſiaſticæ libertati nondum ſatis proviſum eſſe videtur; ut igitur per infra ſcripta ſit uberiùs & latiùs ipſi libertati proviſum, & ut Eccleſiaſticæ perſonæ plenè ſua libertate gaudere, & pia loca a noxiis præſervari, & optatis proficere valeant incrementis: NOS SIGISMUNDUS, qui ſtatum Eccleſiaſticum fervore fidei & claræ devotionis affectu veneramur, libenter, ut tenemur, hac edictali lege & Imperiali auctoritate, conſtitutiones ſive leges antedictas tanquam juſtas, ſanctas & legitimas, tenore præſentium approbamus pariter & innovamus: ipſaſque & infraſcriptas noſtras legem & prohibitionem, & præſentes litteras, & mandatum noſtrum ad omnes & ſingulas Eccleſias, & Monaſteria quæcunque, cujuscunque nationis exiſtant, & ad omnes & ſingulos Prælatos, Clericos, & Presbyteros, & Eccleſiaſticas perſonas, pro majori eorum tuitione & cautela, ad tollendum in his quorundam curioſorum ambiguitatis dubium, de ſingularis munificentiæ dono ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium duximus extendendum, ac extendimus & præcipimus ubique locorum ſub banno & pœnis antè & infra ſcriptis à quolibet inviolabiliter obſervari.

13. Deinde ſtatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut nullus judex ſecularis in Eccleſiaſticis cauſis, præſertim matrimonii, legitimationis, uſurarum, teſtamentorum infra annum non executorum, & ad judicium Eccleſiaſticum legitime devolutorum, ac decimarum prædiorum, ac fructuum, redditium, & proventuum Eccleſiaſticorum, ac locationum, & conductionum ſeu conductorum eorundem, poſſit ſeu valeat judicare, aut quomodolibet de hujusmodi cauſis aut eorum articulis cognoſcere, niſi quatenus ab Eccleſiaſticis judicibus fuerit requiſitus. Quod ſi contrarium fecerit, judicatum non teneat: & judex ex tunc judicandi poteſtate ſit privatus: & ſubjaceat nihilominus pœnis infra ſcriptis: actorque à ſuo jure cadat ipſo facto.

14. Inſuper omnibus & ſingulis Principibus, Ducibus, Baronibus, Comitibus, Comitatibus, Conſulibus, Rectoribus, ac in officiis temporalibus, dominiis & poteſtatibus conſtitutis, ſub indignatione Imperialis banni & quadraginta marcarum auri mulcta, ad cujus ſolutionem & præſtationem pro una noſtro ſive Imperiali ærario aut fiſco, & alia medietatibus perſonis injuriam paſſis faciendam quemlibet hujus noſtræ prohibitionis transgreſſorem ipſo facto teneri volumus.

15. Demùm præſenti & irrevocabili ſancimus, declaramus, decernimus, & pronunciamus edicto, diſtrictiùs prohibentes, ne quisquam ex eis Prælatos, Presbyteros, Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, quò minus vina, grana, res & bona de ſuis redditibus Eccleſiaſticis provenientia, liberè & ſine ſolutione theolonii ſeu gabellæ vendere ſeu abduci facere poſſint: Et quò minùs res, bona, vina, cerviſias, carnes, grana, panes & pannos, & alia quæcunque eorum uſui & recreationi convenientia, ſive intraneæ ſive intranea, ſeu exteræ vel extera fuerint, pro eorum uſibus ſeu recreatione

creatione ſibi, & per quævis loca, civitates, terras, caſtra, & aquas vectigio vel navigio abſque quavis prohibitione libere & abſque ſolutione cujuſcunque theolonii, daciæ vel gabellæ, adduci & portari facere valeant: Et etiam quò minùs res & bona mobilia & immobilia, ex Prælatorum ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum obitu relicta ad manus illorum, ad quos de jure ſpectant, liberè & ſine quibuscunque impedimentis, invaſionibus, intrumiſſionibus, exactionibus, & occupationibus, præſertim per Laycns quantumcunque attemptaris perveniant ſive valeant pacificè pervenire: Et quò minùs coloni & ſubditi Eccleſiaſticarum perſonarum ſine violentis hoſpitalitatibus, etiam venationum occaſione, ac vectigalibus ſervitiis & exactionibus, quas ipſi exactores *petitiones* vocant, & à petionibus hujuſmodi abſque damno liberè & in pace dimittantur: Et etiam quò minùs damna hoſpilitatum & vectigalium extortorum ſerviciorum, & exactionum, & petitionum hujusmodi occaſione colonis & ſubditis ipſis illata, plenariè reſarciantur: Nec non etiam quò minùs Prælati ſeu judices Eccleſiaſtici eorum ſpirituali juriſdictioni ſubjectos pro ſuorum exceſſuum demeritis capi, & incarcerari, & captos duci, & per quævis loca & civitates liberè abduci, & aliàs debita correctione puniri facere valeant: quocunque aut qualitercunque, publicè vel occultè, directè vel indirectè, per ſe vel per alios, impedire aut facere impediri præſumant vel permittant: nec talia cummittentes recepent, aut eis in præmiſſis vel circa ea impendant auxilium, conſilium, vel favorem.

16. Quin immò magis volumus & mandamus ſub banno & pœna proximè ſupradicta, ut Principes, Duces, Comites, Barones, Comitatus, Conſules, Rectores, ac in officiis, domiciis, & poteſtatibus prædictis conſtituti, quicunque ab impedimentis & uſucapionibus rerum & bonorum relictorum bujusmodi, & à prædictis violentis hoſpitalitatibus, vectigalibus, ſervitiis, exactionibus, & petitionibus hujusmodi colonorum & ſubditorum Eccleſiaſticarum perſonarum, & ab impedimentis & perturbationibus Eccleſiaſticæ jurisdictionis omninò deſiſtant: nec captos nec abductos rebelles repetere vel repeti facere præſumant: nec non requiſiti totis viribus perſonas Eccleſiaſticas in præmiſſis, ac juriſdictionem hujusmodi eccleſiaſticam exercentes, adjuvent, & diligenter ſine omni dilatione adhibeant & apponant auxilium brachii ſecularis, ut libertas Eccleſiaſtica manuteneatur, & ut ſubditi rebelles, criminoſi & delinquentes, modis præfatis aut aliàs, prout eisdem juriſdictionem eccleſiaſticam exercentibus conjunctim vel diviſim expedire videbitur, digna animadverſione confligantur.

17. Cæterùm, ut didicimus, nonnullis perverſis eorum conatibus leges & conſtitutiones antedictas, Prælatos, Presbyteros, Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas diverſis injuriis afficientes, pro eo quòd tam per conſtitutiones & leges quàm ſanctiones hujusmodi inflictarum pœnarum executio absque animadverſione negligitur, infringere non verentur. Ut igitur tam genitoris, quàm Friderici II. prædeceſſorum noſtrorum præfatorum, ac noſtri, conſtitutiones & leges præſentibus litteris mandatum noſtrum debitæ executionis fiendæ ſuffragio ſortiantur effectum, & inſolentiæ compeſcantur transgreſſorum: Omnes & ſingulos noſtros & ſacri Romani Imperii Principes, Spirituales & Seculares, ac Comites, Barones, Milites, Militares, Proconſulesque & Conſules, ac Conſulatus, Poteſtates, Rectores civitatum, oppidorum, & locorum quorumcunque, pro executione hujusmodi quæſtionum & legum Imperialium, & præſentiarum noſtrarum litterarum facienda, executores eorundem conjunctim & diviſim tenore præſentium deputamus: & nihilominus ipſis ſub Imperialis banni indignatione & ſub antedicta, quod ad illos, qui feudum vel privilegia aliqua non habent: quoad illos verò, qui talia habent, ſub perditionis ſuorum feudorum & privilegiorum quorumcunque pœna, (quas eos, ſi requiſiti infra unius menſis ſpacium, requiſitionem hujusmodi ſequens, & ad infra ſcriptam executionem non proceſſerint, & non fecerint quod mandamus, incurrere volumus ipſo facto) diſtrictè præcipiendo per hæc Imperialia ſcripta mandantes, quatenus ipſi & eorum ſinguli, quoscunq; & quæcunq; dum & quotiens præſentibus executores ipſos requiri contigerit, Prælatis & Presbyteris, Clericis & perſonis Eccleſiaſticis, quibuscunque conjunctim & diviſim, efficacis præſidii auxilio aſſiſtentes non permittant eisdem aut eorum alicui, à quoquam cujuscunque gradus, ſtatus vel conditionis fuerint, contra vel circa præmiſſa omnia aut aliquod ipſorum quomodolibet injuriam irrogari, ſed magis injuriantes hujusmodi, niſi poſt requiſitionem executorum eorundem infra certum terminum peremptoriè competentem, eis per executores ipſos deſuper præfigendum, contra præmiſſa commiſſa aut neglecta emendando reſipiſcunt, pœnas antedictas, prout quemlibet pro commiſſo aut neglecto contigit, incidiſſe declarent: ſic per captionem & detentionem perſonalem, diſtractionem, invaſionem aut alienationem rerum & bonorum ſuorum mobilium & immobilium quorumcunque ſine mora ad ſatisfactionem & obſervantiam plenariam, præmiſſorū omnium & ſingulorum executores ipſi ſuo ſeculari brachio cogant & compellant, faciant: ac pecunias occaſione pœnarum præfatarum ærario ſive fiſco Imperiali debitas & debendas Imperiali auctoritate emoneant, & partem ipſorum ad fiſcum Imperialem pertinentem, ad fiſcum ipſum fideliter ſtudeant deſtinare: reliquam verò partem earundem partibus læſis realiter aſſignare procurent.

18. Super quibus eisdem executoribus, & eorum cuilibet in ſolidum, Imperiali auctoritate noſtra prædicta, plenam licentiam & poteſtatem liberam concedimus per præſentes; volentes & decernentes, ut eisdem executoribus, omnibus & ſingulis, præſentibus & futuris, vigore præſentium, quoad præmiſſa, perpetua poteſtas & licentia remaneat attributa: conſtitutionibus & legibus Imperialibus ac privilegiis & indultis quorumcunque, & aliis in contrarium forſan facientibus, non obſtantibus quibuscunque.

19. Ne autem in præmiſſis excedentes per ſimulatam ignorantiam ſuas valeant malicias excuſare, hortamur & requirimus univerſos & ſingulos, Archiepiſcopos, Epiſcopos & Prælatos, ut conſtitutiones & leges Imperiales antedictas, & præſentes noſtras literas, ſingulis annis in Synodis & eccleſiis ſuis publicare procurent, ſi noſtram indignationem voluerint evitare.

20. Nulli ergò hominum liceat hanc legem & conſtitutionem præfatarum, & præſentium litterarum noſtrarum ac inhibitionem præcepti & mandati noſtrorum paginam quovis auſu contrario infringere, aut eis quomodolibet contraire, ſub pœna quadraginta marcarum auri puri: quas ab eo, qui contrafecerit, toties, quoties contrafactum fuerit, præter ſupradictas & alias pœnas à ſacris canonibus & Imperialibus ſanctionibus etiam eis inflictas, irremiſſibiliter volumus exigi, ut præfertur: necnon ſub indignatione Dei omnipotentis, & timore ultionis ſuæ æternæ.

Data &c. . . . .

Anno Chriſti 1495.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITVTIO

CONTRA BLASPHEMOS,

Edita Wormaciæ in Comitiis, Anno M.CCCC.XCV.

MAXIMILIANUS, divina favente Clementia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, & Geldriæ: Comes Flandriæ, Habſpurgiæ, Tyrolis, Phyreti, Kiburgiæ, Arrheſii, & Burgundiæ: Palatinus Comes Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ, Namurtii, & Zurphaniæ: Marchio ſacri Romani Imperii & Burgoviæ: Langravius Alſatiæ; Dominus Friſiæ, Marchiæ, Vandalorum, Portenoviæ, Salinarum & Mechliniæ, &c. Omnibus & ſingulis noſtris & ſacri Romani Imperii ſubditis, univerſis denique Chriſti fidelibus, cujuſcunque dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſtant, præſentes literas, aut earum copiam viſuris vel audituris, gratiam noſtram & omne bonum.

1. Deus omnipotens, Creator noſter, in * Decalogo, cujus obſervatio tam injuncta homini Chriſtiano eſſe debet, quàm eſt animæ ſuæ ſalus, deinde etiam in † ordinatione ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, præcepit omnibus hominibus abſtinere à ſumendo nomen ſuum in vanum. Quo mandato motus Juſtinianus Auguſtus, noſter in Imperio præceſſor, præclaræ memoriæ, ad gloriam Dei & hominum ſalutem, & ejuſdem divini præcepti intemeratam obſervationem, * omnibus Imperii & Chriſti fidelibus diſtrictè ac ſeverè injunxit abſtinere à blaſphemis verbis, & non jurare per nomen Dei aut ſanctiſſima ejus membra, nec ſacramenta à Deo, & his ſimilia verba jurare. Sin autem poſt hujuſmodi admonitionem inveniantur aliqui in talibus permanentes delictis, quòd tales perpetratores, quia † indignos ſemetipſos fecerint Dei miſericordia, debeant à magiſtratu comprehendi, & ultimis ſubdi ſupliciis. Si etiam aliqui prædicta impia & blaſphema verba audientes, non contradixerint nec tales culpaverint, ſed * ſubtercelaverint nec ad magiſtratum detulerint: item ſi Judices reſcierint aut invenerint quoſdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit ſecundum leges, quòd hi omnes præter quod obligati erunt Dei judicio, indignationem quoque ſuſtineant Imperialem, ſicut in præfati noſtri prædeceſſoris conſtitutione clarius habetur.

* Exod. 20. v. 7. Deuteron. 5. v. 12.
† Matth. 5. 33. & ſeqq. Jacob 5. v. 12
* Novel. 77. c. 1. §. 1.
† dict. c. 1. §. 1. in fi.
* d. c. 1. §. 2.

2. Quoniam autem & ipſius Dei præceptum, & dicti prædeceſſoris noſtri conſtitutio, admonitio, ſanctio & pœna apud pleroſque (proh dolor) in oblivionem & contemptum venit, & multifariã tranſgreditur, ideò Nos pro Imperiali noſtro officio, cũ noſtris & Imperii Electoribus, Principibus, Statibus & univerſo ordine, in iſtis publicis Imperii Comitiis Wormatiæ congregatis, prædicta delicta dolenti animo perpendentes, & ob oculos ponẽtes, quàm graviter illis offẽdatur Deus & creator noſter, hominumque animæ propter hujuſmodi blaſphema verba indignę efficiantur, miſericordia Dei, in æternum ſpoliandæ: & quod antehac propter talia delicta, fames, & terræmotus, & peſtilentiæ, alięque plagę in orbe terrarum factæ ſint: & adhuc noſtris temporibus (ut manifeſtum eſt) cùm tales, tum aliæ multæ variæque plagę ac pœnę fiant, præſertim novus ille & graviſſimus hominum morbus, noſtris diebus exortus, quem vulgò Malum Francicum vocant, poſt hominum memoriam inauditus, ſævè graſſetur; quæ nos juſtiſſimæ Dei iræ meritò debent admonere; hæc, inquam, perpendentes, quia omne nobis eſt ſtudium & oratio, ut Dei inveniamus placationem, ad Majeſtatis ejus gloriam, & hominum ſalutem, præhabita matura deliberatione, Omnes & ſingulos noſtros & Imperii ſubjectos, univerſoſque Chriſti fideles, hortamur ac jubemus, quatenus hujuſmodi blaſphema & impia delicta abſtinendo fugiatis, & Dei timorem in ſenſibus accipiatis, & ejus mandatis devotè obediatis, quò miſericordiam Dei ſuſtineatis, nec prædictas pœnas incidatis.

3. Igitur

5. Igitur ſtatuimus, ordinamus & volumus diſtrictè præcipiendo; Si quis, cujuscunque dignitatis, ſtatus aut conditionis ſit, ſanctiſſimum Dei nomen inaniter adhibuerit, aut blaſphema verba & ſacramenta de Deo juraverit, aut per ſanctiſſimam Chriſti paſſionem, vulnera, membra, & his proxima verba juraverit, aut per Dei genitricem Mariam ſemper virginem, Deique Sanctos, ut hujus blaſphemiæ rei ſequentibus pœnis ſine omni gratia ſubjiciantur.

CAPIT. I.

De pœna eorum, qui per calorem iræ jurant.

NEmpe, ſi ex præcipitantia & per calorem iræ, aut ex ebrietate, aut ſimili aliquo caſu, incogitanter fiat, tale delictum una marca auri puri, cujus dimidia pars noſtræ & Imperii Cameræ, altera dimidia Domino, in cujus juriſdictione perpetratum fuit, irremiſſibiliter luant. Qui autem prædictam mulctam non ſunt ſolvendo, ex arbitrio Judicis, in cujus juriſdictione deprehenſi ſunt, puniantur.

Huc facit in Receſſib. Imperii Conſtitutio & Ordinatio Treveri & Coloniæ publicata Anno 1512. cap. von den Gottsläſterern & Caroli V. Conſtitutio Politiæ Imperialis, tit. 2 & D N. Rudolphi II conſtit. Politiæ, tit. 1. ſed in primis ipſius Maximiliani Receſſus Auguſtan. Anno 1500. cap. von Gottsläſterern und Schwerern.

CAPIT. II.

De nobilibus temerè jurantibus.

SI verò conſtet, hujusmodi blaſphemias, & delicta temerariè facta eſſe; ſi patratores ſunt homines nobiles, nec priùs ob hujusmodi impia verba deprehenſi aut condemnati fuerunt, ut fiant ipſo facto infames, neque ad ulla ampliùs Nobilium placita vel officia admitti debeant: ſi verò contingat eos iteratò in tale crimen impingere, ut ſecundum qualitatem delicti in corpore irremiſſibiliter puniantur.

CAPIT. III.

De Plebejis temerè jurantibus.

QUod ſi patratores ſunt inferioris conditionis, ut ab Judicibus, in quorum juriſdictione & imperio commiſerunt, ſecundum qualitatem delicti in corpore irremiſſibiliter puniantur.

CAPIT. IV.

De auditoribus ſubtercelantibus.

POſtremò ut omnes, qui ſuperiùs memorata delicta à patratoribus committi audiverint, nec illis contradixerint, aut eos culpaverint, ſed ſubtercelent & Judicibus, in quorum juriſdictione hujusmodi facta ſunt, aut eorum vices gerentibus non deferant: ſimiliter omnes Judices & magiſtratus, qui hujusmodi delinquentes in ſua juriſdictione ſcienter retentant ac tolerant; ut earundem pœnarum, quas diximus, cum transgreſſoribus rei & culpabiles animadverſionem ſuſtineant.

CONCLUSIO.

QUapropter omnibus & ſingulis præcipiendo mandamus per gratiam viventis Dei, & per uniuscujusque fidem, qua tenemini nobis & Imperio, quatenus huic noſtræ admonitioni, conſtitutioni & ordinationi obediatis, eamque exequamini; & paſſim per noſtras & veſtras ditiones publicari faciatis: & tam veſtros ſubditos quàm peregrinos eidem parere diſtrictè jubeatis, faciatis: delinquentes autem & transgreſſores prædictis pœnis rigidè coerceatis, nullius hominis habito reſpectu; ſi & iram Dei & à nobis ſancitam pœnam vultis evitare. Quæ igitur noſtræ placuerunt Majeſtati, ad effectum perducere enitimini, ut & ſententiæ noſtræ executio, & nobis fiat beneplacitum.

Datum, & Regii noſtri ſigilli appenſione obſignatum, Wormatiæ, ſeptima die menſis Auguſti, Anno à Nativitate Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo quinto: Regnorum noſtrorum, Romani decimo, & Hungarici ſexto.

Ann. Chriſti 1495.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AUGUSTI
REFORMATIO

* De quo videatur Felix Faber Hiſt. Suevor lib. 1. cap 7 & Boemus Aubanus de Morib. gent. lib. 3. cap. 14.

*LIBERORUM SCABINORUM * JUDICII VETITI IN WESTFALIA.*

Conſtituta Wormaciæ in Comitiis, Anno M. CCCC. XCV.

MAXIMILIANUS, divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriç; Comes Flandriæ, Habſpurgiæ, Tyrolis, Phyreti, Kyburgiæ, Arrheſii, & Burgundiæ; Palatinus Comes Hannoniæ, Holandię, Selandiæ, Namurrii, & Zutphaniæ; Marchio Sacri Romani Imperii & Burgoviæ; Lantgravius Alſatiæ; Dominus Friſiæ, Marchiæ Vandalorum, Salinarum, & Mechliniæ, &c. Omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Militibus, Capitaneis, Vicedominis, Advocatis, Præfectis, Adminiſtratoribus, Officialibus, Sculteris, Magiſtris civium, Judicibus, Conſularibus, civibus & communitatibus; & in primis, Aſſeſſoribus, Comitibus Palatinis & Liberis Baronibus Judicii Vetiti in Weſtvalia, cæteriſque omnibus noſtris & ſacri Imperii ſubditis ac fidelibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtant, gratiam noſtram & omne bonum.

1. Reverendi, Illuſtres, Generoſi, Spectabiles, Nobiles dilecti conſanguinei & affines, Electores & Principes, Honorabiles, devoti, & ſacri Imperii fideles: Cùm gratiâ Dei omnipotentis, Creatoris & Salvatoris noſtri, ad culmen Regiæ Romanorum dignitatis nullo noſtro merito evecti ſimus, ex competenti nobis officio, ad gloriam divinæ Majeſtatis, & Romanorum Regni Germaniæ Nationis totiusque Chriſtianitatis emolumentum ac utilitatem, ſuſcepto à nobis regimine, generalem Imperii Conventum huc Wormatiam duximus indicendum; in quo de negotiis & gravaminibus Chriſtianitatis, dicti Romanorum Regni & Germaniæ Nationis tractaretur. In eo cùm frequentes nobiſcum conveniſſent Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, Domini, & Civitates, in perſonis & per Nuntios; Nobis & generali Conventui à Statibus & ſubditis ſacri Imperii multùm conquerendo expoſitum eſt: quòd, etſi Illuſtriſſimus quondam Princeps, Fridericus ejus nominis Tertius, Romanorum Imperator, Dominus & genitor noſter dilectus præclaræ ac piæ memoriæ, poſt Regiam ſuam coronationem, de conſilio ſacri Imperii Electorum, Principum, & Statuum, Reformationem, ordinationem & conſtitutionem Francofurti fecit, publicavit, ſervarique diſtrictis pœnis præcepit, in * qua de Judicio Vetito in Weſtvaliâ expreſſa leguntur, quæ ſic infrà de verbo ad verbum ſcripta ſequuntur:

* cap. 7.

2. *Item de Judicio Vetito: Quoniam multæ indecentes ac impertinentes cauſæ ad illa judicia trahantur, & hactenus multifariam tractata ſint, unde, niſi obviam in tempore eatur, Res & pax publica non parum jacturæ ſit & damni acceptura: ei malo præcavendo, de conſilio (ut ſuprà dictum) noſtrorum & Imperii Electorum, Principum, & Statuum, & aliorum præfatorum, conſtituimus, & ordinavimus, ſtatuimus, ordinamus & ſancimus, de Regia Romanorum poteſtatis plenitudine, tenore harũ litterarum, ut Judicia Vetita honeſtis, probis, prudentibus ac peritis hominibus, non bannitis, illegitimis, perjuris aut mancipiis committantur: utq; ibi non aliter in illis procedant, quàm ab initio eſt à Divo Carolo Magno, noſtro in Imperio prædeceſſore, deinde etiam in Reformatione Venerabilis Theodorici Archiepiſcopi Colonienſis, &c. dilecti noſtri conſanguinei & Electoris, quemadmodum et ab Imperatore Sigiſmundo, præclaræ memoriæ, noſtro anteceſſore, demandatum erat, Aruſpergæ, in præſentia multorum Comitum, Baronum, Equitum, Juſticiariorum, Comitum Palatinorum & Liberorum Scabinorum, conſtitutum, ordinatum & ſancitum; ut nimirùm ad illa judicia nemo citetur, vocetur, aut ſiſtatur, præterquàm ob cauſas, quæ ad illa propriè pertinent, conveniatur, aut qui alia honeſta ratione in ordinem redigi non poſſit. Namque ſi quis illò citetur, quem Dominus vel Judex ejus honeſta ratione queat convenire apud eos, aut in aliorum conſuetis terræ judiciis; idq; Dominus vel Judex ille Comitibus Palatinis vel occultis Judicibus ſignificans, aut literis demandans, eum remitti poſtulet: vel ipſemet citatus, cum duobus aut tribus viris integris non poſtulatis, Comitibus Palatinis aut Judicibus cautionem pro ea, quam diximus, honeſta ratione, in ſcripto ſingulorum ſigillis roborato, præſtet: tum ipſa citatio caſſetur, & negotium remittatur tractandum ad Dominum vel Judicem, ad quem de Jure ſpectat & avocatur, ſine impedimento quolibet Comitis Palatini aut occulti Judicis. Quod ſi impedire conatus fuerit, & in cognitione pergere, omnes proceſſus, ſententiæ & judicia deſuper facta vel fienda, nullius penitùs ſint momenti & efficaciæ: quæ nos quoque de Regia Romanorum poteſtatis plenitudine caſſamus, irritamus & annullamus. Nemo quoq; Comes ullum Liberum Scabinum conſtituat, niſi qui legitimo jure poſſit fieri, & qui idoneitatem ſuam ſufficienter probare valeat. Nempe Liberi Scabini conſtitui nequeunt, illegitimi, mancipia aut alio modo aliena poteſtati obſtricti & obligati; item à S. Rom. Imperio proſcripti & exbanniti, excommunicati aut banniti ab Eccleſiaſticis aut Secularibus, ordinari*

nari

nari ab illis Scabini nullo modo debent. Hanc vetiti Judicii formam, ut præcedit, volumus ab omnibus & ſingulis firmiter atque inviolabiliter obſervari. Quare univerſis & ſingulis, Juſticiariis, Palatinis Comitibus, Liberis Scabinis, cæteriſque omnibus, ſeveriſſimè & diſtrictiſſimè mandamus, tenore harum literarum, quatenus in ſuis Juſticiis & Judiciis hanc noſtram ordinationem diligenter exequi faciant. Nam ſi quid contrà aut ſecus fieri contingat, ipſe Juſticiarius decem marcas auri Regiæ noſtræ Cameræ culpabilis ſolvat irremiſſibiliter: Comes autem Palatinus officio Palatinatus irrecuperabiliter privetur: & ille denique, qui hujusmodi injuſtam citationem impetravit, ſua ipſius condemnatione corpus perdat: poſtremò ſinguli eorum infames ab omnibus haberi, & ut condemnabiles puniri debent, ſicut juſtum eſt:

3. Tamen hujusmodi ordinationem & conſtitutionem in dictis vetitis Weſtvaliæ judiciis non ſervari, ſeque ſuosque, cùm ſub ordinariis Judiciis conſiſtant, & coram illis ſecundum debitam juris formam procedere ac reſpondere, à ſuisque liberare, ſponte efferant, prætermiſſis ordinariis judiciis, ad dicta Weſtvaliæ vetita judicia, etiam in cauſis, quarum cognitio ad illa minimè pertinet, citari, ibique ad procedendum cogi, & ſic ſe ſuosque putativis iſtis proceſſibus captari & ad iniquas expenſas & diſpendioſa damna perduci, intolerabili & non amplius ferenda iniquitate,

4. Nos igitur de maturo conſilio & præhabita diligenti deliberatione præfatorum noſtrorum & ſacri Imperii Electorum, Principum, univerſorumque Ordinum, conſtituimus & ordinavimus; ſtatuimus & ordinamus, de certa ſcientia, tenore harum literarum, ut in poſterum ſæpiùs memorata judicia Weſtvaliæ vetita ad prædicti Domini & genitoris noſtri Romanorum Imperatoris appoſitam Reformationem, Ordinationem & Conſtitutionem, in omni forma & modo, ut in ea expreſſum eſt, habeantur.

5. Si verò contra eam quiſpiam in ſacro Imperio conſiſtens, ad vetita illa Weſtvaliæ judicia citatus & vocatus fuerit, ut ille vel illi taliter citati, ipſi citationi parere nullatenus ſint obligati. Inſuper ut omnes proceſſus & ſententiæ hactenus in memoratis vetitis Weſtvaliæ judiciis adverſus prædictam Domini & genitoris noſtri Reformationem & conſtitutionem latæ & publicatæ, aut in poſterum ferendæ & publicandæ inutiles, caſſæ, irritæ, & nullius momenti ac valoris penitus exiſtant; adeò ut nemini ullum præjudicium, aut in corpore & bonis damnum ac detrimentum aliquod parere vel afferre debeant.

6. Præterea præter pœnas in prædicta Domini & genitoris noſtri Reformatione & conſtitutione ſancitas, ſit Judex, à quo tales poſthac proceſſus & ſententiæ fierent, ipſo ſtatim facto, Juriſdictionis officio privatus, nunquàm ampliùs recuperando.

7. Denique illi, qui proceſſus & ſententias prædicto modo contra Domini & genitoris noſtri Reformationem & conſtitutionem factas, exequi pro ſe conaturi ſint, eisque fieri alterius corpus aut bona temerariè diffidantes lædant, Pacem publicam, quam in prænominato Imperiali Conventu, de conſilio præfatorum noſtrorum & Imperii Electorum, Principum, & univerſorum Ordinum, ſancimus, & publicavimus, turbaviſſe fregiſſeque, & per conſequens pœnas in ea Pacis conſtitutione comprehenſas incidiſſe judicentur: ſicuti quoque nunc judicamus ac cenſemus, omniaque prædicta declaramus, de Regiæ Romanorum poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia, tenore harum literarum.

8. Igitur mandamus vobis omnibus & ſingulis de præfata noſtra Regia poteſtate, ſi vetitis noſtram & Imperii graviſſimam indignationem ac cenſuram, pœnasque in prædicti Domini & genitoris noſtri Reformatione ac conſtitutione contentas evitare; diſtrictè præcipientes ac volentes, ut, ſi de proceſſibus, in vetitis Weſtvaliæ judiciis factis, per quemcunque pro executione imploremini, ne adhæſionem faciatis; nec pareatis, aut quidquam attemptare præſumatis, aut aliis nomine veſtro clam vel palam ut faciant concedatis, niſi vobis certò conſtet, hujusmodi proceſſus ac ſententias eſſe ſecundum prædicti Domini & genitoris noſtri Reformationem ac conſtitutionem, & in talibus cauſſis, quarum cognitio ad illa judicia pertineat, factas. Nam ſi quis hujusmodi proceſſus & ſententias, de quorum certitudine & approbatione illi non conſtet, conetur exequi, & ideò alterum in corpore ac bonis attemptet ac lædat; tale factum non feratis, ſed contra patratores, eorumque adjutores, & fautores, tam in corpora quàm in bona, omnium & ſingulorum taliter agatis & procedatis, aliisque ut faciant concedatis, qualiter contra noſtros & ſacri Imperii publicè proſcriptos ac bannitos in prædicta noſtra Pacis conſtitutione declaratos juſtum eſt. Id quod facietis ſine ulla procraſtinatione, ne alter in alterum ſeſe referat nevé differat, ſi vos, & ſinguli veſtrûm, pœnas ſuprà ſcriptas vultis evitare, quia in re ſit noſtrum beneplacitum. Quidquid autem in hujusmodi patratorum, eorumque adjutorum ac fautorum, omnium vel ſingulorum corpora ac bona præſumetis, agetis, aut facietis, in eo non videri vos volumus contra nos aut Imperium, aut quemcunque alium feciſſe, neque cuiquam de eo ullatenus ad reſpondendum teneri.

9. Quod ſi quis Regium hoc noſtrum decretum ac ſtatutum contemnere, infringere, contrafacere, aut venire, auſu temerario præſumpſerit, aut aliis ut præſumant conceſſerit, eum, aut eos, omnes ac ſingulos, jubemus ac declaramus, nunc & in anteà, de ſæpiùs dictæ noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine, in prædictas pœnas, noſtra Pacis conſtitutione & Domini ac genitoris noſtri Reformatione comprehenſas, incidiſſe: volumusque contra eos, propter talem illorum contemptum & inobedientiam atque delictum, in eorum corpora ac bona præſcripto modo procedere, iisdemque pœnis agere, quas ipſis patratoribus inferri juſſimus, ſicut juſtum & æquum eſt. Quare ſibi quisque caveat.

Datum in noſtra & ſacri Imperii Civitate Wormatia, noſtri Regii appenſione ſigilli obſignatum, decima die menſis Septembris, Anno à Nativitate Chriſti, milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo quinto: Regnorum noſtrorum, Romani decimo, & Hungarici ſexto.

Anno Chriſti 1498.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AUGUSTI

CONSTITVTIO

DE VINIS ET VINARIIS, PUBLICATA FRIBURGI Briſgoiæ in Comitiis, Anno M.CCCC.XCVIII.

MAXIMILIANUS, divina favente Clementia, Romanorum Rex ſemper-Auguguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Brabandiæ, Geldriæ, &c. Comes Flandriæ, Tyrolis, &c. Omnibus ac ſingulis, Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, *Dominis*, Equitibus, Militibus, Capitaneis, Vicedominis Advocatis, Præfectis, Adminiſtratoribus, Officialibus, Sculteris, Civium Magiſtris, Judicibus, Conſularibus, Civibus, Communitatibus: item Viniguſtatoribus, Viſoribus, * Hamatoribus, Proxeneris, . . . Vietoribus, vinorum Viſitatoribus, aliiſque qui vinis & vaſis negotiantur: univerſis denique noſtris & ſacri Imperii fidelibus, cujuscunque dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſtant, has Regias noſtras literas aut earum copiam viſuris vel audituris, gratiam noſtram & omne bonum.

* 1. menſuratoribus doliorum.

1. Reverendi, Venerabiles, Illuſtres, Generoſi, Spectabiles, Nobiles, dilecti conſanguinei & affines, Electores, Principes, Devoti & Fideles: Vetuit ac prohibuit quondam Illuſtriſſimus Princeps, Dominus Fridericus Romanorum Imperator, &c. dilectus Dominus ac genitor noſter, præclaræ memoriæ, factitia & noxioſa vina fieri, & maturo conſilio præhabito ea de re quaſdam * conſtitutiones fieri & promulgari fecit: tamen multoties ad audientiam noſtræ Majeſtatis perlatum eſt, ab hujusmodi factitiis & noxioſis vinis non abſtineri, ſed contra prædictas dilecti Domini ac genitoris noſtri conſtitutiones, vina nihilominus multis in locis præter naturam eorum variis modis corrumpi, & illicitis rationibus frangi, condiri, molliri, aſperari, ſacellari, ſulphurari, & in aliam planè (ſi fieri poſſit) naturam transmutari: unde, ſicuti à Medicis aliiſque viris peritis certiſſima relatione cognovimus, multi humano generi graviſſimi & lethales morbi, generantur ac obveniunt; præſertim autem fœminis prægnantibus & puerperis, aut alio naturali morbo laborantibus in tantum periculoſa vitia adduntur malaque dantur, ut vel ipſæ ſimul cum partu enecentur, vel in poſterum ad conceptionem & fœtificationem inhabiles reddantur.

* Hæ Conſtitutiones publicè non extant.

2. Nos igitur, tanquam Romanorum Rex, rem ipſam pro commodo Reipublicæ benignè conſideravimus, & ideò cum noſtris & ſacri Imperii Electoribus, Principibus, Statibus, & univerſo Ordine, in Conventu hoc Imperiali Friburgi frequente, ad cavendum tanto malo, conſtituimus & ſancivimus: conſtituimus & ſancimus de Regiæ Romanorum poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia, tenore harum literarum.

Vide Receſſum Auguſtan. Anno 1500 cap. Von gemacht der Wein.

CAPIT. I.

De Uvis in torculari exprimendis.

Primùm ut uvæ, quando vindemiatæ in torcularia portantur, prœlis imponantur ſine ullo alio additamento, expreſſumque muſtum ſine aromatis in vaſa nuda factiçioque ſapore non imbuta recondatur. Quod ſi factum continuo doliari ejusdem ſpeciei vino repleri debet, donec primum ardorem plenariè & totaliter efferveat. Nec poſteà huic vino quidquam factitii vel noxii ſucci affundatur, aut aliud quid addatur, nec infumetur, aut alio quoviamodo alterari tentetur, ſed nativo latice, ut modò dictum eſt, replendo curetur, donec transferatur in alios cados.

CAPIT. II.

De Elutriatione & tranſvaſatione.

Deinde, ſi vinum eſt elutriandum & tranſvaſandum, ut illud ſimpliciter in vaſa nuda nulloque factitio ſapore imbuta, transferatur: ita tamen, ut ſi quis in elutriando, propter conſiſtentiam & firmitatem vini, dolium ſuum cupit tæda ſulphurea ſuffumigare, hoc ei non ſit prohibitum, dum modò uni vino ſemel tantùm, nec plus quam uni dolio ſodrali * ſemunciam ſulphuris puri adhibeat. Quæ quantitas ſulphuris augeri vel minui debet pro ratione grandiorum vel minorum doliorum. Si quis tamen vinum velit tranſvehere, cui ad diuturniorem conſiſtentiam ac firmitatem plus ſulphu-

* 1. tetradrachmam.

Google

ſulphuris opus ſit, quàm dictum eſt, ei quoque licitum ſit dolia ſua pro modo ampliori ſulphurare: nempe dolio fodrali, cui ſemuncia, ut præcedit, impenſa eſt, adhuc duas drachmas addere: ſi verò nondum impenſa eſt, & vinum etiamnum ſit purum, putum, & illam ſemunciam ſulphuris puri adurere, & prætereà pro ratione grandiorum vel minorum doliorum quantitatem ſulphuris augere vel minuere, nec plus, quàm dictum eſt, nec ſæpiùs quàm ſemel. Qui verò hoc modo vina ſua ſulphuraverunt, ut illi ea pro ſulphuratis vendant, emptoribusque indicent, ne vina ab eis iterum ſulphurentur, ſed in eis, quod ſuprà ſcriptum, firmiter obſervetur,

2. Si quis autem hanc noſtram conſtitutionem inviolate, aut vina aliter ſive amplius, quàm prædictum eſt, ſulphurare, aut vaſa incruſtare, præſumpſerit, ejus vel eorum vaſia continuò opercula effringantur, vinumque per viam effundatur: adhæc ipſe vel ipſi, qui talia perpetraſſe deprehenſi fuerint Principibus, Dominis aut Communitatibus, in quorum juriſdictione conſiſterent, deferantur: & à delatis magiſtratus propter talia commiſſa pro ſingulo hamo ſingulum aureum Rhenanum extorqueat irremiſſibiliter perſolvendum & dependendum.

CAP. III.

De Vectoribus Vinorum.

Vide Conſtitut. Carol. V. de Politia, tit. 56.

CUm nonnunquam aurigæ & naucleri, qui vinum terra aut aqua vehendum certa mercede conduxerunt, in diverſoriis aut etiam propriis ædibus ea vaſis, quæ conduxerunt, inſciis Dominis, ad quos illa ſpectant, vinum furtim hauriant & conſumant, locoque adempti vini aquam refundant, quò vaſa repleant: ut hujusmodi furta aurigis & naucleris in poſterum facere non concedatur, nec facta perferantur, nec tolerentur, ſed in perpetrantes eorumque adjutores, ut ſunt famuli cauponum & ſimiles, vindicta ſeveriſſima pro modo delicti ſumatur, ut fiant infames, & puniantur in corpore ac bonis irremiſſibiliter.

CAP. IV.

Quomodo cura viſitandorum vinorum conſtituenda ſit.

QUilibet Princeps, Comes, Dominus, & noſtræ atque Imperii Civitates, in ſuis diſtrictibus & juriſdictionibus, ad manutentionem & conſervationem hujus noſtræ conſtitutionis, ordinare debent unum vel plures, pro ratione cujusque juriſdictionis, officiales; quem vel quos, cùm inſtituuntur in officio, religione jurisjurandi per Deum & Sanctos ejus obſtringant: prætereà vietoribus, hamatoribus, proxenetis, aliisque officialibus, & ſubditis in juriſdictione ſua conſiſtentibus, religione jurisjurandi, quo ſibi tenentur obſtricti, diſtrictè ac ſeverè injungant, ac imperent, ut in hujusmodi facticia & noxioſa vina quàm diligentiſſimè inquirant, & viſitando ac guſtando inveſtigent: deprehenſa ſtatim ad magiſtratus ſuos deferant. Dicti etiam ordinati Officiales, officium ſuum ſedulò ac fideliter exequantur, eoque ad modum præſcriptum firmiter fungantur, nec moveri ſe ſinant muneribus, honoribus, amicitia, odio, aut cujuscunque rei reſpectu, ſed rectè & ſyncerè mandatis officiis inſiſtant & incumbant, ultrò citroque, ut ſi quid contra hanc conſtitutionem noſtram peccatum deprehenderint, pœnis in ea comprehenſis emendetur.

CAP. V.

De pœna transgreſſorum hujus Conſtitutionis.

SI quis autem, cujuscunque dignitatis aut conditionis exiſtat, Eccleſiaſticus an Secularis quacunque re alia, quàm ſupra determinata ſulphuris quantitate, nihilo excepto, vina aut vaſa infecerit vel incruſtaverit, infici vel incruſtari ſubornaverit, ſive ante ſive poſt elutriationem, per ſeipſum aut per alium aliquem, feciſſe deprehenſus fuerit, ejus vel eorum vaſis debent continuò in ipſi loco, in quo deprehenſa fuerunt, opercula effringi, vinaque per vias effundi: ad hoc ſinguli patratores, ſingulis vicibus, quoties deprehenſi fuerint, mulctam centum aureorum Rhenanorum ſolvere culpabiles exiſtant; dimidiam partem noſtræ & Imperii Cameræ, aliam dimidiam Ordinario ſuo magiſtratui irremiſſibiliter impendendam.

CAP. VI.

De vinis Herbaris.

ITem, hac noſtra conſtitutione volumus comprehendi, includi aut teneri, vinum Enulanum, Salvianum, Abſinthianum, & ejus generis ſimilia aromatica: item Rapiſinm, Kemptium, Segmentatium; quibus ſuo tempore commodè uti frui licet, ſicut ab antiquo ſolet & conſuetum eſt. Item reſervamus & excipimus, vina Malvatica, Rhenvallenſia, Hiſpanenſia, Italica, & alia vina exotica; etiam flammata, paſſa, & defruta: tamen ea lege, ne dictis Malvaticis, Rhenvallenſibus, Hiſpanenſibus, Italicis, & aliis exoticis vinis, neque flammatis, paſſis, & defrutis, nihil malè facticium aut noxium adhibeatur, neque alterum in alterum transfundatur, neque aliis vinis repleantur, neque ulla omninò fiat mixtura, ſed quodlibet purè vendatur & emenſuretur, ſeveriſſima & ſtrictiſſima pœna ſuperiori capite ſancita in delinquentes vindicanda.

Vide Receſſum Imperii Auguſtanum Anno 1500. tit. Von Gemächt der Wein.

CAP. VII.

Iterum de pœna transgreſſorum.

HÆc vobis intimamus: mandantes vobis inſuper de Regiæ Romanorum poteſtatis plenitudine, ſi vultis noſtram & Imperii ſeveriſſimam indignationem & pœnam evitare, & etiam condemnationem mulctæ, nimirum quinquaginta marcarum auri puri, nobis in noſtram Regiam Cameram irremiſſibiliter perſolvendæ; diſtrictè præcipiendo, & jubentes, ut hanc à nobis decretam ordinationem ac conſtitutionem in univerſo ejus tenore exequamini, & in omnibus veſtris juriſdictionibus atque diſtrictibus paſſim publicari faciatis, & ſingulari cura atque attentione ſubditis veſtris imperetis, ut dictæ ordinationi atque conſtitutioni, juxta tenorem ejus, ſine ullius puncti transgreſſione omnimodò obtemperent, eamque ſervent ac teneant, nec contravenire quovis modo audeant, ſi vobis cordi eſt, & noſtram atque Imperii graviſſimam indignationem declinare, & ſupradictam pœnam non incurrere. Teſtimonio harum litterarum, appenſione Regii noſtri ſigilli confirmatarum.

Datum Friburgi Briſgoiæ, quarta & vigeſima die menſis Auguſti, Anno à Nativitate Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo octavo: Regnorum noſtrorum, Romani decimo tertio, & Hungarici nono.

An. Domini 1508.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AUGUSTI, FORMULA ARTICULORUM MILITARIUM.

Præſcripta ANNO DOMINI M. D. VIII.

Reformavit Maximilianus II. Anno 1570. Zu Speyer in der Reuter und Fußknecht Beſtallung.

Milites omnes & ſinguli è Catalogo primùm recenſeantur; deinde jurejurando à ſingulis præſtito firmentur, ex more militari priùs delectu habito.

2. In primis jurent Cæſareæ Majeſtatis damna cauturos ac prohibituros eſſe, ejusque commoda & utilitates ſeſe promoturos.

3. Secundò jurent illius Majeſtatis loco & nomine, ILLI Principi &c. tanquam ſuo præcipuo Commiſſario ac Duci exercitus, obſequuturos ac miniſtraturos atque in omnibus parituros, ac nihil recuſaturos vel denegaturos ſeſe, ſive in acie cum hoſte confligendum pugnandumve, & muros incurrendum ſit, aut vigilandum, vel in caſtris, ut decet, manendum, obedientiam præſtituros, ita ut par eſt æquumque bonos rectosque milites præſtare.

4. Tertiò jurent, quòd nullam profectionem in & adverſus hoſtes detrectabunt vel recuſabunt: aut non diſcedant absque juſſu vel mandato ILLIUS Principis &c. aut ejus locumtenentis ſeu Legati.

5. Quartò jurent, quòd minoribus etiam Præfectis militum, ſeu Capitaneis, Signiferis atque Ductoribus obedire velint, in vigiliis obſervandis & cuſtodiendis, in profectionibus, in caſtris, in ordinibus, in aciebus, nullo dempto, quodcunque ad rem militarem & honeſtatem ſpectet & pertineat, etiam ſi Capitaneus quispiam, Vexillifer, Anteſignanus, vel Ductor, aut alius miles minor aut major, non ſub ſuo ſigno aut vexillo militans aliquid juſſerit & præceperit, ei obſequatur, ut ſuo Capitaneo, Signifero, & Ductori.

6. Quintò, jurejurando adfirmabunt, à ſigno vel vexillo ſe non diſceſſuros, ſive in caſtris, ſive in profectione, aut expeditione absque ſupremi Capitanei permiſſione, ac venia ſalva inferioris quoq; Præfecti, nemo item alium in locum ſuum ſubponat ad vigilias ex ordine ad ipſum pertinentes, ſive is gravis ſive levis armaturæ miles ſit, quin unusquisque ſuo loco & ordine ipſe vigilias ſervet & expediat, niſi vehementer valetudine adverſa præpediatur ac remoretur.

7. Sextò jurabunt, ne quis in caſtris bombardis utatur, ac globos è pixidibus emittat, ſed extra caſtra: nec cantu, nec clamore aut vociferatione in caſtris. Et ſi quis iſta ab aliis exaudiat aut videat, eum placidis verbis erudiat atque emendet. Si verò non audiverit, Domino militiæ atq; exercitus, mediante ſuo præſtito juramento, indicet atque denunciet.

8. Septimò jurare debent, ſi quem locum ILLE Princeps &c. & Dux deſignaverit, ut ilicò motu concitato ad ſignum & vexillum concurrant. Quisquis vero in ſua caſa aut domicilio perſtiterit, niſi ægrotus aut vulneratus eſſet, ab eo auferant milites quicquid habet, ac ipſum Domino militiæ tradant.

9. Octavò, jurejurando adſerent, ſi ILLE Princeps &c. oppida aut arces, territoria aut villas recipiet coactas incendii minis, aut aliis modis ſibi viſis, ut non obturbent, eum, aut impediant verbis aut factis, ſed quicquid condixerit, non remorentur, quin obſervent ipſi, medio illorum juramento atque corporali pœna.

10. Nonò jurent, quod ſi ILLE Princeps &c. civitates, oppida aut arces, territoria ſeu villas devicerit, aut prædæ ſubjecerit, quovis modo voluerit, vel communi prædæ vel cohortali denunciando aut ſubjiciendo ex ſuo arbitratu, ei pareant & obſecundent, ad majora incommoda & damna vitanda. Si quis etiam ſive magnum ſive parvum quicquam abſtulerit vel avexerit, ſine Principis permiſſione ac bona venia, ei auferent quicquid habet, ac corporali pœna afficiatur atque plectatur.

11. Deci-

11. Decimò, juramentu adfirment, nullas factiones aut enuventicula facere aut ſtruere velle, aut trummarum verberatores ad hoc muſicæ genus ſonare, aut claſſica canere eogere ſive compellere ſine Principis aut ſui Locumtenentis vel Advocati permiſſiune.

12. Undecimò jurabunt, forum liberum tenere, & omnes commeatum ac victualia advehentes tueri ac defendere, nec quid vendere ante caſtra, ſub pœna juramenti præſtiti & corporis afflictiune.

13. Sic & jurabunt Ecleſias, Monaſteria, & ſacras ædes, ita ut ſunt, tueri & non lædere, nec dehoneſtare niſi hoſtes ex illis ſe muniant atque defendant.

14. Jurabunt quoque puerperas, viduas, pupillos, Sacerdotes, & alias honeſtas virgines, puellas, & matronas tutas & illæſas fore, ſub perjurii & capitis pœna.

15. Item jurabunt, ſi quis audierit criminari Deum aut blaſphemare, aut Matrem ejus, ut eum deferant apud Principem militiæ aut Præfectum, & puniatur pro merito & condigna pœna.

16. Jurabunt item, ne compotent ſuprà quàm quisque ferre ac tolerare poſſit; cùm per immoderatas compotationes, crapulam & ebrietatem plerique homines in contemptum, ignominiam, & negligentiam illabantur atque deveniant.

17. Jurabunt etiam, quòd nemo illorum ex veteri livore, odio aut ſimultatione, dum ſub Principe militent, quacunque occaſione factum fuerit aut contigerit, vindicet aut ulciſcatur, quin potiùs conquieſcat omni eo tempore, ac intercidat. Quòd ſi verò acciderit res cauſaque ſub Principis gubernatione, eam controverſiam ſeu litem ſedabit ac componet ex æquo Princeps.

18. Jurent quoque, ſi manipulos, cohortes, partes, aut factiones viderint, ut pacem interponant ac jubeant; qui autem illam ſervare noluerint, eos occidant absque medio.

19. Item jurabunt, quemadmodum nunc iſto tempore apud Principem hunc militiæ cernunt & habent Capitaneos, Præfectos, Signiferos, & Ductores exiſtentes, eos vos non mutaturos eſſe, ſed eo a Princeps militiæ conſtituendi ac deponendi habeat poteſtatem.

20. Cæterùm jurabunt, locum ſemper ſe daturos eſſe equitibus, unà cum ſuis armis & equis, & ubicunque commeatus victualia haberi poſſint, etiam apud hoſtes, neutiquam impedituros.

21. Jurent etiam ILLI Principi militiæ & exercitus, Primoribus & Capitaneis jus ſuum permiſſuros ac præbituros eſſe.

22. Item jurent quoque alios plures articulos non in ſpecie præſcriptos, & ad bonos milites pertinentes, ſe obſervare velle, nullis exceptis.

23. Et ſi quisquam in murorum concurſu, aut in pugna & conflictu cum hoſtibus retrocedere vel in fugam ſe dare vel vertere vellet, cum proximus quisque, vi juramenti præſtiti, confodat & occidat.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AVGVSTI EDICTUM. An. Domini 1509.

BANDI SIVE PROSCRIPTIONIS IMPERIALIS

Contra Ducem & Rempubl. Venetorum, promulgatum Wormatiæ in Comitiis ANNO M. D. IX.

MAXIMILIANUS Dei gratia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Rex, Archidux Auſtriæ, Burgundiæ & Brabantiæ, Comes Palatinus &c. Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis, Illuſtribus, Generoſis, Nobilibus, Ampliſſimis, omnibus & ſingulis noſtris atque ſacroſancti Romani Imperii noſtri Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus Prælatis, Comitibus, Liberis Baronibus, Dominis, Equitibus, Militibus, Capitaneis, Vicedominis, Burggraviis, Caſtellanis, Præfectis, Quæſtoribus, Procuratoribus, Officialibus, Curatoribus, Prætoribus, Scabinis, Conſulibus, Senatoribus, Rebuspublicis, Judicibus, Communitatibus, Civibus, aliisque nobis ſubjectis, cujuscunque demum ſint honoris, gradus, conditionis, dignitatisve, dilectis noſtris conſanguineis & affinibus, Septemviris Principibus, Venerabilibus, noſtrique Imperii fidelibus devotis, gratiam & clementiam noſtram Cæſaream & omne bonum.

1. Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Illuſtres, Generoſi & Nobiles, dilecti Conſanguinei & Affines Electores, Principes, devoti, fideles. Quemadmodum una omnium ſapientum mente unaque voce ſummum atque extremum in hoc mundo reputatur bonum, juſtitiam colere, alterum non lædere, & denique ſuum cuique tribuere; ita etiam ex contraria parte conſtanti omnium hominum conſenſione primum, ſolum, ſummum & ultimum malum eſt, quo nullum pejus nec publicæ pernicioſius utilitati, ſimulac indomitæ effrenatæque animi cupiditati obtemperatum fuerit, violenta rerum alienarum invaſione, occupatione & retentione à juſtitiæ tramite deflectere, &, quòd multò ampliùs eſt, non ſine inobedientia & contemptu magiſtratus, & ejus mandatorum in ejusmodi contumacia præfractè perſeverare; maximè cùm fieri non poſſit, quin ea ex re in ſacro Imperio diſſenſiones acerbæ, bella turbulenta, & pericoloſa ſcandala, item exitioſa ac fœda exoriantur, ex quibus niſi maturè & tempori huic malo ratione & conſilio occurratur, ſacro Imperio publicoque bono luctuoſæ & fatales impendeant ruinæ.

2. Cùm

1. Cùm igitur Dux Venetorum, Leonardus Laurendanus, (qui ad explendam cæci ac temerarii ſui animi immoderatam & pertinacem bonorum alienorum cupiditatem Veronam & Vincentiam civitates, quæ cum omnib. ſuis juribus & pertinentiis ſunt ex numero feudorum noſtrorum noſtriq; Imperii, quæq; à nobis noſtriſq; anteceſſorib. Romani Imperii pro tempore exiſtentib. Imperatorib. & Regibus, Nobilibus, noſtris noſtriq; Imperii, in dictis civitatibus Vicariis generalibus dilectiſque fidelibus Joanni ſeniori & Joanni juniori de Scala, eorumq; majoribus jure ac titulo Vicariatus feudiq; per multos annos & tempora priora rectè beneque quidem conceſſæ, ſed non ita pridem ab aliquo Ducis illius Veneti prædeceſſore contra jus faſq; violenter captæ & occupatæ ſunt, jamdudum detentavit, & etiamnum malo jure maloque more detinet & uſurpat) ob contumaciam ſuam, contemptum, voluntatem obſtinaciorem, & pervicaciam, qua ex ſententia & reb. judicatis in ſummo Imperii noſtri tribunali legitimè juris ordine obſervato, & cauſa cognita impetratis decretis & proceſſib. pro reſtituendis ſupradictis Civitatib. cum toto ipſarum territorio ac diſtrictu, jurib. omnib. commodis, pertinentiis, perceptiſque fructib. dicto noſtro Vicario generali, qua ſimiliter pervicacia binis noſtris Imperialib. literis exequutorialib. & citationib. ſub pœna banni Imperialis eam ob cauſam contra ipſum diverſo tempore, diverſiſq; vicib. emanatis, earumq; exequutioni in perſona ipſius factæ debito more modoq; non obtemperavit, ſed illa omnia temerariè & pertinaciter ſprevit atque eluſit. quin & adhuc in earum rerum contemptione ac deſpicientia obſtinatè hæret, prævia ſolenni & legitima citatione, facto proclamate, data ſufficienti dilatione, & omni altero ordine proceſſuq; ut juris & moris eſt, obſervato, in noſtrum noſtrique Imperii bannum cecidiſſe, eique obnoxius factus jure & judicio declaratos & pronunciatus ſit; qui etiam loco & nomine noſtro debitis conſuetiſq; ſolennitatib. quemadmodum in Imperio inveterato plurimorum annorum uſu obſervatum, publicè proſcriptus bannituſq;, denunciatus & proclamatus, quemadmodum Imperiales noſtræ literæ exequutoriales ea de re emanatæ, & in publicum datæ latiùs atq; evidentiùs teſtantur & commonſtrant.

2. Nos autem cum ſumma noti ſollicitudine, tum Imperiali adminiſtratione rerum publicarum, in primis verò ſacri Romani nobis crediti Imperii ſummè neceſſarium bonumque exiſtimamus, ſuum cuique diſtribuentem, juſtitiam colere, obſervare tuerique, eamque à refractariis & immorigeris contemptoribus Imperiali auctoritate & ſevera pœna defendere, propugnare, vindicare ac conſervare; decrevimus vigore ſæpius dictæ ſententiæ & impetratorum proceſſuum, qui tam actoribus ſuprà nominatis quàm etiam ſaluti & emolumento auxilium & conſilium contra ejuſmodi inobedientes, & contumaces eorumque ſingularem inſolentiam & nefarium contemtum feratur, & adjungatur, ad legitimam rei judicatæ exequutionem tranſilire.

3. Quamobrem vobis omnibus & ſingulis devotis & dilectis noſtris, cunctis item noſtris Imperiique noſtri ſubjectis fidelibus, & quibuſcunque denique aliis notum facimus, denunciamus & declaramus, dictum Ducem Venetum eſſe noſtrum ſacrique noſtri Imperii notorium proſcriptum declaratumque bannitum. Eam ob cauſam vobis omnibus & ſingulis jam memoratis ex plenitudine Romanæ Cæſareæ Majeſtatis & vi ſummi nobis competentis Imperii, juriſque & judiciorum auctoritate hiſce noſtris Imperialibus ſeverè firmeque præcipimus, volumus, & jubemus, ut Ducem illum Venetorum non alium quàm ejuſmodi bannitum habeatis, nominetis, reputetis, vitetis, illum etiam in poſterum in veſtris Principatibus, Ducatibus, Regionibus, Provinciis, Diſtrictibus, Territoriis, Civitatibus, Arcibus, Nundinis, Pagis, Villis, Bonis, Domibus, Caſtris, Receptaculis, nullatenus admittatis, recipiatis, foveatis, & occultetis: nec ipſum ad ſodalitatem edendi bibendique, multò minùs ad jura promercalia emptionum, venditionum, ſocietatum, commerciorum, contractuum, pactorum, conventionum, fœderum aut ullorum aliquorum negociorum communionem, coitiones, collegia, ſocietatemve aſſumatis & adhibeatis; nec tale quid per veſtros quocunque modo vobis ſubditos fieri concedatis, neque per vos ipſi, neque per alios, clam aut palam, quacunque tandem ratione, prætextu modove id effectum dari poſſet, ſed ipſius corpus, bona, fortunas, ubicunque terrarum illa ſolo ſalove transvehentur & deprehendentur audacter & liberè invadatis, rapiatis, occupetis, detineatis, manuum injectione vobis vindicetis, arreſtetis, capiatis, uſurpetis, vobis veſtroque bono teneatis & poſſideatis; in primis verò ſæpedictis actoribus, ipſorum amicis, conſortibus, fautoribus, aliiſque ipſorum nomine id ipſum liberè, ſecurè & abſque ulla impenſa & remuneratione in veſtris Principatibus, regionibus, & diſtrictibus facere permittatis. Eo fine ipſis etiam ſalvum veſtrum conductum, ſecuritatem, auxilium, opem, conſilium, adminiculum, præſidium, & fidem publicam præbeatis & concedatis, quoties id ab actoribus eorumve adhærentibus, univerſim aut ſeorſim, aut ab aliis ipſorum nomine locoque petitum fuerit, neutiquam committentes, ut ratione earum rerum impedimentum aut obſtaculum aliquod à vobis vel illis, qui vobis adjecti ſunt, quos eadem facere & permittere ſeverè compellatis, objiciatur, in eoque tantiſper immorabimini, dum dictus bannitus ſeu proſcriptus de pervicaci ſua protervia, effrenato contemptu, & inſolenti contumacia & inobedientia deſiſtat, deque iis omnibus & banno Imperiali abſolutus fuerit.

4. Ne quis autem hac in re ullam pœnam, cenſuram, mulctam, invidiam, damnum, aut quicquid ejus ſit, temere & parum conſtanter metuat, hujusque rei intuitu excuſationem aut prætextum aliquem quærere, quo utatur, poſſit: *Decernimus*, ſtatuimus & volumus ex plenitudine abſolutæ noſtræ poteſtatis Imperialis, ut quicquid ſuprascripto modo adverſus Ducis illius vitam, corpus, bona, & fortunas, deliberatur, conſtituitur, tractatur, & denique in effectu adimpletur, non cenſetur in eo quicquam à quoquam contra nos, & ſacrum noſtrum Imperium aut ullum alium aliquem

injuſt-

Digitized by Google

injuſtè, illegitimè, minusve rectè factum, ſed ab omnibus & ſingulis hæc omnia audacter, liberè, fidenter, ſecurè, absque omni metu mutuque tecto & conſtanti animo ſine juſtificatione ſacti perfici & fieri poſſe & debere. Quinimmò contra hæc omnia proſcriptum illumDucem non juvabunt, non defendent, non excuſabunt, ſic tutabuntur ullæ immunitates, conceſſiones libertatum, exemptiones, privilegia. gratiæ, indulta, beneficia, exceptiones, præſidia, ſalvi conductus, ſecuritates, remiſſiones, laxamenta, omniaque ejus generis alia à nobis aut noſtris anteceſſoribus Regni noſtri Romanis Imperatoribus acRegibus aut aliis ipſi bandito aliisve conceſſa & tributa; multò minus ipſi patrocinabitur noſtra noſtrique Imperii univerſalis pax publica, aut privilegiata & privata reſidentiæ noſtræ, nulla ſocietas, nullum fœdus, nullum denique pactum aut negotium, quod ipſo bandito hac in re, commodo, emolumento & defenſioni eſſe poſſit.

5. Volumus etiam, quod nullus ex vobis hoc in negotio alium reſpiciat, moras alterius ſuæ prætexat excuſationi, alius denique alium expectet; ſed ut hæc omnia quàm primùm, & quoad ejus fieri poteſt à vobis omnibus, vel ſaltem quà unuſquiſque ea ſors ratione debiti & officii concernit, graviter & ſtrennè, ut ſupraſcriptum, ſumma & extrema cum diligentia abſolvantur perficianturque. Quod ſi feceritis, feceritis ea, quæ ſevera Imperialis noſtra juſſit mens, & voluntas à vobis deſiderat. Qui autem Imperiale noſtrum Edictum, Mandatum & Decretum temerario auſu negligere, flocciqne pendere veritus non fuerit, ipſo jure & ipſo facto noſtri noſtrique Imperii, bandi & conformidabilis proſcriptionis, nec non aliarum pœnarum multarum & cenſurarum reus erit, &, quod gravisſimum, ſevero & vehementis Imperialis animi motui ſubjacebit. Quæ omnes & ſinguli ſciant, & faciant.

Datæ Vurmatiæ XIII. Junii, Anno poſt natum Chriſtum M D IX. Anno Imperii noſtri Romani XXIV. & Hungarici anno vigeſimo.

G R A V A M I N A
GERMANICÆ NATIONIS ET SACRI ROMANI IMPERII,

Ann. Chriſti 1510.

Cum remediis & aviſamentis ad CÆSAREAM MAJESTATEM.

INCIPIUNT GRAVAMINA NATIONIS GERMANICÆ, ET SACRI ROMANI IMPERII DECEM.

I.

QUòd ad ſervandas bullas, pacta, privilegia, & literas ab anteceſſoribus absque omni derogatiune conceſſas, ſucceſſores Pontifices teneri ſe non arbitrantur; imò per crebras diſpenſationes, ſuſpenſiones, revocationes, ad cujuſcumqne (etiam vilis) perſonæ inſtantiam contraveniont.

II.

Quod electiones Prælatorum quandoque rejiciuntur.

III.

Quod electionibus Præpoſiturarum, quas quarundam Eccleſiarum Capitula multo ære impetrarunt, contravenitur: Spira * ſcit & Haſela, cujus bulla de eligendoPræpoſito enervata eſt, eo * al. ſcilicet. adhuc ſuperſtite, qui dederat.

IV.

Quòd beneficia & dignitates majoresCardinalibus & Protonotatüs reſervantur.

V.

Quòd expectativæ gratiæ absque numero conceduntur, & multæ interdum ad unumCollato- Aviſam. Conrem. Unde ſurgunt quotidianæ lites, & pecuniæ dilapidantur, tom illæ, quæ pro bullis gratiarum ſtant cap. 6. & (quæ numquam effectum ſortientur) expoſitæ ſunt, tum illæ, quæ pro litibus deducendis conſu- Mogunt. cap. muntur. Inde apud quosdam ortum eſt proverbium: *Quiſquis gratiam expectativam ab urbe extra-* 8. Epitom. *xerit, centum aut ducentos aureos nummos in ciſtam ſimul ad ipſam gratiam reponat, quibus ad proſequendam* Pragm. Sanct. *litem opus habebit.* in præfat.

VI.

Quòd annatæ absque dilatione & ſine miſericordia, etiam Epiſcopis intra paucos annos mortuis, exiguntur. Interdum plus, quàm debeatur, extorquetur, propter nova officia, & noxos ſamiliares. Exemplum de * Moguntinenſi & Argentinenſi Eccleſiis. * al. Moguntina.

VII.

Eccleſiarum regimina minus dignis (Romæ videlicet) committuntur, qni ad mulos magis quàm homines paſcendo & tegendos eſſent idonei.

VIII.

Indulgentiæ novæ cum revocatione aut ſuſpenſione veterum, Laicis contra Clerum murmurantibus, ad corradendas pecunias conceduntur.

IX. De-

IX.

Conradin. §.6. ſupra.

Decimæ ſub prætextu expugnandorum Turcarum exiguntur, nulla expeditione ſubſecuta.

X.

* al. etiam.

Cauſæ, quæ in Germania, in qua * & docti & juſti Judices ſunt, terminari poterant, ad tribunalia Romana indiſtinctè trahuntur. Quod ſanctus Bernhardus ad Eugenium Papam ſcribens valde reprobare videtur.

REMEDIUM CONTRA GRAVAMINA NATIONIS GERMANICÆ.

SI Cæſareæ Majeſtati conſultum viſum fuerit, proponatur Summo Pontifici & ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ quòd grave, imò intolerabile ſit Nationi Germanicæ, amodò tantas expenſas & moleſtias pati, tantas pro confirmatione Archiepiſcoporum & Epiſcoporum inferre annatas, præſertim quæ in quibusdam Epiſcopatibus ſucceſſu temporis auctæ, in quibusdam duplicatæ eſſe dicuntur.

2. Nam Sedes Moguntina (ut dicitur) olim ſolùm dedit decem millia florenorum. Quæ cùm quidam illic electus dare renueret ſicque usque ad mortem ſuam perſiſteret, electus poſt eum confirmationis cupidus ſe opponere timuit Sedi Apoſtolicæ, offerens antiquam ſummam, puta decem millium florenorum. Is nec confirmationem impetrare potuit, niſi & reliqua decem millia ſimul redderet, quæ adhuc extabant à ſuo prædeceſſore nondum perſoluta.

3. Sicque cogebatur dare viginti millia florenorum: quæ tunc indubiè in regiſtrum Cameræ ſignata ſunt, & usque ad noſtram ætatem à ſingulis Archiepiſcopis exacta: & nedum viginti millia, ſed & viginti quinque propter nova officia & novos Pontificum familiares. Tandem excrevit ſumma usque ad viginti ſeptem millia, quæ Archiepiſcopus Jacobus cogebatur nuper perſolvere, ut retulit Vicarius in ſpiritualibus † Moguntinenſis. Sicque in vita unius hominis ſepties viginti quinque millia à ſolo Archiepiſcopatu Moguntinenſi pro confirmatione Archiepiſcopi Romam pervenerunt.

† al. Moguntinus.

Electus Anno 1504. Dec 30. mortuus Ann 1508. Septemb. 15.

4. Et cùm Archiepiſcopus Jacobus vix quatuor annos ſediſſet in Archiepiſcopatu, mox poſt eum electus Dominus Uriel ad minus viginti quatuor millia coactus eſt perſolvere: quorum partem mutuò forſan accepit à mercatoribus, ſed ut illis ſatisfaciat, imponere coactus eſt ſubſidium aut exactionem in ſuos populos & pauperes agricolas; quorum aliqui nondum ſatisfecerunt tributo aut exactioni pro pallio à ſuo prædeceſſore Jacobo impoſitæ. Sicque non ſolùm eviſcerantur noſtrates, & ad extremam inopiam rediguntur (de qua reverendiſſimo Domino Bernardino ſanctæ Crucis Cardinali, & nuper Legato, conſtat) verùm etiam incitantur ad rebellionem & quærendam utcunque libertatem: & ubi poſſunt inter ſe ſuſurrant de ſævitia in Clerum.

5. Admonendus etiam videtur Summus Pontifex, quòd per varia bella terræ Germanorum *paſ*ſim deſolatæ ſunt; ac per crebras mortalitates numerus viventium diminutus.

6. Sicque ob paucitatem cultorum agri pro magna parte inculti jacent, & ipſa telonea diverſis eventibus attenuata, & venæ minerales exhauſtæ ſunt, pereuntque indies proventus, ex quib. Archiepiſcopi & Epiſcopi († aliis etiam honeſtis & neceſſariis impenſis gravati) Sedi Apoſtolicæ annatam perſolvere poſſint.

† al. alias.

7. Non ſine cauſa Jacobus Archiepiſcopus Moguntinenſis jam ferè moriens dixit; *ſe de morte ſua non adeò dolere, quàm ob id, quòd ſubditi ſui pauperes iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur.*

NB Vaticiniũ Procerum Imperii, & noſtra tempora vide

8. Mitiùs ergò Summus Pontifex, velut pius pater, filiorum ſuorum amator, & fidelis ac prudens paſtor, cum filiis ſuis Germanicæ Nationis agat, ne propediem vel in univerſos Chriſti Sacerdotes perſecutio ſuboriatur, vel inſtar Bohemorum plerique ab Eccleſia deficiant Romana.

9. Mitiùs ſaltem agat, quotiens Archiepiſcopus aut Epiſcopus ad paucos annos texerit: ſicut de Epiſcopis Bambergenſibus accidit, quorum tres intra paucos annos mortui ſunt.

10. Quid de aliis multis Epiſcopatibus? ſi quidem Germania, Ænea Sylvio teſte, ſupra quinquaginta * Epiſcopatus habet. Quid de Abbatibus? quorum aliqui Romæ confirmantur.

* Durus de Paſcolo in Aulico Politico, regul 158. numerat LII Epiſcopatus in Germania, Abbatias LXIII. Præpoſituras CXX. quarum Præpoſiti & ipſi nonnulli Romæ confirmantur.

11. Eſto, quòd in Germania majores eſſent ex agris, ex mineris, ex teloneis obventiones: indigeret tamen Cæſarea Majeſtas, & cæteri Principes, theſauro & nervo belli, contra hoſtes, præcipuè infideles; & ad conſervandam in Germania pacem, atque ad juſticiam unicuique miniſtrandam; ad quod Conſiſtorium Regalis Cameræ, cum magnis impenſis ſanctè inſtitutum, maximè deſervit.

12. Præterea opus habet Cæſarea Majeſtas pecuniis ad comprimendos Imperio rebelles, & ad exterminandos ſicarios atque latrones: quorum nonnulli Eccleſiis nocere, earum bona diripere, imò in Clericorum perſonas ſævire atque graſſari non erubeſcunt.

13. Denum Natio noſtra non ſolùm pro reparatione Eccleſiarum & Monaſteriorum auro indiget & argento, ſed etiam pro hoſpitalibus, pro pueris expoſititiis, pro viduis, pro puerperis, pro orphanis, pro filiabus pauperum (ne ſtupro cadant) deſponſandis, pro domeſtica inopia laborantibus, pro annoſis & effœtis, pro valetudinariis, ac pro puſtulatis, quorum (proh dolor) plena eſt Germania, alioqui etiam populoſa, uti ſexum minimè faſtidiens muliebrem.

REMEDIUM PRO CIVITATIBUS IMPERII ET ANIMARUM SALUTE.

SI ſollicitante Cæſarea Majeſtate, à Sede Apoſtolica impetraretur, quod Uriel Archiepiſcopus Moguntinenſis impetravit, ne quis deinceps in civitatibus Imperii ſimul poſſit habere Canonicatus

Digitized by Google

catus aut Vicarias, in diverſis ejuſdem civitatis Eccleſiis, ſed ut ſingulæ in ſingulas diſtributiones deſervirent. Tùm minuerentur lites: Reſpublica magis ſentiret commodum, plures docti, Imperio & Fidei utiles, promoveri poſſent, plures miſſæ legerentur, & omnis divinus cultus alacrius & laudabiliùs peregaretur. Sicut de Baſilea & Spira exemplum adduci poſſet. In utraque enim civitate nullus ſimul in diverſis Eccleſiis plures Canonicatus aut Vicarias ex ſanctiſſima conſvetudine poſſidere poteſt. Ideoque utrobique religio & divinus cultus, egregiè floret. Et Summi Pontificis (Ænea Sylvio teſte) intereſt curare, ut honoretur Deus, & illi laudes atque hymni canantur.

2. Expediret Rebuſpublicis & animarum ſaluti, ſi Summus Pontifex immurabiliter ſanciret, ut in quolibet Collegio duæ ad minus eſſent Præbendæ gratiis non ſubjectæ, ad quas duo Theologi, aut unus Theologus & alter Canoniſta, duntaxat promoveri poſſent.

3. Atque ut idonei, puta Philoſophiæ, Canonum, & ſacræ paginæ docti, eò promptiùs curas ſubirent animarum, expediret quòd auctoritate Apoſtolica, Monaſteria & Collegia Parochiis, quas ſibi incorporatas tenent, ſufficientia & cetra emolumenta inferre cogerentur. Hoc enim, ſi Æneæ creditur, Papam decet curare, ut Evangelium Chriſti, quod eſt optimum animæ pabulum, omnibus ſyncerè prædicetur, ut omnes errores, omnis blaſphemia eradicetur, ut bella ſopiantur, ut furta, rapinæ, incendia, homicidia, adulteria, ebrietates, crapulæ, contentiones, odia & rixæ de medio tollantur. Ad harum rerum perſvaſiones Theologi & Canoniſtæ magis idonei quàm Curtiſani avari eſſe videntur. Imò & Theologi docti, concionibus apti, Summum Pontificem, reverendiſſimosque Dominos Cardinales in honore & auctoritate ſermonibus ſuis commodiùs tueri & conſervare poſſent.

Papæ officium eſt curare, ut Evangelium ſincerè prædicetur.

AVISAMENTA AD CÆSAREAM MAJESTATEM.

SIcut regnum Franciæ Pragmaticam habet Sanctionem, cui in conferendis beneficiis innititur, ſic Imperium Romanum habet Concordata Principum: utque ea illæſa conſerventur, intereſt Cæſareæ Majeſtatis. Raró tamen hactenus per ſummos Pontifices violata ſunt: & Auditores Rotæ juxta illa hucusque ſeruntur judicaſſe. Et ſi aliquis Curialium per quamcunque diſpenſationem conaretur illa infringere, quòd Epiſcopus vel Princeps vel Senatus ejuſdem loci, principiis obſtando, in faciem ei Concordata inculcaret, piè exhortans ne contraveniat, quoniam audacia ſua ſuſtineri nequaquàm poſſet, cùm & Turcæ & Judæi pacta fidemque ſervent. Quis Curtiſanorum tam inſolens aut ſtultus eſt, ut contra voluntatem Epiſcopi, Principis, aut totius alicujus Communitatis in aliqua civitate habitare præſumat?

Concordata Principum,

2. Poſſet etiam Cæſarea Majeſtas per literas aut * Oratores facilè in regno Franciæ experiri, quomodo illic beneficia conferantur, & quam authoritatem in beneficiis conferendis habeat Summus Pontifex. Secundùm hoc poſſet moderamen fieri in Imperio Romano, & frenum inexplebili avariciæ Curtiſanorum adhiberi. Si præclaræ Univerſitates, præcipuè facultas Theologica Pariſienſis, † approbaverint modum illum, qui de diſponendis & conferendis beneficiis in Francia ſervatur, nemo dubitet, Cæſaream Majeſtatem & Principes Germanos, ſi ſe iſti modo * conformaverint, apud Deum tutos fore & excuſatos. Præſumendum enim eſt, quòd tanti Prælati, tanti Doctores, tam probati viri, qui in regno Franciæ ac in ſtudio Pariſienſi vivunt, nihil approbent, quod contra Deum aut contra juſtitiam committeretur.

* Exemplo Senatus Romani, qui Decemviros in Græciam pro Legibus miſit, auctore Pomponio l. 2. §. 4. D. de Orig. jur.

† al. approbaverit.

* al. confirmaverint.

3. Provideat tamen Cæſarea Majeſtas, ne Archiepiſcopi Electores in hoc ſancto inſtituto à ſe diſſentiant, ſibique non adhæreant, propter cenſuras Apoſtolicas, quas timebunt; & populus interdictum diu non ſuſtinebit.

4. Provideat etiam Cæſarea Majeſtas, ne Fratres Mendicantes contra ipſam prædicent, qui Sedi Apoſtolicæ libenter deferunt, timentes perdere privilegia ſua, utinam Chriſto & naturæ innixa: quamvis juſtiſſimam cauſam dudum habuiſſet contra tantam avariciam tantosque abuſus prædicandi.

5. Timeat Cæſarea Majeſtas, ne Papa mandet Electoribus, ut ad electionem novi Regis Romanorum procedant: ſicut contra Fridericum Secundum Landtgravius Thuringiæ & Gvilhelmus Hollandiæ Comes jubente Papa fuerunt electi.

6. Timeat Cæſarea Majeſtas omnes Prælatos Eccleſiarum, præcipuè Præpoſitos, qui ex juramento tenentur aviſare Papam.

7. Timeat Cæſarea Majeſtas, ne * S. D. N. Papa obedientiam à ſubditis auferat, & circumjacentes populos provocet, ut in terras Cæſaris ſeu Archiducatus Auſtriæ irruant: quod iſti homines ſub colore obedientiæ Apoſtolicis mandatis præſtandæ promptiſſimo animo ſunt facturi.

* id eſt, ſanctiſſimus Dominus noſter.

8. Timeat Cæſarea Majeſtas cenſuras Apoſtolicas, a quibus S. D. N. non abſtinebit.

9. Timeat Cæſarea Majeſtas, ne Papa argutiſſimis locis rudi populo perſvadeat contra Pragmaticam, ſeque excuſans ſimplicium benevolentiam captet; allegaturus † quod Eccleſiam ſancti Petri in Urbe magnis impenſis inſtauret, & certis in locis contra Turcas ædificet, quodque bellis ſuis nulli unquam fecerit injuriam: quoniam recuperet terras ad Eccleſiam ſive patrimonium ſancti Petri pertinentes, ad quod ex officio teneatur. Circumſpiciat ergo & deliberet Cæſarea Majeſtas, qualiter ſapientiſſimo ſuo conſilio omnibus illis Romanorum ſubtilitatibus, ſi neceſſitas exegerit, ſit reſponſura.

† al. quoad.

CONCLUSIO ET PIA EXHORTATIO AD CÆSAREAM MAJESTATEM.

NIhil ſanctius, nihil DEO gratius, nihil ſempiterna memoria dignius efficere poterit Cæſarea Majeſtas, quàm ut tantas Germanicæ Nationis moleſtias & exactiones moderetur, ut Laicis Clerum perſequendi occaſionem auferat, ut parochias (quarum aliquas Epiſcopatus Italicos Æneas æquare ſcribit) ex faucibus Curtiſanorum, concionari, conſulere, & conſolari neſcientium, eripiat; ut divinum cultum augeat; ut avaritiæ & impietati Curtiſanorum frenum imponat; * ut jus patronatus Laicorum in utriſque, & nominationes Canonicorum, collationesque Eccleſiaſticorum in ordinariis menſibus obſervet: ut multorum Illuſtrium, Nobilium, & civium filiis in Germania conſulat, qui in Univerſitatibus ab adoleſcentia divinas & humanas literas diſcunt, ut & ipſi extra Curiam Romanam † abſque inquietiſſimis vexationibus, ſumptuoſiſſimiſque, interdum etiam indignis litibus, ad præbendas Eccleſiaſticas aſcendant, qui & Imperio Romano conſiliis, & toti Eccleſiæ orationibus ſuis opem ferre poſſint. Neque enim minima cauſa eſt, cur tantoperè floreat Franciæ regnum, niſi quod tantos tamque præſtantes in omni bona doctrina viros multos habet.

* al. &

† Aviſament. Mogunt. cap. 7. Reform. Sigiſmundi cap. 12. §. 2. infrà hic circa fin.

* al. verò.

2. Si Cæſar hanc impietatem enervaverit, ſi Germaniam tributo gravi oppreſſam in priſtinam libertatem vendicaverit, ſi doctis & honeſtis ad præbendas aditum fecerit, tum * verè liberator Germaniæ, libertatiſque reſtitutor: tum verè pater patriæ, perpetuò ab omnibus paſſim poterit appellari: nec minorem ſibi gloriam, Germaniæque fructum afferet, quàm ſi provinciam aliquam bellicis ei viribus adjeciſſet. Sicque non minores uni MAXIMILIANO gratias debebit, quàm his omnibus, qui tranſlato ex Græcis in Germanos Imperio, multis ante temporibus regnaverunt.

MAXIMILIANI IMPERATORIS

EDICTUM.

SUmmum Eccleſiæ Paſtorem, & omnem Clerum, exemplo chariſſimi patris noſtri, Friderici Romanorum Imperatoris Tertii, hactenus venerati non parvos dignitatum & Eccleſiarum parochialium proventus ex terrarum noſtrarum finibus, Clericis & Prælatis abſentibus clementer inferri permiſimus. Quos etiam clàm pro humana fragilitate delinquentes cum † Conſtantino prædeceſſore noſtro chlamyde operire non dedignatemur. Verùm cùm ex noſtra largitate divini cultus detrimentum profluat, unde divinæ laudis, pſalmorum & miſſarum amplificatio debuerat proficiſci, noſtra intereſt, qui abſque meritis in ſolium Romani Imperii lecti ſumus, ut inter cæteras maximas pacis & belli occupationes vigilanter quoque circumſpiciamus, ne Eccleſiæ pereant, ne religio labaſcat, ne divinus cultus diminuatur, & ne animabus defunctorum, qui Eccleſiis & ſacerdotibus de ſuo patrimonio benefecerunt, contra ultimas ipſorum voluntates tardius ſuccurratur. Quod manifeſtiſſimè experti ſumus, & in dies experimur, ex ineffabili atque a nullo diſpenſabili quorundam avaritia provenire, qui in beneficiis aſſequendis nullum finem conſtituunt: per quorum * abſentiam (cum in uno ſolo perſonaliter reſideant, & diſtributiones deſerviant) divinus cultus diminuitur, ultimæ benefactorum voluntates caſſantur, defunctorum animæ tardiùs ex igne purgatorio eripiuntur, ædificia labant, Eccleſiæ decreſcunt, Eccleſiaſtica libertas læditur, literæ & monumenta perduntur, hoſpitalitas & eleemoſynæ minorantur, patrimonia parentum & nervi Rerumpublicarum ex crebris hujuſmodi avarorum † collitigationibus evaneſcunt: * Clerici pro doctrina ſua & virtute beneficiis digni, ſuaque prudentia Eccleſiis in temporalibus & ſpiritualibus utiles, à præbendis repelluntur, impediuntur, indignè vexantur, injuſtè eis lites moventur, ſcandala Laicis præbentur ipſorumque odium & murmur in reliquos honeſtos Sacerdotes excitatur atque augetur.

† c. inſcriptura 8. diſt. 96.

* Epitom. Pragm. Sanct. in præfat.

† al. colligationibus.

* Aviſam Mogunt. cap. 7. ſuprà hic in concluſ. Reform. Sigiſmundi c. 2. §. 2. Epitom. Pragm. Sanct. in præfat.

2. Eas ob res ex officio Cæſareæ Majeſtatis, ex amore incrementi cultus divini, ex zelo † Rerumpublicarum hortamur & requirimus, ne quiſquam amodò in una noſtrarum noſtrique Romani Imperii civitate Canonicatum aut Vicariam poſſidens, in altera ejuſdem civitatis Eccleſia aliam Præbendam occupet, niſi primam infra ſpacium anni in perſonam idoneam ac Eccleſiæ utilem ſit dimiſſurus, neque aliam in beneficiis aſſequendis per injuſtas lites aut ambages indignè vexet, aut circumveniat; nec quemcunque, qui non ſit de numero deſcriptorum familiarium (juxta Concordata Principum & pacta Nationis * Germanicæ falsò familiarem fuiſſe fingat in ordinariorum Collatorum præjudicium. Nec laicis jus patronatus auferre temptet; nec exiles præbendas, potiſſimùm verò curatas Eccleſias, penſionibus gravet. Nec in adipiſcendis beneficiis & bulliſquacunque fraude, dolo, falſis inſtrumentis, corruptis teſtibus, Simonia etiam palliata utatur. Neque regreſſum, aut alia ſacris canonibus inimica, contra jus, æquum, honeſtum, & rectam rationem impetrare præſumat, ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis, & graviſſimæ noſtræ offenſæ: quam non ſolùm ipſi ſic contra Deum & omnem honeſtatem exorbitantes, ſed & omnes eorum fautores, auxilium, conſilium, hoſpitium, & mutuum dantes, omneſque nuncios, curſores, ſollicitatores, notarios, procuratores, fidejuſſores, & reliquos amicos incidiſſe volumus, condignam pro tantis iniquitatibus & noſtri hujuſmodi mandati contemptu pœnam accepturos.

† al. Reipublicæ.

* al. Germaniæ.

Ex Oenipunte.

EPI-

EPITOME
PRAGMATICÆ SANCTIONIS.

Ann. Chriſti 1510.

MAXIMILIANUS, divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Honorabili, devoto, nobis dilecto, Jacobo Wimphelingo Seleſtadienſi, ſacræ Theologiæ Profeſſori, familiari noſtro.

Honorabilis, devote, dilecte, mittimus in præſentiarum ad te Secretarium noſtrum cum Pragmatica ſanctione regni Franciæ, commiſimusque ei, tibi noſtro nomine nonnulla referenda. Quæ cùm ex mente noſtra proficiſcantur, cupimusque omninò interveniente opera & induſtria tua in talibus nobis ſatisfieri: ideò hortamur te, & per tuam in nos & ſacrum Romanum Imperium obſervantiam, quam opuſculis & lucubrationibus tuis jamdudum habuimus compertam, requirimus, ut non modò Secretario noſtro indubitatam adhibeas fidem, ſed te eum in his, quem etiam non requiſitus à nobis præſtitiſti, exhibeas. Cupimus autem dictum Secretarium noſtrum, quoniam ejus opera diutiùs carere non poſſumus, cum hoc voto noſtro à te expeditum, quàm primùm ad nos remitti Datum in oppido noſtro Imperiali Uberlingen, die XVIII. menſis Septembris, Anno Domini M. D. X. regni noſtri Romani XXV.

PER REGEM.

INVICTISSIMO DOMINO NOSTRO IMPERATORI MAXIMILIANO.

JACOBUS SELESTADIENSIS
HUMILLIMAM COMMENDATIONEM.

VIctorioſiſſime Cæſar, lecta Cæſareæ tuæ Majeſtatis epiſtola, moxque accepta à Secretario inſtructione, totis ad id viribus me accinxi, ut id quod Cæſarea tua Majeſtas deſiderat, (quoniam * tum cum Deo, & abſque conſcientiæ vulnere fieri poteſt) efficiam. Ab ineunte enim ætate omnem operam meam Cæſareæ primùm tuæ Majeſtati, deinde Germaniæ Nationis & ſacri Romani Imperi amplificationi, devovi atque dedicavi. Quamvis me voto tuo & inſtituto longè imparem ſciam, & multi ſint in Aula tua, qui hoc munus abſolutiſſimè implere valeant, quibus major eſt eruditio, majorque rerum iſtarum communium experientia. Sunt & apud reliquos Principes, & apud Senatus Rerumpublicarum, optimi doctiſſimique viri, qui Germaniam exornare, & ad pacem concordiamque univerſalis Eccleſiæ, atque ad totius Cleri Chriſtiani diſciplinam reducendi famam & gloriam perſvadere poſſent. In qua re non modò tua Majeſtas, ſed & tui in Imperio prædeceſſores, Carolus Magnus, ejusque filius Ludovicus Pius, Otthones denique, Conradi, Friderici & Henrici, noviſſimè autem Sigiſmundus, Summa induſtria operam navarunt, impellente ipſos indubiè zelo & charitate in Deum OPT. MAX. & gratitudine in Chriſtum pro ipſius in humanum genus beneficiis, præcipuè autem amatiſſimæ paſſionis. Neque enim Chriſtus pauper pro nobis factus eſt, ut nos in omni rerum opulentia & luxu de ipſius patrimonio cupiditatem noſtram & ambitionem prodamus: neque famem pertulit, ut nos ingurgitemur: neque labores, caſtimoniam, & dira tormenta ſubiit, ut nos in ocio, in laſcivia, inque omnibus deliciis & voluptatibus verſemur.

* Abeſt aliis τὸ tum.

Sigiſmundi Imp. ſingulare ſtudium reformandi Eccleſiam.

2. Neque hi, quibus res Eccleſiaſtica ſua debet incrementa, quantum ad ditionem temporalem attinet, hoc reſpexiſſe videntur, ut in ocio tantùm Clerici degerent, omnibus rebus ad vota fruentes, citra tamen laborem. Alia certè cauſa fuit, cur illi ſeque ſuoſque nonnunquam ſpoliantes, Eccleſiam ditandam cenſuerint, nimirum ut commodiùs divinis officiis vacare poſſent, abſque ſollicitudine deſituri victus, quem ex agris, nemoribus, pratis, aquis facilè colligere liceret: & ut pauperibus Chriſti, viduis, orphanis, & ſenibus, quos robur corporis prorſus deſtituit, ac ægrotantibus eleemoſynam liberaliùs impertirent. Sic enim in Inſtitutionibus Canonicæ Profeſſionis, quas * auſpicio Imperatoris Ludovici Pii conſcriptas putamus, ab Epiſcoporum Concilio comprobatas; ſic (inquam) legitur: † *Res Eccleſiæ (ſicut à ſanctis Patribus traditur, & in ſuperioribus Capitulis continetur) vota ſunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore & Chriſti amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cœleſtis patriæ deſiderium, ſuis propriis facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, ut iis & milites Chriſti alerentur, Eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti ac ſolerti cura providendum eſt his, qui ejus facultates adminiſtrant, ne eos in ſuos ſolummodò uſus convertant, ſed magis, juxta poſſibilitatem rerum, Chriſto famulantium, imò eorum in quibus Chriſtus paſcitur & veſtitur, curam gerere penitùs non negligant.* Subſcribit huic ſententiæ Proſper, aſſerens viros ſanctos res Eccleſiæ * *non vendicaſſe in uſus ſuos, ut proprias, ſed ut commendatas pauperibus diviſiſſe. Nam hoc eſſe poſſidendo contemnere, non ſibi, ſed aliis poſſidere; nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubveniendi ſuſcipere. Quod habet,* inquit, *Eccleſia, cum omnibus nihil habentibus habet commune; nec aliquid inde eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt, erogare debet: quando nihil aliud eſt habentibus dare quàm perdere.* Hactenus aliena retulimus.

* Vide Ludovici epiſt. ad Arnonem.

† In Regula Clericorum, cap. 3. p. 243. editionis Colonienſis Anno 1549.

* pag 126. in ultima ſententia Proſperi.

3. Proinde cùm omnes Chriſti religionem profeſſos eidem Servatori noſtro gratos eſſe expediat, magis tamen id peculiares ejus miniſtros, hoc eſt Sacerdotes ſacris initiatos, & de liberalitate tanta Imperatorum & Procerum, cæterorumque fidelium affatim proviſos, ut ab aratro & manuum laboribus alieni ſunt, tantorum beneficiorum decet meminiſſe, quo noſtra vita populo bilem non moveat, nec ad oblocutionem & odium præbeat anſam: ſed ut ædificentur Laici, amicitia mutua floreat, offendicula & ſentes evellantur, reverendi Antiſtites cum ſuo Clero pietati dedito ſint in ſua veneratione, & in ipſum quoque Summum Pontificem ſacroſanctamque Romanam Eccleſiam univerſorum filialis affectus, & in ſpiritualibus obedientia fulciatur.

4. Quapropter Sereniſſime Cæſar, Celſitudini tuæ, quæ tam honeſto & ſancto negocio Chriſtianiſſimè afficitur, non potui non morem gerere, collectis tumultuariè nonnullis, quæ dedita opera & apud diverſas Eccleſias & in Conventibus præſtantium virorum partim vidi, partim ex fide dignis audivi: quæ mihi, ſi tollantur, ad Germaniæ commodum, & ad divini cultus amplificationem plurimùm conducere videntur.

5. Et eò ad id abſolvendum, tuæque Majeſtati in omnibus obſequendum, promptior fui: primùm, quòd nepotem meum, Jacobum Spiegel/ tuæ Majeſtatis Secretarium, ex labore meo majorem tuam in ſe benignitatem aſſecuturum confiſus ſum: deinde quòd ſub Imperio Romano natus & alitus, meritò, uti natura ſubditus, tuæ inſervio voluntati: poſtremò, ut hac opera patriam meam Majeſtati tuo patrocinio commendatiorem facerem. Seleſtadium enim, natale mihi oppidulum, omnibus terris charius, in Alſatiæ meditullio ſitum, provinciis Auſtriacæ ditionis parvo ſanè intervallo cingitur. Quantum enim Briſages abſunt? quantum Sungavii? quantum Vallis Albertica in Voſego? ut de minutioribus locis taceam. Si igitur Seleſtadium vel à Gallis, vel ab aliis hoſtibus (quod abſit) premi contingat, quis illi meliùs ſubvenire poſſit, quàm Princeps Auſtriacus? ſi quidem vicinus vicino Deus eſt. Et ſolet nonnunquàm ingentis beneficii eſſe cauſa parvum obſequium in tempore exhibitum. Ex Argentorato, Calend. Novemb. M. D. X.

EPITOME.

In Proœmium Pragmaticæ Sanctionis.

Proœmium.

IN proœmio Pragmaticæ ſanctionis narratur, quòd ab exordio naſcentis Eccleſiæ Reges Franciæ, Prælati & Proceres in regno & Delphinatu, crexerint & dotaverint Eccleſias, Cœnobia, & alia loca ſacra, ad gloriam Dei, & ad augmentum divini cultus.

2. Item quòd inſtituerint in illis locis miniſtros idoneos ad propagandam fidem, ad bonos mores, & exempla virtutum.

3. Item quòd à ſanctis Patribus conditi ſunt canones pro felici regimine ſtatus Eccleſiaſtici.

4. Item quòd quamdiu canones illi obſervati fuerunt, floruit in Eccleſia Dei honeſtas, diſciplina, religio, pietas, & pax.

ADDITIO AD PRAGMATICÆ PROOEMIUM.

SImilia narrare poſſet Cæſarea tua Majeſtas, quomodo Eccleſiæ Cathedrales & Collegiatæ in Germania erectæ, & ampliſſimis donationibus dotatæ ſunt à Romanis Imperatoribus, ab Illuſtriſſimis Ducibus, & cæteris Principibus: ſicut in Lupoldo *De zelo & fervore veterum Principum Germanorum* clariſſimè reperitus. Et certò conſtat, multas Eccleſias à Carolo Magno & Henrico Cæſare erectas & dotatas: Spitenſem à Ducibus Sveviæ & Auſtriæ locupletatam, &c. Argentinenſem à Dagoberto Rege Auſtraſiæ exaltatam. Sicque de aliis Eccleſiis & Cœnobiis Germanicæ Nationis in Auſtria, Saxonia, utraque Burgundia cæteriſque Germanorum Principum regionibus, erectis atque dotatis.

Leopoldus de Bebenburg. Epiſcopus Bambergenſis.

PERGIT PROOEMIUM.

COnſequenter exordium Pragmaticæ narrat, quòd ex ambitione & avaritia, quæ Patrum decreta contemnit, ſubſecutæ ſunt majorum corruptiones atque deformationes, ſtatus Eccleſiaſtici dehoneſtationes, uſurpationes graviſſimæ: præſertim hæc fieri per Prælaturarum & dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum reſervationes, & per gratiarum ad vacatura beneficia expectativarum, à jure valdè exorbitantium, multiplicationes, & per innumerabiles conceſſiones, graviſſimaque & importabilia onera, quibus Eccleſiæ & Perſonæ Eccleſiæ regni afflictæ, oppreſſæ, & quaſi ad internecionem redactæ his diebus conſpiciuntur.

Gravam. German. Nat. c. 5.

2. Nam Eccleſiarum & beneficiorum pecunias indigni exterique occupant. Majores dignitates opulentioraque beneficia perſonis conferuntur incognitis & non probatis. Pauci in Eccleſiis reſident: quia cùm ſint plurales, ubique reſidere & præſentias deſervire non poſſunt, vultuſque commiſſi ſibi gregis non agnoſcunt. Animarum cura neglecta, temporalia commoda ſolùm quæruntur. Chriſti cultus diminuitur: animarum cura negligitur: ſubtrahitur hoſpitalitas: Eccleſiarum

jura

jura depereunt: ruunt ædificia: populi devotio attenuatur. Clerici regni noſtri ſcientiis & virtutibus effulgentes, qui in ædificationem plebis noſtræ vacare poſſent, & qui pro Regiis & Eccleſiæ publicis conſiliis forent opportuni, divinarum humanarumque ſcientiarum ſtudia deſerunt, propter promotionis ad beneficia ſpem eis ablatam. Votum alienæ mortis oritur. Lites infinitæ, contentiones & rixæ, rancores & odia inter Chriſti miniſtros ſuſcitantur, nutriuntur atque foventur. Pluralitatis beneficiorum execrabilis ambitio fovetur. Pauperes Clerici eum rerum ſuarum diſcrimine per calumnioſos cavilloſoſque opprimuntur. Beneficia inofficiata relinquuntur. Beneficia Simoniacè adquiruntur. Juvenibus bonæ indolis evagandi licentia præbetur, qui literis & virtutibus intendere deberent. Prælatis & cæteris Ordinariis Collatoribus jus ſuum atque miniſterium aufertur. Ordo Eccleſiæ Hiararchicus confunditur. Plurima adverſus divina & humana jura in animarum perniciem, & Eccleſiarum regni noſtri oppreſſionem & conculcationem perpetrantur. Sicque jura Coronæ noſtræ depereunt, atque theſauri regni noſtri in externas regiones deportantur.

Gravam. German. Nat. in edicto Maximiliani.
Gravam. German. d. cap. 5.

3. Præmiſſa hæc Carolus VII. Rex Francorum, cæterique Prælati Eccleſiarum cognoſcentes; talia ſtimulantibus eorum conſcientiis, abſque graviſſima Dei offenſa, diutiùs diſſimulare non potuerunt. Itaque decreta hæc Baſilienſis Synodi partim ut jacent, partim eum quibuſdam moderaminibus aut * epikiis recipienda conſenſerunt.

* [illegible]

ADDITIO AD PROOEMIUM PRAGMATICÆ.

UT ad oculum hæc omnia vera eſſe demonſtrentur, diſcernant boni & æqui judices, qui ſaltem diligenter conſiderarunt, ſi non floreat diligentior divinus cultus, ordinatior cantus: ſi non fiant pauciores in Choro confuſiones: ſi non ſint minores factiones, minores lites, minor pecuniarum effuſio, minora offendicula ſeu ſcandala, minor concubinarum pompa & luxus, in illis Collegiis & Eccleſiis, ad quæ per gratias Apoſtolicas non patet aditus. Exemplum ſumatur de Eccleſia Parochiali Friburgenſi, de Collegio Badenſi, Heidelbergenſi, & Novæ civitatis Spirenſis diœceſis, ubi licet parva ſint Collegia, mediocreſque præbendæ, quaſdam tamen alias, quas inſatiabiles Curtiſani occupare, & in quibus poſt crebras lites patrimoniorumque diſſipationes, præbendas pinguiores poſſidere poſſunt, in omnibus divinis officiis, in omni Eccleſiaſtica diſciplina, & in perſonarum concordia, pace, & tranquillitate excellere videntur: Ignoſcant mihi multi optimi Sacerdotes, qui & in Cathedralibus & in Collegiatis devotè Deo ſerviunt, quibus contentiones, lites, levitates, evaginationes, confabulationes, & cæteræ diſſolutiones admodum diſplicent. Exemplum denique ſumatur ab Eccleſiis Parochialibus, ad quas gratiæ Apoſtolicæ ſeſe non extendunt, quibus de idoneo Rectore ſeu Curato citiùs providetur, quàm his quæ ſub gratias cadunt, quippe quæ interdum propter diverſos colliticantes, variaſque ipſorum aſtutias, ad biennium aut triennium certo & idoneo Paſtore caruerunt. Et cùm vix tandem aliquis Curtiſanorum victor aliorum in Parochia aliqua utcunque evaſerit, vel in ea non reſidet, vel ſi reſidet, non prædicat, nec cancellos aſcendit, ut ſaltem pro Summo Pontifice, proque ſacroſancta Eccleſia Romana, proque Cæſarea Majeſtate, aut contra Turcas, ad DEUM preces à populo fieri exhortetur. Non ſic contingit de Eccleſiis Parochialibus, ad quas Curtiſani ſeu Curiales per gratias Apoſtolicas non admittuntur. Exemplum ſumatur de Eccleſia Parochiali Friburgenſi, Heidelburgenſi, Badenſi, Ulmenſi, Francofurdenſi, ad quas, cùm vacant, è veſtigio de idoneis Rectoribus ſalubriter abſque omni lite, abſque multa pecuniarum effuſione providendas, vel Principes, vel Univerſitates, vel Senatus, jus præſentandi habentes, maturè & ſtatim deliberant, & ad DEI honorem animarumque ſalutem bonos atque doctos viros eis abſque controverſia præficiunt: qui perſonaliter reſidentes per ipſos prædicant, populum verbo & exemplo ædificant, ac ſuas oves in viam ſalutis ut veri paſtores dirigunt: de quo Summis Pontificibus Paſtoribuſque noſtris gaudendum & exultandum eſſet, qui & rectè agerent, ſi ad ſimiles quoque Curatos in aliis locis fideli populo præficiendos ſint cooperaturi. Ipſi enim *de animabus omnium Chriſti fidelium, precioſo ejus ſanguine redemtorum; exactiſſimam Domino Deo in extremo judicio rationem ſunt reddituri*: ſicut Julius Secundus Summus Pontifex noſter in exordio Bullæ ſuæ contra Johannem Bentivolum ſponte & humillimè confitetur. Et Platina in Celeſtino V. eidem reverendiſſimos Dominos Cardinales affirmaſſe narrat, *omnia mala tum accidentia in die judicii ſibi imputatum iri.*

Julii II. Bulla contra Bentivolum.
Platina in Vitis Pontificum.

CAP. I.

De electione.

GEneralis reſervatio omnium Eccleſiarum, Monaſteriorum, & dignitatum electivatum per Romanum Pontificem fieri non debet: neque factis eſt utendum, præterquàm in terris Eccleſiæ Romanæ ſubjectis.

2. Quòd omnibus illis Eccleſiis per electionem & confirmationem canonicam, ſecundum juris communis diſpoſitionem, provideatur.

3. Quòd privilegiis & conſvetudinibus rationalibus per hoc non derogatur.

4. Nec Summus Pontifex contraveniat, niſi ex legitimis cauſis, in Bullis nominatim expreſſis.

5. Papa in aſſumptione ſua hæc ſe juret obſervaturum.

Aviſam. Mogunt. cap. 6. §. 5. 6. Electione Prælati vel Epiſcopi facta, confirmator non ſolùm ratione confirmationis aliquid quantumcunque parvum non exigat, ſed etiam gratis oblata ſub nomine ſubventionis, ſubſidii, gratitudinis aut alio colore, prætextu cujuſvis conſvetudinis aut privilegii, per ſe vel per alium nullatenus recipere præſumat.

7. Qui his contravenerit, ipſo jure confirmationis perpetuò ſit privatus.

8. Nec Summus quidem Pontifex aliquid pro confirmatione accipiat: alioquin futuro Concilio deferatur.

CAPIT. II.

De reſervationibus.

OMnes reſervationes revocantur, exceptis illis, vel quæ in corpore Juris expreſſæ ſunt, vel quæ in terris Eccleſiæ Romanæ ſubjectis fiunt.

CAPIT. III.

De collationibus.

PRæter damna, quæ in proœmio narrata ſunt, alia etiam incommoda oriuntur ex multiplicatione gratiarum expectativarum.

2. Primò quòd Clerici in gratiis patrimonium & parentum opes exhauriunt.

3. Secundò quòd hi, quibus aut major proximum circumveniendi aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit uberior, beneficia ſibi vendicant.

4. Tertiò quòd ſub involutionibus prærogativarum aut antelationum & aliorum hujuſmodi gratias concomitantium plurimæ fraudes committuntur.

5. Propter iſtas, & alias in proœmio expreſſas, cauſas ſtatuit ſancta Baſilienſis Synodus: Quod Summus Pontifex gratias expectativas aut nominationes amodò nulla ex cauſa concedat.

Aviſam. Conſtant. cap. 6. 6. Poteſt tamen diſponere Papa de uno beneficio ad collationem, in qua decem: & de duobus ad collationem, in qua fuerint quinquaginta & ultrà beneficia.

7. Locus eſt præventioni, ſi ordinarii ſint negligentes.

8. Ordinarii hunc ordinem in conferendis beneficiis & dignitatibus ſervent. In omnibus Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis ſit Theologus.

Aviſam. Conſtant. c. 7. Mogunt. c. 8. quarta pars reſervatur Doctoribus & graduatis. 9. Tertia pars præbendarum conferatur graduatis, præcipuè Theologis: niſi fortè eſſet, qui duas priùs obtineret præbendas, quarum una ad æſtimationem valeret ducentorum florenorum Cameræ, hoc eſt, ducatorum.

CAPIT. IV.

De Parochialibus Eccleſiis.

DE Parochialibus Eccleſiis ſic provideant Ordinarii. In Eccleſiis Parochialibus, quæ in civitatibus aut villis muratis exiſtunt, inſtituantur perſonæ idoneæ quæ ad tres annos in Theologia vel altero Jurium ſtuduerint, ſeu Magiſtri in artibus ſint.

CAPIT. V.

De numero Cardinalium.

ECcleſiæ Romanæ Cardinales ſint numero tantùm viginti quatuor; nec aſſumantur minores triginta annis. Sint Magiſtri, Doctores, vel Licentiati in jure divino & humano: Sit ſaltem tertia vel quarta pars de Magiſtris aut Licentiatis Theologiæ. Pauci verò ex eis ſint filii, fratres aut nepotes Regum & magnorum Principum.

MAXIMILIANI I. CÆSARIS AUGUSTI CONSTITUTIO

DE EXPEDITIONE IN TURCAS SUSCIPIENDA PER UNIVERSITATEM CHRISTIANORUM

Propoſita & deliberata in Comitiis Auguſtanis Anno Domini M. D. XVIII.

CONSULTATIO ROMANA,

id eſt,

Propoſita & tractata Romæ à Summo Pontifice & ſacro Cardinalium Collegio, in Conſultationibus ſanctæ expeditionis, quæ ad Principes Imperii mittenda viſa ſunt, eorum quoque prudentia & conſilio examinanda: Si quid addendum, minuendum videatur, corrigendum. Die 12. Novembris, M. D. XVII.

In Dei nomine Amen. Quia magnis rebus adminiſtrandis recta Conſilia antecedere oportet: & prius conſulto opus eſt, mox ubi conſolueris maturè facto: Iccirco Conſultationes habitas de maxima & maximè neceſſaria expeditione contra Turcas, quibusdam Capitulis ordine ſubjectis explicavimus: Ac primum

I. An hoc bellum ſit ſuſcipiendum.

II. Si ſuſcipiendum defenſivum ne an offenſivum.

III. Quæ belli ſuſceptionem impedire poſſe videantur: & quoquo modo ea dimovenda.

IV. An bellum ſuſceptum per omnes Chriſtianos Principes gerendum, an per aliquos tantum, & per quos aut quos.

V. Quanto apparatu bellum hoc inſtrui & geri conveniat. Et de rebus ad apparatum neceſſariis. Primo, de reconciliando Deo: ſecundo, de pecuniis: tertio, de Copiis militaribus.

Quoad pecunias, quoquo modo cogendæ: quæ ſatis eſſe poſſent, & per quos cuſtodiendæ ac diſpenſandæ.

Quoad Militares copias, ex quibus potiſſimum nationibus & quem ad numerum tam equeſtrem quam pedeſtrem aſſumendæ ſint. Et hæc ad belli apparatum pertinent.

VI. Ad Conſultationem verò & adminiſtrationem belli gerendi. Primo, qua via eundum ſit adverſus hoſtes, Terrane an mari, an utroque modo. Secundo, an diviſo in partes exercitu & terreſtri & maritimo, an viribus in unum coactis. Tertio, quo itinere & terra milites ducendi & mari trajiciendi. Quarto, ubi convenire in unum exercitus, & quæ primum aut potiſſimum loca hoſtium debeat invadere. Quinto, Quæ providenda, ut Commeatus neceſſarii noſtris exercitibus ſuppeditentur.

Erunt & alia duo extrinſecus ad hujusmodi belli rationem vel neceſſaria vel utilia.

Primum ea, quę hoc bello ſequitentur, Si Deus affuerit, quo modo inter Chriſtianos Principes & quorum Judicio dividenda, & antè ne bellum an poſt, ut cauſa litium removeatur.

Alterum, an aliquis Infidelium Principum ſibi metuens & ſuſpectum habens Turcæ potentiam, ſit ad bujusmodi belli partem capeſſendam ex ſuo latere per nos incitandus.

Præmiſimus capita rerum, quæ in Conſultatione veniunt per ordinem; nunc ſingulis eodem ordine explicandis noſtram ſententiam accommodabimus.

CAPIT. I.

An hoc bellum ſit ſuſcipiendum.

Hoc non videtur cadere in conſultationem. Non enim jam eſt in poteſtate noſtra, cum noſter æternus & idem potentiſſimus hoſtis, maximos apparatus fecerit, facierque ad nos, & ſtatu, & fortunis & vita ipſa exturbandos ac ſpoliandos, palamque jactet valde ferociter ſe orientem modo ſubegiſſe, nunc ſtatim ad occidentem arma convertere, nęc ſit niſi univerſa Chriſtianitate capta ullo modo quieturus, ut nos aut dare illi gratis noſtrum ſanguinem aut ferro cum eo decernere oporteat. Nullum igitur babet locum Conſultatio, ubi, intervenit neceſſitas.

CAPIT. II.

Suſcipiendum ne bellum offenſivum an defenſivum.

Ne hoc quidem valde dubitandum eſt, quin longè melior ſit conditio inferentis bellum quam propulſantis. Primum, quia aggredi ultro hoſtem majoris eſt & animi & auctoritatis, quam illius

impetum expectare. Cum eſſet adverſarii animus eo magis minuatur, quo magis illum audere viderit, contra quem decertaturus eſt. Deinde ſi quid debile aut infidum eſt in ſtatu inimici, id data occaſione detegatur: qualia multa profecto in ſtatu Turcarum, ſi eò noſtri exercitus pervenerint, deprehendentur, quæ & pro nobis valde & contra illos facient. Poſtremo civitates & populi externo bello perturbati de ſalute ſua cogitant, nec habent ſpatium ad ea comparanda, quibus hoſtis in ſuis regionibus vexetur. Atque hæc incommoda cum hoſtibus importantur inferendo ultrò bello, tum à noſtris removentur. Poſſunt & aliæ plures rationes adduci, quare inferri bellum utilius ſit, ſed eæ faciles cogitatu ſunt. Duo tamen in bello offenſivo diligenter animadvertenda ſunt: primum ut eis viribus contra hoſtem eatur, quibus ille opprimi debeat. Deinde ut periti locorum atque hoſtium ad omnia belli Conſilia adhibeantur. Sed hæc & alia multa prudentia ducum & vigilantia non fallent.

CAPIT. III.

Quæ impedire hoc bellum poſſent, & quomodo ea dimovenda.

ESſent enim impedimento maximè diſcordiæ & diſſenſiones, quod Deus avertat, Chriſtianorum Principum inter ſe, ſi quæ nunc ſunt, aut ſi quæ poſtea exorirentur. Ad quod malum exitiale tamquam ſemen Sathanæ penitus ejiciendum, Pax quidem optanda, Sed generales omnino induciæ ſaltem ad annum; ac deinde donec hoc ſanctiſſimum bellum manſerit, ac eo finito ad ſex menſes faciendæ ſunt. Quæ omnium Principum religioſiſſimo jurejurando ſanciantur: ac omnium eccleſiaſticarum cenſurarum Anathematiſque, privationis quoque regni, bonorum, Privilegiorum, jurium pœnis muniantur: Ut qui eas læſerit, hoſtis publicus Dei & fidei Chriſtianæ ſit, appelleturque, dictaſque pœnas cæteri ab eo Principes repetere debeant. Si quæ vero oriantur controverſiæ aut per Romanum Pontificem & ſacrum Cardinalium Collegium decidantur, aut poſt finem belli differantur.

Eſſet etiam fortaſſe ſanctius & utilius ut fieret una ſancta fraternitas Principum cum Romano pontifice juramento votoque vallata, ſub eiſdem cenſuris & pœnis contra eam violantes: jurarentque omnes & obligarent ſe ruptorem hujuſmodi fraternitatis ſe communiter armis perſecuturos, appellareturque iſta Fraternitas ſanctæ cruciatæ.

CAPIT. IV.

Ad bellum gerendum per omnes Principes ſit, an per aliquos tantum & quos.

SCribitur in Actibus Apoſtolorum, quod poſt adventum Spiritus ſancti in diſcipulos Chriſti erat *credentium cor unum & mens una.* Hoc ſi in Chriſtianis Principibus maximo Dei munere inſiet, jam pareret Dei voluntas, non ſolum de hac victoria, ſed de univerſo orbe terrarum ad ſuam ſanctam fidem convertendo, quod tamen per ejuſdem gratiam Dei futurum confidimus, Nunc vero non videtur numerus ducum pari poteſtate in uno exercitu neceſſarius, & tamen propter Caſus humanos duos præeſſe convenit, qui ſint potentia & auctoritate magni, & mutua Charitate Deo auſpice Conjuncti. Nec vero dubium eſt, quin maxime apti propter plurimas cauſas Sacra Cæſar. Majeſtas & Chriſtianiſſimus Francorum Rex, quas cauſas eo quod pareant non commemorabimus, Sed his duobus tantum terreſtrium exercitum ducentibus: & ſi ceteri Reges & Principes ad hunc laborem propter longinquitatem non vocamus, eorum tamen auxilia ut quiſque commodius poteſt, vel pecuniarum vel militum neceſſaria ducimus. Ad quæ conferenda omnes prompti eſſe debebunt, cum unuſquiſque eorum nobilis pars ſit Chriſtianæ reip. deoque acceptam referat regiam ſuam dignitatem, & in communi ſalute defendenda ſuamque quoque & propriam defendat.

Omnium igitur auxiliis, ſed horum duorum concordi Imperio & providentia bellum hoc recte adminiſtratum iri confidimus. Qui duo jam ſe obtulerunt, ſimulque multi alii Reges, Principes & Nobiles ſuas facultates huic ſanctiſſimæ expeditioni polliciti ſunt. Quorum virtutis & pietatis exemplum, Deo corda diſponente, reliqui ut ſperamus ſequentur.

CAPIT. V.

De apparatu belli & rebus ad apparatum neceſſariis. Ac primum de Dei auxilio.

APparatus vero hujus belli cum multa & magna poſtulet: in primis eſt Dei auxilium pro nobis comparandum. In manu enim ejus ſunt omniũ fines & omniũ jura regnorũ. Sine quo nihil validũ eſt, nihil forte, qui quanquam noſtris peccatis graviter offenſus credi poteſt, tam eſt idem, ſi ad ejus miſericordiam conpuncti corde confugimus, clemens ac placabilis, qui Ninivum, quam ſubvertere deſtinaverat, propter pœnitentiam illius populi ſalvam eſſe permiſit. Is ergo cum propter Principũ olim populorumque peccata Aſiam, Græciam, Thraciam, Africam, aliaſque provincias in prædam hoſti eidem conceſſerit, tota mente ab omnibus nobis deprecandus obſecrandus, humilimeque orandus eſt, ne nos in ſimilem det calamitatem. Modi autem quibus reconcilietur Dominus, ſunt preces diurnæ nocturnæque, jejunia, eleemoſynæ, ſacrificia, & in primis cor contritum, pœnitentia & hu-

& humiliatum. Hoc enim maxime vult Dominus, qui teſte Propheta, non eget aliis honoribus nec donis noſtris. Reformandi igitur mores, animi ad Deum convertendi, prædicatoresque paſſim in omnes populos, qui eos ad pœnitentiam hortentur, ſunt mittendi, Prælatique eccleſiaſtici ut exemplo religionis & bonis operibus ac verbis eosdem populos inducant, commonendi. Sic enim placatus Deus cum fuerit nobis propitius, de hoſte ſuo & noſtro nobis concedet victoriam.

De pecuniis.

QUoad pecunias verò, quæ nervi ſunt belli, quoquomodo cogendas, & per quos cuſtodiendas ac diſpenſandas attinet: Penſiranda in primis hujus belli magnitudo, & vires hoſtis æſtimandę, quæ ſunt profecto maximæ & propter latitudinem imperii, acceſſione quoque Ægypti ac Siriæ nuper ducti, & propter multitudinem militum, & propter copiam innumerabilium (ut fertur) pecuniarum. Et quia aſſiduis proſperitatibus ſublatus animo ac ſpiritu nihil jam niſi maximum & ſperat & cogitat. Ut ergo par contra illum vel eſſet ſuperior inſtituatur exercitus, ingenti opus eſt pecunia: quam nos ad ſummam hanc exiſtimavimus proponendam ſat fore, Si octuagies Centena millia aureûm inveniantur: Hæc autem pecunia non difficulter redigi poterit. Primum ut Reges ipſi ac Principes Chriſtiani ex ſuis vectigalibus bonam partem ad hoc ſanctiſſimum opus conferant, cum ipſorum inprimis res agatur: Cum ſi hoſtis victoriam, quod abſit, habuerit, plus amiſſuri ſint quam privati. Qui quidem hoſtis, ea fertur eſſe natura, ut plebem quidem negligat, Nobilibus vero ac Principibus odio adverſetur exitiali, eorumque capita in primis poſcat. Itaque quocunque victor ſe contulit, Principum ſtirpes penitus excidit. Nobiles ad nihilum redigit, inaudita crudelitate horum ſanguinem ſitiens, Quo magis Chriſtiani Principes de ſuis vectigalibus bona parte oblata vitæ & honori & ſtatibus ſuis conſulere debent; quam partem nos non ducimus eſſe taxandam, ſed eorum prudentiæ ac liberalitati hoc remittendum.

Reliqua ſunt duo genera Eccleſiaſticorum ac Laicorum. Eccleſiaſtici omnes decimas ſolvent in ſingulos annos, vel etiam ſi viſum fuerit vigeſimæ aut Trigeſima parte honorum ſtabilium, quibus majores redditus fuerint, vendita repræſentabunt ſemel pecuniam plurium decimarum.

At ſi aptius viſum fuerit, quodque forſitan eſt deliberatione dignum, ſi perpenſis & æſtimatis eccleſiaſticorum beneficiorum præſertim Monaſteriorum & Cathedralium ac Metropolitanarum eccleſiarum redditibus, tantum his relinquetur ex fructu annuo, qui eorum beneficiorum ſunt poſſeſſores, quod ad ſupplendas neceſſitates mediocres etiam commoditates habita ratione perſonarum dignitatumque ſat fuerit: Reliquum vero omne in hunc ſanctiſſimum uſum convertetur. In quo quaſi gradibus quibusdam judicio prudentium eſt facienda æſtimatio, ut qui minus habent in annuis redditibus, decimam ſolvant partem; qui plus quartam, tertiam, dimidiam; qui plurimum, duas tertias, vel tres quartas partes. Denique ut reſervata unicuique eccleſiaſtico portione ad commoditatem victus frugalis neceſſaria: quod ſupereſt, huc conferant. Quod tanto magis fieri ab illis debet, quod patrimonii Chriſti poſſeſſores debent omnia Deo, & certum exemplum ceteri imitaturi ſint, libentiusque ſua DEO oblaturi.

Laici vero ſi nobiles fuerint, & aut Dominia aut feuda habuerint, Decimam: Si privati, vigeſimam: Si vero artifices manibus victum quærentes eam partem ſuorum redituum ſolvent, quæ videbitur convenire. Publicandæ etiam indulgentiæ ſanctiſſimæ cruciatæ ferentibus opem defenſioni ſanctæ fidei. Ex quibus, ſi bellum fide bona geritur, magnę profecto pecunię comparabuntur. Non enim mortua eſt fides in cordibus fidelium, nec cæleſtis patria uſque quaque contemnitur, ſed multi ſunt & erunt, qui parvo precio vitam æternam libenter ement, ſi viderint ſerio & non ſimulanter pro Deo pugnari.

Has verò pecunias nos judicamus ita eſſe & exigendas & cuſtodiendas & diſpenſandas. Primum, ut uniuscujusque Civitatis cum ſua Diœceſi Ordinarius, ſacerdotem unum, & Capitulum Cathedralis eccleſiæ alterum deputent, qui ſint timentes Deum & moribus probati: Deinde Diœceſanus Civitatis unum idoneum eligat: deinde univerſitas Civium unum idoneum ſeu duos, aut ex numero civium, aut clericis ſecularibus, ſive regularibus, ut melius judicent, conſtituat.

Qui ſimul omnes & exigant pecunias ad ſupradictam rationem, & eas in capſa aut in loco apto, cujus ſeorſum ſinguli habeant claves diverſas, ut nullus eorum ſine ceteris omnibus attingere quicquam poſſit, congregatas & ſepoſitas teneant: Rationemque totius hujus pecuniæ diligenter in ſcriptis redigant. Quas pecunias nemo quavis dignitate præditus ſub excommunicationis latæ ſententiæ incurrendæ, nec non anathematis perpetuæque indignationis omnipotentis Dei pœnis, conſtituendis, à quibus niſi per Roman. Pontificem vel in mortis articulo & debita tunc ſatisfactione prævia non poſſit abſolvi, nefario ſacrilegio audeat attingere, aut aliam ullam in rem quam ad hujus belli uſum convertere: ut vel ſanctiſſimo huic & neceſſario bello deſerviant, vel ſi quo Caſu bellum omiſſum fuerit iis onde exactæ fuerint optima fide reſtituantur.

Quoniam autem neque ſimul omnis pecuniarum ſumma exigi, & continuè in exercitu militibus ſtipendia ſolui opus eſt, neceſſe eſt, in omni provincia conquiri mercatores & numularios boni nominis, qui hanc aſſumant curam pecunias transmittendi, ac ubi neceſſarium fuerit permutandi cum honeſto lucro laboris ſui. Quo quidem labore etiam cœlum lucrabuntur. Ac ſingulis mercatoribus ſuæ regiones dividendæ, ex quibus redactæ pecuniæ ad eos referantur. Hæc enim videtur eſſe optima & cuſtodiendi & diſpenſandi ratio. Sed neceſſarium videtur ad cogendum exercitum, habere ſaltem tertiam partem ſummæ totius, quam diximus, in pecunia numerata ſtatim à

prin-

principio. Poſtea reliquum cum commoditate temporis exigeretur, ac ſupradicto modo ad exercitum mitteretur.

De copiis Militaribus.

Robur omne exercituum poſitum eſt in peditatu, & equitibus Catafractis: quo genere utroque Chriſtiani excellunt. Pedites autem ſumendi ſunt ex eis nationibus, quæ maxime huic militiæ pedeſtri & ordinibus ſervandis ſtudent, ut Helvetiis, Germanis, quos lantzknechtos vocant, Hiſpanis, Boëmis. Ac ex toto hoc numero Sclopari multi ſunt neceſſarii, propterea quod ea quoque parte militum, qui Sclopis utantur adverſarius abundat. Videntur ergo peditum fortium virorum in exercitu neceſſaria ad minus ſexaginta millia: Catafracti vero equites Gallici optimi & Italici qui videntur ad numerum quatuor millium accedere debere. Duodecim autem millia levis armaturæ equitum, quo uno fere militiæ genere prævalet hoſtis nobis duntaxat qui alia potiora ducimus neceſſaria ſunt ex nationibus hujus ſtudii gnaris, Hiſpanis, Italis, Dalmatis & Græcis. Hic terreſtris exercitus bonis gubernatus conſiliis, commeatum non egens, ſuorum tormentorum oportunis præſidiis iuſtructus cum domini benedictione futurus eſt invictus. In maritimo autem Claſſis apparatu Veneti & Genuenſes ex Italia, Galli ex provincia Britannia, & aliis locis: Hiſpani à ſe ipſis & ex utraque Sicilia. Angliæ quoque & Portugalliæ Reges optimam & hominum & navium militiam ac copiam ſuppeditabunt, ut mox dicemus.

CAPIT. VI.

Quo modo Conſultandum & adminiſtrandum bellum.

Ad Conſultationem vero, & adminiſtrationem belli gerendi quod ſexto loco propoſueramus, Primo an ſit hoſtis terra an mari aggrediendus deliberandum eſt. Et videtur omnino maritima quoque claſſis, & ea potens cum ducibus ſuis ad bellum neceſſaria, tum hoſtis Trecentas jam triremes paratas habeat, aliaque quotidie navigia paret ad trajiciendos, ut nos arbitramur, equos, Ergo econtrario nobis claſſis inſtituenda. Primum eum dimidium belli mari geritur, dura in conditione eſſemus ſine Claſſe. Jam enim dimidio belli inferiores eſſemus. Foret enim hoſtis dominus maris, deinde ſine claſſe, nec comeatus vehi ad exercitum, nec littora & urbes noſtræ defendi ab hoſte poſſent. Tertio, magnam auctoritatis partem amitteremus, ſi ſine claſſe bellum gereremus, magiſque animum hoſtis & ſpem accenderemus. Poſtremo nec toto bello pares eſſemus, & fruſtra apparatus terreſtres faceremus, ſi maritimos dimitteremus. Quare eſt omnino claſſis neceſſaria; ſed ea ita potens eſt comparanda, ut hoſtilem claſſem non pertimeſcat. Ac triremium quidem numero pares eſſe non poſſumus: ſed facilis eſt aut certè non difficillima potentioris claſſis comparatio, hoc modo. Triremos videntur habituri centum, hac computatione. Rex Chriſtianiſſimus in portu Maſiliæ complures habet, has ut viginti ſint poterit efficere: totidem Rex Catholicus, ſi ad eas duodecim, quæ continuæ in Sicilia ſunt, alias octo addiderit, quod non erit magni operis: Ad quadraginta Veneti. Rom. Pontifex cum ſacro collegio ut decem conferant conabuntur: à Genuenſibus vero tum triremes viginti, tum naves magnas, quas Carachas ſeu Galcones vocamus, exquiremus. Sed & magnarum hujusmodi navium copiam Reges Franciæ & Angliæ poterunt ſuppeditare. Habent enim non mediocrem earum numerum paulo ante ædificatarum. Reges quoque Hiſpaniæ & Portugalliæ grandem earum copiam afferent. Hanc autem Claſſem præbebunt quæque nationes partim ſumptu ſuo, partim Communi omnium collatione & proventibus ſanctæ expeditionis adjutæ. Hæ naves cum illis triremibus inſtructæ militibus Hiſpanis, & præcipue Biſtaínis, Portugallenſibus, Gallicanis ex provincia Britannia, Normandia aliundeque, & item Anglicanis ac Italis; tormentisque idoneis armatæ ſtabilitate ſua pro numero erunt triremibus, Claſſemque hoſtium abſque controverſia, aut repellent aut obruent.

Duces autem maritimi belli ab unaquaque natione ſuis quidem claſſibus præficiendi ſunt, ſed ad quos totius belli ſummam referret, qui ampliſſimam poteſtatem haberent, optandi eſſent Angliæ & Portugalliæ Reges, qui ambo ſeſe ſumma pietate obtulerunt. Verum ſi Rex Angliæ ob longinquitatem commodò ire non poſſet, Duce & Imperatore Portugalliæ Rege contenta eſſet maritima expeditio. Secundo, an diviſis an conjunctis viribus & exercitu aggrediendus hoſtis ſit, non eſt dubium, quin noſtris unitas & conjunctio virium, præſertim terreſtri bello, ſit aptior. Nam & in minori numero diviſo minuit vires animoſque: quod hoſti, qui copiis innumerabilibus abundat, nequaquam contingeret, & in unum locum coactis copiis hoſtium erit inutilis minima multitudo. Noſter exercitus, nec præ turba confuſus, & viribus, nullum pugnandi diſcrimen pertimeſcet. Deinde non carpere diverſa loca, ſed ad hoſtem protinus, vel ad Regiam hoſtilem accedere, erit & virtutis & dignitatis, & maximæ in univerſo bello utilitatis. Tertio, Quo ad iter exercituum & qua regione commode poſſint incedere: triplex via proponitur, aut per Germaniam, & Ungariam. Commoda hæc quidem, ubi ad Ungariam perventum erit, nam per Danubium flumen vehi exercitus & paucorum dierum itinera ad Conſtantinopolim exponi poſſet. ſed hæc longior & quibusdam Principum forſan parum grata. Altera per Dalmatiam & Illyricum non longe fere à mari; ſed hæc difficilibus locis ſæpe impedita eſt, & equitatui maxime incommoda

commoda

commoda. Tertia, quæ has difficultates evitat omnes, ut per Italiam ad urbem Anconam ac Brunduſium Cæſar. Majeſtas & Chriſtianiſſimus Rex proveniant cum ſuis copiis. Hinc enim ſatis commodus eſt tranſitus in Epirum & Græciam. Et per amicas ambo regiones ſunt profecturi. Ab Ancona vero trajectus claſſe faciendus eſt, præmiſſaque parte copiarum, Imperatorea poſtea ſubſequi poterunt. Quarto, Ubi convenire exercitus in unum, & quæ primum loca hoſtium debeat invadere. Terreſtres quidem copiæ Anconæ & Brunduſii, (ut diximus) Navales vero in Sicilia convenire debebunt, atque inde majore agmine, ad prædictos portus Anconæ & Brunduſii contendere, ut inde quoque noſtras copias traducere ad hoſtium littus poſſint. In terra autem hoſtili videtur portus Durachii oportuniſſimus, quamvis ſit hoſtium. Sed non erit captu difficilis, Claſſe ex exercitu noſtris eò convenientibus, quanquam tutum illud litus hoſpitali & portuoſum eſt, ut futura ſit facilis adbibitis locorum peritis in terram, & ſi opus fuerit ad portum Venetorum Cathari deſenſio.

Primus autem conatus noſtri exercitus, vel ad ipſum ducem hoſtium vel ad Conſtantinopolim aggrediendam faciendus eſt. Caput enim petendum, quo oppreſſo facilius eſt reliquorum omnium acquiſitio. Sed hoc ſi noſtrarum & hoſtis virium periti nos prævalere ſenſerimus. Nam aliter non eſſet tranſmiſſio facienda, ſed noſtra potius præſidiis tuenda, ſed hæc conſilio & prudentia Imperatorum diligentisſime perpendenda ſunt. Quintò, De commeatibus non erit difficile providere, Claſſe noſtra mari dominante, ut jam dictum eſt. Nam & Mercatores tutò comeabunt ex Martia Apulia, Calabria, Neapolis, Sicilia maximos comeatus poterunt ſuppeditare: Venient etiam ex Lombardia, & tota fere Italia ac etiam Gallia copiæ ingentes per commoditates fluminum maximeque padi ad mare devectæ, atque inde facile ad exercitum comportare quod usque ad litus parvi negocii erit: à litore verò ad exercitum quo modo tutò fieri poſſit, eo ut eorum qui in re præſenti fuerint deliberatio. Sed illud et: curandum, ut mercatores idoneò conducantur, qui hanc provinciam deferendorum comeatuum pro honeſto lucro capiant, atque eis poteſtas & nomen Commiſſariorum à loco tum Dominis detur, quo majore auctoritate negociati & ibidem curare neceſſaria poſſint.

Capitula extrinſeca.

De duobus vero, quæ extrinſecus conſideranda duximus, tentare aliquem Infidelem Principem, utpote Sophin, ad bellum hoc contra Turcas, quibus inimiciſſimus eſſe debet. communicandum forte non eſſet inutile, ſed non in hoc magna ſpes à nobis, verum in Deo & viribus conſiliisque noſtris eſt collocanda.

De diviſione vero eorum, quæ bello acquirerentur. ſic juſta facienda, ut nemo conqueri, nec diſſenſionem quærere jure poſſit videtur eſſe commodiſſimum, jam nunc Judices & arbitros hujus diviſionis eligere, puta Rom. Pontificem & ſacrum collegium, aut alios communiter à Principib. conſtituendos, qui confecto bello judicare deberent ſecundum rationem proportionis ſumptus & labor is in hoc bellum impenſi. vel alia præſcripta, & ab omnibus accepta ratione: quorum judicio omnes ſtare deberent ſub pœnis ſupra in induciis appoſitis. Vel ſi illa ſancta Confraternitas fieret, quæ recuperarentur communiter, ab ea tenerentur pro indiviſo quosque per eundem deputati judices determinarent. Dividere autem res antequam partæ ſint incongruum, & poſtea finito bello ad diſſenſiones venire periculoſum.

Hoc autem modo unusquisque jam ſciret fere quid ad ſe venturum eſſet, & nunc operam tempusque in hac diviſione alienarum adhuc rerum non conterreret.

Hactenus noſtræ ſunt in ſingulis capitulis ſupra propoſitis dictæ ſententiæ. Nunc quædam præterea addemus. ſi enim fieri poſſet, ut Hungariæ & Poloniæ Reges, Paratis exercitibus Turcam ex ea parte invaderent, non eſt dubium, quin multum proficeretur ad bellum conficiendum. Magnus enim inde terror injiceretur hoſti, ejusque vires diſtraherentur. Itaque ſunt illi quidem cohortandi & incitandi, auxiliaque illis danda, ſed ita ut de eo exercitu & de ea apparatione, quam diximus, nihil omnino imminuatur. In hac enim nervus & vis & ſpes belli ac victoriæ ſita eſt. Verum ſi ſine hujus apparatus detrimento pecuniæ ex Cruciatis ac decimis ab illis externis nationibus, Norvegiæ, Daciæ, Saxoniæ illis attribui poſſent, quibus exercitum alerent, eſſet id rebus noſtris magno adjumento.

Item ſi præter eum exercitum, quem ſupra unitate convinctum eſſe voluimus, tanta præterea militum copia eſſet, ut pluribus locis, impetus in hoſtium fines fieri, præſidia crebris in locis diſponi poſſent, quis non videt & hoc utiliſſimum noſtris rebus futurum? ſed ea tantum, quæ neceſſaria ad bellum & ad victoriam eſſent, fieri oportere, diximus. Hæc reliqua adjuncta optandaque tamen in Domino confidimus abundantius & affutura. Quis enim erit nobili animo aut ingenio vir, qui non accenſus cupiditate veræ gloriæ ad hoc bellum ſtudeat properare? Quis cupidus rerum viſendarum, qui hac occaſione oblata ſuis armis arreptis non iter aggrediatur? Quis ſtudio acquirendi præditus, qui non ad tantam prædam convolet? quia virtuti denique & fortitudini ſuæ fidem, qui non eam in hoc pulcherrimo & ſanctiſſimo opere & Deo & hominibus velit comprobare? Nam illa, quæ ſunt maxima, honor & amor Dei, ſalus veræ fidei, Cæleſtis patriæ potiundæ cupiditas, omnes pariter commovere debebunt. Principes ut ſuas opes & auctoritatem, fortes viros, ut ſuam virtutem, reliquos ut partem ſuarum facultatum in communem conſenſum, & præclaram hanc ſocietatem Dei & hominum conferant, ad acquirendum ſibi præmium ſempiternum. Nam quanquam hoſtis & potens vehementer & ferox ſit, tamen hominum &

mill-

militum robore ac diſciplina longe nobis inferior eſt, quæ in bellis valet maximè, Ut (deus modo preces noſtras benignis auribus admittat) ſit nobis victoria pro cetro expectanda. Non ergo deerunt nec opum nec virorum magna ſubſidia. Clatiſſimotum Regum ſnotnm & Principom virturem atque exemplum imitabuntur. Qui quidem principes non longo labore nec mavimo ſumptu, & ſuam augebunt hac victoria dignitarem, & fidem Dei ſui illuſtrabunt, & patrimonium Chriſti amplificabunt, digni qui ab ipſo Deo in tam excelſum honotem Regalis ſolii ſublati fuerint; cum tam grati Deo ſint futuri; qui hoc opere, hoc ſanctiſſimo bello conſequentur, ut præter amplificationem opom ſuarum ſempiternam laudem ſuæ virtotis inter homines ferant, eorum autem nomina in cœlis ſcribantur.

De itineribus expeditionis.

Imperatot per viam Hungatiæ cum Rege Poloniæ & Electoribus cum gentibus Germania Lantzknechtis, Bohemis, Hungaris. Polonis, Dacis, militibus ordinis Teutonicorum LXX. M. armatorum ſcilicet equitum XX. m. & peditum L. m. in ordinantia & bona copia tormentorum.

Rex Franciæ pet viam Fori Iolii, cum Gallis, Scotis, Svizeris, Lotoringis, Sabaudienſibus, Venetis, Florentinis, Senenſibus, Lucenſibus cum iiii. m, Cathafractis, viii. m. levis armaturæ, L. m. peditibus & bona copia tormentorum.

Rex Portugalliæ cum claſſe maritima ccc, navium magnarum & parvarum, ad minus. Lx. Triremiom. Quæ claſſis remanens armata exponet ubi veller XL. m. homines in terra, cum gentibus Hiſpanis, Anglicis, Portugallenſibus, Ianuenſibus, Neapolitanis, Siculis, Flandrenſibus maritimis. Ita quod eſſent alii LX. m. armatorum equeſtriom & pedeſtrium, & bona copia tormentorom, & equorum ad illa deferenda per terram. Et Sanctiſſim. D. N. Claſſis poſſet eſſe, cum iſta vel ſicut videbitur, & hæc deduceret comeatus pro alio exercitu occidentali purè terreſtri per Forum Julium venienti. Et poterit ire hæc Claſſis Apoloniam & Dirachium, & ibi expectare alium exercitum com Rege Franciæ venientem. Et, ſi videbitur, inde divertere ad Peliponeſſum, vel recta via Conſtantinopolim, vel jungere ſe ad ſinum Theſſalonienſem com prædicto exercito, ſi erit neceſſe, vel ire ad Hieruſalem & Ægyptom, & alius exercitus per Ungariam, non erit tunc à Salonicenſi ſinu multum diſtans.

Pro iſtis omnibus in duobus annis ſufficerent duodecim Miliones Ducatorum. Quod ſi Principes, non recognoſcentes ſuperiorem, volont dare quartam partem reddituum ſuorum, Similiter Spirituales Principes unam quartam partem reddituum ſuorum. Et alii Principes, Communitates & Domini ſeculares recognoſcentes ſuperiorem unam dimidiam decimam reddituum, & populus impoſitionem unius quatreni, in minutis venditionibus per libram, & cum Cruciata pleniſſima bene prædicata & ſoluta per totum orbem, creditur cum iſtis quinque rebus bene exactis, & diſpenſatis introitos erunt in duobus annis multo majores quam impenſæ, vel exitus xii. millionum.

CONSULTATIO GERMANICA,

ID EST

Propoſita & tractata ab Electoribus, Principibus & Statibus ſacri Romani Imperii in Conventu Auguſtano, Anno Domini M. D. XVIII.

AUſpicio ſancti paracliti ſpiritus in Dei nomine. Amen. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter Leo X. Romanus Pontifex unà cum ſacro Reverendiſſimorum Cardinalium collegio ac Chriſtianorum Regum & Principum Oratoribus, qui pro conſultandis univerſæ Chriſtianæ reipublicæ urgentibus negociis ac incumbenti hujus temporis neceſſitate in Romanam urbem convenerunt, non abſque immenſo cordis ſui dolore pro paſtoralis ſui officii in Dominicum gregem ſibi credita cura animo revoluerit, exacteque ac diligenter perpenderit, quanto jam tempore ſacroſanctæ fidei noſtræ perpetui hoſtes, immaniſſima ac ſpurciſſima Thurcarum gens impune in Chriſtianos debachata, non modo finitimas regiones Ærboliam, Polopunenſem, Achajam, Archadiam, univerſam Græciam, Theſſaliam, Magneſſiam, Macedoniam, Epyreum, Æubœam, Meſſiam, Traciam, ipſamque orientalis quondam imperii ſedem Conſtantinopolim, multis prius excurſionibus, ſtragibus cædibusque vaſtatas, ditioni tandem ſuæ ſubjecerit; Sed in ipſius Italiæ viſcera, & aliquando non procul à Romanæ urbis mœnibus, ubi Chriſtiani nominis caput & Apoſtolorum ſedem locatam ſcimus, furoris ſui rabie penetraverit, Spoliiſque noſtris ovans, prædaque onuſta, multiplici in patrium ſolum multa conceſſerit, animadverteritque Chriſtianorum mentes, aut ita

delictis

delictis noſtris expoſcentibus aut fortaſſe propriis tantum commodis inhiantes communiſque ſalutis immemores, lamentantium gemitus & oppreſſorum lachrimas ſurdis auribus & conniventibus oculis prætereuntes, nulla hactenus tam crudelium hoſtium conatibus vulneribuſque Chriſtianæ reipublicæ illatis remedia adhibuiſſe. Quod ſi fortaſſe ea tolerari potuerunt, dum hoſtis publicus nondum in eos acceſſus creuerat, in quibus nunc palam ab omnibus inſpicitur: quodque ſi fortaſſe ceteri Turcarum tyranni eo facilius à Chriſtianis Principibus terrebantur, qui dum quædam etiam non modica regna & Imperia ſuæ ditioni ſubdidiſſent, nondum tamen cogitatus conatuſque ſuos omnes eò direxerant, ut ſibi univerſum orbem ſubderent: At profecto cum in præſentiarum ſibi ante oculos proponendum arbitratus ſit, qualis quantuſque ſit præſens hic communis omnium hoſtis, qui non innumeris ſuis ditionibus, non regnis & Imperiis, quæ antehac progenitores ſui à Chriſtianis Principibus rapuerunt, non tota fere Aſia, & magna parte Europæ contentus, fuſo prius attritoque variis cladibus Perſarum Rege, duobuſque Ægyptiorum Sultanis crudeliter trucidatis, Aſſyriæque, Arabiæ, Ægypti, & multis Aphricæ regionibus, præſertim (ut fertur) Bugiæ, Tuneſi, Tremezenique regnis potitus, natura ferox, regnandi dominandique cupidus Chriſtianum cruorem inexpleto furore ſitiens, omniſque Nobilitatis & Principum hoſtis acerrimus, cum jam fere Orientem & Meridionalem plagam ſibi ſubjeciſſe glorietur, in Occidentem, hoc eſt, in Chriſtianorum viſcera, cum nullus alius poſſe ſibi obeſſe exiſtimet, arma convertit, totumque ſibi orbem ſubdere, & inprimis Chriſtianam Eccleſiam Crucifixi Jeſu Chriſti ſanguine fundatam, & catholicam ac ſanctam fidem noſtram ſpurciſſimæ Maumethanorum ſectæ ſubjicere, Chriſtianoſque populos religionem ſuam non modo deſerere, ſed per varias pœnas atrociſſimoſque cruciatus pernegare cogendos propoſuit. Qui & eo magis elatus, ac ſuperbus ſuperiori victoria incedit, quod & in eo bello terram ipſam, quæ Jeſu Chriſti cunabulis gaudet, & calvariæ locum, ubi crucis ejus adhuc veſtigia inhærent, ſanctique ejus corporis venerandum ſepulchrum, intemeratæque virginis Mariæ ac ſanctorum Apoſtolorum nativum ſolum, ſuæ ditioni acquiſiverit. Quæ loca nunc contaminatis & ſpurciſſimis pedibus calcantur, fœdatiſque Chriſtiano ſanguine manibus (Proh dolor) in nominis noſtri perpetuum dedecus tractari à nobis inſpiciuntur. Quorum etiam viſitatione, qua ſola antehac conſolari poterat, Chriſtianum genus privatum eſt. His autem ſingulis diligenter conſideratis, quandoquidem Chriſtianorum cervicibus non modo magna pericula immineant, cum jam ducentarum triremium, velorum parvorum ac magnorum, paratam claſſem hoſtis habeat, ac indies plures ad hoc fabricet, ſed de fortunis, de vita, de ſalute cum hoſte decernere inevitabilis neceſſitas eos coget, non eſſe diutius quieſcendum, neque locum ullum diuturnioribus diſceptationibus relictum Sanctitas ejus exiſtimavit, ſumendamque in hoſtem communem, generalē à Chriſtianis omnibus expeditionem neceſſarium fore duxit, participato omnium prædictorum conſilio. Cum inprimis Deum optimum Maximum inceſſantibus precibus, orationibus, jejuniis, ſacrificiis, pœnitentia, contritiſque & humilitatis cordibus conſtituerit, ut non attentis peccatis noſtris, ſed memor ſuæ ſolitæ miſericordiæ mitius ac clementius nobiſcum agat, ſuoque auſpicio ad ſanctum hoc opus, & bellum ſuſcipiendum mentes noſtras dirigat. Deinde ut ſingula bella, hoſtilitates, diſſenſiones, quæ inter Chriſtianos Principes & Potentatus vigent, de medio omnino tollantur, quibus pacatis ſi non firma pace, ſaltem per inducias, ut eo liberius ad generalem expeditionem in hoſtes ipſos ſumendam quilibet ſe accingere & parare poſſit. Ceteraque omnia, quæ ad tantæ rei molem attinent, præhabita tam de modo belli ſumendi, quam de Copiis, de pecuniis, de commeatibus articulatim abunde ac prudentiſſime complexa fuerit, eamque Conſultationem, & communem omnium congregatorum ſententiam in ſcriptis redactam, ad Invictiſſimum Cæſarem Maximilianum Romanorum Imperatorem, tanquam ad caput ſecularium Principum, & Advocatum ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, Chriſtianæque fidei protectorem, & rei Militaris inter omnes Principes expertiſſimum, examinandam perpendendamque miſerit, ut ſi quid pro bellicarum rerum experientia minuendum addendumque exiſtimaverit, judicio atque conſilio oſtendat, licet Sereniſſimus Cæſar & præterita omnia jam plurimis documentis ſatis ſuperque noverit, de præſentibuſque etjam multorum literis, nunciis & teſtimoniis certior fuerit redditus, Cordeque intimo & ſæpius indoluerit, & apud ipſum S. D. N. Alioſque Reges & Chriſtianos Principes his malis, remedia & quæſiverit & oſtenderit, ſæpiuſque cum natione Germanica & Conſiliariis ſuis ſuper iiſdem rebus conſultaverit, ac ab ineunte ætate, nil aliud ferventius unquam optaverit quàm aliquando in cjuſmodi expeditionem proficiſci poſſe, Nihilominus gratiſſimus eidem fuit nuncius, qui hujuſmodi ad ſe Conſultationem & tantorum virorum ſententiam attulit. Quam quidem & ſi in omnibus articulis prudentiſſime ſummo ingenio, ſumma ſolertia elimatam recognoverit, voluit tamen ſingula à Conſiliariis ſuis, qui pro tempore apud ſe præſentes erant, perlegi, conſiderari, ponderarique, & ſi quid ad ea addendum arbitrarentur, id in ſcriptis etiam committerent.

2. Cum autem ipſi Conſiliarii ſingulis diligenter inſpectis conſideratiſque nihil addendum minuendumque arbitrati ſint, quod ad hujuſmodi expeditionem ſumendam proſequendamque attineat: Si præſertim Chriſtianorum res ita diſpoſitæ eſſent, ut quam primum id bellum ſumi, & generalis illa expeditio executioni demandari poſſet. Sed cum negotium id maximi ponderis, & diuturnioris laboris ſit, quam ad futuram æſtatem parari & expediri poſſit, Præſertimque cum Germanica natio quæ multis ac magnis regionibus latè patet, quæ plurimorum Principum ac Communitatum ductu variis moribus & legibus gubernatur, non tam repente induci & in tanti momenti expeditione armari facile poſſit: Thurcus autem qui maximam

Claſſem, & immenſos jam apparatus belli cogit, Proculdubio non ſit quieturus, quin aliquam Chriſtiani orbis regionem invadat, ne omninò proximus hic annus immunis tranſeat quin ſaltem ad divertendas vires tanti hoſtis quidpiam prodeſſe poſſit, & ne is ſibi nuper acquiſita regna firmo, ac ſtabili ductu regere & in fidem ac benevolentiam ſuam confirmare, ac reliquos Africæ Reges & Potentatus, quos nondum ſubegit, bello interea aggredi poſſit, ex quibus omnibus magni ſibi & opum & pecuniarum & gentium incrementa contra Chriſtianos accedere poſſe non dubium eſt, Cæſarei Conſiliarii nonnullas ſuas conſultationes, quid ad futurum annum contra hoſtes ipſos ſuſcipiant tentari poſſe exiſtiment, quibuſque modis, duobus proximis deinde annis, Cætera generalis expeditio ſubſequi valeat, & quibus Ducibus, qua pecunia, quibus copiis res agenda videatur, reverenter in his ſcriptis propoſuerunt. Volentes tamen ea ſingula & Sanctiſſimi D. N. aliorumque in urbe Congregatorum Oratorum & Chriſtianorum etiam Regum ac Principum judicio ſubjici, neque propterea ab jam dicta Conſultatione, quæ ad Cæſaream Majeſtatem miſſa eſt, in ceteris diſcrepare, ſed his omnibus tamquam prudenter perpenſis & ad amuſſim conſideratis acquieſcere. Arbitranturque, niſi quippiam in futura æſtate Chriſtianorum virium in hoſtem paretur, eum & omnem occaſionem in ſequentes annos Chriſtianis arrepturum, & auxilia omnia, quæ ab exteris nationibus ſperari poſſent, niſi nos ad ipſum agamus, omnino præoccupaturum prærepturumque. Nequaquam igitur in futurum proxime annum ceſſandum, ſed Afrorum Reges confirmandi animandique & juvandi. Scytharum & Tartarorum aliqui præmiis & ſtipendiis alliciendi & in expeditionem noſtram invitandi, antequam à Thurcis præveniantur. Qui cum in proximis bellis cum Sultano & Sophi florem militum ſuorum perdiderint, Proculdubio à finitimis gentibus auxilia quæſituri ſunt. Si verò à nobis Aphri & Scythæ ſeu Tartari in proximum annum conduci, & attrahi poterunt, cò minora auxilia hoſtibus reliqua erunt.

3. Quibus vero modis pecuniæ cogendæ ſint, præſertim quod Germaniæ populis tollerandum exiſtimarunt, ipſi Conſiliarii Cæſarei in ſequentibus adnotarunt, non intendentes tamen ſi qui Principes in regnis ac ditionibus ſuis meliorem viam invenerint pecuniæ acquirendæ, his hanc legem fixam appoſuiſſe, ſed ſemper melioribus inventis eorum acquieſcere velle. Quo autem ordine in proximum annum bellum ſuſcipiendum, & quibus ducibus proſequendum, nulla in parte propoſiti Triennii Chriſtianis quieſcendum ſit, etiam in ſubſequentibus paginis legi poterit.

4. Primumque de pecuniis totius expeditionis dicet. Deinde de ſedandis Chriſtianorum diſcordiis, & quorum auctoritate & viribus ubique gentium Chriſtiani orbis id fieri debeat: Quique dum hoc futuro anno quippiam in hoſtes incipitur, diſſenſiones compoſituri, domi manere debeant. Tertio quid in futurum annum incipiendum. Quidque, poſtea in reliquos duos annos proſequendum ſit, ſingula hîc ex ordine ponentur.

5. Et primo ad copias, & ad tantæ expeditionis molem alendam, congruiſque ſtipendiis ſuſtinendam, toto ejuſmodi Triennio attinet, arbitrantur Cæſarei Conſiliarii, commodum atque neceſſarium fore, ſi ex univerſo Chriſtiano orbe recenſitis ubique regionum populis Quinquageſimus quiſque tam Spiritualis quam ſecularis per focos ſive familias miles unus in hanc militiam eligatur; Cui quidem reliqui Quadraginta novem ſtipendium annuum ſubminiſtrent. Quod tamen ſtipendium unius equitis computari debeant. Stipendium autem ipſum à prædicto Summo Pontifice & ceteris (ut ſupra) congregatis adſcribi atque nominari debeat in hunc modum; videlicet, ut equitibus bene inſtructis & armis ſufficientibus armatis ſex ducati aurei; Levioris autem armaturæ pro eorum æſtimatione & arbitrio quinque aut quatuor; peditibus vero tres, in ſingulos menſes perſolvantur. Cujus quidem oneris ſeu impetratæ pecuniæ ratio ad id ſe extendit, ut per focos ſingulos ſive familias florenus unus Rhenenſis vel circa impendi debeat.

6. Item quod præter ordinariam hanc pecuniam, quæ per focos exigenda fuerit, univerſus ſtatus Spiritualis totius Chriſtianæ reipublicæ, exceptis Mendicantium Ordinibus, qui nullos habent redditus aut proventus, ſupradicto Triennio ex omnibus ſuis proventibus & redditibus rectam decimam in hanc expeditionem perſolvat,

7. Item Omnis & univerſus ſecularis ſtatus, & præſertim qui domos regunt ſive familiæ præſunt, Vigeſimam ſuorum redditũum partem exhibeant.

8 Item quod omnes Spirituales ac ſeculares, ac viduæ mulieres, qui neque redditus habent neque proventus, ſed quacunque numeratæ pecuniæ ſive mobilium bonorum conditione cenſeantur, iidem medio Juramenti, ſecreto tamen, facultates ſuas pandent. Quibus ad æſtimationem annuorum redditũum computatis, etiam vigeſimam æque ut priores erogare compellantur.

9. Item Omnes mercenarii, & qui qualitercunque aut quacunque mercede & ſalario dominis famulantur, viritim ſingulo hujuſmodi expeditionis anno medium florenum Rhenenſem. Adeo tamen ut plus lucri eos, qui minus habent æque compenſatis ſtipendiis ſuſtineant, exhibere teneantur. Si quis vero inter ejuſmodi famulitio dominorum addictos inveniantur, qui vel redditus habeant vel pecuniam & mobilia, ii ſicut de ceteris proximo articulo prædictum eſt eadem conditione cenſeantur.

10. Item quod præter hæc omnia Sanctiſſimus D. N. Sanctam Cruciatam in totum Chriſtianum

orbem

orbem emittat. Ex cujus cruciatæ devotione inductus, ſi qui rex, Princeps ſeu privatus quicunque ſuis impenſis abſque aliquo ſtipendio in hanc ſanctam expeditionem proficiſci voluerit, is ab omnibus ſupradictis oneribus liber & immunis intelligatur.

11. Qui vero aliis cauſis præpediti expeditionem ipſam perſonaliter ingredi nequiverint; ſolutis primum his taxis & oneribus ut ſupra generaliter impoſitis, poterunt etiam Cruciatæ Theſauros non minus adipiſci, ſi pro conditione facultatum ſuarum Zelo ſuæ devotionis, in ſubſidium ipſius ſanctæ expeditionis quicquam erogaverint.

12. Numerus autem hominum per totam Chriſtianam rempublicam facile haberi poterit; ſi à ſpiritualibus ac ſecularibus Principibus, à Præfectis & Magiſtratibus ſuis per Præfecturas, Archipresbyteratus & parochias diligenter virium omnes per capita recenſeri curabunt.

13. In ipſis vero ordinariis exactionibus ex quinquageſimo quocunque per fucos ſive familias, ut prædictum eſt: Item ex Vigeſimis Decimis ſeu alio quocunque cenſu & ordine accipiendis. Nec non & ſuper pecuniis, quæ ex indultis & gratiis ſanctæ Cruciatæ congregabuntur, debebunt à Summo Pontifice, Sacratiſſimo Imperatore, Regibus, Principibus & Communitatibus totius Chriſtianæ Reipublicæ, ſolertes, integri ac prudentes Commiſſarii conſtitui, & ſpirituales & ſeculares, qui ſuſceptam & exactam pecuniam fideliter adminiſtrent, & de ſuſceptis & adminiſtratis integram rationem reddant.

14. Machinæ vero & Tormenta Bellica, quæ tamen expeditioni neceſſaria erunt, Regibus, Principibus & Communitatibus pro cujuſque conditione & qualitate muranda & commodanda imponentur. Quæ vero pro exercendis ac vehendis his ad ea pertinent, ut ſunt Pulveres, Balotæ, & ſimilia, vectivarumque omnes impenſæ communi totius Chriſtianæ exactionis onere perſolvantur.

15. Et fortaſſe commodius atque utilius huic expeditioni evenire poſſet, ſi in ea militaturi partim integro ſtipendio, partim ſub neceſſariis alimoniis conducarentur, ea præſertim ratione, quod haberi non poterunt tot mercatores, qui tantis commeatibus ſubminiſtrandis ſufficiant. Sed qui Annonæ & Commeatibus exercituum præfecti fuerint, debebunt per totum Chriſtianum orbem & longinquis regionibus etiam ultramarinis neceſſarias alimonias paſſim inceſſanterque emere, perſolvere ac ſubordinare. Itaque conveniens ac neceſſarium ſummopere videtur ut hujusmodi annonæ & Commeatuum Præfecti in hanc profectionem tam circa Mare quàm ultra conſtituantur, qui annonam & neceſſaria alimenta comparent, & exercitibus pro eorum neceſſitate vendant & diſtribuant, invicemque ſibi pro qualitate locorum correſpondeant, ac de omnibus adminiſtratis, electis ad hoc à Chriſtiana univerſitate integram & fidelem rationem reddant.

16. Et quoniam ut omnibus notum eſt, pleræque inter Chriſtianos diſcordiæ ſunt & diſſenſiones, præſertimque inter multos magnos Principes & Potantatus, qui ad hunc diem inter ſe diſſident, multiſque emergentibus cauſis etiam paulo poſt diſſidere poſſint, ne privatorum controverſiæ & hoſtilitates huic communi Chriſtiani nominis bono & tam ſanctæ ac neceſſariæ expeditioni obeſſe uſque quaque poſſit: ut omnibus libere ac ſecure ſeſe huic propoſito accingere tutò liceat, neque hujuſmodi bellorum aut diſcordiarum perturbationibus impediri, retardari, aut prorſus averti valeant: Neceſſarium magnopere ducendum eſt, ut omnium ejusmodi bella, diſcordiæ & diſſenſiones abſque alicujus contradictione inter quoſcunque aut nunc vigeant, aut paulo poſt exoriri poſſint, ſuſpendantur, prorogentur, & differantur. Et quoniam longi nimium & laborioſi operis eſſet pacem inter omnes & amicitias quærere, Fiant ſaltem ſincere ac inviolabiles induciæ ſeu Treguæ ſex annorum inter diſſidentes partes omnium & quarumcumque diſcordiarum & bellorum, qualicunque etiam graviſſima cauſa exorta fuerint: Adeò ut omnes Chriſtiani Principes & Potentatus vera quiete, ſecuritate & tranquillitate gaudere poſſint. Et ultra id ſuſcipiendæ expeditionis decretum tempus altero optatæ pacis triennio Chriſtianus populus ea ratione merito frui valeat, ne eum poſt longos & tam difficiles pugnæ labores ad patrios lares redierit, iterum ad belli moleſtias, damna & animi perturbationes revocetur.

17. Quæ verò ſingulo hujus propoſiti Triennii anno ſuſcipi, atque expediri debeant, diligenter conſideranda ſunt: Præſertim cum apud pleroſque Chriſtianorum populos ea ſit rerum omnium inſcitia & ignorantia, ea indomitorum animorum pervicax obſtinatio, & morum quædam inconcinnitas, ut quæ communis ſalutis ſint, aut parum avertant, aut prorſus ignorent, evenire haud difficulter poſſet, ut in propoſita generali iſta exactione, quæ ſive per familias & focos, ſive decimarum Vigeſimarumque, ut prædictum eſt, aliove quocunque modo expetenda fuerit, non deſint, qui ſe & totis viribus opponant, & impoſiti oneris conditionem prorſus detrectent, ſeſeque & inobedientes ac rebelles exhibeant.

18. Quapropter proximo ab hinc anno, qui erit Quingenteſimus octavus decimus poſt Milleſimum, curari inprimis debet, ut propoſita hujuſmodi exactio ubique terrarum Chriſtiani nominis, & diligenter conſtituatur, & quicquid in ea renitentiæ aut obſtaculi fuerit, ſalubriter amoveatur. Bella deinde ac diſſenſiones Principum, ac potentatuum Chriſtianorum ſub prædictis ſex annorum induciis ſedentur & rejiciantur, adjectis in eos, qui reluctentur, ſanctæ Apoſtolicæ ſedis cenſuris & Anathemate, ac Cæſareæ & imperialis indignationis & Banni arctiſſimis

edictis & pœnis. Quibus ſi qui ſe temerarie opponentes, in rebellione ſua perſeveraverint, ij communibus armis & exercitibus Chriſtianorum abſque aliqua mora oppugnentur, & pœnis debitis plectantur. Hujus autem executionis & propoſiti ad rebelles puniendos caput ſit & director Sereniſſimus Francorum Rex, qui eos præſertim & Potentatus & populos, qui ad ſolis ortum & Septentrionem vergunt Regnis ſuis finitimos, invitos etiam, propoſitæ exactioni & diſſenſionem remediis parere compellat. Qui vero ad occidentem plagam à Septentrionis finibus ſpectant, à Sereniſſimo Anglorum Rege, qui ejus etiam negotii Principalis executor in eiſdem regionibus conſtituatur. Si violatores optatæ hujus quietis & propoſiti fuerint, ſeverè puniantur. Qui vero ab occidentis plaga uſque ad meridiem incolunt, ſi ruptores tanti fœderis ſeſe objicient, a Sanctiſſimo D. N. Romano Pontifice ſeu ſanctæ ſedis Apoſtolicæ vexillifero, pro demeritorum ſuorum qualitate corrigantur.

19. Quamobrem non inconſultum videtur, ut ad ſedandos eos tumultus, qui ita (ut prædictum eſt) exoriri facile poſſent, Primo hoc expeditionis anno Ipſi Sereniſſimi Francorum & Angliæ Reges domi ſe contineant, & ejuſmodi ſibi commendatis negociis invigilent & incumbant. In his autem expeditionibus pro rebellibus cohercendis, ſi neceſſarium fuerit media exactionis portione utentur. Quæ in Capita familiarum, ſive in focos inſcribetur. Quid vero ex Decimis & Vigeſimis cumulari poterit, id in Aphricanam expeditionem impendetur, ut paulopoſt hic infra narrabitur. Hujus autem expeditionis & negocii, quod contra rebelles & inobedientes ſuſcipiendum fuerit per Pontificem Maximum & Reges jam dictos, in ſingulas regiones militiæ ac armorum periti præficiantur. Qui, ubi opus fuerit præſtò ſint, & emergentibus incommodis opportunè conſulant.

20. Quid autem in proximum futurum annum, antequam generalis illa expeditio ſuſcipiatur, agendum videatur, occurrit hæc oblata occaſio bene gerendæ rei, ne ab impugnatione Tyranni hoſtis annus hic, dum cætera, quæ ad expeditionem pertinent, procurantur, prorſus immunis tranſeat. Cum Chriſtianis Principibus videatur relicta ſpes Sophi Perſarum Regis excitandi, ut arma in Turcos capiat, quandoquidem tot pugnis jam defeſſus, ac ultima iſta expeditione ab Ægyptiorum Rege Sultano derelictus, & pene cum toto exercitu fuſus attritusque fuerit, potiuſque hoc tempore quietem & ocium optet quam bellum, cogitandum eſt, ut in Africa, quam etiam nuper ex magna parte Tyrannus ille ſibi ſubjecit, quippiam Chriſtiani intentent. Et ſi qui forte Turcorum exercitus ſeſe opponant, oblata occaſione & ſpe victoriæ injecta, cum eis decertare, & primum felicis expeditionis initium Deo duce auſpicari, ac ſi Chriſtianorum pia vota, & humiles apud Deum optimum preces larius juverint, Alchayerum uſque, hoc eſt, expulſi Ægyptiorum Sultani Regiam, victores ſubſequi, eamque urbem ditioni noſtræ, quod fortaſſe cum nulla mole aut aggeribus munita ſit, facile fieri poſſet, ſubjicere. Cum qua & Nilus & univerſa Africa Chriſtiano nomini cedere, Turcorumque Tyrannus tanta rerum occaſione ſpoliari poſſet. Inde in poſterum facilis ad Perſarum regis animum ſollicitandum in communem hoſtem aditus pateret.

21. Videtur itaque non inconveniens, ſi proximam æſtatem prima quædam expeditio in Africa ſuſcipiatur, Præſertim ad confirmandos animos illorum Regum qui nondum in Turcorum Tyranni deditionem venerunt, ut ſunt Rex de Tremezen, de Fex, & Marochi, Arabeſque qui Lybiæ Montana incolunt, eoſque & armis juvare, & una cum Chriſtianis copiis in eam expeditionem proficiſci omnibus modis adhortari, præmiiſque & ſtipendiis allicere.

22. Hujus expeditionis proximi anni duces eſſe debent, Sacratiſſimus Imperator, & Portugalliæ Rex cum potentia Catholici Regis, qui modo etiam citra eam expeditionem laborat, & aliorum Principum, exceptis his qui ad Poloniam profectionem deputati ſunt auxiliis. Ipſi etiam in aliis futuris expeditionibus ſequentium duorum annorum una cum aliis perſeverabunt, & uſque ad finem in bello perſiſtent. Et ad hujuſmodi negotium peragendum pro alendis & ſuſtentandis exercitibus reliquam dimidiam portionem imperatæ exactionis quinquageſimæ prædictæ: Item & integram decimam & Vigeſimam ac ſingulas reliquas taxationes Quæ ſupra expoſitæ ſunt, in uſum ejus expeditionis convertent, Præſertimque ex univerſa Germania, unde inprimis facilius imperata hujuſmodi pecunia exigi poterit. Cujus meritis & emolumento & annona & neceſſitate quæque exercitibus Alimoniæ comparari, & milites ex Chriſtianis aut gentilibus, ubi commodiores ſuſceptæ provinciæ videbuntur, conduci ad eam expeditionem poterunt. Ad quam peragendum Sereniſſimus Francorum Rex cum aliis quibuſdam claſſem ſuam adminiſtrabunt, & cum ejuſmodi exercitibus, & Cæſar & Portugalliæ Rex mari terraque non permanere neque ſeparari invicem debebunt.

23. Neceſſarium autem in primis ducitur, ut Sereniſſimus D. N. cum cæteris, qui Romæ ad eam rem congregati ſunt, ad prædictos Africæ Reges, & ſi fortaſſe plures ſint, qui nondum ſedibus ſuis ceſſerunt, Oratores mittant, propoſitumque hoc negocium eis ſignificent, eoſque adhortentur, ut una cum Afris ſibi ſubditis & Montanis Arabibus, qui partem Africæ tenent, & ſi quos etiam ex jam ſubjectis allicere poterunt, qui cum nuper à Turcorum Tyranno maximas ſtrages & incommoda ſint perpeſſi, haud difficulter inducti in aliorum ſententiam deflectentur.

24. Altera autem expeditio & exercitus fieri poſſe videtur eodem hoc proximo anno à Sereniſſimo Poloniæ Rege ſuo nomine, & uti tutore Sereniſſimi Ludovici Regis Ungariæ, cum Copiis,

Regno-

Regnorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Sleſiæ, & aliarum nationum regnis ejuſmodi ſubjectarum. Item cum Auſtriæ interioris ſubſidiis & convenienti machinarum & Artellariæ portione, quam eis Sacratiſſimus Cæſar in eam expeditionem impartietur; ac etiam Bavariæ Principum, qui juxta ſibi impoſitæ exactionis onus etiam exercitus ipſos augere opportunè poterunt.

25. Qui vero perſonaliter in eam expeditionem proficiſci aut nollent aut nequirent, debebunt ea pecunia, quæ eos continget, alii milites, ut ſunt Bohemi, conduci. Lantzknechti enim in præſens hoc negotium minime conducentur, ſed in alteram Africanam expeditionem comparabuntur.

26. Non minus etiam expediens ducendum eſt, ſi ipſe ſummus Pontifex cum ceteris congregatis operam dabunt, ut nonnulli Scytharum & Tartarorum, qui Polonis, Ruthenis & Moldavis finitimi ſunt, convenienti ſtipendio in hanc expeditionem alliciantur & conducantur. Qui una cum Moldavis & Valachis, qui Majores vulgo nominantur, qui facile ab ea Tributaria conditione, quam cum Thurcis habent, ſeparari poterunt, primam hanc proximi anni expeditionem cum Poloniæ Rege ſuſcipiant, & minorem etiam Valachiam ſecum trahant.

27 Qui quidem Tartari etiam pecuniæ premiis, ut neceſſarium videbitur, ultra debita ſtipendia poterunt à ſancta ſede, & aliis congregatis opportune invitari.

28. Et his tribus nationibus Scytharum, Moldavyæ ac Valachiæ copiis, exercitibus ſuis adjectis poterit Sereniſſimus Poloniæ Rex prædictam ſuam expeditionem Smedram verſus, & Chiliam Opidum dirigere, iis locis felici ductu expugnatis, præſidiisque in eis pro neceſſitate locatis ad hyberna cum Copiis omnibus reverti.

Quod quidem ea ratione facilius eidem Poloniæ Regi futurum eſt, quod Thurcorum Tyrannus non ad eas regiones, ſed potius ad conſervandam Syriam, Arabiam, & Africam, quas nuper ſuæ ditioni ſubjecit, aut verſus alias partes Aſiæ animum intendit.

29. Secundo autem hujus ſuſcipiendæ expeditionis anno, qui erit Decimus nonus poſt Milleſimum & Quingenteſimum, Maximilianus Cæſar & Luſitaniæ ſeu Portugalliæ Rex, ſuſceptam in Africa expeditionem proſequi latius poterunt, & ultra Alchaicrum & Alexandriam proficiſci, viresque ſuas Afris, Maurithanis & Arabibus ſtipendiu conductis augere, Præſertim cum ex Marochiorum & Fexio Mootaniſque Arabiæ regnis uſque ad Centena millia militum facile comparari poſſint.

30. Hoc autem ſecundo expeditionis anno poterit Sereniſſimus Anglorum Rex cum claſſe & exercitibus ſuis ad eam ulteriorem expeditionem Cæſari, & in finitimo adjungi. Quem Sanctiſſimus Dominus Noſter una cum ceteris congregatis monere obiter debebunt, ut eam fidem, quam Cæſareæ Majeſtati in id ſanctiſſimum negotium aſtrinxit, in hac oblata occaſione ſervare non abnuat. Et cum ipſo Anglorum Rege poterunt etiam Daciæ Rex, & cum eo magnus Magiſter Pruſſiæ cum copiis regnorum ac dicionum ſuarum, ac cum Ruthenorum ſagittariis, quorum magnam copiam habent, & maritimis claſſibus admodum utiles ſunt, Terreſtrique itineri, & nimium longæ expeditioni alioquin ſeſe conjungere.

31. Qui quidem una omnes cum Cæſare & Luſitanis congregati Africanæ expeditioni & ad comparandum earum regionum victoriam, Alchajerum, Alexandriamque ſubjiciendam ac Nilum trajiciendum Perſarumque Regem Sophi contra Thurcos animandum & ad Chriſtianorum partes alliciendum facile ſufficient. Quid ea occaſione levius exiſtimandum eſt Chriſtianis futurum, quandoquidem Thurcorum Tyrannus contra eundem Perſarum Regem Scytharum & Tartarorum auxiliis, qui nimis ab eiſdem regionibus diſtant, nequaquam commode uti poterit, quos etiam Chriſtiani potentatus pecunia & uberibus allectos ſtipendiis attrahere ad ſe (ut prædictum eſt) omni ſtudio & aſtu procurabunt.

32. In eodem autem Nonodecimo anno Sereniſſimus Francorum Rex cum exercitibus ſuis & Copiis, quaſcunque poterit citra claſſem jam (ut dictum eſt) Africanam profectionem anno decimo octavo mittendam cum ceteris Chriſtianorum auxilus, quæ ex altera medietate impoſitæ exactionis, & ex reſiduis Africani negocii, Decimiſque etiam & Vigeſimis denariis (ut præfertur) adjunctis comparari poterunt, ſeſe ad ſanctam hanc expeditionem accinget, iterque ſuum per Italiam & Foro Julium, perque Illyricum, Croatiam & Dalmatiæ regiones dirigens ad Thurcorum emporium, quod Oberboſna appellatur, contendere poterit.

33. Qua autem ratione, conditione magis Chriſtianæ reipublicæ & ipſi Francorum Regi utilior ac tutior ejuſmodi itineris expeditio videatur, quam aut Africana aut Septentrionalis, ea facile perpendi poteſt. Quia cum proximis annis nonnulli occidentales Chriſtianorum populi Principes ſuos ſecuti diſſenſiones & bella cum ipſo Rege habuerint, quorum recenti memoria facile inter exercitus ſuſcitari incommoda multa poſſent. Orientales, nulla unquam habita cum eo diſcordia, ejuſmodi incommoda & inimicitias nequaquam excitabunt.

34. Eodem anno Nonodecimo jam dictus Poloniæ Rex cum exercitibus & Copiis ſuis, cumque auxiliaribus Valachis, Moldavis, & Scythis ad inceptum negocium prioris anni octavi decimi proſequendum revertetur, & ſe in Emporio Oberboſana prædicto cum Francorum Rege conjunget, qui una omnes latius profecti Philippopolio & Andrinopolin Traciæ urbes oppugnabunt, & ſic fieri poterit, expugnatas munient, & apud eas tanquam in Antemurali quodam ſe contine-

tinentes, cæteras finitimas Thurcorum regiones, præſertim enm Tartaris, Scythis & Valachis, quibus in his urbibus domicilium conſtituent, diſcurrent, deprædabuntur ſive hoc exercitu ſuſtinendo pecuniam imperabunt. Admittenturque omnes, ſi fortaſſe Caleidenſem ſeu Nigro Ponti, aut in ea proxima maritima ora portum quempiam acquirere poſſint, in quem Africana claſſis quæ tertio expeditionis anno, præfectis Africæ rebus, ad eos contendet, delata exercitum facile in ea loca exponere & terreſtribus Chriſtianorum copiis adjungere poſſit.

35. Tertio autem anno, qui erit Vigeſimus poſt Quingenteſimum & Milleſimum, Sacratiſſimus Imperator & Portugalliæ Rex, liberata jam (ut ſupra dictum eſt) Africa, expugnatiſque Urbibus Archaiero & Alexandria, fuſaque & diſſipata (ut in animo eſt) Thurcorum claſſe, exercitus ſuos, cum præſertim Maritimam ad eam rem perficiendam claſſem ſufficientem habebunt, in Græciam trajicient, Francorumque ac Poloniæ Regibus adjuncti, demum Thurcorum tyranni Regiam urbem Conſtantinopolim obſidebunt. Eaque capta in minorem Aſiam ſive Natoliam, ceteraſque remotiores Thurcorum regiones, adjuvante tunc abſque dubio Sophy Perſarum Rege, aggredientur & ditioni ſuæ ſubjicient. Et in hunc modum ſanctiſſimæ huic expeditioni, devictis diſſipatiſque Chriſtiani nominis hoſtibus, finem imponent.

36. Poterunt autem his præmiis Chriſtianæ expeditionis duces Perſarum Regem Sophy facile allicere, ſi cum eo convenerint, ut captis & in deditionem illis provinciis redactis, illi Natoliæ medietas univerſaque Caramania & Armenia cedat: Cetera vero, quæ & in Aſia & in Africa ſunt, & præſertim Ægyptum, S. Hieruſalem, ubi ſepulchrum Chriſti eſt, Chriſtianis demittat.

37. His autem Succeſſibus Chriſtiana reſpublica in triplum ferè adaucta, ſucceſſu temporis etiam Aſiticos Reges ad Chriſti fidem ſanctis perſuaſionibus convertere poterit.

38. Quæ vero regna, Provinciæ, Ditiones ex iis ſanctę hujus expeditionis victoriis parta fuerint, ea omni ſemota fraude inter Chriſtianos Reges, Principes, & Potentatus, arbitrio Judicum, qui undequaque ex omnibus Chriſtianis Potentatibus deputabuntur ſuper arbitris Sanctiſſimo Domino noſtro & Sacro Cardinalium Conſiſtorio æqua portione dividentur.

39. Poſtremo autem, ut omnia citius concludi ac maturè executioni mandari poſſint, neceſſarium videtur, ut quàm primum Chriſtiani Reges, Principes & Potentatus, qui (ut ſupra dictum eſt) in Africana profectione eam comitabuntur, Oratores ſuos ad Sacram Cæſaream Majeſtatem mittant, ſingulaque, ut ſupra propoſita, cum ea diſſerant, examinent & conſulent, & ad executionem dirigant, ac pro conditione ac neceſſitate rerum concludant, & apud eam toto eo Triennio durante expeditione perſiſtant, & ea quæ Romæ per ſummum Pontificem, ac omnium Regum, Principum, & Potentatum Oratores concludentur, executioni mandari juvent: Et præſertim quæ ad Africanam profectionem ſpectare videbuntur, prout & res ipſa & hoſtium ad futuram æſtatem apparatus requirere videtur.

40. Idem facient Reges, Principes & Potentatus, qui Francorum Regem ſecuturi ſunt, & ſuos Oratores ad negotia illa perficienda ad illum mittent, & etiam apud eum perſiſtentes ea ratione ſingula curare habeant & expedire.

41. Tertio etiam, quicunque cum Poloniæ Rege hoc proximo anno profecturi ſunt, Oratores ſuos ſimiliter pro tractandis rebus omnibus mittent.

42. Non minus etiam negotium expoſtulare creditur, ut omnes Reges ac Principes Chriſtiani alios Oratores in urbem ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum mittant, aut eos qui nunc ſunt confirment, qui his tribus annis ſuſcipiendæ expeditionis cum ſua ſanctitate negotia ſingula tractent, & eam inducant, adhortentur ac juvent omni ſtudio & conatu, ut quæ concluſa fuerint, præſertimque imperatæ undequaque pecuniæ exactionem, Copiaſque expediendas & ſolvendas, concordiamque Chriſtianæ reipublicæ, ac præſertim jam dictas ſex annorum inducias exequi ac conſervare totis viribus curent.

CÆSAREÆ MAJESTATIS. RESPONSUM.

SAcratiſſima Cæſarea Majeſtas, recepta nuper ſcedula Reſponſionis Principum ac Statuum Sacri Romani Imperii in hoc Auguſtenſi Conventu congregatorum, ſuper generali expeditione contra Torcas ſuſcipienda, videns ac perpendens illam à propoſito ac deſiderio Sanctiſſimi Domini noſtri ac unanimi ferè omnium Regum ac reliquorum Chriſtianorum Potentatuum aſſenſu & voluntate valde diſſonam ac alienam eſſe: non eſt ſibi viſum eiſdem Principibus ac Statibus reſpondere, niſi prius ſuper ejuſmodi Reſponſionis tenore & continentia cum Reverendiſſimis S. Apoſtolicæ ſedis Legatis, ac Oratoribus Franciæ & Poloniæ, qui apud eam agunt, quoniam communis res agebatur, diligenter ac maturè diſceptaret. Exhibita igitur eadem ſcedula, omnique ſtudio ac diligentia tam arduæ & neceſſariæ propoſitionis reſponſo invicem examinato, unanimi

tandem

tandem voto & aſſenſu nomine totius Chriſtianæ Reipub. quam ipſi in hoc conventu univerſam repræſentant: cum præſertim Cæſar in hoc Turcarum negotio non tantùm ſua & Imperiali auctoritate fungatur; ſed etiam Sereniſſimorum Principum, filiorum ac fratrum ſuorum Catholici, Hungariæ ac Daciæ Regum, quorum & conſenſus & voluntas arbitrio ſuo eſt demandata partes ac vices gerat: arbitretur que etiam Portugalliæ Regem, licet aſſiduum cum Indis ac Marochiorum Regib. bellum habeat, quantum fieri poterit, huic ſanctiſſimo operi non defuturum, ſtatuerunt ac concluſerunt Sereniſſimis ſacri Imperii Principibus ac Statibus ſuper eorum ſcedula & concluſione in hunc modum reſpondere: Arbitrari ſe, Principes & Status ipſos pro tantæ rei magnitudine non ſatis perpendiſſe ingentia mala & pericula, quæ Chriſtianorum cervicibus imminent, præſertim poſt reditum Turcarum Tyranni in Europam, qui quidem, ut ipſi fide dignis multorum ſcriptis & teſtimoniis edocti ſunt, non modo contra Syriæ & Ægyptiorum Sultanum parta victoria, illiusque ditione univerſa, ac parte etiam Africæ in poteſtatem redactis, ſed (quod prius ignorabatur) fuſo fugatoque in remotiſſimas Regni ſui regiones Perſarum Rege, quem Sophi appellant, devictaque ac ſuperata ferè tota Armenia, tantis nunc elatus ſucceſſib. totque Ægyptiorum ac Perſarum opibus ditatus, & potentiſſimas terreſtres copias & maritimam ingentem claſſem, quam deſcriptis jam remigibus ac bellatoribus, portibus ſuis eduxit, cum nullum amplius aut Aſiaticum aut Africum hoſtem timeat, in quorum viribus aliqua nobis ſpes locata fuerat, nunc in ſolos Chriſtianos totis ſuis viribus comparat. Putant etiam, ipſe Cæſar, Legati & Oratores, non prorſus Principes ipſos ante oculos ſuos poſuiſſe, ſi Conventus iſte tam potentis tam famigeratæ Nationis, in quam reliqui Chriſtianorum populi oculos conjecerunt, cujus robore & virtute ſe inprimis protegi ac defendi ſperabant, in vanum reſolvatur, quantam & hoſti benegerendæ rei fiduciam ac Chriſtianæ Reipub. terrorem ac deſperationem injecturus ſit, & eam Dominici gregis gentem, quæ in Turcarum finibus noſter uti clypeus & antemurale in hunc adhuc diem ſemiuſtas ac deſolatas reliquias ſuas quibus poteſt viribus protegit, luporum dentibus in prædam & ultimum excidium relicturus, huncque tantorum Principum infructuoſum receſſum & tantæ expectationis inanem reſolutionem non modo univerſæ Chriſtianæ Reipub. damnoſam futuram, ſed omnibus ſacri Imperii Principibus & Statibus, imo toti Germanicæ nationi non parvam negligentiæ & ignaviæ, imò dedecoris opprobrio potius notam apud reliquos Chriſtiani nominis potentatus allaturam, quod ceteris ſe prompto alacrique animo in tam ſanctum tam neceſſarium opus offerentibus ſoli Germani, veluti à progenitoribus ſuis degeneres, ſoli tamque gentis virtutem obliti torpeant prorſus & obdormiant. Non enim adduci poſſunt aut Cæſar aut ceteri futurum aliquid aut utilius aut ſalubrius in alio Conventu, quem inſtituere pollicentur, quum in hoc, ubi nihil deeſſe videtur quod rem in re d[illegible]here debeat, nihil actum concluſumve fuerit. Adſunt hic omnes Electores, adſunt & ceteri clariſſimi ac ſapientiſſimi & potentiſſimi Principes ac Sacri Imperii Status, quorum conſilio, prudentia ac gerendarum rerum dexteritate maturè omnia, ſi modo bonus animus, bona voluntas adſit, ſi modo quemque debiti ſui zelus Domini moveat, & conſultari & confici ac concludi poſſint. Novit præterea Cæſar, quo labore, qua difficultate conventum hunc congregaverit, quem, quum ſemel diſſolvantur, nullis deinceps artibus aut perſuaſionibus comparare poſſe ſperat. Neſcit igitur aut ipſe aut Legati & Oratores prædicti cur ipſis Principibus & Statibus tantam rei neceſſitatem procraſtinari liceat, & tot dignorum virorum cœtum, tot laboribus, tot impenſis in unum redactum, non abſque totius ferè orbis opprobrio infectis rebus inutiliter abire. Cogitent itaque ſecum ſingula & maturius & tantæ rei magnitudini ac neceſſitati procurandæ diligentius inſiſtant, & totis animis negotium complectantur. Quod ſi ſe nihil debere putant iis, qui in præſenti periculo ſunt, cogitent tamen ſe debere poſteris ſuis, quos niſi ab ipſis ut nunc utilius fuerit conſultum, in eadem paulo poſt navi & non minori periculo relicturi ſunt. Quod ſi tandem & ſuos contemnunt, reſipiſcant demum, & fateantur ſe hanc propoſitam expeditionem Chriſto Deo, qui Catholicam hanc fidem, huic nati ſunt, ſanguine ſuo fundavit, omni jure omni ſemota exceptione debere. Siſtant igitur ac ad ſalubriorem conſultationem redeant, rebusque omnibus maturè diſcuſſis & ad amuſſim perpenſis cum cæteris Chriſtianis Regibus & Potentatibus, qui ad hoc ardentes & cupidi accedunt, concordes & unanimes propoſitum à Sanctiſſimo Domino noſtro & reliquis negotium & ipſi læti intrepidique ſuſcipiant: iis tamen ſemper repertis modis ac conditionibus, quas in hoc Principum Conventu & ipſa Cæſarea Majeſtas ac Sanctæ Apoſtolicæ ſedis Legati initio propoſuerunt, quamcunque videlicet pecuniam & ſingula in id negocium collata emolumenta & ſuffragia, quæ per univerſam Germaniam quoquo modo colligentur, in nullum alienum uſum nullius hominis arbitrio quam in Turcarum expeditionem, & pro ipſorum Principum & Statuum voluntate ac diſpoſitione
converti & adminiſtrari debere.

MAXIMILIANI I. IMPERATORIS AUGUSTI

Ann. Chriſti 1518.

RESCRIPTUM.

AD LEONEM X. PONTIFICEM ROMANUM.

DE CONTROVERSIIS LUTHERI,

Miſſum ex Conventu Auguſtano Anno M. D. XVIII.

BEatiſſime Pater, Domine teverendiſſime: Accepimus non adeo multos antè dies, quendam Fratrem Auguſtinianum, Martinum Lutherum, nonnullas Concluſiones, in materia Indulgentiarum, Scholaſtico more diſentiendas diſſeminaſſe; nec non in concionibus ſuis & de ea re, & de vi Apoſtolicarum excommunicationum plurima docuiſſe, in quibus damnoſa & Hæretica pleraque videantur; atque ea nunc per Magiſtrum ſacri veſtri Palacii notata eſſe. Quæ res nobis eo magis diſplicuit, quo pertinacius dictus Frater, ut edocti ſumus, doctrinæ ſuæ inhærere, atque complures errorem ſuorum defenſores & patronos, etiam potentes, conſequutus eſſe dicitur.

Sophiſmata Scholaſticorũ & Logomachias ut Papa inhibeat.

2. Verum cum ſuſpectæ adſertiones, & periculoſa dogmata, à nemine melius, rectius & verius dijudicari queant, quàm à Beatitudine veſtra: quæ ſola, ut poteſt, ita debet, vanarum quæſtionum, Sophiſticarum rationum, & verboſarum contentionum autores compeſcere, quibus peſtilentiores Chriſtianæ pietati nulli contigerunt, huc tantùm ſpectantes, ut, quod ipſi didicerunt, id ſolum habeatur in precio. Quod præſentis ſeculi, & eruditiorum conſenſus, & priè antea in Chriſto defunctorum candida & ſolida doctrina comprobat.

3. Extat perveruſtum Pontificũ Senatus Decretum, *de conſtituendis Doctorib.* in quo de Sophiſtica nuſquam unquam quicquam cautum eſt, niſi quod iſta in Decretis vocantur in dubium. Utrum fas ſit ea diſcere, nec ne; atque horum ſtudium à multis & magnis autoribus improbatur.

Patrum auctoritas.

4. Cum igitur, quod Pontificum autoritas juſſit, negligitur, & de quo dubitatum, imo improbatum eſt, id ſolum recipitur, neceſſe eſt interdum hallucinari, ſomniare & cæcutire Magiſtros iſtos, quibus debetur, quod non ſolùm hactenus Doctores ab Eccleſia recepti ſolidiores non lecti, ſed plerique depravati ſunt, atque mutili redditi.

NB. Contra Indices expurgatorios, Scholaſtici Hæretici non damnati.

5. Taceamus, iis autoribus pullulaſſe longe plures, quam umquam damnatas fuiſſe, *hæreſes.* Taceamus Reuchlinianam infamationem, & nunc præſentem hanc periculoſiſſimam de Indulgentiis atque cenſuris Apoſtolicis diſceptationem, his pernicioſis autoribus in mundum emanaſſe. Quibus niſi Beatitudinis veſtræ, & reverendiſſimorum Patrum, auctoritas legem finemque impoſuerit, brevi non ſolum imperitæ imponent multitudini, ſed & Principum virorum ſibi auram & favorem in mutuam perniciem comparabunt.

Scholaſtici ſuas nænias obtruſerunt Eccleſiæ.

6. Quibus ſi conniventibus oculis campus apertus atque liber dimittatur, futurum eſt, ut quod omnium maximè in votis habent, ut pro optimis & ſanctiſſimis Doctoribus, iſtorum nænias præ oculis habere cogatur totus mundus.

7. Hæc pro ſingulari noſtra in Sedem Apoſtolicam reverentia Beatiendini veſtræ ſignificavimus, ut ſinceritas Chriſtiana hujuſmodi temerariis diſputationibus, & captioſis argumentis, non lædatur & ſcandalizetur. Nos enim, quicquid ſuper his ſanctè ſtatuerit, in Imperio noſtro, ad laudem & honorem DEI omnipotentis, & CHRISTI fidelium ſalutem, ab omnibus obſervari faciemus.

Datum in Civitate noſtra Imperiali Auguſta, die quinta menſis Auguſti, Anno nulleſimo, quingenteſimo, decimo octavo: Regnorum noſtrorum, Romani triceſimo tertio, Hungariæ verò viceſimo nono.

MAXIMILIANUS divina favente clementia ROMANORUM REX.

NICOLAUS ZIEGLERUS.

ELECTI

ELECTI ROMANORUM REGIS ET IMPERATORIS

PACTA SIVE ARTICULI OBLIGATIONIS PRÆSTANDÆ *PRINCIPIBUS ELECTORIBUS.* FRANCOFURTI IN ELECTIONE, ET AQUISGRANI IN CORONATIONE.

TUeatur Rempublicam Chriſtianam, Pontificem & Eccleſiam Romanam, cujus ſit Advocatus.

2. Jus æqualiter adminiſtret, & paci conſulat.

3. Leges omnes Imperii, præcipuè quam *Auream* vocant *Bullam*, non modo confirmet, ſed de ipſorum conſilio, cum res ita feret, amplificet etiam.

4. Senatum in Imperio conſtituat, ex Germanis delectum, qui Rempublicam gerat.

5. Jura, privilegia, dignitatem Principum & Ordinum Imperii minimè convellat aut imminuat.

6. Electoribus liceat, cum erit opus, inter ſe convenire, deque Republica deliberare: nullum autem ipſe, quo minus id faciant, impedimentum eis inferat, nec in malam partem accipiat.

7. Multitudinis & Nobilitatis fœdera vel ſocietates initas adverſam Principes, aboleat, & ne tales in poſterum fiant, lege prohibeat.

8. De rebus Imperii nullum fœdus aut pactum faciat cum externis, niſi de Septemvirorum aſſenſu.

9. Facultates Imperii neque diſtrahat, nec oppignoret, nec alio quovis modo deteriores faciat; & quæ ſunt ab aliis nationibus occupata, vel ab Imperio divulſa bona, primo quoque tempore recuperet, ſic tamen, ne quid fraudi ſit illis, qui vel privilegio vel jure nituntur.

10. Si quid etiam vel ipſe, vel ipſius familiæ quiſpiam poſſideat, quod ſit Imperii, non acquiſitum legitime, reddat interpellatus à Septemviris.

11. Cum vicinis aliisque Regibus pacem & amicitiam colat, neque pro rebus Imperii, niſi de Ordinum omnium, præcipuè Septemvirorum voluntate, bellum ſuſcipiat ullum intra vel extra fines Imperii. Peregrinum quoque militem nullum in Germaniam adducat, niſi conſentientibus illis. Quod ſi autem bello petatur ipſe vel Imperium, liceat uti quibuſcunque præſidiis.

12. Conventum Imperii nullum edicat, neque vectigal aut tributum imperet, niſi de conſenſu Electorum. Conventus etiam non agat extra fines Imperii.

13. Negociis publicis præficiat non exteros, verum Germanos, ex Nobilitate delectos. Et conficiantur literæ omnes Latino vel populari ſermone.

14. Extra fines Imperii nullum Ordinem in jus vocet.

15. Quia Romæ multa fiunt adverſus pacta quondam inita cum Pontificibus, det operam apud Pontificem, ne quæ fraus privilegiis fiat & Imperii libertati.

16. Quomodo mercatorum monopolia, valde perniciosa Germaniæ, coerceri debeant, rationem ineat cum Electoribus, ac rem ſæpe deliberatam ad exitum perducat.

17. Portorium nullum aut vectigal imponat, niſi aſſentiantur Electores, neque literis commendatitiis Electorum, qui ſunt ad Rhenum, vectigalia deteriora faciat.

18. Si quam habet actionem in aliquem ordinem, legibus experiatur: vim autem nullam adhibeat iis, qui ſe cognitioni legitimæ ſiſtunt.

19. Neminem indicta cauſa proſcribat, ſed juris ordinem in eo ſequatur.

20. Imperii bona, quæ forte vacabunt, nemini conferat, ſed ad publicum patrimonium referat.

21. Si quam alienam provinciam auxiliis Ordinum acquiret, Imperio conjungat. Si publicum quid ſuis copiis atque marte recuperabit, Reipublicæ reſtituat.

22. Quod Interregni tempore Palatinus atque Saxo publicè egerint, ratum habeat.

23. Conſilium nullum ineat, quo dignitatem Imperii, ſuæ familiæ peculiarem & hæreditariam faciat, ſed liberam & integram permittat Septem viris eligendi facultatem, juxta Caroli Quarti legem & juris * Pontificii præſcriptum. Quod ſecus factum erit, irritum habeatur. * c. venerabilem, De elect. & elect. poteſt. item Clement. De jure jurando, c. un.

24. Ubi primum licebit, in Germaniam ſeſe conferat inaugurationis cauſa, ſi extra Germaniam conſiſtat.

CARO-

Ann. Chriſti 1521.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI
LITERÆ
AD DOCTOREM MARTINUM LUTHERUM,
Quibus ad Comitia Wormatienſia vocatus eſt.

CAROLUS V. DEI gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c.

Honorabilis, Dilecte, Devote: Quoniam nos & ſacri Imperii Status nunc hic congregati propoſuimus & concluſimus, propter doctrinam & libros aliquandiu hactenus abs te editos, ſcrutinium de te ſumere, dedimus tibi ad veniendum huc, & iterum hinc ad tuam ſecuram tuitionem, noſtram & Imperii liberam, directam ſecuritatem & conductum, quem tibi circa hæc mittimus; deſiderantes, ut velis re itatim accingere itineri, ita ut infra viginti unum dies in hujusmodi conductu noſtro nominatis omnibus modis hic apud nos ſis, & non domi maneas. Neque ullam vel violentiam vel injuriam timeas. Volumus enim te in præfato noſtro conductu firmiter manutenere, & nobis perſuadere te venturum. In hoc namque facies noſtram ſeveram ſententiam.

Datum Wormatiæ, die VI. Martii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo vigeſimo primo, Regnorum noſtrorum, Romani tertio, &c.

Ad mandatum Domini Imperatoris propria manu ſubſcripſit
Albertus Cardinalis Mogunt. Archicancell.

Honorabili noſtro dilecto, devoto Doctori MARTINO LUTHERO, Auguſtiniani Ordinis.

Ann. Chriſti 1521.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI
RESCRIPTUM
DE MARTINO LUTHERO
AD ORDINES IMPERII IN COMITIIS WORMATIÆ CONGREGATOS.

NOn clam vos eſt, me genus ducere à Chriſtianiſſimis Imperatoribus illuſtris Nationis Germanicæ, à Catholicis Hiſpaniarum Regibus, ab Archiducibus Auſtriæ, Ducibusque Burgundiæ: qui omnes ad ſupremum usque vitæ diem ſe fideles Romanæ Eccleſiæ declararunt, ſemperque Catholicæ fidei, ſacrorum cæremoniarum, decretorum, conſtitutionum, ſanctorum morum, pro DEI honore, pro fidei incremento, pro animarum ſalute propugnatores fuere. Qui vita functi, nobis ex naturæ inſtinctu, & jure quodam hæreditario ſacra, quæ diximus, Catholica inſtituta quaſi per manus tradita reliquere: ut eorum veſtigiis inſiſtamus, & in iis etiam mortem opperiamus. Et nos quidem, utpote majorum noſtrorum non fallaces imitatores, DEO nos bene juvante, in hunc usque diem eo pacto viximus. Itaque ſtat ſententia, tueri & propugnare quæcumque tum anteceſſores mei, tum ego ipſe hucusque obſervavi: id autem vel maximè, quod per anteceſſores meos tam in Conſtantienſi, quàm aliis Synodis, ſancitum eſt.

2. Cum vero in aperto ſit; unum ſolum Fratrem hallucinati, privata opinione deceptum, quæ quidem cum totius Chriſtianitatis ſententia pugnet, tam eorum qui ante mille annos nos præceſſerunt, quam qui in præſens vivunt: eaque præ ſe fert, Chriſtianos omnes hactenus ſemper in errore fuiſſe: eam ob rem planè deliberatum mihi eſt, Regna mea omnia, Imperium, ditiones, amicos, corpus, ſanguinem, vitam denique ipſam, & animam impendere; ne improbus hic conatus longius progrediatur: quandoquidem in meam haud exiguam, itemque veſtram id ceſſurum eſt ignominiam, qui præclara & cum primis celebris eſtis Germaniæ natio: quibus id in honoris, authoritatis, prærogativæ cumulum acceſſit ex privilegio, ut juſtitiæ obſervantiſſimi, Catholicæque Fidei defenſores & propugnatores habeamur. Quod ſi qua igitur non modo hæreſis, ſed vel ſuſpicio hæreſeos, vel aliqua Chriſtianæ religionis imminutio in hominum animis noſtra tempeſtate relicta erit, id poſteris noſtris perpetuæ vituperationi fuerit.

3. Quan-

Google

3. Quandoquidem ergo pertinax heſterno die Lutheri reſponſum coram omnes audivimus, mentem ego vobis meam aperio, pœnitere me, quod tam diu diſtulerim contra hominem illum ejuſque falſam doctrinam procedere, ne me poſthac audire illum velle, quicquid etiam allaturus ſit. Jubeo autem ut quam primum ex mandati præſcripto reducatur, caveatque ipſe ex publicæ fidei, ipſi datæ formula, ne palam concionetur, neve populo prava ſua dogmata inſtillare pergat, ne denique ipſius opera novi quidpiam aut motus aliquis excitetur. Equidem, ſicut jam dixi, contra eum haud ſecus, atque contra notorium Hæreticum, plane deliberavi procedere: ſimulque à vobis repoſco, ut in iſtac cauſa id ſtatuatis, quod decet probè Chriſtianos, & ut vos facturos recepiſtis.

Scriptum manu propria, die 19. Aprilis, Anno 1521.

CAROLUS.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI EDICTUM.

Ann. Chriſti 1521.

CONTRA LUTHERUM ET NOVATORES RELIGIONUM.

Promulgatum Wormatiæ in Comitiis, Anno M. D. XXI.

CAROLUS V. Dei benignitate electus Romanus Imperator, ſemper Auguſtus; Germaniæ, Hiſpaniæ utriuſque Siciliæ, Jeroſolimæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, &c. Univerſis & ſingulis, Electoribus, Principib. Eccleſiaſticarum vel Secularium poteſtatum, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Proceribus, Militibus, Præfectis, Præſidibus, Gubernatoribus, Locumtenentibus, Prætoribus, Aſſeſſoribus, Conſulibus, Judicibus, Civibus, & Communitatibus: item Rectorib. & Magiſtratib. Univerſitatum, cæteriſque noſtris & ſacri Imperii Subditis, dilectis ac fidelibus, cujuſcunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis, ordinis, quibus hæ noſtræ Cæſareæ literæ, aut earum exempla vel tranſſumpta, manu ſigillove perſonæ alicujus in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, aut publici Notarii, ſubſcripta ſeu munita, exhibitæ vel oſtenſæ fuerint, ſalutem ac proſperitatem cum denunciatione clementiæ noſtræ.

1. Reverendiſſimi, digniſſimi, chariſſimique cognati, propinqui, religioſi & fideles: Cum ad noſtrum, id eſt, Romani Cæſaris officium pertineat, non ſolum provincias, orbem, terminoſque ſacri Romani Imperii, quod majores noſtri Germanicæ Nationis, ob defenſionem ſacroſanctæ Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ, divina adjuti ope, multo ſanguine vulneribuſque ſuis pepererunt, repreſſis bolloque domitis infidelib. pro virili proferre, augere ac promovere; verum etiam juxta regulam canonemque hactenus à ſacroſancta Romana Eccleſia obſervatum, proſpicere ac providere, ne qua labes, hæreſis, minima denique ſuſpicio in Romano Imperio Religionem noſtram viciet atque infeſtet: aut ſi quid hujus fortè radices agere & virere contigerit, omni diligentia adhibitis mediis, remediis, rationibuſque probatis & moderatis, prout negocii magnitudo poſtulat, evellere ac extirpare.

2. Proinde reputamus nobiſcum, ſi cuiquam ex Majoribus noſtris hac in re bene mereri de nomine Chriſtiano non fuit recuſandum, à nobis quoque longè plurib. de cauſis idem muneris oneriſque debere ſuſcipi: poſtquam omnipotentis Dei bonitas, ad propugnationem & incrementum ſacroſanctæ fidei ſuæ, nos tot acceſſione regnorum, provinciarum, majoriſque potentiæ, quam aliquot retrò ſeculis quemquam in Imperio ex Majorib. noſtris, amplificavit, ornavit & armavit; Cumque gente quidem à Chriſtianiſſimis Cæſarib. Archiducib. Auſtriæ & Burgundiæ Ducib. ſtirpe vero à Catholicis Hiſpaniæ, Siciliæ, Jeroſolimæ Regibus, noſter deſcendat ortus, quorum de facinoribus egregiis, pro tuenda Religione Chriſtiana domi militiæque deſignatis; nulla conticeſcet ætas.

3. Quocirca ſi hæreſes quaſdam vix abhinc triennio in Natione Germanica ſpargi cœptas, & antehac per ſancta Concilia Pontificumque decreta, cum Eccleſiæ Catholicæ conſenſu, verè condemnatas & ejectas, jamque denuo velut ex profundis Orci faucibus retractas, altius radiculas diffundere ac propagare pateremur, negligenteſque connivere indulgere, diſſimulare pergeremus, primò conſcientiæ noſtræ quaſi contagione peſtilentiſſimi carcinomatis adflatæ plaga gravior inſideret: deinde ſempiternam numinis noſtri gloriam, in tam fœlici floreſcentis Imperii veſtibulo, ceu caliginoſa quædam nebula inumbraret ac involveret.

4. Cum itaque ſine dubio nemini veſtrum ſit obſcurum, quam procul errores hæreſeſque à Chriſtiana via recedant ac declinent, quas Auguſtinianæ familiæ quidam Martinus Lutherus in Ordine & religione Chriſtiana, in primis autem in illuſtri Natione Germanica, utpote indefatigabili hæreſium impiorumque dogmatum deletrice, violenter introducere, virulenterque diſſeminare conatur, tanto cum profectu, ut niſi maturè celeriterque tam proruptæ occurratur audaciæ, poſtmodum univerſa Germania, his morbis inveteraſcentibus, miſerabilem ruinam & interitum omnis virtutis, honeſtorum morum, pacis, fideique Chriſtianæ ſit paſſura.

5. Pro-

5. Proptereà non immeritò ſanctiſſimus Pater LEO X. ſacroſanctæ Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ Summus Epiſcopus, qui præter cæteros in ea quaſi vigilia ſtatione que collocatus eſt, ut diligenter & naviter attendat, ne quid Reſpublica Chriſtiana labis detrimentique accipiat, rei atrocitate periculiſque permotus, initiò Lutherum paternè cœpit & benignè admonere, àque parùm fauſto propoſito dehortari, & ut errores à ſe divulgatos revocaret, inſtare. Hìc ille cùm reſiſteret, & plura pejoraque miſceret indies, experrectus Pontifex contrà ſibi nitendum non inuſitatis, ſed æquis & convenientibus modis viiſque putavit.

6. Proinde ſemel atque iterum Cardinales, Epiſcopos, aliosque Prælatos, nonnullos etiam ex Ordine Regularorum, Priores, Generales, & Miniſtros, prætereaque multos præſtantes & honeſtos homines, omni laude virtutis, eruditionis, prudentiæ cumulatos, tum aliarum quoque Nationum Doctores ac Magiſtros convocavit & accerſivit: ad eundemque Conventum Martinum Lutherum citavit. Quo contumaciter abſente, omnia ejus ſcripta Latina & Vernacula, quæ vel jam emiſit, vel adhuc emittet, tanquam pernicioſa, fideique & unitati Eccleſiæ prorſus adverſaria damnavit.

7. Deinde poteſtate autoritateque Pontificia, dictorum Cardinalium conſilio & voluntate, maturaque penſatione Epiſcoporum, Prælatorum, Doctorum, & Hæreticæ pravitatis Inquiſitorum, illa ubique comburi penituſque aboleri mandavit. Tum ipſum Lutherum, niſi præſtituto definitoque tempore, ſecundum determinationem Decreti ſuæ Sanctitatis, oſtenderit errorum ſe pœnitere, eoſque abjecerit & revocaverit, velut in obedientiæ malitiæque filium, ſchiſmatis hæreſiumque autorem, ab omnibus vitandum fugiendumque juxta legum pondera conſtituit & ordinavit, ſub pœnis in Bulla Pontificia comprehenſis. Quam Beatitudo ejus nobis, tanquam, Chriſtianæ fidei verò ſummoque Defenſorem, ſanctæque Sedis Pontificiæ & Romanæ atque Catholicæ Eccleſiæ Advocato, per ſuum Romanæque Sedis Oratorem & Nuncium, à Beatitudine ipſius peculiariter hanc ipſam ob cauſam ad nos ablegatum, curavit exhiberi, adjuncta cohortatione poſtulatiſque, ut pro ratione muneris, officii, legitimæque procurationis Cæſareæ Majeſtatis noſtræ, Beatitudini ſuæ, in hujuſmodi perturbatione, gladii civilis auxilium, ad Religionem gloriamque Chriſti vindicandam, impertire, & quòd Chriſtianiſſimo Catholicoque Rege ac Principe dignum eſt, in noſtris hæreditariis Regnis, Ducatibus, ditionibuſque, præcipuè verò in Germania, edicere atque ſancire velimus, ut univerſa & ſingula, quæ in Bulla Sanctitatis ſuæ continentur, inviolabiliter, indiſpenſabiliterque ſerventur, & in his executio legumque voluntas adminiſtretur.

8. Et quanquam nos eam adhortationem, poſt allatam Bullam Pontificiam, tandemque ipſam Lutheri condemnationem, in pluribus Germaniæ locis annunciari celebrarique fecimus, ejuſque in noſtris inferioribus Burgundicis regionibus, ac præſertim Coloniæ, Treveris, Moguntiæ, Leodii, executionem adminiſtrationemque ſeverè mandavimus: interim tamen Martinus Lutheros non ſolùm non ad meliorem frugem ſe recepit, nec errata revocavit, aut à Pontificia Sanctitate abſolutionem, & rurſus in ſancta Catholica Eccleſia remiſſionem veniamque petivit; verumetiam depravati animi ſui perverſæque intelligentiæ plures malos fructus atque effectus, ceu rabioſè manifeſtam oppreſſionem Eccleſiæ machinans, multis acervatis voluminibus, quæ cùm Latina tùm vernacula, non recentibus noviſque tantùm, ſed jam olim quoque reprobatis autoritate Conciliorum hæreſibus plaſphemiiſque ſcatent, à ſe genitis aut certè nomine ſuo publicatis, quotidie diſſipavit.

9. In quibus à ſancta Eccleſia tot obſervatum receptumque ſeculis ſeptem Sacramentorum numerum, inſtitutionem & uſum diſſipat, convellit, defœdat, atque pervertit, indiſſolubileſque ſacri matrimonii Canones variis & mirabilibus modis indignè polluit. Adfirmat item, ſacram Unctionem rem inefficacem & commenticiam eſſe. Uſum quoque & inenarrabilem ſacroſanctæ Cœnæ Domini fructum ad morem conſvetudinemque Boëmorum damnatum accommodare ſtudet. Tum Confeſſionem, quæ conſcientiis mole peccati gravatis contaminatiſque omnium ſaluberrima exiſtit, adeò implicare & involvere cœpit, ut nulla fundamentalis inde informatio, nulla idonea conſolatio ſumi poſſit & hauriri. Poſtremò minatur ſe portò ror de Confeſſione ſcripta proditurum, ut ſi hoc concedatur, non ſolùm plerique ex talibus ejus inſanis libris dicere ſint auſuri, Confeſſionem inutilem & infructuoſam eſſe, verùm etiam pauciſſimi futuri, qui non clamitent prorſus à Confeſſione abſtinendum.

10. Quid quod de functione & ordine Sacerdotali non irreligiosè tantùm leviterque ſentit, ſed imperitum quoque profanorum Laicorum vulgus concitare & permovere nititur, ut manus ſuas cruore Sacerdotum reſpergant? Ac ſummum ſacroſanctæ fidei noſtræ Pontificem, Divi Petri ſucceſſorem, verumque Chriſti Vicarium, fœdè, ſcurriliter, contumelioſeque nominat, nec ceſſat in eum debachari multiplicibus & inauditis hoſtilibus famoſiſque maledictis.

11. Confirmat etiam ea Ethnicorum Poëtarum fabulis, nullam eſſe libertatem naturæ hominis, eò quòd determinatio divina ſit rata & immutabilis. Docet item adplicationem in Miſſa pro aliis impiè fieri. Prætereà abrogat ſtata Jejuniorum Orationumque tempora, & initio à ſancta Eccleſia tradita, & conſtanter hactenus retenta. In primis autem contemnit ſanctorum autoritatem Patrum, qui ab Eccleſia recepti ſunt, tollitque funditùs obedientiam ac politiam Eccleſiaſticam. Denique univerſaliter nihil aliud ſpirant ejus ſcripta, quod non ſeditionum, diſtractionum, bellorum cædium, rapinarum, cauſtionum, & occaſus fidei Chriſtianæ, materiam cauſamque præbeat. Quemadmodum enim cæteris permittit habenas laxare omnibus animi cupiditatibus, & diſſolutè effractis legum repagulis pecudumque more vivere: Sic ipſe homo præfracti & effrenati ingenii, omnia veterum inſtituta legeſque repudiat, conculcat & opprimit. Velut nuper à Decretis & conſtitutio-

Digitized by Google

ſtitutionibus Eccleſiaſticis publicè cremandis, nullo pudore, metu, reverentiaque deterritus eſt; & niſi civilis gladii aciem magis quàm fulmina, execrationes, pœnaſque Pontificias reformidaſſet, indignioralongè in Civilia jura commiſiſſet.

12. Nec erubeſcit palàm perulanterque ſancta Concilia perſtringere, proque animi ſui morbo taxare, deformare, lædere. De quibus ſingulariter Conſtantienſe Concilium ubique lutulento & maledico ore conviciis exagitat, quòd appellat aliquoties Synagogam Satanæ, gravi afficiens dedecore & ignominia Germanicam Nationem, omneſque eos, qui Synodo interfuerunt, ac Johannem Huſs propter hæreticas ejus machinationes vivum ardenti rogo adjudicaverunt, nempe Sigiſmundum Cæſarem, anteceſſorem noſtrum, ſacrique Imperii Principes, atque Senatum publicum, quos Antichriſtos, Diaboli Apoſtolus, parricidas & Phariſeos nominat. Aſſeverat item omnes errores Huſs in illa Synodo condemnatos in Evangelio Chriſtique doctrina contineri, hocque ſe probaturum defenſurumque profitetur. Tum ad eam intemperiem animi dementiamque progreſſus eſt, ut apertè glorietur, ſi prædictus Huſs ſemel hereticus fuerit, ſe meritò decies pro hæretico habendum eſſe.

13. Ne verò cætera, ſtudio brevitatis, innumera Lutheri flagicia ordine perſeqoamur, conſtat hunc unicum non hominem, ſed Dæmonem potiùs figura & ſpecie homana, cucullique Monaſtico indutum, complurium Hæreticorum extremè damnatas hæreſes, quæ jam diu obſoleverant, in unam quaſi Lernæam paludem coëgiſſe, multaſque præterea recentes atque novas excogitaſſe, hoc prætextu, quòd fidem prædicet, quam propterea ſedulò inculcat omnibus ut veram ſinceramque fidem deſtruat & labefactet, ac ſub nomine fucoque Evangelicæ doctrinæ, omnem Evangelicam pacem & charitatem, bonarum rerum harmoniam atque conſtitutionem, ipſam denique pulcherrimam Eccleſiæ hierarchiam extingvat, evertat, diſſolvat, & obruat.

14. Hæc omnia mente cogitationeque complexi, pro poteſtate atque faſtigio Cæſareæ noſtræ functionis, ad quod divinitus evecti ſumus, proque ſingulari amore & propenſione voluntatis, qua cùm Religionem Chriſtianam noſtrorum exemplo Majorum aſſerere, tueri, propugnare, tùm Romani Pontificis ſanctæque Sedis honorem dignitatemque cumulare & ſtabilire mirificè cupimus, expendimus nequaquam nos, præter ſuprà commemoratas Pontificiæ Sanctitatis exhortationes atque poſtulata, ſine inſigni vituperatione noſtri, contumelia detrimentoque Eccleſiæ, in tanta tamque atroci cauſa, negligentia, peccare poſſe, ſicut nec facere debemus, nec hactenus unquam faciendi nobis fuit animus: verùm potiùs Cæſarum Romanorum, Majorum noſtrorum, veſtigiis inhærere, eorumque præclarè pro ſalute & defenſione Catholicæ Eccleſiæ geſta imitari, laudatiſque conſtitutionibus quæ in perniciem, ultionem & extirpationem Hæreticorum factæ ſunt, pro virili parere ſtudebimus.

15. Ac peculiariter hujus negocii cauſa noſtros ſacrique Imperii Electores, Principes, & Status, jam aliquoties hîc Wurmaciæ ad nos venire juſſimus, totaque controverſia, ut evidens neceſſitas requirit, acerrime perveſtigata, ponderata, & examinata, communi & unanimi conſilio conſenſuque decrevimus, ut ſequitur.

16. Quanquam hominem toties condemnatum, & in obſirmata perverſione animi perſeverantem, atque ab unione Catholicæ Eccleſiæ ſeparatum, manifeſtumque Hæreticum, ad cognitionem admittere, omnia jura excipiunt, tamen ut anſa maledicorum ſermonum præcideretur, præſertim cùm aliqui palàm contendant, multos Lutheri nomine libros componi & excudi, ab ipſo nec lucubratos nec editos, alii quoque exiſtiment æquitati conſentaneum eſſe, ſi antequam in Lutherum atrociùs aliquid ſtatuatur, priùs accerſitus, ſalvoque conductu munitus, à nobis audiatur; ideò eum ad Aulam noſtram citavimus, & per caducearorem datis literis de Securitate huc proficiſci curavimus, inque noſtra & ſuprà dictorum omnium noſtrorum Imperiique Electorum, Principum & Ordinum præſentia interrogavimus; An libellorum, quos illi tunc propoſuimus, aliorumque ſimilium, qui nomine ejus paſſim circumferuntur, autorem ſe fateatur? & an in hujuſmodi ſcriptis contra ſancta Concilia, Decreta, morè conſvetudinemque à Majoribus noſtris uſque in hodiernum diem religiosè obſervatā, diſceptata revocare, ſuppliciterq; ad gremium & unitatem Eccleſiæ redire velit?

17. Tanta verò lenitate, tanta ſermonis comitate, tam æquis conditionibus, tam paternis admonitionibus, hæc illi commemorata ſunt, ut pertinaciſſimum hominem & rupibus Caucaſi duriorem meritò flectere, mollire atque permovere debuerint. Is autem horum opuſculorum facta mentione, omnia primùm ſuos eſſe partus affirmavit, ſimulque proteſtatus eſt nunquàm ſe hos negaturū. Præterea adjecit, plures à ſe libros conſcriptos fuiſſe, qui cùm ignoti ſint nobis hîc nō enumerantur.

18. Sed quantum ad revocationem, deliberandi ſpacium moramque poſtulavit. Quæ cùm illi jure optimo denegari potuiſſet, eò quòd contra novas corruptelas & fanatica deliria in fide abſque cunctatione continuò procedi oporteat, & quòd ipſe cùm ex noſtro ſuperiori Mandato literiſque ſibi inſcriptis certoque redditis, clarè intellexerit, cujus rei cauſa ad nos vocatus eſſet, niſi præparata meditataque reſponſione in noſtrum Statuumque Imperii conſpectum prodire non debuiſſet; nihilominus tamen illi benignè & clementer indulgentes diem unum cogitandi tribuimus.

19. Poſtridiè igitur in noſtrum Procerumque Imperii conſeſſum reverſus, iterum graviſſimè atq; luculenter admonitus eſt, ut ſe colligeret, & quò progrederetur etiam atque etiam videret, adjuncta pollicitatione noſtra, ſi quæ viciosa quoque condemnanda eſſent, in libellis ſuis retractaret, nos illi rurſus ſanctiſſimi Patris noſtri Papæ benevolentiam & amorem conciliaturos, daturoſque operam, ut Beatitudo illius ex ſingulis Chriſtiani nominis gentibus ac nationibus binos excellentes viros, probatæ vitæ, exquiſitæque doctrinæ eligat, qui de libris ejus cenſuram agant, erroreſque expungant; reliqua verò, nulla hæreſeos labe infecta, ut Pontificia Sanctitas approbet.

20. Itaque poſt tot obteſtationes, adhortationes, preces, nec in revocationem conſentire; nec ubertimas pollicitationes noſtras amplecti voluit, ſed omninò reſpuit ac detrectavit, idque tam inconſiderato ſermone, tam indecenti vultu atque geſtu, qui ſuæ mentis conſiliique compoti, ac religione ſacriſque initiato & dicato homini nequaquam conuenit. Tunc enim manifeſtè cùm dixiſſet, ſe in lucubrationibus ſuis ne verbum quidem mutaturum, ac nobis Statibuſque Imperii præſentibus impudenter & flagitiosè S. Concilia deriſiſſet, abjeciſſet, & aſpernatus fuiſſet, in primis autem Conſtantienſe, quod Natione Germanicâ cùm æterna laude atq; honore cumulavit, tùm pacis, otii, concordiæq; vinculum fuit, hac tandem ſe conditione obligavit, ſi in diſputatione, quam fretus noſtris de ſecuritate promiſſis experivit, non ignorans id humanu divinoque jure prohiberi, ſuccubuiſſet.

21. Etſi a. hac contumaci reſponſione, non exigua noſtri Procerumq; moleſtia & offenſione, populiq; ſcandalo audita, probabilib. de cauſis induxeramus animũ, continuò ſeveriùs eum coercere, ſectaq; domũ ex conventu dimittere, quemadmodum hanc noſtram voluntatem poſtero die manu noſtra perſcriptam revelari fecimus: præfatorum tamen Electorum Ordinumq; interceſſione flagitationibuſque adducti ſumus, ut triduum illi ad liberandam iſtu quaſi ſtupore mentem largiremur.

22. Sed intereà duo Electores, duo item Eccleſiaſtici, duoq; ſeculares Principes, duo poſtremùm ex noſtris Imperiiq; Civitatibus adhibiti, delecti, deſtinatiq; ſunt, qui mandato & nomine congregationis totiùs Imperii Lutherum ad ſe vocatum familiariter & amanter admunerent, adhortarentur, erudirent, nec ullam rem idoneam accommodatamve ad eum de ſententia deducendum intermitterent, cum interminatione, niſi ſanaticas opiniones abjiciat, quàm graves & acerbas tùm à nobis, tùm à ſacro Imperio pœnas, approbantibus Canonibus, expectare debeat.

23. Ac ubi tam ſeria diligenſque cohortatio irrita fruſtraque ſuſcepta fuit, quidam ex noſtris Electoribus aſſumptis duobus placido ingenio nobilique doctrina præditis Doctoribus & unà cum illis, & ſeparatim ipſe, non modò ſumma obteſtatione ſpecioſaque demonſtratione multiplicium ejus erratorum perſvadere Luthero conatus eſt, ut pluris Patris noſtri Papæ, ſimiliterque noſtrum, & omnium Imperii Ordinum, aliorum item Catholicarum Nationum, conſenſum, ritus, & conſvetudinem, tot ſeculis juxta Eccleſiæ conſtitutiones, tanquam per manus traditam, quàm proprias ſpeculationes, ſuique commenta cerebri faceret; hac adjectione, ſi pertinaciam moroſitatemque depoſuerit, & ad meliora ſe converterit, reipſa illum intellecturum, hoc illuſtri multorum ſanctorum Patrum exemplu, & ad conſervationem corporis, animæ exiſtimationiſque ſuæ fieri.

24. Adhæc, ut bona fide nobis renunciatũ eſt, Martinus Lutherus reſpondiſſe fertur, ſe non ſolùm omnes jam dictas perſonas, ſed etiam generale Concilium (ſi quod futurum ſit) pro ſuſpecto & partiali habiturum, & quòd in libris ſuis ne minimam quidem ſyllabam velit mutare, quòd anteà quoque in noſtra Statuumque Imperii præſentia proteſtatus fuiſſet, præterquam ſi à viro excellenter erudito convinceretur, idque ſecundũ ſuam duntaxat Regulam, nec ex Conciliis, aut Cæſareis Pontificiiſque Decretis, aut ullius Patrũ autoritatibus quantũlibet ſancti, ſed tantùm ex teſtimoniis verbi Dei; quæ vult ad ſuum arbitrium ſuaſque inextricabiles & ſpinoſas opiniones, inflecti, detorqueri, ac enarrari: cùm pateat atque in promptu ſit, illis autoritatib. id, quod in utroq; Teſtamento aut non ponitur, aut minùs clarè exprimitur, ſupplentibus, hactenus ſanctam Catholicam Eccleſiam fuiſſe gubernatam.

25. Quandoquidem igitur hæc ita geſta ſunt, & Martinus Lutherus tam obſtinatè ac perversè in opinionibus manifeſtè hæreticis perſeverat, ideoque eum omnes pii & intelligentes tanquam furioſum & à Dæmone correptum fugiant & execrentur, Nos juxta noſtrarum tenorem literarum de ſecuritate die proximo menſis April 25. abire illum è conſpectu noſtro juſſimus, caduceatoremque rurſus adjunximus, ut ſecundũ hunc viceſimum quintum diem Aprilis adhuc viginti dies conſequentes conductu ſalvo muniatur, hiſq; tranſactis nihil à nobis præſidii defenſioniſque habeat amplius: inde nimirum opportunis remediis contra hanc exulceratiſſimam peſtem procedi debet, ut ſequitur.

26. Principiò, ad laudem gloriamque omnipotentis Dei, & propugnationem Chriſtianæ fidei, Pontificiis quoque Romani & Sedis honorem debitũ, autoritate ac poteſtate noſtræ Cæſareæ dignitatis atq; officii, præterea unanimi conſensu & voluntate noſtrorum ſacriq; Imperii Electorum, Principum, & Ordinum hîc jam congregatorum, Nos ad perpetuam rei memoriam, præſtandamq; Decreti, ſententiæ, ac condemnationis Bullæ, quam ſanctus noſter Pater Papa velut Ordinarius Judex controverſiarum Religionis edidit, executionem, ſuprà memoratum Martinum Lutherum tanquam membrum ab Eccleſia Dei ſeparatum, pernicioſi ſchiſmatis autorem, manifeſtum pertinacemq; Hæreticum, a nobis vobiſq; univerſis & ſingulis exiſtimandum deteſtandumq; renunciamus & declaramus, idq; publicè teſtatum his literis volumus, edicentes & imperantes vobis omnib. & unicuiq; ſub ſponſione atq; juramento, quo nobis ſacroq; Imperio devincti eſtis, ad effugiendã item criminis læſæ Majeſtatis pœnã noſtramque & Imperii proſcriptionẽ ac excommunicationem, præterea ſub privatione, amiſſione, deſpoliatione omniũ Regalium, Feudorũ, Privilegiorum, Immunitatum, quas ad hoc uſque tempus ab Anteceſſoribus noſtris, Nobis, & S. Imperio ulla ratione conceſſas obtinuiſtis.

27. Imperantes, inquam, Romana Cæſareaq; poteſtate ſeverè hoc Edicto, volumus, ut elapſis præfatis viginti dieb. qui 14. hujus menſis Maji terminabuntur, prædictũ Martinum Luth. nemo veſtrûm hoſpitio, tectu, lectove recipiat ac foveat, nemo cibo potuq; alat & ſuſtentet, nec quiſquam verb. ac factis, clam palamve, conſilio vel auxilio juvet aut promoveat: ſed ubicũq, locorũ in eũ incideritis, ſi tantũ habebitis virĩũ, vinctũ cõprehẽdatis, diligentiq; ſeptũ cuſtodia nobis vel adducatis ipſi, vel adduci curetis, aut ſaltẽ e veſtigio nobis ubi captus fuerit, indicetis, intereaq; carcere clauſũ providenter aſſerveris, donec quid porrò illi inferendũ ſit, inſtructionem noſtrã acceperitis, voſq; propter hujuſmodi ſanctũ & pium opus, ad compenſationem laborum quoq; & ſumptuũ, benignè remuneremini.

28. Ve-

28. Verùm contra illius neceſſarios, conjunctos, rhiaſotas, patronos, altores, fautores, conſentientes, æmulos, atque imitatores, horumque mobilia vel immobilia bona, debetis in vigore ſanctæ conſtitutionis, noſtræ & Imperii proſcriptionis & excommunicationis, hoc ordine procedere: videlicet, iter facientes proſternere, prehendere, fortunas diripere, ad veſtrum dominium transferre, nemine obſtante vel impediente: excepto, ſi veriſimiliter probabiliterque confirment, ſe hac ſcopuloſa via deſerta Pontificiam abſolutionem impetraſſe.

29. Præterea mandamus vobis omnibus & unicuique privatim, ſub anteſcriptis pœnis, ne quiſquam veſtrûm jam ſæpè nominati Martini Lutheri libros à ſancto Patre noſtro Papa, ut ſuprà indicatur, condemnatos, ejuſdemque alia multa ſcripta, quæ ſeu vernacula ſeu Latina lingva componit hactenus, tanquam impia, fœda, ſuſpecta, diluta & à notorio pertinacique Hæretico edita, amplius emere, venundare, ſervare, deſcribere, imprimere, deſcribi vel imprimi facere, nec ipſius opinioni ſuffragari, adhærere, aut prædicare, defendere, aſſerere ullis modis, qui ab ingeniis humanaque ſolertia excogitari uſurparique poſſunt, præſumat.

30. Nec verò quem facilè moveat, quòd hæc interdum aliquid boni ad decipiendos imperitos admixtum habere videntur. Nam ſi à ſaluberrimis epulis unica veneni guttula infectis ſani omnes abhorrent, quantò magis hujuſmodi libri & ſcripta, mille venenis animæ letiferiſque peſtibus imbuta, non ſolùm à nobis omnibus refugienda, ſed etiam ex memoria hominum tollenda, penituſque obruenda ſunt, ne cuiquam damnum aliquod aut æternam mortem afferant? Poſtquàm omnia, quæ libris ejus rectè ac laudabiliter inſerta ſunt, multò antè à ſanctis Patribus, ab Eccleſia Catholica receptis & approbatis, frequenter uſurpantur, introducuntur, & explicantur, ubi abſque ſollicitudine, ſuſpicione, aut ullius mali periculo attingi, legi, tractarique poſſunt.

31. Inſuper decernimus, ut univerſi & ſinguli, cujuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis fuerint, ac præſertim gerentes Magiſtratus, & ſuperiore vel inferiore juriſdictione armati, ſub incurſione pœnæ ſuprà expreſſæ, in omnibus ſacro Romano Imperio ſubjectis ditionibus in noſtris item hæreditariis Ducatibus atque territorio, de facto ſeverè ordinent, pœnas irrogent, imperent atque procurent, quoſcunque tales antedictos Lutheri virulentas commentariones, libellos & lucubrationes, ingentium tumultuum, damnorum, diſſipationum, hæreſium in Eccleſia Dei adminiſtras, igni comburendas, & his aliiſque mediis funditùs abolendas, extirpandas, ad nihilumque redigendas. Similiter Beatitudinis Pontificiæ Nuncius, ipſorumque delectis Commiſſariis, in his ad illorum petitionem & requiſitionem, ſumma voluntate atque promptitudine animi adeſſe, obſequi, moremque gerere, ac nihilominus iis abſentibus ad hæc univerſa & ſingula adminiſtranda, exequenda, perficienda, noſtro juſſu mandatoque accedere, operaſque conferre debetis.

32. Interim quoque præcipimus omnibus aliis & ſacri Imperii, noſtrarum etiam hæreditariarum ditionum territoriique ſubditis ac fidelibus ſeverè præſentibus literis, ut in prædictis ordinibus magiſtratibuſque conſtituti pariter nobiſmetipſis auxilium, obedientiam, alacritatem, promptitudinemque præſtent: ac volumus tranſgreſſores præfatis pœnis, mulctis, caſtigationibuſq; ſubjacere.

33. Cumque evidens neceſſitas efflagitet prævenire ac præcavere, ne libri Lutheri, aut hinc malè excerpta, vel ſuppreſſo nomine autoris edita, vel aliorum ſcriptis intertexta, cæterorumque ejuſdem farinæ hominum opuſcula, qualia magno cum dolore paſſim in Germania concepta & publicata, pernicioſis dogmatibus exempliſque referta, percepimus, in poſterum aut componantur, aut in vulgus ſpargantur, unde pii ſimplices horum lectione ſeducti, errores in fide comprobare, honeſtatem vitæ morumque negligere inciperent; quæ res ſcandalorum, acerbitatum, odiorum in Eccleſia, ceu ſeminarium quoddam exſtitit, quemadmodum hactenus perſpicuè vidimus, quod indies magis magiſque in omnibus regnis, Ducatibus, Populis, Nationibus, conſpirationes, ſchiſmata, factiones, confuſioneſque metuendæ erunt. Propterea ad hujus morbi ſæviſſimi vim extinguendam, iterum mandamus, conſilio noſtrorum Imperiique Electorum, Principum & Statuum, ſub præfatis gravibus pœnis, mulctis, caſtigationibuſque, nobis noſtris & Imperii, noſtrorumque hæreditariorum Ducatuum atque ditionum ſubditis, univerſis & ſingulis, tanquam Romanus Imperator, legitimus hæres ac ordinaria Poteſtas, ne quis veſtrûm poſthac ejuſmodi famoſos plenoſque veneni libellos, aliaſve chartas, aut exempla vel tranſſumpta, ut quæ in Chriſtiana Religione nefandos errores pariunt, ac ritus & inſtituta Eccleſiæ pervellunt.

34. Præterea ne quis infeſta maledicaque ſcripta in ſanctum Patrem noſtrum Papam, Prælatos, Principes, Academias, horum Facultates, aliaſque honeſtas Perſonas, denique offectura bonis moribus, & Eccleſiæ tranquillitatem turbatura ampliùs fingat, pingat, ſcribat, imprimat, vendat, emat, clam palamve ſervet, aut imprimi, ſcribi, pingive faciat, nec aliis hæc rationibus quomodocunque excogitentur, fieri procuret, conniveat, vel permittat.

35. Similiter imperamus ſeverè, ſub indicatis pœnis, omnibus, qui ad ornandam tuendamque juſtitiam in præſidiis Reipub. vel ad gubernacula ſedent, ut talia ſcripta, libros, paginas, picturaſque, quæ aut ſub oculos cadere hactenus potuerunt, aut deinceps edentur, ſcribentur, pingentur, quemcunque habeant dominum, & ubicunq; hæc repererint per ambitum totius Imperii Romani noſtraſq; hæreditarias ditiones, vigore hujus noſtri Edicti, ad ſe recipiant, diſcerpant & inflamment.

36. Autores quoque, ſcriptores, impreſſores & pictores emptores item venditoreſq; talium fœdiſſimorum ſcriptorum, poëmatum, librorum, paginarum, picturarum, poſt factam promulgationem noſtri præſentis Cæſarei Decreti, perſeverantes, aut de novo aliquid molientes, ſi notorium fuerit, corporibus, fortunis, privilegiis, ubicunque eos aſſequi poteritis, plectatis, denudetis, poſſideatis, &

quæ placuerit, in eos ſtatuatis. Hoc liberum vobis conceſſumque jure optimo putatote, nec idcircò injuriam feciſſe cuiquam arguemini, aut lege vel extra judicium ad diſceptandum cum hac de re expoſtulantibus obligati eritis.

37. Poſtremò, quo cum præſentia mala, tum occaſiones futurarum hæreſium præcidantur, penituſque removeantur, nec venena ab horum libellorum autoribus introducta latiùs diſſipentur, atque celeberrima ars typographica deinceps tantùm ad præclaros & laude dignos uſus adhibeatur, Nos Cæſarea Regiaque poteſtate, conſulto, unanimique conſenſu noſtrorum & Imperii Electorum atque Ordinum, ſub noſtra Imperiique proſcriptione, excommunicatione, & reliquis ante commemoratis pœnis decrevimus, rurſumque ſcientes decernimus, vigore hujus Edicti, cui authoritatem legis tribuimus, idque inviolabiliter ſervari volumus, Ne quis in poſterum typographus, aut alius quicunque vel ubicunque fuerit in Imperio Romano, aut in noſtris hæreditariis Regnis, Ducatibus, ac territoriis, ullum opus ſcriptúmve, in quo fidei Chriſtianæ mentio ſeu prolixè ſeu breviter fiat, aut primus imprimat, aut ab aliis editum recudat, niſi conſcio & annuente loci illius Ordinario, vel ejus Subſtituto, & ad hanc rem ordinato, cum permiſſione facultatis Theologicæ in Academia aliqua finiendi. Cæteri verò libri, qua de cunque facultate, profeſſione, materia confecti, conſenſu & voluntate Ordinarii, nec aliter excudantur, venundentur, imprimi venundarique curentur & ſubornentur ullis impoſturis.

38. Si qui verò, quocunque ſplendore, dignitate, amplitudine præditi, hujuſmodi noſtra Chriſtiana & Cæſarea Decreta, leges, ſtatuta, ordinationes, mandata, quæ per omnia firma, fixa, rata volumus, in uno pluribuſvè articulis commemoratis, Lutheri dogmata vel officinas typographicas perſtringentibus, ullis modis, qui venire in mentem homini poſſunt, contumaciter attenuare, violare, infringere, evertere, abrogare, præſumpſerint, hi ſciant ſupradictis & in jure definitis pœnis, ſecundum formam & proceſſum Pontificiæ excommunicationis, noſtræque proſcriptionis, ſe irremiſſibiliter ſubjacere. Hæc omnes proponant animis, quibus ut ſatisfiat, fideſque adhibeatur, præſentes Cæſareo ſigillo noſtro communivimus.

Datæ Wormaciæ, noſtra & ſacri Imperii Civitate, 8. Maji, Anno à Nato Chriſto, M. D. XXI. Noſtri verò Imperii Romani anno ſecundo, aliorum Regnorum ſexto.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

Ann. Chriſti 1521.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

EDICTUM

UT FRATRUM SORORUMQUE LIBERI, CUM PATRUO VEL AVUNCULO, IN DEFUNCTI patrui vel Avunculi hæreditatem in ſtirpes ſuccedant.

Publicatum à Regimento Norimbergenſi ANNO M. D. XXI.

CAROLUS V. Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Arragoniæ, Legionis, utriuſque Siciliæ, Hieroſolymorum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gilliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardaniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Inſularum Indiarum, Terræfirmæ & Maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limpurgi, Wittembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ; Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Gorciæ, Barcinonis, Artheſii, & Burgundiæ; Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phireti, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ; Landgravius Elſatiæ; Marchio Burgoviæ, Oriſtani, Goriani, & ſacri Romani Imperii; Princeps Sveviæ, Cathaloniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Friſiæ, Marchiæ Vandalicæ, Portenoviæ, Piſcaiæ, Molini, Salinarum, Tripoli & Mechliniæ: omnibus ac Singulis noſtris & imperii fidelibus, in quacunque dignitate, ſtatu & conditione exiſtant, gratiam noſtram & omne bonum.

Cammergerichts Ordnung zu Augſpurg A. 1500. cap. II. Von Succeſſion der Dochter oder Enckeln.

1. Olim in generalibus ſacri Romani Imperii Comitiis, Anno milleſimo quingenteſimo Auguſtæ celebratis, inter alia de ſucceſſione nepotum fuit conſtitutum, ut ab illo tempore in poſterum ad avorum vel aviatum hæreditatem, pariter cum patruo vel avunculo, amita vel matertera, in bonis ac ſubſtantiis, ſecundum leges civiles, admitterentur: non obſtante conſvetudine, quæ nonnullis in locis contraria obſervabatur, utpote quæ, tanquam clementiæ juris & æquitati repugnans & adverſaria, abrogata atque annullata fuit, omnibuſque Judicibus & Juſticiariis, ab illo tempore inanteà ſecundùm talem conſvetudinem huic conſtitutioni contravenientem, judicare ſeveriſſimè interdictum,

2. Et

2. Et quoniam in iiſdem legibus civilibus proviſum, quòd fratrum ſororumque liberi, defuncto patre vel matre, cum patruo vel avunculo, amita vel matertera, in defuncti alicujus patrui vel avunculi, amitæ vel materteræ hæreditatem in ſtirpes ſuccedere debeant: id autem vel ex ignorantia aut abuſu quodam multis in locis non obſervetur: & nos nuper Wormatiæ in generalibus Comitiis cum Electoribus, Principibus Statibuſque Imperii deliberavimus, ut in hoc quoque caſu legum civilium dictameo ubique teneretur: ideò ordinamus, ſtatuimus, & declaramus, ut fratrum ſororumque liberi, abhinc in futurum, cum patruo vel avunculo, amita vel matertera, ad defuncti patrui vel avunculi, amitæ vel materteræ, hæreditatem, ſecundum leges civiles & conſtitutiones Imperatorias, in ſtirpes pariter admittantur, non obſtantibus quibuſcunque conſvetudinibus, ubicunque ex huic conſtitutioni adverſatiæ reperiri aut intelligi poſſint. Quas conſvetudines, tanquam juri & huic conſtitutioni contrarias, juxta memoratam generalium Comitiorum concluſionem, & de Imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia, hîc tollimus, derogamus, & annullamus.

Videatur de hoc loco Borcholten in tractat. de Gradibus pag. 43. Adde præter alios Klokium in Conſultat. An fratrum germanorum filii, &c.

3. Mandamus propterea vobis omnibus ac ſingulis, de prædicta noſtra poteſtate, & districtè præcipimus, ut ſupraſcriptam conſtitutionem, in utroque poſito caſu, fideliter obſervetis, ſecundum eam judicetis, & in omnibus teneatis, neque vos ulla conſvetudine, aut quacunque alia re, quæ impedire videatur, deterreri patiamini. Qua in re noſtram facietis districtam voluntatem.

Datum Nurimbergæ, die vigeſimo octavo Novembris, Anno Nativitatis Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo: Regnorum noſtrorum, Romani ſecundo, cæterorum verò omnium ſexto.

CAROLI V. IMPERATORIS · AUGUSTI

Ann. Chriſti 1522.

RESCRIPTUM

AD REVERENDISSIMOS CARDINALES SACRUMQUE ROMANUM COLLEGIUM SUPER CONFIRMATIONE ELECTI PONTIFICIS.

Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus Sacri Collegii.

CAROLUS divina favente clementia Rex Romanorum, &c.

MAgnitudo rei: qua pietatem in Deum, veſtram erga nos benivolentiam declaraſtis: facit ut cum ſumma vobis debeatur gratia, quibus verbis eam pro merito veſtro habeamus, vix invenire poſſimus. Nam nulla dicendi facultas eſt, quæ divina ſtudia veſtra oratione æquare poſſit, admirabilem profectò ſapientiam veſtram. Siquidem cum quo in ſtatu R. P. eſſet, animo veſtro proponeretis, de Pontificique deſignando ageretis, nihil aut publico commodo, aut dignitati noſtræ antetuliſtis. Libebat antea de R. P. bene ſperare: nunc ſecura omnia præſtare poſſe videmur. Quid enim eſt, quod hoc Pontifice & in divinis & in humanis rebus conſtitui non poſſit? Cum præterea, quæ in homine ſumma inſunt, animum noſtrum ſanctiſſimis officiis ita devinctum habeat, ut omnibus fortunis noſtris, non ſecus quam ſuis uti poſſit. Ergo quod ſuffragiis veſtris ſalvam religionem voluiſtis: quodque quantum potuiſtis, nobis tribuiſtis: quæ univerſo ordini ſeparatimque unicuique debetur gratia, ea non ſolùm à nobis habetur, ſed ita cumulatè refertur, ut nulla dies interventura ſit, quæ hujus beneficii memoriam è ſenſu noſtro evellat. Sed cum ſalus rerum perturbatis his temporibus eo vertatur, ut ſummus Pontifex quamprimum in urbem veniat regendum, qui navis ſuæ clavum præſens vobiſcum ſuſcipiat, certos homines in Hiſpaniam cum litteris excurrere jubemus, præfectoſque ut omnibus officiis Sanctitatem ſuam proſequantur, monemus. Interim à vobis petimus, ut pro virtute veſtra curam ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſuſcipiatis: quantumque poteſtis, caveatis, ne quicquam de amplitudine illius deſideretur. Quæ ad avertenda mala nobis in mentem veniant, ab illuſtri Don. Jo. Manuel, probato fidei & virtutis hodie, cognoſcetis. Hortamur vos ut concordi voluntate ſitis, ſalvaque ea curetis, quæ à Leone decimo, viro nunquam ſatis laudato, ſempiterna laude parta ſunt. Hoc, qui de exiſtimatione veſtra benè ſentiunt, non ſolùm à vobis expectant, ſed etiam pro debito expoſcunt. Profectò nihil eſt, quo aut nobis gratius, aut ſummo Pontifice beatius accidere poſſit.

Dat. Bruſſellis XXVI. Januar. M. V. XXII. Ego Rex.

De Mandato Cæſ. & Catholicæ Majeſtatis. G. Grallent.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

EDICTUM

DE CAUSA LUTHERANA,

Ann. Chriſti 1523.

Publicatum Norimbergæ in Conventu, ANNO M. D. XXIII.

CAROLUS V. Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieroſolymæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ; Comes Habſpurgi, Flandriæ, & Tirolis &c. Univerſis ac ſingulis, noſtris & ſacri Imperii Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis ac Politici ordinis, Prælatis, Comitib. Baronib. Nobilib. Magiſtratib. Officialib. Civitatib. & reliquis noſtris & Imperii ſubditis, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, vel conditionis ſint, ad quos hoc noſtrum Cæſareum ſcriptum pervenit, deferimus noſtram benevolentiam, & gratiam, atque omnem precamur felicitatem.

1. Reverendiſſimi, digniſſimi, illuſtriſſimi, chariſſimique, Cognati, Propinqui, Electores, Principes, Generoſi, Venerandi, Nobiles, Reverendi ac Fideles: Cùm in noſtris Comitiis atque Imperiali Conventu Norimbergæ jam habito, Pontificis Beatitudo per Legatum Apoſtolicum, præterquàm quod de præſidiis atque defenſione Regni Hungariæ adverſus Turcam, Chriſtiani nominis hoſtem hæreditarium decernenda, ſumma cum obteſtatione retuliſſet, etiam Lutheri ſuorumque conſectaneorum doctrinæ ac ſcriptorum, quæ plurima nunc in lucem edunt, per Breve, ut vocant, Apoſtolicum & Inſtructionem, partim quoque ſuis verbis mentionem fecit: ſubindicans, ipſam neceſſitatem ſummoperè nunc flagitare, ut maturata deliberatione aliqua ſuſciperetur cura, quo ejuſmodi genus doctrinæ & ſcripta, quæ facerent ad excitandos tumultus, inhiberentur ac ſupprimerentur: addita ſimul obteſtatione, ut Cæſareæ noſtræ Majeſtatis Locumtenens, cæterique Electores Principes & Status Imperii, communicatis inter ſe ſententiis atque conſiliis, monſtrarent Beatitudini ſuæ, quibus mediis aut qua via Lutheranæ hæreſi occurrendum eſſet; Suam Beatitudinem datutam operam, ne aliquid eorum deſiderari poſſet, quæ ſibi ex officio incumbunt.

2. Ad hæc igitur Cæſareæ Majeſtatis noſtræ Locumtenens, Electores, Principes, & Status Imperii, accurata deliberatione habita, prout ratio & commoditas totius negocii ferebat, nullum hoc tempore conſilium efficacius nec ſalubrius excogitare aut reperire potuerunt, quàm ut Pontificis beatitudo, conſenſu noſtro, liberum & Chriſtianum Concilium, opportuna quadam civitate Germanicæ Nationis celebrandum indiceret, videlicet Argentorati, Moguntiæ, Coloniæ, civitate Metenſi, aut alibi locorum, de quo Pontificis Sanctitati & vobis paciſci liceret, quod tamen intra ſpatium unius anni auſpicandum foret, quemadmodum etiam Cæſareæ Majeſtatis noſtræ Locumtenens, Electores, Principes, & cæteri Ordines Imperii eandem conſultationem atque animi ſui ſententiam loco reſponſi perſcriptam, unà cum cæteris quibuſdam articulis & gravaminibus aliis, quæ ſuperioribus proximis Comitiis Wormatiæ celebratis, à ſecularibus Principibus & Statibus Imperii adverſus ſedem Romanam literis ſunt mandata, Beatitudini ſuæ tranſmitti curarunt, ſimul petentes, ut Sanctitas Sua debitam inſpectionem facere, atque reformationem aliquam ſuſcipere vellet.

3. Et præter illam ſui conſilii & ſententiæ declarationem, promiſerunt etiam, ſe interim, dum Synodus convocetur, omnem diligentiam adhibituros eſſe, præcipuè verò cum illo Magiſtratu, ſub cujus imperio Lutherus & quidam alii ejus ſectatores foventur, magno ſtudio velle agere, ut is efficiat, ne LUTHERUS aut alii ejus ſectatores potiò aliquid novi ſcribant, aut in publicum edant.

4. Deinde ſinguli Electores, Principes, & Status Imperii Romani dent operam, ut in ſuis territoriis præter ſanctum Evangelium, atque juxta interpretationem doctrinæ jam anteà ab Eccleſia Chriſtiana receptæ & approbatæ, nihil doceatur.

5. Prætereà, ne poſthac publicis typis imprimantur aut vendantur nova ſcripta, niſi priùs à doctis quibuſdam viris peculiariter ad hoc deſignandis, inſpecta & explorata ſint, atque admiſſa, quemadmodum iſta omnia uberiùs in literis ad ſuam Beatitudinem tranſmiſſis continentur.

6. Ad hæc etiam ſinguli Electores, Principes, Prælati, cæterique Ordines Imperii, quanta fieri poteſt diligentia, in ſuis ditionibus curent atque efficiant, omnes divini verbi Concionatores commodè & moderatè admoneri, ut in publicis concionibus abſtineant ab omnibus iis, quæ tumultibus, rebellionibus, diſcordiis aut ſeditionibus in ſacro Imperio Romano occaſionem præbere, aut alioqui populum Chriſtianum in errorem trahere poſſent, tantummodò ſacroſanctum Evangelium juxta interpretationem Scripturæ à ſancta Eccleſia Chriſtiana approbatæ & receptæ, ſicut ſuprà dictum eſt, proponant ac doceant. Et ſi quæ ſint inutiles ac diſputabiles materiæ, ut eas in docendo penitus omittant, ac potiùs judicium præfati & Chriſtiani Concilii exſpectent.

7. Archig-

7. Archiepiſcopi inſuper & Epiſcopi; quosdam ſacrarum literarum peritos viros ordinent, qui ejusmodi concionibus ac doctrinis diligenter attendant, in quibus ſi fortè errores deprehenderint, tum hos Concionatores ſive Doctores, placidè, benignè, & prorſus ea moderatione dehortari ſtudeant, ne aliquibus ſuſpicio moveatur, quaſi hoc modo Evangelii veritatem impedire aut opprimere velint. Quod ſi Concionatorum aliqui admonitionibus à ſuo propoſito flecti non poſſent, tum Ordinarii dent operam, ut juſtis pœnis; quemadmodum ipſi rectè norunt, quid opus ſit facto, coërceantur, ne locus detur ſuſpicioni, quaſi veritatem Evangelicam velimus impeditam aut ſuppreſſam.

8. Poſtremò Cæſareæ Majeſtatis noſtræ Locumtenens, Electores, Principes, & Status Imperii, quantum in ipſis eſt ſitum, in omnibus officinis typographicis, item apud bibliopolas, in ſuis territoriis, diligenter proſpicient, ne poſthac aliquid novorum ſcriptorum intra tempus futuræ Synodi excudatur, ſeu venum exponatur, aut alioqui, ut vendi poſſit, circumferatur, niſi primùm à doctis, & in quolibet imperio ad hoc delectis viris, quemadmodum in præcedenti quoque articulo meminimus, recognitum ſit & approbatum.

9. Cæterum ſi quid prætereà excuſum, vel ut excudatur ab aliquo traditum fuerit, in quo vitium deprehendetur, ejusmodi ſcriptum, præſertim libellos famoſos, nemini ſub gravi pœna excudere, vel excuſos diſtrahere licebit: ſed hæc ita interdici, & omninò ſervari debeor.

10. De perſonis Eccleſiaſticis matrimonium contrahentibus, item de religioſis perſonis deſerentibus ſua monaſteria, cùm in communi jure Civili nulla peculiariter conſtituta ſit pœna, valeant & ratæ ſint illæ, quæ jure Canonico in tales decernuntur; amiſſio videlicet libertatis, privilegiorum, beneficiorum, & aliarum rerum. Atque ut Ordinarii in exequutione iſtarum pœnarum à civili Magiſtratu nequaquam impediantur; ſed illis ad defenſionem Eccleſiaſticæ jurisdictionis opem auxiliumque ferant.

11. Si verò Eccleſiaſticæ perſonæ contra hæc importunè vel contumaciter ſe gererent, ibi ſecundùm præſcriptum ſancitarum legum puniri debebunt, quemadmodùm hi omnes articuli per prædictum Cæſareæ Majeſtatis noſtræ Locumtenentem, Electores, Principes, & reliquos Imperii Status deciſi ſunt, atque in communi noſtro ſacrique Imperii Receſſu comprehenſi.

12. Ut autem ſuprà memorati articuli omnes & ſinguli certiùs ſervarentur, mandavimus, ut in forma publici Edicti paſſim affigantur & recitentur.

13. Proinde ſeriò vobis omnibus ac ſingulis, & in primis auctoritate Cæſareæ Majeſtatis, hoc publico Edicto mandamus & volumus, ut vos Ordines Imperii Romani omnes, & quisque pro ſe in ſuo territorio curet ac proſpiciat, ut intra tempus futuri Concilii tantummodò ſacrum Evangelium, juxta interpretationem ſcripturæ ab Eccleſia Chriſtiana jam approbatæ & receptæ, prædicetur ac doceatur.

14. Deinde etiam quisque ſingulari diligentia curabit, omnes Concionatores, moderatè ac commodè cum illis agendo, commonefieri, ut abſtineant in ſuis concionibus ab omnibus iis, quæ inobedientiæ, diſcordiis, atque tumultibus in ſacro Imperio Romano anſam præbere, aut alioqui pios in errorem abducere poſſent; parum utiles ac diſputabiles materias inter concionandum præcidant ac viteut, ſed de his Chriſtianæ Synodi determinationem expectent.

15. Vos Archiepiſcopi, & cæteri Epiſcopi, viros aliquot, intelligentia ſacræ Scripturæ præditos, ordinetis, qui vigilanter obſervent, quid in ſacris concionibus doceatur. Qui ſi errores alicubi ſparſos animadverterint, tum illos Concionatores aut Doctores comiter & moderatè corrigant, ita ut nemo ſuſpicari poſſit, Evangelicam veritatem per hoc impeditam aut ſuppreſſam quæri. Si verò Prædicatores aliqui contumaciter bis admonitionibus repugnaverint, vos Ordinarii dignis pœnis in eos animadvertatis.

16. Poſtremò vos etiam ſuprà jam dicti omnes Imperii Status hinc usque ad præfatum Concilium, in ſingulis officinis typographorum, & apud bibliopolas veſtri cujusque dominii, ſummo ſtudio præcavere debetis, ne poſthac aliquid novi imprimatur, neque vendendum exponatur, aut alioqui, ut vendi poſſit, circumferatur, niſi à prudentibus & literarum peritis viris, peculiariter ad hoc in qualibet veſtra ditione delectis, recognitum ſit atque approbatum.

17. Quod ſi poſt illa quædam impreſſa, vel ut imprimantur ab alio tradita forent, atque in iis vitia ſubeſſe deprehenderentur, tum illa, atque inprimis; famoſa ſcripta, nequaquam imprimi aut impreſſa vendi permittatis, ſed ſumma ſeveritate prohibeantur. Quemadmodum & nos quoque auctoritate hujus Edicti, ſub gravi indignatione ac pœna noſtra & Imperii Romani, prohibitum volumus eſſe.

18. Cæterùm de perſonis Eccleſiaſticis contrahentibus matrimonium, & de religioſis perſonis deſerentibus monaſteria ſua, volumus & ſancimus, ut tales juxta decreta ſacrorum Canonum libertate, privilegiis, beneficiis, & cæteris rebus priventur, atque ſecundum conſtitutas leges pœnis adficiantur,

19. Vobis autem ſecularibus Magiſtratibus præcipientes volumus; ne aliquo modo Eccleſiaſticos Ordinarios in executione talium pœnarum impediatis, ſed illis pro defenſione Eccleſiaſticæ jurisdictionis opem atque auxilium feratis. Atque ita vos omnes & ſinguli commemoratos articulos juxta ſententiam in illis expreſſam ſervari curetis, ut illa, quæ ad Pontificiam Beatitudinem perſcripta, & ſupra recitato Edicto, noſtroque & ſacri Imperii Receſſu comprehenſa ſunt, omninò præſtentur, quatenus quisque veſtrum cupit noſtram & Imperii gravem indignationem ac pœnam evitare.

Datæ in noſtra & Imperii Urbe Norinbergæ, die VI. Martii, Anno à Chriſti Servatoris noſtri nativitate, milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo tertio; noſtri autem Rom. Imp. regni quarto, & reliquorum omnium octavo anno.

Ad mandatum Domini Imperatoris in Conſilio Imperiali.

Fridericus Comes Palatinus, Cæſareæ Majeſtatis Locumtenens.

Henricus Dux Mekelburgenſis.

Ann. Chriſti 1524.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI MANDATUM.

AD COMITES MANSFELDENSES, In cauſa Lutherana & Turcica.

CAROLUS V. Dei benignitate electus Romanus Imperator, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hiſpaniæ, utriusque Siciliæ, Hieroſolymæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, &c. Illuſtribus ac Generoſis noſtris Imperiique dilectis & fidelibus, Gunthero, Erneſto, Hoyero, Gebhardo, & Alberto, Comitibus & Dominis in Mansfeld, Dominis in Heldrungen, ſalutem ac proſperitatem, cum denunciatione clementiæ noſtræ.

1. Illuſtres, Generoſi, dilecti ac fideles: Poſtquam Illuſtriſſimus Princeps, Dominus Ferdinandus, Infans Hiſpaniæ &c. Archidux Auſtriæ, &c. frater noſter ſuaviſſimus & optatiſſimus, atque in ſacro Imperio Vicarius, magna & inevitabili neceſſitate adductus, propter arduos quosdam magnique momenti articulos, orbis terræ procurationem religionemque Chriſtianam complectentes, nondum finaliter in Conventu ſuperiore dijudicatos, ſed in aliud deliberandi tempus reſervatos, alium conventum Imperii feria ſancti Martini jam præterita hîc Norïbergæ inchoandum, indici promulgarique fecit, quem ipſemet in propria perſona, Nosque per Nobilem & ſplendidum virum, Conſiliarium noſtrum & ſummum Secretarium, Johannem Hannart. Burggravium in Lumbeck, Equitem Auratum Ordinis Divi Jacobi, cum inſtructione mandatisque ſufficientibus illuc à nobis ablegatum, cæteri quoque Electores, Principes, Prælati, Comites, atque ſacri Imperii Ordines, obedienter & præſentes & per Oratores Nunciosque ſuos, mandatis ſufficientibus inſtructos, celebrarunt, in eoque de ſtatu publico, negociis, controverſiis, atque periculis Imperii necellario cùm dirimendis tum propulſandis, graviſſimè & maturrimè conſilia inierunt; pleraſque etiam earundem cauſarum, quæ in diſceptationem cadebant, autoritate prudentiaque definierunt. Duo cum reliquis articuli; nempe primò, quod ad Lutheranos aliosque præterea novarum rerum repertores; deinde quantum ad terribilem & atrocem hoſtis Dei Tyranni Turcici adverſus omne nomen Chriſtianum ſuſceptam expeditionem, propoſiti ſunt, de quibus poſt diuturnam conſultationem finaliter concludi non potuit, ſed ob utrumque horum capitum, poſt accuratam conſiderationem neceſſariarum omnium circumſtantiarum in hanc ſententiam pronunciaverunt. Videlicet de primo:

2. Quandoquidem Lutheri aliorumque fanaticorum dogmata, diſputationes, conciones, omnium opinione majorem in modum convaluerunt, auſæ velut regnum in ſimplicium Chriſtianorum animis ſibi vindicare, quos à vera conſtantique ſententia dejectos periculoſis admodum ſcrupuloſisque dubitationibus illaquearunt, adeò ut niſi maturè ſapienterque capto conſilio, his tot incommodis obviam pergatur, nihil inde præter inſignes offenſiones, ſcandala, perturbationes imperitæ multitudinis, ad infringendum amorem Deique metum, ad ſupplantationem laudabilis, honeſtæ, Chriſtianæ diſciplinæ, omnisque recti moris; effrenem porro contumaciam, motus inferiorum contra ſuperiores; ad funeſtum animę interitum, corporis facultatumque indubitatam perniciem, eruptum videatur. Idcircò quo de ſanandis Eccleſiæ vulneribus gravis ac ſalutaris deliberatio inſtituatur, nec ſine diſcrimine vitioſis an integris partibus cauterium adhibeatur, ſed derectis rejectisque erroribus bona conſerventur, ſubditique noſtri & omnes, qui nomen CHriſto dedere, ad unanimem in religione conſenſionem concordiamque redacantur, ſupra commemorati noſtri Vicarius & Orator, nec non Electores, Principes, Prælati, Comites & Ordines utile neceſſariumque forè duxerunt, ut quoad facultas ferat, primo quoque tempore generalis libera Synodus per Summum Pontificem, nobis adprobantibus, loco commodo in Germania proclametur & denuncietur, ubi de prædictis, aliisque ad univerſam Eccleſiæ communionem pertinentibus, negociis candidè ſinceréque decidatur. Ex quo jam cum Pontificio Legato, miſſo ad hunc Conventum diligenter egerunt, qui ſe Beatitudini ejus, quæ vellent, expoſiturum, ſummaque fide rem promoturum recepit ac oſtendit.

3. Ut autem quilibet interim Chriſtianus norit, quid ante Synodi conſociationem rerum *pro* ſua functione gerere debeat, convenit inter præfatos noſtrum Vicarium & Oratorem, Electores item, Princi-

Principes, Prælatos, Comites & Ordines, de congregatione Imperii Conventuque Procerum Spiræ cogendo, ad quem tanquam paraſceven futuræ Synodi, in qua conſultatio de doctrina nuper introducta incipietur, bona recipientur, mala explodentur, profutura, quæ ſequuntur, capita cenſuerunt.

4. Nempe ut ſinguli Electores, Principes, & Status, præſertim illi, quorum ſub jurisdictione cœtus Gymnaſiorum & Academiarum coluntur, intereà temporis quibusdam doctrina excellentibus, pietate conſpicuis, ſapientia claris, id partium negociique dent, Lutheri aliorumque nova dogmata, conciones, volumina, manibus verſata & oculis inſpecta, diligenter examinandi, diſputandi, exigendi, cenſuram delectumque agendi, recta à depravatis ſegregandi.

5. Similiter onera ſeu incommoda Germanicæ Nationis à ſecularibus Principibus in hoc Conventu contra Romanam Sedem exaggerata, cæterasque Politicorum adverſus Eccleſiaſticos expoſtulationes adornatas atque exhibitas, attentione ſumma cognoſcendi & expendendi. Quæ tunc omnia adjuncto conſilio, qua conditione nec iniqua nec intolerabili has offenſiones componi deponique poſſe exiſtiment, nobis, vel in abſentia noſtra noſtro Vicario, Electoribus, Principibus & Ordinibus in futuro Conventu Imperiique congregatione ſic offerantur, quò planior & expeditior via ſit ad generale Concilium progrediendi, atque pro rei magnitudine cuncta ſufficienter explorandi & ſtatuendi.

6. Itaque vobis quoque mandamus & injungimus, ut jam dicto modo ſigillatim doctos aliquos, honeſtos, & intelligentes homines huic de nova doctrina, deque fremitu adverſus Curiam Romanam, deliberationi præficiatis, à quibus examinata, diſputata, ponderata, delecta, conſulta, præſtituto tempore curetis exhiberi.

7. Et quia Cæſarea inſtructio, qua præfatum noſtrum Cæſareum Commiſſarium & Oratorem ad præteritum Conventum ablegavimus, inter cætera continet, quàm in bonam ſpem venerimus, Imperii ſacri Status, velut aſſertores & vindices fidei Catholicæ, noſtrum Wormatiæ, cum ſuffragatione Electorum Principum & Ordinum, editum Mandatum, obedienter vita, executione, propugnatione, adminiſtraſſe: ſi verò id neglectum ſit, propter Eccleſiæ communionem, nationemque Germanicam, non levem, inde ad animum noſtrum accidere moleſtiam. Ideoque rurſus amanter poſtulavimus, ut quilibet Elector, Princeps, Prælatus, Comes & Ordo, quantum ad ſuam perſonam ſibique imperio ſubjectos, in eo eſſe, id agere atque efficere velit, quò Mandato Wormatiæ à nobis promulgato, pio obſequio mos geratur. Ad quam petitionem noſtram denuò noſtri ſacrique Romani Imperii Electores, Principes, Comites, & publici Status, tanquam obedientia ſacri Imperii membra, concordi pectore decreverunt, ſe illi ipſi Mandato, prout agnoſcant ſui muneris eſſe, pro virili obtemperaturos, ſeverèque cohercendo transgreſſores præſidio futuros.

8. Adjecimus præterea, ut quælibet Poteſtas in ſuis officinis typographicis, alibique locorum, tanquam in ſpecula providentiam omnem adhibeat, quò poſthac libelli maledici, picturæque contumelioſæ prorſus removeantur, nec latius in poſterum diſſipentur. Ac ſi cui quid inde ſit moleſtiæ maculæve aſperſum, id apud Vicarium Regimenque noſtrum conqueratur. quibus itidem ſeverè præcepimus, ut ſubvenire laborantibus, ſupplicantes auxilio conſilioq; juvare, atque ſententiam noſtri Edicti vindicare & exequi nervis omnibus enitantur, juxta declarationem prius uſurpati Receſſus.

9. Quare ad conventionem, conſenſionem, decretumque illud perficiendum & ſtabiliendum, Cæſarea vobis imperamus auctoritate, ſerioque volumus, ut prædicto noſtro proptereaque Wormatiæ publicato Mandato, deinceps inviolabiliter pareatis, vitam moresque conformetis, caſtigatione delinquentium reſpondeatis, idemque à ſubditis veſtris fieri ſedulò curetis & exigatis. Item ut in typographicis officinis & aliàs inveſtigationem faciatis quo literæ picturæque contumelioſæ ſupprimantur, nec latius poſthac in vulgus emanent. Hoc nobis gratius nihil optatiusque facietis.

10. Secundò poſtquam Legatus Pontificius & ſuaviſſimi fratris noſtri, Ungariæ Boëmiæque Regis, Nuncius, præfato noſtro Vicario, Oratori, Electoribus, Principibus & Ordinibus voce mœroris, vultu lachrymarum pleno, commemoravit, Tyrannum Turcicum pro immani odio, ſiti cruoris, inſatiabili furore, quo Eccleſiam nomenque Chriſtianum penitus extinctum atque abſorptum cupit, innumerum contrahere militem, incredibilemque contrahere exercitum, ad vaſtandum, obſidendum, excindendum hac æſtate nobiliſſimum Hungariæ Regnum, quod tanquam verè Catholicum, pro incolumitate Germaniæ aliarumque Chriſtianarum gentium, tanto tempore, ſanguine, corporibus, fortunis fortiſſimorum civium, hoſtis crudeliſſimè graſſantis impetum excipiens & ſuſtinens, ita copiis opibusque exinanitum atque exhauſtum eſt, ut niſi externis viribus confirmetur, proprio marte defendere ac tueri ſe nequeat diutius. Ac propterea ſingulos etiam atque etiam obteſtatus flebiliter appellavit, imploravit, ne in tanto diſcrimine ſalutis, imperii, potentiæ, vitæ ſocios deſerere multis honeſtis vinculis nobis conjunctos, aut prodere Turcis velimus, ſed ferendo ſuppetias, auxiliaque conferendo pavidos recreemus, perculſosque erigamus.

11. Cum itaque manifeſtum ſit, quantum luctuoſarum, evidentium, acerbiſſimarumque cladium, orbis Chriſtianus tot amiſſione populorum atque ditionum, à Tyranno Turcico hactenus acceperit & pertulerit, qua ille manu, vigilantia, celeritate, felicitate, ſævicia, brevi temporis intervallo Albam Græcam, multasque præterea civitates, arces, caſtella, oppidula Ungariæ finitimarumque regionum, nec non Rhodum inſulam, ceu munimentum & lumen orbis Chriſtiani, expugnarit, ceperit, everterit; propterea prius uſurpati noſtri Vicarius & Orator, unà cum Electoribus, Principibus & Ordinibus, ingentem & inevitabilem neceſſitatem periculumque Eccleſiæ ante oculos ponentes, animiſque præmetientes decreverunt, tam violentis Tyran-

Tyranni Turcici machinationibus, in tempore quoad ferat facultas, valentibus armis illuſtri expeditione, cunctoque apparatu bellico occurrendum eſſe.

12. Et quod ad hos barbaricos conatus reprimendos ope, conſpiratione, auxilio omnium Catholicarum Nationum, nec non indictione tributorum, collatione pecuniarum, per totum orbem Chriſtianum, opus fore viderent, conſenſerunt de modo, forma & præſcriptione univerſalium exactionum, ut de his quaſi fundamenta porrò deliberandi jacta ſint. Quam præſcriptionem unà cum præſentibus literis reddi vobis curavimus.

13. Utque articuli ſupra relati plene tandem finaliterque concludantur & determinentur, publicum Germaniæ Conventum atque congregationem omnium Imperii membrorum & ordinum, feria ſancti Martini inchoandam, in noſtra ſacrique civitate Imperii propoſuerunt & indixerunt. Quod hic vobis aperientes Cæſarea Romanaque poteſtate, ac ſub commonefactione juriſjurandi, quo nobis Imperioque devincti eſtis, præcipimus, ut abſque recuſatione ad præfinitum ſancti Martini diem proximum in propria perſona Spiram veniatis. Si verò magnis occupationibus diſtricti, morbove oppreſſi, adeſſe non poteritis, unum atque alterum veſtrum à conſiliis primarium, cum ſufficientibus mandatis horum dirimendorum negotiorum definiendorumque cauſa præſtituto tempore illuc certò deſtinetis & amandetis, nec rem diutius extrahatis. Nam poſt ſequenti die Lunæ proximo congreſſionum conſultationumque publicarum initium fieri volumus, unà cum aliis Ordinibus, quos vigore prædicti Receſſus eodem modo convocavimus.

14. Itaque cum ad præfatorum capitum de nova doctrina, deque firmo præſidio Turcicis opponendo phalangibus, diſquiſitionem & conſtitutionem, tum quo ſententiam veſtram de irrogatione communium tributorum ad ſuſtentandam belli Turcici molem veſtro ſubditorum nomine declaretis, ac tandem de his omnibus in Conſilium Conciliumque, deinde cum opus fuerit, ad arma eatur. Nolite tantæ Reipublicæ opportunitati deeſſe, nec propter aliorum tergiverſationem venire dubitetis, aut differatis, ut quæ reſtant ad emolumentum orbis Chriſtiani, eo maturiùs agantur, atque ſine mora decidantur. Hoc facto & de Imperio benemereri, & noſtram retinere ac augere benevolentiam vobis facultas erit.

Datæ Norimbergæ, noſtra Imperiique civitate, XVIII. die menſis Aprilis, A nato Chriſto, milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo quarto, Romani Imperii noſtri quinto, cæterorum Regnorum nono anno.

Ann. Chriſti 1529.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO,

QUOMODO FRATRUM SORORUMQUE LIBERI IN patrui aut avunculi hæreditatem ſuccedant.

Publicata in Comitiis Spirenſibus, Anno M.D.XXIX.

CAROLUS V. Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieroſolymorum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, & Tyrolis, &c. Notum eſſe volumus omnibus ac ſingulis, Electoribus, Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Capitaneis, Vicedominis, Advocatis, Præfectis, Vicariis, Adminiſtratoribus, Officialibus, Sculteris, Conſulibus, Judicibus, Juſticiariis, Senatoribus, Civibus Communitatibus, omnibuſque aliis noſtris & Imperii ſubditis ac fidelibus, in quacunque dignitate, ſtatu aut conditione exiſtant.

1. Quod, cum hactenus valde inter Juris prudentes diſputatum ſit; utrum defunctorum fratrum vel ſororum liberi relictam à patruo amitave, ſeu avunculo materterave hæreditatem inter ſe in capita, an vero in ſtirpes dividere debeant: ex eaque opinionum diſcrepantia inter noſtros & Imperii ſubjectos, graves ſæpe controverſiæ, jurgia, atque lites ortæ ſint, non ſine ingenti ipſorum detrimento: hinc nos, ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur propter bonum publicum, ad hujuſmodi jurgia futuraſque lites, & inde ſcaturientia mala in poſterum præcavenda, conſiderationem injecimus, ac cum noſtrorum & ſacri Imperii Electorum, Principum atque Statuum maturo conſilio ſtatuimus & ordinavimus, prout etiam in prædicto caſu, hac præſenti edictali conſtitutione, de Imperialis poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia, ordinamus, ſtatuimus & ſancimus hoc modo:

Confirmatio Azonis opinionem in Summa C. de legit.

2. Si quis inteſtatus decedit, neque poſt ſe fratrem vel ſororem, ſed fratrum ſuorum ſeu ſororum liberos relinquit, ut tunc tales liberi in capita, non in ſtirpes hæreditatem dividant, & taliter ad ſucceſſionem patrui amitæve, avunculi materteræve admittantur.

3. Et

Digitized by Google

3. Et in poſterum controverſiarum ac litium fines, quoad ejus poteſt, amputentur, in ſacroque Imperio, inter ejuſdem membra atque fideles, ſuper hoc caſu par idemque jus paſſim obſervetur, de dictæ Imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine caſſamus & abrogamus omnia & ſingula, ſtatuta, ordinationes, conſuetudines, mores, ac privilegia, quæcunque ubicunque huic noſtræ Imperiali conſtitutioni adverſari videntur, prout etiam nunc (in prædicto tantum caſu) caſſamus, annullamus & abrogamus, hac tamen cum moderatione: nimirum ſicubi locorum ſacri Imperii hactenus ſingularia Statuta, ordinationes aut conſuetudines fuerunt, quibus in prædicto caſu defunctorum hæreditas ſtatuatur, ordinetur aut conſuefiat in ſtirpes, non vero in capita dividi; & iisdem in locis vel jam nunc hæreditas aliqua obveniſſet, aut ab hac die ad primam menſis Auguſti proximi excluſivè, morte alicujus obveniret, ut talis hæreditas juxta tenorem eorundem ſingularium ſtatutorum, ordinationum aut conſuetudinum, tantum in prædicto caſu, & tantum abhinc usque ad modò memoratam primam Auguſti diē, non obſtante hac noſtra conſtitutione, dividatur: ſi verò hæreditas ibi locorum obveniſſet, in quibus ſuper prædicto caſu nulla ſingularia ſtatuta, privilegia, ordinationes, aut conſuetudines haberentur, neque in prima, ſecunda aut tertia inſtantia ſuper eo judicatum foret, nec diviſio hæreditatis facta; aut abhinc ad nominatam primam diem Auguſti obveniret, aut poſteà obventura eſſet, ut diviſio & erctum familiæ in prædicto Caſu ſecundum hanc noſtram Imperialem conſtitutionem inſtruatur.

4 Ne quis autem ignorantiam hujus Imperialis conſtitutionis, in arbitrando, judicando, aut alias, prætendere poſſit, volumus ac jubemus, ut Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, omnesque alii noſtri & Imperii fideles, Eccleſiaſtici ſimul & Seculares, quicunque à nobis & Imperio, vel in Imperio, juriſdictionem & ſubditos jure feudali ſeu allodiali obtinent, hanc noſtram Imperialem conſtitutionem abhinc usque ad præfixam primam Auguſti diem, qua commodiſſima ratione id fieri poteſt, omnibus ſubjectis, attinentibus, incolis & inquilinis, publicè intiment: & ſi qui Magiſtratus publicationem aut intimationem inter conſtitutum terminum facere neglexerit, aut eadem inter vel poſt id temporis intermitteretur, ut nihilominus ad prædictam primam Auguſti diem, & poſt, hæc noſtra Imperialis conſtitutio ab omnibus pro publicata, promulgata & intimata habeatur; ab omnibus quoque fideliter conſervetur, ſecundum eam judicetur, denique eidem ubique ſine ullo obſtaculo obtemperetur. Qua in re noſtrum facieris beneplacitum & diſtrictam ſententiam.

Datum in noſtra & ſacri Imperii Civitate Spira, vigeſſima tertia die menſis Aprilis, Anno Nativitatis Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono: Regnorum noſtrorum, Romani decimo, cæterorum verò omnium decimo tertio.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO

DE ANABAPTISTIS,

Promulgata Spiræ in Comitiis Anno M. D. XXIX.

CAROLUS V. Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; Rex Germaniæ, Hiſpaniæ, utriusque Siciliæ, Hieroſolymorum, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidus Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Flandriæ & Tyrolis &c. Omnibus & ſingulis noſtris & ſacri Imperii Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Capitaneis, Provinciarum Præſidibus, Vicedominis, Advocatis, Præfectis, Adminiſtratoribus, Officialibus, Sculteris, Conſulibus, Judicibus, Senatoribus, Civibus & Communitatibus, omnibusque aliis noſtris & Imperii fidelibus, in quacunque dignitate, ſtatu aut conditione exiſtant, noſtram benevolentiam, gratiam & omne bonum.

1. Reverendiſſimi & Reverendi, Illuſtriſſimi, dilecti amici, conſanguinei & affines, Electores & Principes, Illuſtres, Generoſi, Nobiles, Spectabiles, Venerabiles, dilecti fideles: Quanquam jure communi ordinatum ac proviſum eſt, ne quis, qui ſemel Chriſtiano ritu baptizatus eſt, vel ipſe iterum rebaptizetur, aut aliorum baptiſmum illicita uſurpatione geminet; & quum maximè * Imperatoriis Conſtitutionibus pœna capitis ſancita eſt, tam in eum qui anabaptiſma fecerit, quam qui in ſe fieri paſſus eſt. Eaque re initio anni proximè præteriti vigeſimi octavi è minori numero, vobis omnibus ac ſingulis ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur, ut ſupremus Advocatus ac Defenſor S. Chriſtianæ noſtræ fidei, publico Mandato diſtrictè præcepimus, ut ſubditos omnesque alios, qui ad vos ſpectant, ab illo nuper orto errore ac ſecta Anabaptiſmi, ejusque turbulentis, perditis ac ſeditioſis ſectatoribus, tam veſtris mandatis quam orthodoxorum Prædicatorum concionibus avocetis, fideliter ac ſeveriter eos admonentes & humani ſupplicii quod in tales conſtitutum, & inevitabilis iræ divinæ, quæ talibus æternum expectanda: præterea ut in eos, qui tale piaculare crimen commiſiſſe detecti fuerint, delari & comprehenſi, jure ac legibus pœnaliter vindicetis pro culpæ qualitate; nevè negligentes ſitis in puniendo tanto crimine, quo futuris malo-

hær. col. 2. §. item jure novill. v. illud dubitari poteſt. Videndus in hanc contr. Forſterus de Succeſſ. ab inteſt. lib. 8. cap. 6. Borcholten in tract. de Gradibus pag. 242. & ſeqq. Quorum tamen uterque fortaſſis non injuria vapulat ab eruditiſſimo Klokio in Conſultatione, An fratrum germanorum filii, &c. pag. 79. 132. 138. In ſucceſſione feudorū hanc controverſiā jam olim deciſam fuiſſe colligas ex Baldo in c. 1. de feud. ſucceſſ. ubi adducit cap. extravagans, quod incipit, Decedente fideli abſque liberis, ubi expreſſū eſſe inquit, filios fratrum ſuccedere hoc caſu in capita, quod cap. miror nec a Cujacio, neque Hotomanno vel Gotholredo obſervatum eſſe Videatur idem Bald. in auth. ceſſante, poſt nu. 2. veri ſed hæc ratio, de legi. heredi. Accurſ Juſtit. de leg. agnat. ſucceſſ. 9. hoc etiam in fin. & ſeqq & Jacob. de Arctizo in ſumma feud Hujus præterea Conſilii, Carolinæ meminerunt Zaſius de feud. in 8. part. nu. 18 Fernand. Vaſquius de Succeſſ reſolu. § 13 n. 13. Myſinger. Obſerv cent 5. obſ. 94. Mich.

Anno Chriſti 1529.

Graſſus Sentent. recept. quæſt. 30. §. ſucceſſio ab inteſt. Nic. Mozzius de Feud tract. 5. nu. 78. in pr.
* l. 2. C. Ne Sacrum Baptiſma iteretur.

malorum periculis, quæ exinde ſuboriri præſagiuntur, in tempore occurratur. Tamen quotidie comperimus, ſpreto jure communi, noſtroque publico Mandato, veterem illam & ante aliquot centum annos vetitam atque damnatam ſectam Anabaptiſtarum longius longiusque ſerpere & magis indies invaleſcere.

2. Cui malo, & exorituris inde periculis, ut prævenientes caveamus, pacem & unitatem in ſacro Imperio conſervemus, omnes etiam diſputationes ambiguitates, quæ ſuper pœna Anabaptiſtarum moveri poſſent, tollamus; renovamus omnes priores conſtitutiones Cæſareas deſuper editas, noſtrum quoque publicatum illud Mandatum. Ordinamus enim, ſtatuimus, & declaramus de Cæſareæ poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia, volumuſque, ut omnes & ſinguli Anabaptiſtæ, utriuſque ſexus, & qui fecerint anabaptiſma, & quibus perſuaſum ſit, (ſi tamen criminis per ætatem capaces ſint) ſupplicio ignis, gladii, aut ſimilium, pro meritis perſonarum, etiam non præhabita Eccleſiaſticorum Judicum inquiſitione, percellantur.

3. Et prædicantibus quidem Auctoribus, Circumvagantibus ſeductoribus & ſeditioſis concitatoribus dictæ Anabaptiſtarum ſectæ, item eis qui obſtinatè in errore perſeverant, & qui iterum in eum relabuntur, nullo omninò pœnæ gratia facienda eſt, ſed rigidè ſecundùm tenorem hujus noſtræ conſtitutionis adverſus eos procedatur. Qui autem errorem, ſive ſponte ſeu aliorum inſtinctu & admonitione, confitentur, eum revocant, pœnitentiam quoque dignam facere prompti ſunt, & pœnam deprecantur, illis Magiſtratus pro qualitate dignitatis eorum, conditionis atque ætatis aliarumque circumſtantiarum, gratiam facere poteſt.

4. Volumus etiam ac jubemus, ut quiſque liberos ſuos, juxta ritum, mores & ceremonias Chriſtianæ Eccleſiæ, in infantili ætate, ſacro baptiſmate tingui faciat. Quod qui facere contempſerit, & infantum baptiſma non neceſſarium eſſe duxerit, is, ſi eo in errore pertinaciter hærere perſeveret, tanquam Anabaptiſta pœnæ in hac conſtitutione comprehenſæ ſubjiciatur.

5. Nullus autem eorum, quibus ſupraſcripto modo gratia facta eſſet, in alias terras relegetur aut exilietur; verùm adigantur potius & aſtringantur à ſuo Magiſtratu, quòd in eorum ditione velint perſiſtere. Qui porro operam dabit ut in eos diliganter advertatur, ne rurſus relabantur.

6. Similiter nemo alterius ſubditos aut cognatos, qui prædictis de cauſis è Magiſtratus ſui ditione fugerint & exceſſerint, recipiet, defendat, teneat aut foveat; ſed mox ipſe Magiſtratus, ſub quo fugitivus latet, ſimulatque crimen ejus reſcierit, adverſus eundem fugitivum, juxta tenorem hujus noſtræ conſtitutionis, diſtrictè procedat, neque ulteriùs apud ſe eſſe patiatur, pæna banni mulctando eo, qui contrarium huic ſtatuto tentaverit.

7. Mandamus igitur & imperamus omnibus ac ſingulis, in quacunque dignitate, ſtatu aut conditione conſiſtatis, per ſacramentum, quo nobis & ſacro Imperio vadati atque obligati eſtis, & ut graviſſimam noſtram Imperialem animadverſionem evitare cupitis; ac volumus, ut omnes ſingulique hanc noſtram conſtitutionem de Anabaptiſtis, diſtrictè atque firmiter in omnibus ejus punctis obſervetis, ſecundum eam judicetis, agatis, & irremiſſibiliter exequamini: vosque ipſos ita obtemperantes & obſequentes oſtendatis, uti debetis, & neceſſitas ipſa poſtulare videtur. Quemadmodum vos facturos certiſſimè perſuaſum habemus, & conſervabitis noſtram ſeveram voluntatem.

Datum in noſtra & Imperii Civitate Spira, vigeſima tertia die Aprilis, Anno Nativitatis Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo; Regnorum noſtrorum, Romani decimo; ceterorum verò omnium decimotertio.

Ann. Chriſti 1530.

Vulgò CONFESSIO AUGUSTANA.

SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPUM AC ORDINUM PROTESTANTIUM

CONFESSIO FIDEI CATHOLICÆ

Exhibita Invictiſſimo Imperatori CAROLO V. Cæſari Auguſto, in Comitiis Auguſtæ Anno M. D. XXX.

PRÆFATIO AD CÆSAREM CAROLUM QUINTUM.

INvictiſſime Imperator, Cæſar Auguſte, Domine Clementiſſime. Cùm V. C. M. indixerit Conventum Imperii, ut deliberetur de auxiliis contra Turcam atrociſſimum, hæreditarium atque veterem Chriſtiani nominis ac religionis hoſtem, quomodo illius ſcilicet furori & conatibus, durabili & perpetuo belli apparatu reſiſti poſſit. Deinde & de diſſenſionibus in cauſa noſtræ ſanctæ religionis & Chriſtianæ fidei, & ut in hac cauſa

religio-

Digitized by Google

religionis, partium opiniones ac ſententiæ inter ſeſe, in charitate, lenitate, & manſuetudine mutua audiantur coram, intelligantur, ponderentur, ut illis, quæ utrinque in Scripturis ſecus tractata aut intellecta ſunt, ſepoſitis & correctis, res illæ ad unam ſimplicem veritatem & Chriſtianam concordiam componantur & reducantur, ut de cætero à nobis una, ſincera & vera religio colatur & ſervetur, ut quemadmodum ſub uno Chriſto ſumus & militamus, ita in una etiam Eccleſia Chriſtiana in unitate & concordia vivere poſſimus.

2. Cumque nos infra ſcripti Elector & Principes, cum aliis, qui nobis conjuncti ſunt, perinde ut alii Electores & Principes & Status ad præfata Comitia evocati ſimus, ut Cæſareo Mandato obedienter obſequeremur, maturè venimus Auguſtam, & (quod citra jactantiam dictum volumus) inter primos affuimus.

3. Cum igitur V. C. M. Electoribus, Principibus & aliis Statibus Imperii, etiam hîc Auguſtæ ſub ipſa initia horum Comitiorum inter cætera proponi fecerit, quod ſinguli Status Imperii vigore Cæſarei Edicti ſuam opinionem & ſententiam in Germanica & Latina lingua proponere debeant atque offerre. Et habita deliberatione, proxima feria quarta rurſum reſponſum eſt, V. C M. nos proxima feria ſexta, Articulos noſtræ Confeſſionis, pro noſtra parte oblaturos eſſe: ideò, ut V. M. voluntati obſequamur, offerimus in hac religionis cauſa noſtrorum Concionatorum & noſtram Confeſſionem, cujuſmodi doctrinam ex Scripturis ſanctis, & puro verbo Dei, hactenus illi in noſtris terris, Ducatib. ditionibus & urbibus tradiderint, ac in Eccleſiis tractaverint.

4. Quod ſi & cæteri Electores, Principes, ac Status Imperii ſimilibus ſcriptis, latinis ſcilicet & Germanicis, juxta prædictam Cæſaream propoſitionem, ſuas opiniones in hac cauſa religionis produxerint, hîc nos coram V. C. M. tanquam Domino noſtro Clementiſſimo, paratos offerimus, nos cum præfatis Principibus & amicis noſtris, de tolerabilibus modis ac viis amicè conferre, ut quantum honeſtè fieri poteſt, conveniamus, & re inter nos & Partes citra odioſam contentionem pacificè agitata, Deo dante, diſſenſio dirimatur, & ad unam veram concordem religionem reducatur, ſicut omnes ſub uno Chriſto ſumus & militamus, & unum Chriſtum confiteri debemus, juxta tenorem Edicti V. C. M. & omnia ad veritatem Dei perducantur, id quod ardentiſſimis votis à DEO petimus.

5. Si autem, quod ad cæteros Electores, Principes & Status, ut partem alteram, attinet, hæc tractatio cauſæ religionis, quo V. C. M. agendam & tractandam ſapienter duxit, ſcilicet cum tali mutua præſentatione ſcriptorum, ac ſedata collatione inter nos non proceſſerit, nec aliquo fructu facta fuerit, nos quidem teſtatum clarè relinquimus, hîc nihil nos, quod ad Chriſtianam concordiam (quæ cum Deo & bona conſcientia fieri poſſit) conciliandam conducere queat, ullo modo detrectare. Quemadmodum & V. C. M. deinde & cæteri Electores & Status Imperii, & omnes, quicunque ſincero religionis amore ac ſtudio tenentur, quicunque hanc cauſam æquo animo audituri ſunt, ex hac noſtra & noſtrorum Confeſſione, hoc clementer cognoſcere & intelligere dignabuntur.

6. Cum etiam V. C. M Electoribus, Principibus & reliquis Statibus Imperii non una vice, ſed ſæpè clementer ſignificaverit, quæ Anno Domini &c. XXVI. habita ſunt, ex data & præſcripta forma veſtræ Cæſareæ inſtructionis & commiſſionis recitari, & publicè prælegi fecerit, Veſtram M. in hoc negocio religionis ex cauſis certis, quæ V. M. nomine allegatæ ſunt, non velle quicquam determinare nec concludere poſſe, ſed apud Pontificem Romanum pro officio V. C. M. diligenter daturum operam de congregando Concilio generali. Quemadmodum idem latiùs expoſitum eſt ante annum, in publico proximo Conuentu, qui Spiræ congregatus fuit. Ubi V. C. M. per Dominum FERDINANDUM, Boëmiæ & Ungariæ Regem, amicum & Dominum noſtrum Clementem: deinde per Oratorem & Commiſſarios Cæſareos, hæc inter cætera proponi fecit, quod V. C. M. intellexiſſet & expendiſſet Locumtenentis V. C. M. in Imperio, & præſidentis & Conſiliariorum in Regimine, & Legatorum ab aliis Statibus, qui Ratiſponæ convenerant, deliberationem de Concilio congregando: Et quod judicaret etiam V. C. M. utile eſſe, ut congregaretur Concilium: Et quia cauſæ, quæ dum tractabantur inter V. C. M. & Rom. Pontificem, vicinæ eſſent concordiæ & Chriſtianæ reconciliationi, non dubitare V. C. M. quin Rom. Pontifex adduci poſſet ad habendum generale Concilium. Ideò ſignificabat ſe V. C. M. operam daturum, ut præfatus Pontifex Maximus unà cum V. C. M. tale generale Concilium, primo quoque tempore emiſſis literis publicandum, congregare conſentiret.

7. In eventum ergo talem, quod in cauſa religionis diſſenſiones inter nos & partes amicè & in charitate non fuerint compoſitæ, tunc coram V. C. M. hîc in omni obedientia nos offerimus, ex ſuperabundanti comparituros, & cauſam dicturos, in tali generali libero & Chriſtiano Concilio, de quo congregando in omnibus Comitiis Imperialibus, quæ quidem annis Imperii V. C M. habita ſunt, per Electores, Principes & reliquos Status Imperii, ſemper concorditer actum, & congruentibus ſuffragiis concluſum eſt. Ad cujus etiam generalis Concilii Conventum ſimul & ad V. C. M. in hac longè maxima & graviſſima cauſa, jam antè etiam debito modo & in forma juris provocavimus & appellavimus. Cui appellationi ad V. C. M. ſimul & Concilium, adhuc adhæremus, neque eam per hunc vel alium tractatum, (niſi cauſa inter nos & partes, juxta tenorem Cæſareæ proximæ Citationis amicè in charitate compoſita, ſedata, & ad Chriſtianam concordiam reducta fuerit) deſerere intendimus aut poſſumus: de quo hîc etiam ſolenniter & publicè proteſtamur.

PARS PRIMA.

ARTICVLI FIDEI PRÆCIPUI.

ARTIC. I.

ECcleſiæ magno conſenſu apud nos docent, Decretum Nycenæ Synodi, de unitate eſſentiæ divinæ, & de tribus perſonis verum & ſine ulla dubitatione credendum eſſe, videlicet quod ſit una eſſentia divina, quæ & appellatur & eſt DEUS, æternus, incorporeus, impartibilis, immenſa potentia, ſapientia, bonitate, creator & conſervator omnium rerum viſibilium & inviſibilium, & tamen tres ſint Perſonæ ejusdem eſſentiæ, & potentiæ, & coæternæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Et nomine *Perſonæ* utuntur in hac cauſa Scriptores Eccleſiaſtici, ut ſignificet non partem aut qualitatem in alio, ſed quod propriè ſubſiſtit.

2. Damnant omnes hæreſes contra hunc articulum exortas, ut Manichæos, qui duo principia ponebant, Bonum & Malum; item Valentinianos, Arianos, Eunomianos, Mahometiſtas, & omnes horum ſimiles. Damnant & Samoſatenos, veteres & neotericos, qui cùm tantum unam perſonam eſſe contendant, de Verbo & de Spiritu Sancto aſtutè & impiè rhetoricantur, quod non ſint perſonæ diſtinctę, ſed quod verbum ſignificet verbum vocale, & Spiritus motum in rebus creatum.

ARTIC. II.

Item docent, quòd poſt lapſum Adæ omnes homines, ſecundum naturam propagati, naſcantur cum peccato, hoc eſt, ſine metu Dei, ſine fiducia erga Deum, & cum concupiſcentia, quodque hic morbus, ſeu vitium originis verè ſit peccatum, damnans & afferens nunc quoque æternam mortem his, qui non renaſcuntur per baptiſmum & ſpiritum ſanctum.

2. Damnant Pelagianos & alios, qui vitium originis negant eſſe peccatum, & ut extenuent gloriam meriti & beneficiorum Chriſti, diſputant hominem propriis viribus rationis coram Deo juſtificari poſſe.

ARTIC. III.

Item docent, quod verbum, hoc eſt, Filius Dei, aſſumpſerit humanam naturam in utero beatæ Marię virginis, ut ſint duæ naturæ, divina & humana in unitate perſonæ inſeparabiliter conjunctæ, unus Chriſtus, verè Deus, & verè Homo, natus ex virgine Maria, verè paſſus, & crucifixus, mortuus & ſepultus, ut reconciliaret nobis patrem, & hoſtia eſſet non tantum pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

2. Item deſcendit ad inferos, & verè reſurrexit tertia die: deinde aſcendit ad cœlos, ut ſedeat ad dextram patris, & perpetuo regnet & dominetur omnibus creaturis, ſanctificet credentes in ipſum, miſſo in corda eorum S. ſancto, qui regat, conſoletur ac vivificet eos ac defendat adverſus Diabolum, & vim peccati. Idem Chriſtus palam eſt rediturus, ut judicet vivos & mortuos, &c. juxta Symbolum Apoſtolorum.

ARTIC. IIII.

Item docent, quòd homines non poſſint juſtificari coram Deo propriis viribus, meritis aut operibus, ſed gratis juſtificentur propter Chriſtum, per fidem, cum credunt ſe in gratiam recipi, & peccata remitti propter Chriſtum, qui ſua morte pro noſtris peccatis ſatisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro juſtitia coram ipſo. Roman. 3. & 4.

ARTIC. V.

Vt hanc fidem conſequamur, inſtitutũ eſt miniſterium docendi Evangelii & porrigendi ſacramenta. Nam per verbum & ſacramenta tanquam per inſtrumenta donatur Spiritus ſanctus, qui fidem efficit, ubi & quando viſum eſt Deo in iis, qui audiunt Evangelium, ſcilicet quòd Deus non propter noſtra merita, ſed propter Chriſtum juſtificet hos, qui credunt, ſe propter Chriſtum in gratiam recipi.

2. Damnant Anabaptiſtas & alios, qui ſentiunt ſpiritum ſanctum contingere ſine verbo externo hominibus per ipſorum præparationes & opera.

ARTIC. VI.

Item docent, quòd fides illa debeat bonos fructus parere, & quod oporteat bona opera mandata à Deo facere, propter voluntatem Dei, non ut confidamus per ea opera juſtificationem coram Deo mereri. Nam remiſſio peccatorum & juſtificatio fide apprehenditur, ſicut teſtatur & vox Chriſti:
Luc. 17. *Cum feceritis hæc omnia, dicite, ſervi inutiles ſumus* Idem docent & veteres ſcriptores Eccleſiaſtici. Ambroſius enim inquit: *Hoc conſtitutum eſt à Deo, ut qui credit in Chriſtum, ſalvus ſit, ſine opere, ſola fide, gratis accipiens remiſſionem peccatorum.*

ARTIC. VII.

Item docent, quòd una ſancta Eccleſia perpetuo manſura ſit. Eſt autem Eccleſia congregatio ſanctorum, in qua Evangelium rectè docetur, & recte adminiſtrantur ſacramenta.

2. Et ad veram unitatem Eccleſiæ, ſatis eſt conſentire de doctrina Evangelii & adminiſtratione ſacramentorum. Nec neceſſe eſt ubique eſſe ſimiles traditiones humanas, ſeu ritus aut ceremonias ab hominibus inſtitutas, ſicut inquit Paulus: *Vna fides, unum Baptiſma, unus Deus & pater*
Epheſ. 5. *omnium, &c.*

ART. VIII.

ARTIC. VIII.

Quanquam Eccleſia propriè ſit congregatio ſanctorum & verè credentium, tamen cum in hac vita multi Hypocritæ & mali admixti ſint, licet uti ſacramentis, quæ per malos adminiſtrantur, juxta vocem Chriſti *ſedent ſcribæ & Phariſæi in Cathedra Moſi, &c.* Et ſacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Chriſti ſunt efficacia, etiamſi per malos exhibeantur. Matth. 23.

2. Damnant Donatiſtas & ſimiles, qui negabant licere uti miniſterio malorum in Eccleſia, & ſentiebant miniſterium malorum inutile & inefficax eſſe.

ARTIC. IX.

De Baptiſmo docent, quòd ſit neceſſarius ad ſalutem, quodque per Baptiſmum offeratur gratia Dei & quòd pueri ſint Baptiſandi, qui per Baptiſmum Deo oblati recipiantur in gratiam Dei.

2. Damnant Anabaptiſtas, qui improbant baptiſmum puerorum, & affirmant pueros ſine Baptiſmo ſalvos fieri.

ARTIC. X.

De cœna Domini docent, quod corpus & ſanguis Chriſti verè adſint & diſtribuantur veſcentibus in cœna Domini: & improbant ſecus docentes.

ARTIC. XI.

De Confeſſione docent, quod abſolutio privata in Eccleſiis retinenda ſit, quamquam in confeſſione non ſit neceſſaria omnium delictorum enumeratio. Eſt enim impoſſibilis, juxta Pſalmum; *delicta quis intelligit?* Pſal. 18.

ARTIC. XII.

De pœnitentia docent, quod lapſis poſt Baptiſmum contingere poſſit remiſſio peccatorum quocunque tempore, cum convertuntur. Et quod Eccleſia talibus redeuntibus ad pœnitentiam abſolutionem impartiri debeat.

2. Conſtat autem pœnitentia propriè his duabus partibus: altera eſt, contritio ſeu terrores incuſſi conſcientiæ agnito peccato: Altera eſt, fides quæ concipitur ex Evangelio ſeu abſolutione, & credit propter Chriſtum remitti peccata, & conſolatur conſcientiam, & ex terroribus liberat.

3. Deinde ſequi debent bona opera, quæ ſunt fructus pœnitentiæ.

4. Damnant Anabaptiſtas, qui negant ſemel juſtificatos poſſe amittere ſpiritum ſanctum.

5. Item qui contendunt quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non poſſint.

6. Damnantur & Novatiani, qui nolebant abſolvere lapſos poſt Baptismum redeuntes ad pœnitentiam.

7. Rejiciuntur & iſti, qui non docent remiſſionem peccatorum contingere per fidem, ſed docent remiſſionem peccatorum contingere propter noſtram dilectionem & opera.

8. Rejiciuntur & iſti, qui canonicas ſatisfactiones docent neceſſarias eſſe ad redimendas pœnas æternas aut pœnas purgatorii.

ARTIC. XIII.

De uſu Sacramentorum docent, quod ſacramenta inſtituta ſint, non modò ut ſint notæ profeſſionis inter homines, ſed magis ut ſint ſigna & teſtimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his, qui utuntur, propoſita. Itaque utendum eſt ſacramentis ita, ut fides accedat, quæ credat promiſſionibus, quæ per ſacramenta exhibentur & oſtenduntur.

2. Damnant igitur illos, qui docent, quod ſacramenta ex opere operato juſtificent, nec docent requiri fidem in uſu ſacramentorum, quæ credat remitti peccata.

ARTIC. XIV.

De ordine Eccleſiaſtico docent, quòd nemo debeat in Eccleſia publicè docere, aut ſacramenta adminiſtrare niſi ritè vocatus.

ARTIC. XV.

De ritibus Eccleſiaſticis docent, quod ritus illi ſervandi ſint, qui ſine peccato ſervari poſſunt, & proſunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in Eccleſia, ſicut certæ feriæ, feſta, & ſimilia.

2. De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conſcientiæ onerentur, tanquam talis cultus ad ſalutem neceſſarius ſit.

3. Admonentur etiam, quod traditiones humanæ inſtitutæ ad placandum Deum, ad promerendam gratiam, & ſatisfaciendum pro peccatis, adverſentur Evangelio & doctrinæ fidei. Quare vota & traditiones de cibis & diebus &c. inſtitutæ ad promerendam gratiam, & ſatisfaciendum pro peccatis, inutiles ſint & contra Evangelium.

ARTIC. XVI.

De rebus civilibus docent, quod legitimæ ordinationes civiles, ſint bona opera Dei, quod Chriſtianis liceat gerere Magiſtratus, exercere judicia, judicare res ex Imperatoriis, & aliis præſentibus legibus, ſupplicia jure conſtituere, jure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, jusjurandum poſtulantibus Magiſtratibus dare, ducere uxorem, nubere.

2. Damnant Anabaptiſtas, qui interdicunt hæc civilia officia Chriſtianis.

3. Damnant illos, qui Evangelicam perfectionem non collocant in timore Dei & fide, ſed in deſerendis civilibus officiis, quia Evangelium tradit juſticiam æternam cordis. Interim non diſſipat Politiam & Oeconomiam, ſed maximè poſtulat conſervare tanquam ordinationes Dei. & in talibus ordinationibus exercere caritatem. Itaque neceſſariò debent Chriſtiani obedire, Magiſtratibus ſuis & legibus. Niſi cum jubent peccare; tunc enim *magis* debent *obedire Deo quàm hominibus.* Act. 5. Actor. 5.

ARTIC. XVII.

Item docent, quod Chriſtus apparebit in conſummatione mundi ad judicandum, & mortuos omnes reſuſcitabit, piis & electis dabit vitam æternam & perpetua gaudia, impios autem homines ac Diabolos condemnabit, ut ſine fine crucientur.

2. Damnant Anabaptiſtas, qui ſentiunt hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum eſſe.

3. Damnant & alios, qui nunc ſpargunt Judaicas opiniones, quod ante reſurrectionem mortuorum, pii regnum mundi occupaturi ſunt, ubique oppreſſis impiis.

ARTIC. XVIII.

De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam Civilem juſtitiam, & deligendas res rationi ſubjectas: Sed non habeat vim ſine ſpiritu ſancto efficiendæ juſtitiæ Dei, ſeu juſtitiæ ſpiritualis, quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſed hæc fit in cordibus, cùm per verbum Spiritus ſanctus concipitur.

2. Hæc totidem verbis dicit Auguſt. lib. 3. Hypognoſticon: *Eſſe fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, non per quod ſit idoneum in iis quæ ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare aut certè peragere, ſed tantum in operibus vitæ præſentis tam bonis quam etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id eſt, velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, uxorem velle ducere, pecora nutrire, & artem diſcere diverſarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præſentem pertinet vitam. Quæ omnia non ſine divino gubernaculo ſubſiſtunt, imò ex ipſo & per ipſum ſunt, & eſſe cœperunt. Malis vero dico, ut eſt velle idolum colere, velle homicidiũ &c.*

3. Damnant Pelegianos, & alios, qui docent, quod ſine ſpiritu ſancto, ſolis naturæ viribus poſſimus, Deum ſuper omnia diligere: Item præcepta Dei facere, quoad ſubſtantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura poſſit (poteſt enim continere manus à furto, à cæde) tamen interiores motus non poteſt efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, caſtitatem, patientiam &c.

ARTIC. XIX.

De cauſa peccati docent, quod, tametſi Deus creat & conſervat naturam, tamen cauſa peccati eſt voluntas malorum, videlicet Diaboli & impiorum, quæ non adjuvante Deo, avertit ſe à Deo,
Joh. 8. ſicut Chriſtus ait Joan. 8. *Cum loquitur mendacium, ex ſeipſo loquitur.*

ARTIC. XX.

Falsò accuſantur noſtri, quod bona opera prohibeant. Nam ſcripta eorum, quæ extant de decem præceptis, & alia ſimili argumento, teſtantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitæ generibus & officiis, quę genera vitæ, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parum docebant Concionatores, tantum puerilia & non neceſſaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus ſanctorum, roſaria, monachatum, & ſimilia. Hæc adverſarii noſtri admoniti nunc dediſcunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera ut olim: prætetea incipiunt fidei mentionem facere, de qua erat olim mirum ſilentium. Etſi non deſinunt obſcurare doctrinam fidei, cum relinquunt dubias conſcientias, & jubent mereri remiſſionem peccatorum operibus, nec docent, quod ſola fide propter Chriſtum certò accipimus remiſſionem peccatorum.

2. Cum igitur Doctrina de fide, quam oportet in Eccleſia præcipuam eſſe, tam diu jacuerit ignota, quemadmodum fateri omnes neceſſe eſt, de fidei juſtitia altiſſimum ſilentium fuiſſe in concionibus, tantum doctrinam operum verſatam eſſe in Eccleſiis; noſtri de fide ſic admonuerunt Eccleſias.

3. Principio, quod opera noſtra non poſſint reconciliare Deum, aut mereri remiſſionem peccatorum & gratiam & juſtificationem, ſed hanc tantum fide conſequimur credentes, quod propter Chriſtum recipiamur in gratiam, qui ſolus poſitus eſt mediator & propitiator, per quem reconcilietur pater. Itaque qui confidit operibus ſe mereri gratiam, is aſpernatur Chriſti meritum & gratiam, & quærit ſine Chriſto humanis viribus viam ad Deum, cum Chriſtus de ſe dixerit: *Ego ſum via,* Joh. 14.
veritas & vita.

Epheſ. 2. 4. Hæc doctrina de fide ubique in Paulo tractatur. Epheſ. 2. *Gratia ſalvi facti iſtis per fidem & hoc non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus &c.*

5. Et ne quis cavilletur, à nobis novam Pauli interpretationem excogitari, tota hæc cauſa habet teſtimonia Patrum. Nam Auguſtinus multis voluminibus defendit gratiam & juſticiam fidei contra merita operum. Et ſimilia docet Ambroſius de Vocatione Gentium, & alibi, ſic enim inquit de Vocatione Gentiũm: *Vileſceret redemptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordia Dei humanorum operum prærogativa ſuccumberet, ſi juſtificatio, quæ per gratiam fit, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, ſed merces eſſet operantis.*

6. Quanquam autem hæc doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experiuntur piæ ac pavidæ conſcientiæ plurimum eam conſolationis afferre, quia conſcientiæ non poſſunt reddi tranquillæ per ulla opera, ſed tantum fide, cum certò ſtatuunt quod propter Chriſtum habeant placatum Deum.
Rom. 5. Qoemadmodum Paulus docet Roma. 5. *Juſtificati per fidem, pacem habemus apud Deum.* Tota hæc doctrina ad illud certamen perterrefactæ conſcientiæ referenda eſt, nec ſine illo certamine intelligi poteſt. Quare malè judicant de ea re homines imperiti, & prophani, qui Chriſtianam juſticiam nihil eſſe ſomniant, niſi civilem, & Philoſophicam juſticiam.

7. Olim vexabantur conſcientiæ doctrina operum, non audiebant ex Evangelio conſolatio-

ſolationem. Quosdam conſcientia expulit in deſertum, in Monaſteria, ſperantes ibi ſe gratiam merituros eſſe per vitam Monaſticam. Alii alia excogitaverunt opera, ad promerendam gratiam & ſatiſfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus, hanc doctrinam de fide in Chriſtum tradere, & renovare, ne deeſſet conſolatio pavidis conſcientiis, ſed ſcirent fide in Chriſtum apprehendi gratiam & remiſſionem peccatorum & juſtificationem.

8. Admonentur etiam homines, quod hîc nomen *fidei* non ſignificet tantum Hiſtoriæ notitiam, qualis eſt in impiis & Diabolo, ſed ſignificet fidem, quæ credit non tantum hiſtoriam, ſed etiam effectum Hiſtoriæ, videlicet hunc articulum. *Remiſſionem peccatorum*, quod videlicet per Chriſtum habeamus gratiam, juſticiam & remiſſionem peccatorum. Symbo. Apoſt.

9. Jam qui ſcit ſe per Chriſtum habere propicium patrem, is verè novit Deum, ſcit ſe ei curæ eſſe, diligit & invocat eum; denique non eſt ſine Deo, ſicut Gentes. Nam Diaboli & impii non poſſunt hunc articulum credere *Remiſſionem Peccatorum:* ideo Deum tanquam hoſtem, oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo exſpectant. Auguſt. etiam de fidei nomine, hoc modo admonet lectorem, & docet in ſcripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis eſt in impiis, ſed pro fiducia quæ conſolatur & erigit perterrefactas mentes.

10. Præterea docent noſtri, quòd neceſſe ſit, bona opera facere non ut confidamus per ea gratiam mereri, ſed propter voluntatem Dei. Tantùm fide apprehenditur remiſſio peccatorum & pax conſcientiæ. Et quia per fidem accipitur ſpiritus ſanctus, jam corda renovantur, & induunt novos affectus, ut parere bona opera poſſint. Sic enim ait Ambroſius: *Fides bonæ voluntatis & juſtæ actionis genetrix eſt*. Nam humanæ vires, ſine ſpiritu ſancto plenæ ſunt impiis affectibus, & ſunt imbecilliores quàm ut bona opera poſſint efficere coram Deo: adhæc, ſunt in poteſtate Diaboli qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifeſta ſceleta. Quemadmodum eſt videre in Philoſophis, qui & ipſi conati honeſtè vivere, tamen id non potuerunt efficere, ſed contaminati ſunt multis manifeſtis ſceleribus. Talis eſt imbecillitas hominis, cum eſt ſine fide & ſine ſpiritu ſancto, & tantum humanis viribus ſe gubernat.

11. Hinc facile apparet hanc doctrinam non eſſe accuſandam, quod bona opera prohibeat, ſed multò magis laudandam, quod oſtendit quo modo bona opera facere poſſimus. Nam ſine fide, nullo modo poteſt humana natura primi aut ſecundi præcepti opera facere. Sine fide non invocat Deum, à Deo nihil exſpectat, non tolerat Crucem, ſed quærit humana præſidia, confidit humanis præſidiis. Ita regnant in corde omnes cupiditates, & humana conſilia, cum abeſt fides & fiducia erga Deum. Quare & Chriſtus dixit; *ſine me nihil poteſtis facere*, Ioan. 15. Et Eccleſia canit: Joh. 15.

Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium. Hymn. Eccleſiaſt.

ARTIC. XXI.

DE cultu ſanctorum docent, quod memoria ſanctorum proponi poteſt, ut imitemur fidem eorum, & bona opera juxta vocationem. Ut, Cæſar imitari poteſt exemplum Davidis in bello gerendo ad depellendos Turcas à patria. Nam uterque Rex eſt. Sed ſcriptura docet invocare ſanctos, ſeu petere auxilium à ſanctis, quia unum Chriſtum nobis proponit mediatorem, propiciatorem, pontificem & interceſſorem. Hic invocandus eſt, & promiſit ſe exauditurum eſſe preces noſtras; & hunc cultum maxime probat, videlicet ut invocetur in omnibus afflictionibus, 1. Johan. 2. *Si quis peccat habemus advocatum apud Deum, &c.* 1. Tim. 2. Hebr. 4, 9. 10. 1. Joh. 2.

2. Hæc ferè ſumma eſt doctrinæ apud nos, in qua cerni poteſt nihil ineſſe quod diſcrepet à ſcripturis, vel ab Eccleſia Catholica vel ab Eccleſia Romana, quatenus ex ſcriptoribus nota eſt. Quod cum ita ſit, inclementer judicant iſti, qui noſtros pro hæreticis haberi poſtulant: ſed diſſenſio eſt de quibusdam abuſibus, qui ſine certa autoritate in Eccleſias irrepſerunt, in quibus etiam ſi qua eſſet diſſimilitudo, tamen decebat hæc lenitas Epiſcopos, ut propter confeſſionem, quam modo recenſuimus, tolerarent noſtros, quia ne canones quidem tam duri ſunt, ut eosdem ritus ubique eſſe poſtulent, neque ſimiles unquam omnium Eccleſiarum ritus fuerunt. Quanquam apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter ſervantur. Falſa enim calumnia eſt, quod omnes ceremoniæ, omnia vetera inſtituta in Eccleſiis noſtris aboleantur: Verùm, publica querela fuit, abuſus quosdam in vulgaribus ritibus hærere. Hi quia non poterant bona conſcientia probari, aliqua ex parte correcti ſunt.

ARTICVLI

PARS SECUNDA.

IN QUIBUS RECENSENTUR ABUSUS MUTATI.

CUm Eccleſiæ apud nos de nullo articulo fidei diſſentiant ab Eccleſia Catholica, tantum paucos quosdam abuſus omittant, qui novi ſunt, & contra voluntatem canonum vicio temporum recepti, rogamus ut Cæſarea Majeſtas clementer audiat, & quid ſit mutatum, & quæ fuerint cauſæ, quò minus coactus ſit populus illos abuſus contra conſcientiam obſervare. Nec habeat fidem Cæſarea Majeſtatis iſtis,

qui ut inflamment odia hominum adverſus noſtros, miras calumnias ſpargunt in populum. Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio præbuerunt occaſionem huic diſſidio, & eadem arte conantur nunc augere diſcordias. Nam Cæſarea Majeſtas, haud dubiè comperiet tolerabiliorem eſſe formam, & doctrinæ & ceremoniarum apud nos, quàm qualem homines iniqui & malevoli deſcribunt. Porro veritas ex vulgi rumoribus aut maledictis inimicorum colligi non poteſt: Facile autem hoc judicari poteſt, nihil magis prodeſſe ad dignitatem ceremoniarum conſervandum & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quàm ſi ceremoniæ ritè fiant in Eccleſiis.

ARTIC. I.

DE UTRAQUE SPECIE.

Matth. 26. LAicis datur utraque ſpecies ſacramenti in cœna Domini, quia hic mos habet mandatum Domini, Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes.*

1. Ubi manifeſtè præcipit Chriſtus de poculo ut omnes bibant, & ne quis poſſit cavillari, quod hoc ad ſacerdotes tantum pertineat, Paulus ad Corinth. exemplum recitat, in quo apparet totam Eccleſiam utraque ſpecie uſam eſſe. Et diu manſit hic mos in Eccleſia, nec conſtat quando aut quo autore mutatus ſit. Cyprianus aliquot locis teſtatur, populo ſanguinem datum eſſe. Idem teſtatur Hieronymus, qui ait: *Sacerdotes Euchariſtiæ miniſtrant, & ſanguinem Chriſti populo dividunt.* Immò Gelaſius Papa mandat, ne dividatur ſacramentum, diſt. 2. *de conſecratione*, cap. *comperimus*. Tantum conſuetudo non ita vetus aliud habet. Conſtat autem, quòd conſuetudo contra mandata Dei introducta, non ſit probanda, ut teſtantur canones, Diſt. 8. cap. *veritate*, cum ſequentib. Hæc verò conſuetudo, non ſolùm contra ſcripturam, ſed etiam contra veteres canones & exemplum Eccleſiæ recepta eſt. Quare ſi qui maluerunt utraque ſpecie ſacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offenſione conſcientiæ.

3. Et quia diviſio ſacramenti non convenit cum inſtitutione Chriſti, ſolet apud nos omitti proceſſio, quæ hactenus fieri ſolita eſt.

ARTIC. II.

DE CONJUGIO SACERDOTUM.

Platina in Pio II. PUblica querela fuit de exemplis ſacerdotum qui nou continebant. Quam ob cauſam & pius Papa dixiſſe fertur, *fuiſſe aliquas cauſas, cur ademptum ſit ſacerdotibus conjugium, ſed multò majores eſſe cauſas, ut reddi debeat.* Sic enim ſcribit Platina. Cùm igitur ſacerdotes apud nos illa publica ſcandala vitare vellent, duxerunt uxores, ac docuerunt quod liceat ipſis contrahere matrimonium. Primum,

1. Corinth. 7. Matth. 19. quia Paulus dicit: *unusquisque habeat uxorem ſuam propter fornicationem.* Item: *melius eſt nubere quàm uri.* Secundò Chriſtus inquit; *Non omnes capiunt verbum hoc,* ubi docet non omnes homines ad cœlibatum idoneos eſſe, quia Deus creavit hominem ad procreationem, Gen. 1. Nec eſt humanæ poteſtatis, ſine ſingulari dono & opere Dei creationem mutare. Igitur qui non ſunt idonei ad cœlibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum & ordinationem Dei, nulla lex humana, nullum votum tollere poteſt. Ex his cauſis docent ſacerdotes ſibi licere uxores ducere.

Geneſ. 1.

S. Udalricus Epiſcop. Auguſtan. epiſt. ad Nicol. Pap. 1. Tim. 3. Tit. 1. Lambertus Schafanaburgenſ. in Chronico, & Nauclerus Præpoſit. Tubingenſ.

2. Conſtat etiam in Eccleſia veteri ſacerdotes fuiſſe maritos, Nam & Paulus ait Epiſcopum eligendum eſſe qui ſit maritus. Et in Germania primum ante annos quadringentos, ſacerdotes vi coacti ſunt ad cœlibatum, qui quidem adeò adverſati ſunt, ut Archiepiſcopus Moguntinus publicaturus edictum Rom. Pontificis de ea re, penè ab iratis ſacerdotibus per tumultum oppreſſus ſit. Et res geſta eſt tam inciviliter, ut non ſolum in poſterum conjugia prohiberentur, ſed etiam præſentia, contra omnia jura divina & humana, contra ipſos etiam canones, factos non ſolùm à Pontificibus, ſed à laudatiſſimis Synodis, diſtraherentur.

3. Et cum ſeneſcente mundo, paulatim natura humana fiat imbecillior, convenit proſpicere, ne plura vitia ſerpant in Germaniam.

4. Porro Deus inſtituit conjugium, ut eſſet remedium humanæ infirmitatis. Ipſi canones veterem rigorem interdum poſterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum eſſe dicunt. Quod optandum eſt, ut fiat & in hoc negotio. Ac videntur Eccleſiis aliquando defuturi paſtores, ſi diutius prohibeatur conjugium.

5. Cum autem extet mandatum Dei, cum mos Eccleſiæ notus ſit, cum impurus cœlibatus plurima pariat ſcandala, adulteria, & alia ſcelera digna animadverſione boni magiſtratus.

6. Tamen mirum eſt, nulla in re majorem exerceri ſæviciam quàm adverſus conjugium ſacerdotum. Deus præcipit honore afficere conjugium. Leges in omnibus rebus publicis bene conſtitutis etiam apud Ethnicos maximis honoribus ornaverunt. At nunc capitalibus pænis excruciantur, & quidem ſacerdotes contra canonum voluntatem, nullam aliam ob cauſam, niſi propter conjugium.

1. Tim. 4. Paulus vocat *doctrinam dæmoniorum*, quæ prohibet conjugium. 1. Timoth. 4. id facile nunc intelligi poteſt, cum talibus ſuppliciis prohibitio conjugii defenditur.

7. Sicut autem nulla lex humana poteſt mandatum Dei tollere, ita nec votum poteſt tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus ſuadet, ut mulieres nubant quæ non ſervant promiſſam caſtitatem. Verba ejus ſunt hæc lib. 1. Epiſt. 11. *Si autem perſeverare nolunt, aut non poſſunt, melius eſt ut nubant quàm ut in ignem deliciis ſuis cadant, certe nullum fratribus aut ſororibus ſcandalum faciant.*

8. Et

8. Et æquitate quadam utuntur ipſi canones erga hos, qui ante juſtam ætatem voverunt, quomodo ferè hactenus fieri conſuevit.

ARTIC. III.

DE MISSA.

FAlſò accuſantur Eccleſiæ noſtræ, quod Miſſam aboleant. Retinetur enim Miſſa apud nos, & ſumma reverentia celebratur. Servantur & uſitatæ ceremoniæ ferè omnes, prætetquam quòd Latinis cantionibus admiſcentur alicubi Germanicæ, quæ additæ ſunt ad docendum populum. Nam & hoc opus eſt ceremoniis, ut doceant imperitos, & quosdam excitet verè ad timorem aut fidem ac orationem tractatio verbi Dei. Et non modò Paulus præcipit, uti lingua intellecta populo in Eccleſia, ſed etiam ita conſtitutum eſt humano jure.

2. Aſſuefit populus, ut unà utantur ſacramento, ſi qui ſunt idonei. Id quoque auget reverentiam ac religionem publicarum ceremoniarum. Nulli enim admittuntur, niſi antea explorati. Admonentur etiam homines de dignitate & uſu ſacramenti, quantam conſolationem afferat pavidis conſcientiis, ut diſcant Deo credere, & omnia bona à Deo expectare & petere. Hic cultus delectat Deum, talis uſus ſacramenti alit pietatem erga DEUM. Itaque non videntur apud adverſarios Miſſæ majore religione fieri quàm apud nos.

3. Conſtat autem hanc quoque publicam & longè maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuiſſe, quòd Miſſæ turpiter prophanarentur, collatæ ad quæſtum. Neque enim obſcurum eſt, quàm latè pateat hic abuſus in omnibus templis, à qualibus celebrentur Miſſæ tantùm propter mercedem aut ſtipendium, quàm multi contra interdictum canonum celebrent. Paulus autem graviter minatur his, qui indignè tractant Euchariſtiam, cum ait; *Qui ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.* 1. Corinth. 11. Itaque cum apud nos admonerentur Sacerdotes de hoc peccato, deſierunt apud nos privatæ Miſſæ, cum ferè nullæ privatæ Miſſæ niſi quæſtus cauſa fierent.

4. Neque ignoraverunt hos abuſus Epiſcopi, qui ſi correxiſſent eos in tempore, minus nunc eſſet diſſenſionum. Antea ſua diſſimulatione multa vitia paſſi ſunt in Eccleſiam ſerpere: nunc ſerò incipiunt queri de calamitatibus Eccleſiæ, cum hic tumultus non aliunde ſumpſerit occaſionem, quàm ex illis abuſibus, qui tam manifeſti erant, ut tolerari amplius non poſſent. Magnæ diſſenſiones de Miſſa, de Sacramento extiterunt. Fortaſſe dat pœnas orbis tam diuturnæ prophanationis Miſſarum, quam in Eccleſiis tot ſeculis toleraverunt iſti, qui emendare & poterant & debebant. Nam in Decalogo ſcriptum eſt; *Qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus.* Exod. 20. Deuteron. 5. At ab initio mundi nulla res divina ita videtur unquam ad quæſtum collata fuiſſe, ut Miſſa.

5. Acceſſit opinio, quæ auxit privatas Miſſas in infinitum, videlicet quòd Chriſtus ſua paſſione ſatisfecerit pro peccato originis, & inſtituerit Miſſam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus & venialibus. Hinc manavit publica opinio, quòd Miſſa ſit opus tollens peccata vivorum & mortuorum ex opere operato. Hic cœptum eſt diſputari, utrum una Miſſa dicta pro pluribus, tantundem valeat, quantum ſingulæ pro ſingulis. Hæc diſputatio peperit iſtam infinitam multitudinem Miſſarum.

6. De his opinionibus noſtri admonuerunt, quod diſſentiant à ſcripturis ſanctis, & lædant gloriam paſſionis Chriſti. Nam paſſio Chriſti fuit oblatio & ſatisfactio, non ſolùm pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus reliquis peccatis, ut ad Hæbræos ſcriptum eſt: *Sanctificati ſumus per oblationem Jeſu Chriſti ſemel.* Hebr. 9. Item; *Una oblatione conſummavit in perpetuum ſanctificatos.* Ibid. 10.

7. Item, Scriptura docet nos coram Deo juſtificari per fidem in Chriſtum, cum credimus nobis remitti peccata propter Chriſtum. Jam ſi Miſſa tollit peccata vivorum & mortuorum ex opere operato, contingit juſtificatio ex opere Miſſarum, non ex fide, quòd Scriptura non patitur.

8. Sed Chriſtus jubet facere in ſui memoriam. Quare Miſſa inſtituta eſt, ut fides in iis, qui utuntur ſacramento, recordetur quæ beneficia accipiat per Chriſtum, & erigat & conſoletur pavidam conſcientiam. Nam id eſt meminiſſe Chriſti, beneficia meminiſſe, ac ſentire quod verè exhibeantur nobis. Nec ſatis eſt hiſtoriam recordari; quia hanc etiam Judæi & impii recordari poſſunt. Eſt igitur ad hoc facienda Miſſa, ut ibi *porrigatur ſacramentum his, quibus opus eſt conſolatione, ſicut Ambroſius ait; *Quia ſemper pecco, ſemper debeo accipere medicinam.* * al. porrigitur.

9. Cum autem Miſſa ſit talis communicatio ſacramenti, ſervatur apud nos una communis Miſſa, ſingulis feriis atque aliis etiam diebus, ſi qui ſacramento velint uti, ubi porrigitur ſacramentum his qui petunt. Neq; hic mos in Eccleſia novus eſt. Nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem privatæ Miſſæ. De comuni Miſſa plurimum loquuntur. Chryſoſtomus ait; *Sacerdotem quotidie ſtare ad altare, & alios ad communionem accerſere, alios arcere.* Et ex canonibus veteribus apparet, unum aliquē celebraſſe Miſſam, à quo reliqui Presbyteri & Diaconi ſumpſerunt corpus Domini. Sic enim ſonant verba canonis Niceni; *Accipiant Diaconi ſecundum ordinem poſt Presbyteros ab Epiſcopo vel à Presbytero ſacrā communionem.* 1. Corinth. 11. Et Paulus de comunione jubet, ut alii alios expectent, ut fiat communis participatio.

10. Poſtquam igitur Miſſa apud nos habet exemplum Eccleſiæ, ex Scriptura & Patribus, confidimus improbari eam non poſſe, maximè cum publicæ ceremoniæ, magna ex parte ſimiles uſitatis ſerventur, tantùm numerus Miſſarum eſt diſſimilis, quem propter maximos & manifeſtos abuſus

certè moderari prodeſſet. Nam olim etiam, in Eccleſiis frequentiſſimis non fiebat quotidie Miſſa, ut teſtatur Hiſtoria Tripartita lib. 9. cap. 38. *Rurſus autem in Alexandria quarta & ſexta feria ſcripturæ leguntur, easque doctores interpretantur, & omnia fiunt præter ſolennem oblationis morem.*

ARTIC. IV.
DE CONFESSIONE.

CONfeſſio in Eccleſiis apud nos non eſt abolita. Non enim ſolet porrigi corpus Domini, niſi anteà exploratis & abſolutis. Et docetur populus diligentiſſimè de fide abſolutionis, de qua ante hæc tempora magnum erat ſilentium. Docentur homines, ut abſolutionem plurimi faciant, quia ſit vox DEI & mandato Dei pronuncietur. Ornatur poteſtas clavium & commemoratur quantam conſolationem afferat perterrefactis conſcientiis, & quod DEUS requirat fidem, ut illi abſolutioni tanquam voci de cœlo ſonanti credamus, & quod illa fides in Chriſtum verè conſequatur, & accipiat remiſſionem peccatorum. Antea immodicè extollebantur ſatisfactiones; Fidei verò & meriti Chriſti, ac juſticiæ fidei nulla fiebat mentio. Quare in hac parte minimè ſunt culpandæ Eccleſiæ noſtræ. Nam hoc etiam adverſarii tribuere nobis coguntur, quod doctrina de pœnitentia diligentiſſimè à noſtris tractata ac patefacta ſit.

2. Sed de confeſſione docent, quod enumeratio delictorum non ſit neceſſaria, nec ſint onerandæ conſcientiæ cura enumerandi omnia delicta, quia impoſſibile eſt omnis delicta recitare, ut teſta-
Pſalm. 18. Jerem. 17. tur Pſal. *Delicta quis intelligit?* Item Jeremias; *Pravum eſt cor hominis & inſcrutabile.* Quod ſi nulla peccata niſi recitata remitterentur, nunquam adquieſcere conſcientiæ poſſent, quia plurima peccata neque vident neque meminiſſe poſſunt. Teſtantur & veteres ſcriptores enumerationem non eſſe neceſſariam. Nam in Decretis citatur Chryſoſtomus, qui ſic ait; *Non dico tibi, ut te prodas in publicum, neque ad alios te accuſes, ſed obedire te volo Prophetæ dicenti: Revela ante Deum viam tuam. Ergo tua confitere peccata apud Deum verum Judicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia non lingua, ſed conſcientiæ tuæ memoria* &c. Et Gloſſa *de pœnitent. a*, Diſt. 5. cap. *conſideret*, fatetur humani juris eſſe confeſſionem. Verùm confeſſio, cum propter maximum abſolutionis beneficium, tum propter alias conſcientiarum utilitates apud nos retinetur.

ARTIC. V.
DE DISCRIMINE CIBORUM.

PUblica perſvaſio fuit non tantùm vulgi, ſed etiam docentium in Eccleſiis, quod diſcrimina ciborum, & ſimiles traditiones humanæ; ſint opera utilia ad promerendam remiſſionem culpæ & pœnæ. Et quod ſic ſenſerit mundus, apparet ex eo, quia quotidie inſtituebantur novæ ceremoniæ, novi ordines, novæ feriæ, nova jejunia, & doctores in templis exigebant hæc opera tanquam neceſſarium cultum ad promerendam juſtificationem, & vehementer terrebant conſcientias, ſi quid omitterent. Ex hac perſuaſione de traditionibus multa incommoda in Eccleſia ſecuta ſunt.

2. Primò obſcurata eſt doctrina de gratis & juſticia fidei, quæ eſt præcipua pars Evangelii, & quàm maximè oportet extare & eminere in Eccleſia, ut meritum Chriſti bene cognoſcatur & fides quæ credit remitti peccata propter Chriſtum, non propter ulla noſtra opera, longè ſuprà opera collocetur. Quare Paulus in hunc locum maximè incumbit, legem & traditiones humanas removet, ut oſtendat juſticiam Chriſtianam aliud quiddam eſſe, quàm hujusmodi opera, videlicet fidem, quæ credit peccata gratis remitti propter Chriſtum. Ad hæc doctrina Pauli, pene tota oppreſſa eſt per traditiones, quæ pepererunt opinionem. quod per diſcrimina ciborum, & ſimiles cultus, oporteat mereri remiſſionem peccatorum & juſtificationem; in pœnitentia nulla mentio fiebat de fide, tantum hæc opera ſatisfactoria proponebantur, in his videbatur pœnitentia tota conſiſtere.

3. Secundò, hæ traditiones obſcuraverunt præcepta Dei, quia traditiones longè præferebantur præceptis Dei. Chriſtianiſmus totus putabatur eſſe obſervatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, veſtitus. Hæ obſervationes erant in poſſeſſione honeſtiſſimi tituli quod eſſent vita ſpiritualis & vita perfecta.

4. Interim mandata Dei juxta vocationem, nullam laudem habebant, quod paterfamilias educabat ſobolem, quod mater pariebat, quod Princeps regebat rempublicam. Hæc putabantur eſſe opera mundana & imperfecta, & longè deteriora illis ſplendidis obſervationibus. Et hic error valde cruciavit pias conſcientias, quæ dolebant ſe teneri imperfecto vitæ genere, in conjugio, in magiſtratibus, aut aliis functionibus civilibus: mirabantur Monachos & ſimiles, & falſò putabant illorum obſervationes magis mereri remiſſionem peccatorum & juſtificationem.

5. Tertiò, traditiones attulerunt magna pericula conſcientiis. Quia impoſſibile erat omnes traditiones ſervare, & tamen homines arbitrabantur, has obſervationes, neceſſarios eſſe cultus, Gerſon ſcribit, multos incidiſſe in deſperationem, quosdam etiam ſibi mortem conſciviſſe, quia ſenſerant, ſe non poſſe ſatisfacere traditionibus, & interim conſolationem nullam de juſticia fidei & de gratia audierant.

6. Videmus Summiſtas & Theologos colligere traditiones, & quærere *ἐπιεικείας* ut levent conſcientias; non ſatis tamen expediunt, ſed interdum magis injiciunt laqueos conſcientiis. Et in colligendis traditionib. ita fuerunt occupatæ ſcholæ, & conciones, ut non vacaverit attingere ſcripturam,

tam & quærere utiliorem doctrinam, de fide, de cruce, de ſpe, de dignitate civilium rerum de conſolatione conſcientiarum in arduis tentationibus. Itaque Gerſon & alii quidam Theologi graviter queſti ſunt, ſe his rixis traditionum impediri, quò minus verſari poſſent in meliore genere doctrinæ. Et Auguſtinus vetat onerari conſcientias hujuſmodi obſervationibus, & prudenter admonet Januarium, *ut ſciat eas indifferenter obſervandas eſſe.* Sic enim loquitur.

7. Quare noſtri non debent videri hanc cauſam temerè attigiſſe, aut odio Epiſcoporum, ut quidam falſò ſuſpicantur. Magna neceſſitas fuit de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus malè intellectis admonere Eccleſias. Nam Evangelium cogit urgere doctrinam in Eccleſiis de gratia & juſticia fidei; quæ tamen intelligi non poteſt, ſi putent homines ſe mereri remiſſionem peccatorum & juſtificationem per obſervationes ab ipſis electas.

8. Sic igitur docuerunt, quod per obſervationem traditionum humanarum non poſſimus mereri remiſſionem peccatorum ac juſtificationem. Quare non eſt ſentiendum, quod hujuſmodi obſervationes ſint neceſſarii cultus.

9. Addunt teſtimonia ex Scriptura. Chriſtus Matth. 15. excuſat Apoſtolos, qui non ſervaverant uſitatam traditionem, quæ tamen videbatur de re non illicita, ſed media eſſe, & habere cognationem cum Baptiſmatibus legis, & dicit, *Fruſtra colunt me mandatis hominum.* Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulò pòſt addit, *omne quod intrat in os, non inquinat hominem.* Item Rom. 14. *Regnum Dei non eſt eſca aut potus.* Coloſ. 2. *Nemo judicet vos in cibo, potu, ſabbato, aut die feſto.* Item, *ſi mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi, Quare tanquam viventes in mundo decreta facitis? Ne attingas: Ne guſtes: Ne contrectes.* Actor. 15. ait Petrus: *Quare tentatis Deum, imponentes jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri* JESU CHRISTI *credimus* ſalutari, quemadmodum & illi?* Hic vetat Petrus onerare conſcientias pluribus ritibus ſive Moſi ſive aliis.

Matth. 15.
Coloſſenſ. 2.
Actor. 15.
* Salvari.

Et 1. Timoth. 4 vocat prohibitionem ciborum, *doctrinam dæmoniorum,* quia pugnat cum Evangelio talia opera inſtituere aut facere, ut per ea mereamur remiſſionem peccatorum & juſtificationem, aut quod non poſſit exiſtere Chriſtianiſmus ſine tali cultu.

1. Timoth. 4.

10. Hic objiciunt adverſarii, quod noſtri prohibeant diſciplinam & mortificationem carnis, ſicut Jovinianus. Verùm aliud deprehendetur ex ſcriptis noſtrorum. Semper enim docuerunt de cruce, quod Chriſtianos oporteat tolerare afflictiones. Hæc eſt vera, ſeria & non ſimulata mortificatio variis afflictionibus exerceri & crucifigi cum Chriſto.

11. Inſuper docent, quòd quilibet Chriſtianus debeat ſe corporali diſciplina, aut corporalibus exercitiis & laboribus ſic exercere & coërcere, ne ſaturitas aut deſidia extimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur remiſſionem culpæ aut mortis æternæ. Et hanc corporalem diſciplinam oportet ſemper urgere, non ſolùm paucis & conſtitutis diebus. Sicut Chriſtus præcipit: *Cavete ne corda veſtra graventur crapula.* Item, *Hoc genus Dæmoniorum non ejicitur niſi jejunio & oratione.* Et Paulus ait: *Caſtigo corpus meum, & redigo in ſervitutem.* Ubi clarè oſtendit, ſe ideo caſtigare corpus, non ut per eam diſciplinam mereatur remiſſionem peccatorum, ſed ut corpus habeat obnoxium & idoneum ad res ſpirituales & ad faciendum officium juxta vocationem ſuam. Itaque non damnantur ipſa jejunia, ſed traditiones, quæ certos dies, certos cibos præſcribunt, cum periculo conſcientiæ, tanquam iſtiuſmodi opera ſint neceſſarii cultus.

Luc. 21.
Matth. 17.
1. Corinth. 9.

12. Servantur tamen apud nos pleræque traditiones, quæ conducunt ad hoc, ut res ordine gerantur in Eccleſia, ut ordo lectionum in Miſſa & præcipuæ feriæ: Sed interim homines admonentur, quod talis cultus non juſtificet coram DEO, & quòd non ſit ponendum peccatum in talibus rebus, ſi omittantur ſine ſcandalo. Hæc libertas in ritibus humanis non fuit ignota patribus. Nam in Oriente alio tempore ſervaverunt Paſcha quàm Romæ, & cum Romani propter hanc diſſimilitudinem accuſarent orientem ſchiſmatis, admoniti ſunt ab aliis, tales mores non oportere ubique ſimiles eſſe. Et Irenæus inquit, *diſſonantia jejunii, fidei conſonantiam non ſolvit,* ſicut & Diſt. 12. Gregorius Papa ſignificat, talem diſſimilitudinem non lædere unitatem Eccleſiæ. Et in Hiſtoria Tripartita lib. 9. multa colliguntur exempla diſſimilium rituum, & recitantur hæc verba: *Mens Apoſtolorum fuit, non de diebus feſtis ſancire, ſed prædicare bonam converſationem & pietatem.*

ARTIC. VI.

DE VOTIS MONACHORUM.

QUid de votis Monachorum apud nos doceatur meliùs intelliget, ſi quis meminerit, qualis ſtatus fuerit Monaſteriorum, quàm multa contra canones in ipſis Monaſteriis quotidie fiebant. Auguſtini tempore erant libera collegia: poſtea corrupta diſciplina, ubique addita ſunt vota, ut tanquam excogitato carcere, diſciplina reſtitueretur.

2. Additæ ſunt paulatim ſupra vota aliæ multæ obſervationes. Et hæc vincula multis ante juſtam ætatem contra canones injecta ſunt.

3. Multi inciderunt errore in hoc vitæ genus, quibus etiam ſi non deeſſent anni, tamen judicium de ſuis viribus defuit. Qui ſic irretiti erant, cogebantur manere, etiam ſi quidam beneficio canonum

nonum liberari poſſent. Et hoc accidit magis etiam in Monaſteriis Virginum quàm Monachorum, cum ſexui imbecilliori magis parcendum eſſet. Hic rigor diſplicuit multis bonis viris ante hæc tempora, qui videbant puellas & adoleſcentes in Monaſteria detrudi propter victum: videbant quàm infeliciter ſuccederet hoc conſilium, quæ ſcandala pareret, quos laqueos conſcientiis injiceret. Dolebant autoritatem canonum in re periculoſiſſima omninò negligi & contemni.

4. Ad hæc mala, accedebat talis perſuaſio de votis, qua conſtat etiam olim diſplicuiſſe ipſis Monachis, ſi qui paulò cordatiores fuerunt. Docebant vota paria eſſe baptiſmo: docebant ſe hoc vitæ genere mereri remiſſionem peccatorum, & juſtificationem coram DEO, immò addebant, vitam Monaſticam non tantùm juſticiam mereri coram Deo, ſed amplius etiam, quia ſervaret non modò præcepta, ſed etiam conſilia Evangelica.

5. Ita perſuadebant Monaſticam profeſſionem longè meliorem eſſe baptiſmo; vitam Monaſticam plus mereri quàm vitam Magiſtratuum, vitam paſtorum & ſimilium, qui in mandatis DEI ſine facticiis religionibus ſuæ vocationi ſerviunt. Nihil horum negari poteſt: extant enim in libris eorum.

6. Quid fiebat poſtea in Monaſteriis? olim erant ſcholæ ſacrarum literarum & aliarum diſciplinarum, quæ ſunt utiles Eccleſiæ; & ſumebantur inde paſtores, & Epiſcopi. Nunc alia res eſt, nihil opus eſt recitare nota. Olim ad diſcendum conveniebant, nunc fingunt inſtitutum eſſe vitæ genus ad promerendam remiſſionem peccatorum & juſtificationem, immò prædicant eſſe ſtatum perfectionis, & longè præferunt omnibus aliis vitæ generibus à Deo ordinatis.

7. Hæc ideo recitavimus nihil odiuſè exaggerantes, ut melius intelligi poſſet de hac re, doctrina noſtrorum.

8. Primùm de his, qui matrimonia contrahunt, ſic docent apud nos, quod liceat omnibus qui non ſunt idonei ad cœlibatum, contrahere matrimonium; quia vota non poſſunt ordinationem ac man-
1. Corinth. 7. datum DEI tollere. Eſt autem hoc mandatum DEI *propter fornicationem, habeat unusquisque uxorem ſuam.* Neque mandatum ſolùm, ſed etiam creatio & ordinatio DEI cogit hos ad conjugium; qui
Geneſ. 2. ſine ſingulari DEI opere non ſunt excepti, juxta illud: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Igitur non peccant iſti, qui obtemperant huic mandato & ordinationi Dei.

9. Quid poteſt contra hæc opponi? Exaggeret aliquis obligationem voti quantum volet, tamen non poterit efficere, ut votum tollat mandatum Dei. Canones docent in omni voto, jus ſuperioris excipi; quare multò minus hæc vota contra mandata Dei valent.

10. Quod ſi obligatio votorum nullas haberet cauſas, cur mutari poſſit, nec Romani Pontifices diſpenſaſſent. Neque enim licet homini obligationem, quæ ſimpliciter eſt juris divini, reſcindere. Sed prudenter judicaverunt Romani Pontifices, æquitatem in hac obligatione adhibendam eſſe. Ideo ſæpe de votis diſpenſaſſe leguntur. Nota eſt hiſtoria de Rege Arragonum, revocato ex Monaſterio; & extant exempla noſtri temporis.

11. Deinde cur obligationem exaggerant adverſarii ceu effectum voti, cum interim de ipſa voti natura ſileant, quod debet eſſe in re poſſibili, quòd debet eſſe voluntarium, ſponte & conſulto conceptum. At quomodo ſit in poteſtate hominis perpetua caſtitas, non eſt ignotum. Et quotusquisque ſponte & conſulto vovit? puellæ & adoleſcentes priusquam judicare poſſunt, perſuadentur ad vovendum, interdum etiam coguntur. Quare non eſt æquum tam rigidè de obligatione diſputare, cum omnes fateantur contra voti naturam eſſe, quod non ſponte, quod inconſulto admittitur.

12. Plerique canones reſcindunt vota ante annum decimum quintum contracta, quia ante illam ætatem non videtur tantum eſſe judicii, ut de perpetua vita conſtitui poſſit.

13. Alius canon plus concedens hominum imbecillitati, addit annos aliquot. Vetat enim ante annum decimum octavum votum fieri. Sed utrum ſequemur, maxima pars habet excuſationem, cur monaſteria deſerant, quia plurimi ante hanc ætatem voverunt. Poſtremò etiam ſi voti violatio reprehendi poſſet, tamen non videtur ſtatim ſequi, quòd conjugia talium perſonarum diſſolvenda ſint. Nam Auguſtinus negat debere diſſolvi. 27. quæſt. 1. cap. *Nuptiarum*, cujus non eſt levis autoritas, etiamſi alii poſtea aliter ſenſerunt.

14. Quanquam autem mandatum DEI de conjugio videatur pleroſque liberare à votis, tamen afferunt noſtri & aliam rationem de votis, quod ſint irrita; quia omnis cultus DEI, ab hominibus ſine mandato DEI inſtitutus & electus ad promerendam remiſſionem peccatorum & juſtificatio-
Matth. 15. nem impius eſt, ſicut Chriſtus ait; *Fruſtra colunt me mandatis hominum.* Et Paulus ubique docet, juſticiam non eſſe quærendam ex noſtris obſervationibus & cultibus, qui ſint excogitati ab hominibus, ſed contingere eam per fidem, credentibus ſe habere Deum placatum & propicium propter Chriſtum, non propter ulla noſtra merita.

15. Conſtat autem Monachos docuiſſe, quod facticiæ religiones mereantur remiſſionem peccatorum & juſtificationem, & quod pro peccatis ſatisfaciant. Quid hoc eſt aliud quàm de gloria CHRISTI detrahere & obſcurare ac negare juſticiam fidei? Sequitur igitur iſta vota uſitata, impios cultus fuiſſe, quare ſunt irrita. Nam votum impium, & factum contra mandata Dei non valet; *neque enim debet votum vinculum eſſe iniquitatis*, ut canon dicit.

Galat. 5. 16. Paulus dicit: *Evacuati eſtis à Chriſto qui in lege juſtificamini, à gratia excidiſtis*; id eſt, qui ſentiunt quòd mereantur propriis operibus remiſſionem peccatorum, & quod propter propriam legis impletio-

Digitized by Google

pletionem placeant DEO, nec ſentiunt, quod propter Chriſtum gratis accipiant fide donatam remiſſionem peccatorem per miſericordiam DEI, & quod propter Chriſtum placeant DEO, hi amittunt Chriſtum, quia fiduciam debitam Chriſto & promiſſioni DEI, transferunt ad opera. Item opponunt iræ Dei. non propitiatorem Chriſtum, ſed propria opera; quare honorem debitum Chriſto transferunt ad opera noſtra.

17. Conſtat autem Monachos hos docere, quod ſuis obſervationibus mereantur remiſſionem peccatorum, quod habeant Deum propitium propter has obſervationes. Quare docent confidere ſuis operib. non propitiatione Chriſti. Hæc fiducia eſt impia, & cum Evangelio pugnat, & in judicio Dei deprehendetur eſſe irrita. Non enim opera poſſunt noſtra opponi iræ ac judicio Dei. Tantum ita placatur ira Dei, quando gratuitam miſericordiam, propter Chriſtum, promiſſam fide apprehendimus. Amittunt igitur Chriſtum, qui fiduciam non in Chriſtum, ſed in opera propria collocant.

18. Præterea Monachi docuerunt ſuum vitæ genus ſtatum eſſe perfectionis, quia obſervarent non ſolùm præcepta, ſed etiam conſilia. Hic error maximè pugnat cum Evangelio, quod finxerunt ſe præceptis ita ſatisfacere, ut amplius etiam facerent. Et hinc natus eſt horribilis error, quod finxerunt ſe habere merita ſupererogationis. Hæc applicaverunt pro aliis ut ſatisfactiones eſſent pro alienis peccatis. Hæc ſi quis odioſè velit exagitare quàm multa commemorare poſſit, quorum jam ipſos Monachos pudet.

19. Non eſt leve ſcandalum in Eccleſia populo proponere, certum cultum ab hominibus excogitatum ſine mandato DEI, & docere quod talis cultus juſtificet homines. Quia juſticia fidei in Chriſtum, quam maximè oporteat tradi in Eccleſia, obſcuratur, cum illæ mirificæ religiones Angelorum, ſimulatio paupertatis & humilitatis, & cœlibatus offunduntur oculis hominum.

20. Præterea obſcurantur præcepta DEI, & verus cultus DEI, cum audiunt homines, ſolos Monachos eſſe in ſtatu perfectionis; quia perfectio Chriſtiana eſt, ſeriò timere Deum, & rurſus concipere magnam fidem, & confidere propter Chriſtum, quod habeamus Deum placatum, petere à Deo, & certò expectare auxilium in omnibus rebus gerendis, juxta vocationem: Interim foris diligenter facere bona opera, & ſervire vocationi. In his rebus eſt vera perfectio, & verus cultus Dei, non eſt in cœlibatu aut mendicitate, aut veſte ſordida. Ac populus concipit multas pernicioſas opiniones ex illis falſis præconiis vitæ Monaſticæ. Audit ſine modo laudari cœlibatum: ideo cum offenſione conſcientiæ verſatur in conjugio. Audit ſolos mendicos eſſe perfectos: ideo cum offenſione conſcientiæ retinet poſſeſſiones, negociatur. Audit conſilium Evangelicum eſſe de non vindicando: ideo alii in privata vita non verentur ulciſci. Audiunt enim conſilium eſſe, non præceptum. Alii omnes Magiſtratus & civilia officia judicant indigna eſſe Chriſtianis.

21. Leguntur exempla hominum, qui deſerto conjugio, deſerta Reipublicæ adminiſtratione, abdiderunt ſe in Monaſteria. Id vocabant fugere ex mundo, & quærere vitæ genus quod DEO magis placeret, nec videbant DEO ſerviendum eſſe in illis mandatis, quæ ipſe tradidit, non in mandatis, quæ ſunt excogitata ab hominibus. Bonum & perfectum vitæ genus eſt, quod habet mandatum DEI. De his rebus neceſſe eſt admonere homines. Et ante hæc tempora reprehendit Gerſon errorem Monachorum de perfectione, & teſtatur ſuis temporibus novam vocem fuiſſe, quod vita Monaſtica ſit ſtatus perfectionis.

22. Tam multæ impiæ opiniones hærent in votis, quod mereantur remiſſionem peccatorum & juſtificationem, quod ſint perfectio Chriſtiana, quod ſervent conſilia & præcepta, quod habeant opera ſupererogationis.

23. Hæc omnia cum ſint falſa & inania, faciunt vota irrita.

ARTIC. VII.

DE POTESTATE ECCLESIASTICA.

MAgnæ diſputationes fuerunt de poteſtate Epiſcoporum, in quibus nonnulli incommode commiſcuerunt poteſtatem Eccleſiaſticam, & poteſtatem gladii. Et ex hac confuſione, maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices freti poteſtate clavium, non ſolùm novos cultus inſtituerunt, reſervatione caſuum, violentis excommunicationibus conſcientias oneraverunt, ſed etiam regna mundi transferre, & Imperatoribus adimere imperium conati ſunt. Hæc vitia multò ante reprehenderunt in Eccleſia homines pii & eruditi. Itaque noſtri ad conſolandas conſcientias, coacti ſunt oſtendere diſcrimen Eccleſiaſticæ poteſtatis & poteſtatis gladii, & docuerunt utramque propter mandatum Dei religioſè venerandam & honore afficiendam eſſe tanquam ſumma Dei beneficia in terris.

2. Sic autem ſentiunt, poteſtatem clavium, ſeu poteſtatem Epiſcoporum, juxta Evangelium, poteſtatem eſſe ſeu mandatum Dei, prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, & adminiſtrandi ſacramenta. Nam cum hoc mandato Chriſtus mittit Apoſtolos: *Sicut me miſit pater, ita & ego mitto vos. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis peccata, retenta ſunt.* Marc. 16. *Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Johan. 20.

3. Hæc poteſtas tantum exercetur docendo ſeu prædicando Evangelium, & porrigendo Sacramenta, vel multis vel ſingulis juxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, ſed res æternæ,

næ juſticia æterna, ſpiritus ſanctus, vita æterna. Hæc non poſſunt contingere niſi per miniſterium
Rom. 1. verbi & ſacramentorum, ſicut Paulus dicit; *Evangelium eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti.* Itaque eum poteſtas Eccleſiaſtica concedat res æternas, & tantum exerceatur per miniſterium verbi, non impedit politicam adminiſtrationem, ſicut ars canendi nihil impedit politicam adminiſtrationem. Nam politica adminiſtratio verſatur circa alias res quam Evangelium. Magiſtratus defendit non mentes, ſed corpora & res corporales, adverſus manifeſtas injurias, & coërcet homines gladio, & corporalibus pœnis, ut juſticiam civilem & pacem retineat.

4. Non igitur commiſcendæ ſunt poteſtates, Eccleſiaſtica & civilis. Eccleſiaſtica ſuum mandatum habet, Evangelii docendi & adminiſtrandi ſacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges Magiſtratuum, non tollat legitimam obedientiam, non impediat judicia de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non præſcribat leges Magiſtrati-
Joan. 18. bus de forma Reipublicæ, ſicut dicit Chriſtus; *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Item, *Quis conſti-*
Luc. 12. *tuit me judicem aut diviſorem ſuper vos?* Et Paulus ait Philip. 3. *Noſtra politia in cœlis eſt.* Et 2. Corinth. 10. *Arma militia noſtra non ſunt carnalia, ſed potentia Deo, ad deſtruendas cogitationes.*

5. Ad hunc modum diſcernunt noſtri utriusque poteſtatis officia, & jubent utramque honore afficere, & agnoſcere, utramque Dei donum & beneficium eſſe.

6. Si quam Epiſcopi habent poteſtatem gladii, hanc non habent, ut Epiſcopi ex mandato Evangelii, ſed jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus, ad adminiſtrationem civilem ſuorum bonorum. Hæc interim alia functio eſt, quàm miniſterium Evangelii.

7. Cum igitur de jurisdictione Epiſcoporum quæritur, diſcerni debet Imperium ab Eccleſiaſtica jurisdictione. Porrò ſecundum Evangelium, ſeu, ut loquuntur, de jure divino, nulla jurisdictio competit Epiſcopis, ut Epiſcopis, hoc eſt, his quibus eſt commiſſum miniſterium verbi & ſacramentorum, niſi remittere peccata? item, cognoſcere doctrinam, & doctrinam ab Evangelio diſſentientem rejicere, & impios, quorum nota eſt impietas, excludere à communione Eccleſiæ, ſine vi humana, ſed verbo. Hic neceſſariò, & de jure divino, debent eis Eccleſiæ præſtare obedientiam, jux-
Luc. 10. ta illud: *Qui vos audit, me audit.*

8. Verum cùm aliquid contra Evangelium docent aut ſtatuunt, tunc habent Eccleſiæ mandatum Dei, quod obedientiam prohibet Matth. 7. *Cavete à Pſeudoprophetis.* Gal. 1. *Si Angelus de cœlo aliud Evangelium evangelizaverit, anathema ſit.* 2. Cor. 13. *Non poſſumus aliquid facere contra veritatem, ſed pro veritate.* Item, *Data eſt nobis poteſtas ad ædificationem, non ad deſtructionem.* Sic & canones præcipiunt, 2. quæſt. 7. cap. *Sacerdotes*, & cap. *oves*. Et Auguſtinus contra Petiliani Epiſtolam inquit; *nec catholicis Epiſcopis conſentiendum eſt, ſicubi forte falluntur, aut contra canonicas Dei ſcripturas aliquid ſentiunt.*

9. Si quam habent aliam vel poteſtatem, vel jurisdictionem in cognoſcendis certis cauſis, videlicet matrimonii, aut decimarum &c. hanc habent humano jure, ubi ceſſantibus ordinariis coguntur Principes vel inviti, ſuis ſubditis jus dicere, ut pax retineatur.

10. Præter hæc diſputatur, utrum Epiſcopi ſeu paſtores habeant jus inſtituendi ceremonias in Eccleſia, & leges de cibis, feriis, gradibus miniſtrorum, ſeu ordinibus &c. condendi. Hoc jus qui
Joan. 16. tribuunt Epiſcopis, allegant teſtimonium; *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.*

11. Allegant etiam exemplum Apoſtolorum, qui prohibuerunt abſtinere à ſanguine, & ſuffocato. Allegant ſabbatum mutatum in diem Dominicum contra Decalogum, ut videtur. Nec ullum exemplum magis jactatur quàm mutatio ſabbati. Magnam contendunt Eccleſiæ poteſtatem eſſe, quòd diſpenſaverit de præcepto Decalogi.

12. Sed de hac quæſtione noſtri ſic docent; quòd Epiſcopi non habent poteſtatem ſtatuendi aliquid contra Evangelium, ut ſuprà oſtenſum eſt. Docent idem canones 9. diſtinct. Porrò contra ſcripturam eſt traditiones condere aut exigere, ut per eam obſervationem mereamur remiſſionem peccatorum, & ſatisfaciamus pro peccatis. Læditur enim gloria meriti Chriſti, cum talibus obſervationibus conamur mereri remiſſionem peccatorum & juſtificationem. Conſtat autem propter hanc perſuaſionem in Eccleſia pene in infinitum creviſſe traditiones, oppreſſa interim doctrina de fide & juſticia fidei, quia ſubinde plures feriæ factæ ſunt; jejunia indicta, ceremoniæ novæ, novi honores ſanctorum inſtituti ſunt, quia arbitrabantur ſe autores talium rerum, his operibus mereri remiſſionem peccatorum & juſtificationem. Sic olim creverunt canones pœnitentiales, quorum adhuc in ſatisfactionibus veſtigia quædam videmus.

13. Item plerique ſcriptores fingunt in novo Teſtamento oportere cultum ſimilem eſſe Levitico, cujus ordinationem commiſerit Deus Apoſtolis & Epiſcopis. Et videntur ſcriptores exemplo legis Moſaicæ decipi, quaſi juſticia novi Teſtamenti ſit externa obſervatio certorum rituum, ſicut juſticia legis erat externa obſervatio certorum rituum. Sicut igitur in lege peccatum erat edere ſuillam carnem &c. ita in novo Teſtamento collocant peccatum in cibis, in diebus, in veſtitu & ſimilibus rebus. Et exiſtimant ſine his rebus juſticiam novi Teſtamenti non poſſe exiſtere. Hinc ſunt illa onera, quòd certi cibi polluant conſcientiam, quòd horas canonicas omittere ſit mortale peccatum, quòd jejunia mereantur remiſſionem peccatorum, quòd ſint neceſſaria ad juſticiam novi Teſtamenti, quòd peccatum in caſu reſervato non poſſit remitti, niſi acceſſerit autoritas reſervantis, cum quidem ipſi canones tantum de reſervatione pœnæ canonicæ loquantur, non de reſervatione culpæ.

14. Unde habent jus Epiſcopi has traditiones imponendi Eccleſiis ad gravandas conſcientias

Extan

Extant enim clara Teſtimonia, quæ prohibent condere tales traditiones, vel ad promerendam remiſſionem peccatorum, vel tanquam neceſſarias ad juſtitiam novi Teſtamenti, aut ad ſalutem.

Paulus Coloſ. 2. *Nemo vos judicet in cibo potu, parte diei feſti, novilunio aut ſabbatis.* Item: *ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo, decreta facitis? Non attingas, non guſtes, non contrectes; quæ omnia pereunt uſu, & ſunt mandata & doctrina hominum, quæ habent ſpeciem ſapientiæ:* Item ad Titum apertè prohibet traditiones; *non attendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum adverſantium veritatem.* Et Chriſtus Matth. 15. inquit de his qui exigunt traditiones, *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorũ.* Et improbat tales cultus, *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cœleſtis, eradicabitur.* Tit. 1. Matth. 15.

15. Si jus habent Epiſcopi onerandi Eccleſias infinitis traditionibus, & illaqueandi conſcientias, cur toties prohibet Scriptura condere & audire traditiones? cur vocat eas doctrinas dæmoniorum? Num fruſtra hæc præmonuit Spiritus Sanctus? 1. Timoth. 4.

16. Relinquitur igitur, cum ordinationes inſtitutæ tanquam neceſſariæ aut cum opinione promerendæ remiſſionis peccatorum, pugnent cum Evangelio quod non liceat ullis Epiſcopis tales cultus inſtituere aut exigere. Neceſſe eſt enim in Eccleſiis retineri doctrinam, de libertate Chriſtiana, quod non ſit neceſſaria ſervitus legis, ad juſtificationem, ſicut in Galatis ſcriptum eſt; *Nolite iterum jugo ſervitutis ſubjici.* Neceſſe eſt retineri præcipuum Evangelii locum, quod remiſſionem peccatorum & juſtificationem per fidem in Chriſtum gratis conſequamur, non propter certas obſervationes aut propter cultus ab hominibus inſtitutos. Galat. 5.

17. Quid igitur ſentiendum eſt de die Dominico, & ſimilibus ritibus templorum? Ad hæc reſpondent, quod liceat Epiſcopis ſeu paſtoribus facere ordinationes, ut res ordine gerantur in Eccleſia, non ut per illas mereamur remiſſionem peccatorum, aut ſatisfaciamus pro peccatis, aut obligentur conſcientiæ, ut judicent eſſe neceſſarios cultus, ac ſentiant ſe peccare, cum ſine offenſione aliorum violant. Sic Paulus ordinat, ut in congregatione mulieres velent capita, ut ordine audiantur in Eccleſia interpretes, &c. 1. Corinth 11. & 14.

18. Tales ordinationes convenit Eccleſias propter charitatem & tranquillitatem ſervare eatenus, ne alius alium offendat, ut ordine & ſine tumultu omnia fiant in Eccleſiis: Verùm ita, ne conſcientiæ onerentur, ut ducant res eſſe neceſſarias ad ſalutem, ac judicent ſe peccare cum violant eas ſine aliorum offenſione, ſicut nemo dixerit peccare mulierem, quæ in publicum non velato capite procedit, ſine offenſione hominum.

19. Talis eſt obſervatio diei Dominici, Paſchatis, Pentecoſtes, & ſimilium feriarum, & rituum. Nam qui judicant Eccleſiæ autoritate, pro ſabbato inſtitutum eſſe diei Dominici obſervationem, tanquam neceſſariam, longè errant. Scriptura concedit, ut obſervatio ſabbati nunc ſit libera. Docet enim ceremonias Moſaicas poſt revelatum Evangelium non neceſſarias eſſe. Et tamen quia opus erat conſtituere certum diem, ut ſciret populus, quando convenire deberet, apparet Eccleſiam ei rei deſtinaſſe diem Dominicum, qui ob hanc quoq; cauſam videtur magis placuiſſe, ut haberent homines exemplum Chriſtianæ libertatis, & ſcirent nec ſabbati nec alterius diei obſervationem neceſſariam eſſe.

20. Extant prodigioſæ diſputationes de mutatione legis, de ceremoniis novæ legis, de mutatione ſabbati, quæ omnes ortæ ſunt ex falſa perſvaſione, quod oporteat in Eccleſia cultum eſſe ſimilem Levitico: & quod Chriſtus commiſerit Apoſtolis & Epiſcopis excogitare novas ceremonias, quæ ſint ad ſalutem neceſſariæ. Hi errores ſerpſerunt in Eccleſiam, cum juſtitia fidei non ſatis clarè doceretur. Aliqui diſputant diei Dominici obſervationem non quidem juris divini eſſe, ſed quaſi juris divini, præſcribunt de feriis, quatenus liceat operari. Hujuſmodi diſputationes quid ſunt aliud niſi laquei conſcientiarum? Quanquam enim epiekeizare traditiones, tamen nunquam poteſt æquitas deprehendi, donec manet opinio neceſſitatis, quam manere neceſſe eſt, ubi ignorantur juſtitia fidei & libertas Chriſtiana.

21. Apoſtoli juſſerunt abſtinere à ſanguine, quis nunc obſervat? neque tamen peccant qui non obſervant, quia ne ipſi quidem Apoſtoli voluerunt onerare conſcientias tali ſervitute, ſed ad tempus prohibuerunt propter ſcandalum. Eſt n. perpetua voluntas Evangelii conſideranda in decreto.

21. Vix ulli canones ſervantur accuratè, & multi quotidie exoleſcunt apud illos etiam, qui diligentiſſimè defendunt traditiones. Nec poteſt conſcientiis conſuli, niſi hæc æquitas ſervetur, ut ſcimus eos ſine opinione neceſſitatis ſervari, nec lædi conſcientias, etiamſi traditiones exoleſcant.

22. Facilè autem poſſent Epiſcopi legitimam obedientiam retinere, ſi non urgerent ſervare traditiones, quæ bona conſcientia ſervari non poſſunt. Nunc imperant cœlibatum, nullus recipiunt niſi jurent ſe puram Evangelii doctrinam nolle docere.

23. Non petunt Eccleſiæ, ut Epiſcopi honoris ſui jactura ſarciant concordiam, quod tamen decebat bonus paſtores facere: Tantum petunt, ut injuſta onera remittant, quæ nova ſunt, & præter conſvetudinem Eccleſiæ Catholicæ recepta. Fortaſſis initio quædam conſtitutiones habuerunt probabiles cauſas, quæ tamen poſterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam quaſdam errore receptas eſſe. Quare Pontificiæ clementiæ eſſet, illas nunc mitigare, quia talis mutatio non labefacit Eccleſiæ unitatem. Multæ enim traditiones humanæ tempore mutatæ ſunt, ut oſtendunt ipſi canones. Quod ſi non poteſt impetrari, ut relaxentur obſervationes, quæ ſine peccato non poſſunt præſtari, oportet nos Regulam Apoſtolicam ſequi, quæ præcipit: *Deo magis obedire quàm hominibus.* Actor. 5.

24. Petrus vetat Epiſcopos dominari, & Eccleſiis imperare. Nunc non id agitur ut dominatio eripiatur Epiſcopis, ſed hoc unum petitur, ut patiantur Evangelium purè doceri, & relaxent paucas

quaſdam obſervationes, quæ ſine peccato ſervari non poſſunt. Quod ſi nihil remiſerint, ipſi viderint, quomodo Deo rationem redditurı ſint, quod pertinacia ſua cauſam ſchiſmati præbent.

EPILOGUS.

Hi ſunt præcipui articuli, qui videntur habere controverſiam. Quanquam enim de pluribus abuſibus dici poterat, tamen, ut fugeremus prolixitatem, præcipua complexi ſumus, ex quibus cetera facilè judicari poſſunt. Magnæ quærelæ fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abuſu excommunicationis.

2. Parochiæ multipliciter vexabantur per Stationatios. Infinitæ contentiones erant Paſtoribus cum Monachis de jure parochiali, de confeſſionibus, de ſepulturis, de extraordinariis concionibus, & de aliis innumerabilibus rebus. Hujusmodi negotia prætermiſimus, ut illa, quæ ſunt in hac cauſa præcipua, breviter præpoſita, faciliùs cognoſci poſſent. Neque hic quicquam ad ullius contumeliam dictum aut collectum eſt. Tantum ea recitata ſunt, quæ videbantur neceſſariò dicenda eſſe, ut intelligi poſſit in doctrina ac ceremoniis, apud nos nihil eſſe receptum contra ſcripturam aut Eccleſiam Catholicam, quia manifeſtum eſt nos diligentiſſimè caviſſe, ne qua nova & impia dogmata in Eccleſias noſtras ſerperent.

3. Hos articulos ſupra ſcriptos, voluimus exhibere juxta edictum C.M. in quibus Confeſſio noſtra extaret, & eorum qui apud nos docent doctrinæ ſumma cerneretur. Si quid in hac confeſſione deſiderabitur, parati ſumus latiorem informationem, Deo volente, juxta Scripturas exhibere.

Cæſareæ Maieſt. V.

Fideles & Subditi

Joannes Dux Saxoniæ Elector.
Georgius Marchio Brandenburgenſis.
Erneſtus Dux Luneburgenſis.
Philippus Landtgravius Heſſorum.
Joannes Fridericus Dux Saxoniæ.
Franciſcus Dux Luneburgenſis.
Wolfgangus Princeps ab Anhalt.
Senatus Magiſtratusque Nurnbergenſis.
Senatus Reutlingenſis.

Ann. Chriſti 1538.

SACRI ROMANI IMPERII
ELECTORUM PRINCIPUM AC STATUUM PROTESTANTIUM
RESCRIPTUM
DE INJUSTIS PROCESSIBUS JUDICII CAMERÆ IMPERIALIS.

Cum inſertis Edictis Imperialibus Pacis publicæ.

UNiverſis ac ſingulis ad quos hoc ſcriptum perveniet, quive vel ipſi hoc legent, vel legi ab aliis audient, maximè verò Chriſtianis Monarchis, Regibus, Sacri Romani Imperii Electoribus, cæteriſque Principibus, Potentatibus, Comitibus, Baronibus Civitatibus, & aliis cujuscunque dignitatis, ordinis aut conditionis fuerint. Nos Dei beneficio JOANNES FRIDERICUS Dux Saxoniæ, ſacri Romani Imperii Archimarſcallus ac Princeps Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Myſniæ, ac Burggravius Magdeburgii; Et PHILIPPUS Landgravius Haſſiæ, Comes in Cazenelnbogen, Diez, Zygenhain & Nidda; una cum aliis in ſynceræ noſtræ Chriſtianæ religionis ac fidei cauſa Proteſtantibus, & conjunctis Principibus, Statibus, & Civitatibus, noſtra officia, benevolentiam, ſtudium & obſervantiam deferimus, ac ſignificatum & teſtatum cupimus. Quod licet nos, ut virtutis, publicæ pacis, ac honeſtatis amantiſſimi, non libenter quenquam ſummorum aut infimorum ordinum, verbis aut factis gravare vellemus, tamen cauſæ quædam inciderunt, quæ nobis, noſtræ & communis Germa-

Germanicæ nationis ſalutis gratia, ad publicos motus, tumultus, bella, & alia mala declinanda ac præcavenda, neceſſitatem imponunt, injuſtos, temerarios, ac ſuſpectos proceſſus Judicii Cameræ Imperialis, quos contra quoſdam noſtrûm ac noſtrorum, per aliquod tempus jam inſtituit & ſuſcepit, in lucem edere, ac publicare. Idque ob eam præcipuè cauſam, ut ſi (quod DEUS pro ſua bonitate avertat) ex iis aliquid infortunii, in Imperio Germanicæ nationis orietur, omnes ſciant & intelligant, ejus rei culpam, nobis non adſcribendam, neque illa per nos ſtare, ſed potius nobis ſummo dolori eſſe.

2. Et quoniam in hoc ſcripto, pro noſtri neceſſaria excuſatione, quædam nobis dicenda & attingenda erunt, Primum omnium publicè proteſtatum volumus. Si forte inter alia mentio Cæſareæ Majeſtatis Domini noſtri clementiſſimi, facta fuerit, quod nos nihil contra ejus Majeſtatem dictum aut intellectum, nec ullam culpam ejus Majeſtati adſignatam velimus, ut quib. conſtet, quod omnia ea, quæ ejus Majeſtas, nobis, & cauſis noſtris juſtiſſimis adverſa ediderit, ad importunam petitionem, & non ſufficientem negotiorum ac circumſtantiarum explicationem, ſeu informationem, noſtrorum adverſariorum, & prædicti Judicii Cameræ Imperialis fecerit & decreverit. Neque etiam ad injuriam aut contumeliam ullius in Judicio Cameræ, ſed tantum ut ea quæ pro noſtri excuſatione, & publicæ tranquillitatis conſervatione, dictu neceſſaria videntur, in medium proferamus. Idque ſimpliciter, verè, & ſine ambagibus, ut quilibet vir bonus & amans patriæ, clarè ex his cognoſcere & perſpicere poſſit, in quantum diſcrimen Germanica natio, per prædictos Judicii Cameræ Imperialis, iniquos & ſuſpectos proceſſus, hoc tempore conjiciatur, capiatque occaſionem cogitandi de honeſtis, æquis, & gravibus rationibus ac viis, quibus illa ingentia mala, quæ imminere, videntur, commodè averti queant.

3. Porrò ſic ſe res habet. Poſtquam Deus optimus Maximus, pro ſua divina, paterna, & ineffabili bonitate, atq; miſericordia, ante aliquot annos, reſtituit nobis Evangelii ſui puritatem. Ex quo quidem nos omnes, doctrinam ſalutis æternæ per fidem in Chriſtum datam à Spiritu Sancto in cordibus noſtris, haurimus, non ſolùm nos ipſi pro perſonis noſtris, agnita divina veritate, Evangelii ſynceriorem doctrinam per Dei gratiam recepimus. Verum etiam in Ducatibus, Provinciis, Civitatibus, ac Ditionibus noſtris, publicè hanc prædicari ac doceri permiſimus. Ac præterea abolitis impiis abuſibus in CHRISTI Eccleſiam introductis, Ceremonias, divino verbo conſentaneas, inſtitui curavimus. Et eam Chriſtianæ religionis formam recepimus, quam nos tum coram Deo, tum Cæſarea Majeſtate, ex Evangelica doctrina probaturos ſperamus. Quemadmodum nomine Cæſareæ Majeſtatis, in quodam Imperiali decreto, de conſenſu, & ſuffragiis Electorum Principum, ac Statuum Imperii, in Comitiis Spirenſibus Anno Domini M. D. XXVI. habitis, edito, illud ipſum permiſſum ac decretum eſt.

4. Jam verò quidam ſummorum & infimorum Statuum, ſacri Romani Imperii, Germanicæ nationis, unà cum Cæſarea & Regia Majeſtate (qui puram doctrinam Evangelii non ſatis intelligunt, aut fortaſſis quidam horum cognoſcere eam ac intelligere noluerunt) uſitatam doctrinam, ceremonias & ordinationes humanas, à ſacris literis diſſentientes. Immò verò cum iis ſæpe pugnantes, reſtitui, neq; ab edictis Imperialibus, jam antea de controverſia religionis promulgatis, diſcedere voluerunt. Eaq; de cauſa varias ac callidas rationes, pro conſervanda uſitata religione, quæſiverunt (quod quidem nos magis ex imperitia divinæ ſcripturæ & myſteriorum, quàm alio malo propoſito factum interpretamur) Et tamen per Dei benignitatem pleriq; illorum Principum ac Statuum Imperii, qui tunc temporis nondum intellecta ſaniore Evangelii doctrina, partibus Romani Epiſcopi ſtudebant, nunc cognita veritate, noſtram ſynceram veterem ac Catholicam fidem & religionem receperunt, eamque nobiſcum profitentur.

5. Et quanquam nos, qui eo tempore Evangelium Chriſti profitebamur, ſummo ſtudio ac diligentia in hoc incubuerimus, ut reliqui quoq; Status Imperii divini verbi participes fierent, ac ad veram ſalutis æternæ viam perducerentur, tamen noſtri conatus, ea in re (iis haud dubiè de cauſis, quod Eccleſiaſtici quidam Theologi & Monachi, privatæ ſuæ utilitatis honoris, & emolumenti gratia, veritati Evangelicæ impiè adverſati ſunt) pro eo ac optabamus, non ſucceſſerunt, Ideoq; nos negotium illud dei juſtiſſimo judicio, ut pro ſua bonitate, clementia, ac ſalute Chriſtianæ Eccleſiæ, corda ſuorum illuminet, ac divinum verbum quàm latiſſimè propaget, committere oportuit. Neq; propterea à noſtra Chriſtiana Confeſſione bona conſcientia diſcedere ullo modo potuimus aut voluimus, ſed rebus religionis ita controverſis, ultrò provocavimus ad generale, liberum, Chriſtianum, Concilium, in Germania habendum. Hac indubitata ſpe & fiducia, quod tunc univerſo orbi Chriſtiano, per DEI auxilium, ex ſacris literis probaturi & clarè oſtenſuri ſimus noſtram Confeſſionem, ac receptam religionis doctrinam, divino verbo ac Evangelicæ veritati conſentaneam eſſe, neq; illis unquam rationibus, aut ſententiis ex ſcriptura ſancta abſque Sophiſtica deductis ac prolatis, everti poſſe.

6. Jam verò durante hac controverſia, ac utraque parte in alteram invicem intenta, accidit, quod quidam impii ſacrificuli & Monachi, qui propter mutatas, & in melius, juxta ſacras literas inſtitutas cæremonias, ex Monaſteriis Collegiis ac habitationibus ſuis diſceſſerant, quoſdam noſtrûm his ipſis de cauſis, in Judicium Cameræ Imperialis & Rotuilenſe, temerè & petulanter vocaverint. Et quibuſdam etiam ſub graviſſimis pœnis, ut pacis publicæ fractæ, proſcriptionis & ſimilibus mandari impetrarunt, apertè pugnantia cum Evangelio, & quæ ſine offenſione conſcientiarum ac ſalutis æternæ, nullo modo fieri poſſunt. Ad hæc acceſſerunt graves & intolerabiles proceſſus judiciales, quibus omninò conati ſunt pleroſq; noſtrûm, pœnis proſcriptionis ſeu banni Imperialis implicare.

7. Quoniam igitur nos perpendimus, quod ſi tales proceſſus judiciorom Cameræ Imperialis, & Rotnilenſis, contra nos urgeri, & tandem res ad declarationem devenire deberent, ingentia mala Germanicæ oarioni inde oritura eſſent, maximè cum cauſa noſtra religionis iſtiusmodi ſit, ut ſalva conſcientia, & abſque periculo ſalutis æternæ, in hac, neque cedere, neque parere iſtis mandatis & proceſſibus poſſimus. Non prætermiſimus publicæ pacis conſervandæ gratia, & ut teſtatum redderemus, coram Deo & hominibus, nos nihil eorum, quæ ad Chriſtianam concordiam, tranquillitatem & pacem conducere videntur, oeglexiſſe, Cæſaream Majeſtatem primùm Auguſtæ, deinde bis ex Smalkaldia non longo intervallo, ſcriptis, ſumma cum reverentia interpellare, ac petere, ut ipſius Majeſtas, horum maximorum negotiorum rationem habere, & in controverſia religioois, æquabilem, ac publicam pacem firmare, ſuæque Majeſtatis fiſcali, Cameræ Imperialis, Rotuilenſi, & aliis judiciis, ne in talibus cauſis adverſus nos procederetur, benignè inhibere velit.

8. Sed interim, ac priusquam ad hanc noſtram Chriſtianam, & æquam petitionem à Cæſarea Majeſtate reſponſum accepimus, Reverendiſſimus, ac Illuſtriſſ. Principes, Dominos Albertus Presbyter Cardinalis, Archiepiſcopus Moguntinus &c. & Dominus Ludovicus Palatinus Rheni &c. ambo Sacri Romani Imperii Electores, de conſenſu & permiſſu Cæſareæ Majeſtatis, ceperunt inter ejus Majeſtatem & nos, in controverſia religionis, pro conſervanda & ſtabilienda pace publica, amicabiliter partes ſuas interponere, tempus & locum Svinfordiæ & Norinbergæ, ad iſtinsmodi tractationes deſignando. Et tandem poſt multas ultro citroque habitas diſputatiooes & tractatus, res, eo quo ſequitur modo & forma, compoſita & tranacta eſt.

Anno Chriſti 1532.

TRANSACTIO NORINBERGENSIS

SIVE

CONSTITUTIO PACIFICATIONIS PUBLICÆ.

DEI gratia, nos Albertus, Sacræ Romanæ Eccleſiæ, titnli ſancti Petri ad vincula, Presbyter Cardinalis, Legatus natus, Moguntinus ac Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Archicancellarius, & Primas per Germaniam, Adminiſtrator Halberſtadenſis, Marggravius Brandenburgenſis &c. Et Ludovicus Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Sacri Romani Imperii Archidapifer, ambo Electores, fatemur & publicè teſtatum facimus hiſce literis. Cum inter invictiſſimum Principem ac Dominum, Dominum CAROLUM, Romaoum Imperatorem ſemper Auguſtum &c. Dominum noſtrum clementiſſimum ex una parte. Et illuſtriſſimos Principes, noſtros caros agnatos & conſangvineos, Dominum JOANNEM Ducem Saxoniæ, Electorem &c. & Joannem Fridericum ejus filium; Dominum Georgium, Marggravium Brandenburgeoſem; Dominum Philippum, Erneſtum, & Fraociſcom, fratres & agnatos, Duces Brunſvicenſes; Principem Wolffgangum ab Anhalt; Gebhardum & Albertum, Comites in Mansfelt; Et civitates, Argentinam, Norinbergam, Conſtantiam, Ulmam, Bibrachium, Iſnam, Reutlingam, Eslingiam, Memmingam, Lindam, Hailbrun, Hallim Svevorum, Kempten, Weyſſenburgum, Winſhemiam, Lubecam, Brunſvigiam, Magdeburgam, Bremam, Goslariam, Einbecam, Gottingiam, Northuſiam, & Hamburgam ex altera parte, propter cauſam religionis, controverſia extiterit. Cujus rei gratia in Comitiis Imperialibus aotea habitis, multæ & variæ deliberationes ſuſceptæ, & tentatæ ſunt, ut iſtiusmodi controverſia & diſceptatio ad aliqoam æquam concordiam redigeretur. Quod quidem hacteous fieri non potuit. Noſque pro conſervanda pace & concordia publica in Imperio, & præcipuè, ut communi Chriſtiani nominis hoſti, Turcæ videlicet, eò meliùs & acriùs reſiſti, ejusq; crudeliſſimi conatus adverſus Chriſtianum ſanguinem, & imprimis Germanicæ nationis ſuſcepti, averti poſſint, fideliſſimo & optimo animo ac conſilio, partes noſtras interponendas putavimus. Ac permiſſu Cæſareæ Majeſtatis, nobisque ejus rei gratia conceſſi mandati, inſtructionis & commiſſionis & de prædictorum noſtrorum conſanguineorum ac agnatorum, eorumq; coojunctorum cooſenſu, primùm Svinfordiæ, poſtea hîc Norinbergæ, varias amicabilis compoſitionis vias tentavimus. Et quoniam cauſa controverſiæ religioois, multis laboribus fruſtra ſuſceptis, oon potuit ad aliquam coocordiam reduci, ad animum revocavimus, id quod res eſt, non poſſe crudelitati ac Tyrannidi Turcicæ, validiùs reſiſti, quàm ſi in Imperio communis ac firma pax conſtituatur. Pro qua re apud ejus Majeſtatem cum debita revereotia interceſſimus, & impetravimus, ut ipſius Majeſtas, tanquam ſupremum caput Imperii, ex ſingulari animi propenſione, erga pacem & tranquillitatem publicam, tandem clementer cooſenſerit, ut communis ac publica pax, inter ipſius Majeſtatem, & omnes Status Imperii Germanicæ nationis, tam Eccleſiaſticos quam ſeculares conſtituatur, & firmetur uſq; ad generale, liberum, Chriſtianum Concilium, quemadmodum de hoc in Comitiis Imperialibus Norinbergæ decretum eſt. Vel ſi id non procedat, ad hoc uſq; tempus, donec communes Status Imperii, ad locum commodum iterum convocentur & conſcribantur, ut infra io peculiari artic. ea de re cautum eſt. Ita videl. ut interea temporis uſq; ad prædictũ Concilium, vel quo Status Imperii iterum coovenerint, & aliter deliberaverint, oemo propter religionis,

gionis, vel ullam aliam cauſam, alteri bellum indicet, inferat, ipſumve ſpoliet, capiat, invadat, obſideat, neq; ad hæc facienda, per ſe, vel per alium, cuiquam inſerviat, arces, urbes, oppida, caſtella, pagos, villas vel prædia, inſidiis occupet, aut contra voluntatem alterius violenter adimat, dolove malo, incendiis, vel alia ratione, alteri damnum det. Neq; ullis iſtiusmodi machinatoribus, conſilio, auxilio vel alio modo opem ferat, neq; eos ſciens hoſpitio excipiat, victum, potum aut receptum præbeat, aut toleret. Sed unusquisq; alterum, vera amicitia & Chriſtiana caritate complectatur. Quam pacem publicam jam deſcriptam, Cæſ. Majeſt. univerſis Imperii ordinibus publicari, ac annunciari curavit, & ſub expreſſa, gravi & formidabili pœna ſervandam mandavit, ſeq; benignè operam daturum eſſe promiſit, ut prædictum Concilium, intra dimidium annum indicatur, & deinde intra unum annum inchoetur. Si verò fieri non poſſet, ut hoc caſu communes Status Imperii, iterum ad locum commodum vocentur & conſcribantur, ad deliberandum, quid in poſterum, tum de Concilio, tum de aliis rebus neceſſariis, agendum & ſtatuendum ſit. Ad hæc Cæſarea Majeſtas, ut talis pax publica ſeu certiùs & ſtabiliùs conſervari poſſet, benignè conſenſit ac promiſit, quod omnes proceſſus judiciales, in cauſis religionis, qui per ipſius Majeſtatis Fiſcalem & alios, contra Electorem Saxoniæ, & ejus conjunctos, inchoati eſſent, aut deinceps inchoarentur, inhibere, abrogare & ſuſpendere velit, uſq; ad futurum Concilium, vel ſi hoc non procedat, uſq; ad ulteriorem deliberationem prædictorum Statuum Imperii, quorum quidem omnium, ipſius Majeſtas cautionem ad manus noſtras transmittere, ac tradere velit. Viciſſim verò agnati & conſangvinei noſtri, Saxoniæ Elector, Duces Luneburgenſes, & alii eorum conjuncti promiſerunt, ſe quoq; hanc publicam pacificationem, conſtanter & bona fide ſervaturos neq; in hujus præjudicium quicquam ſuſcepturos eſſe, quodq; Cæſareæ Majeſtati debitam reverentiam & obedientiam præſtare, & convenientem opem ac auxilium contra Turcam, ſicut hoc per communes Status Imperii decretum eſt, non gravatim conferre velint, prorſus ad eum modum, quemadmodum de his omnibus, in ſuo quodam reſponſo, quod nobis ſcriptum reddi curaverunt, clarè expreſſum eſt. In quo quidem & hoc continetur, quod verbis quibusdam in poſtrema Cæſareæ Majeſtatis commiſſione & articulis adpoſitis, gravari videantur, noſq; rogarunt, ut hoc per noſtram legationem ad Cæſaream Majeſtatem referre, & diligenter operam dare velimus, ut eorum verborum commoda mutatio impetretur, quod quidem nos facturos amanter & benignè polliciti ſumus. Ac præterea, quod inſtare & urgere velimus, ut ſupradicta cautio, cujus nos exemplum Cæſareæ Majeſtati miſimus, primo quoq; tempore abſolvatur & nobis reddatur. Et quicquid à Cæſarea Majeſtate nos obtinuerimus, aut reſponſi acceperimus, id nos abſq; ulla cunctatione Principi Electori Saxoniæ literis ſignificabimus. Debetque illud ipſum quod Cæſarea Majeſtas ultra hæc conceſſerit aut ratum habuerit, perinde firmum eſſe, ac ſi hiſce literis inſertum & comprehenſum foret. Sin autem Cæſarea Majeſtas, præter hæc nihil ampliùs concedere, neq; mutationem aliquam admittere voluerit, nihilominus hæc tractatio valida & firma maneat, eidemque ſine ulla exceptione, cavillatione, aut dolo malo, ſtandum erit. Et quanquam Illuſtris Principis, Dn. Philippi Landgravii Haſſiæ &c. Oratores, Joannes Ficinus ab Liechtenavv Cancellarius, Sigiſmundus à Beyneburg, Præſes ad Viſurgim, Joannes Walterus Doctor hiſce negotiis interfuerunt, tamen iidem nobis indicarunt, quod hoc tempore non ſit in ipſorum poteſtate aut mandatis, in hanc tractationem conſentire & concludere. Ejusq; rei cauſas, gravamina per ſcripta nobis exhibuerunt, ac rogarunt, ut de his Cæſ. Maj. certiorem reddere velimus. Quod quidem nos facturos promiſimus. Verùm nihilominus & hoc illi addiderunt, quod hæc negotia & tractationem, ad prædictum noſtrum cognatum Landgravium Haſſiæ &c. qua poſſent diligentia, relaturi eſſent, nihil dubitantes, quin is ſuum quoque animum & ſententiam, de his rebus, declaraturus ſit. In ſignum & teſtimonium horum omnium, nos ambo Electores ſupradicti, noſtra ſigilla his literis appendi curavimus.

Et Dei beneficio nos Joannes Fridericus Dux Saxoniæ &c. patris noſtri Principis Electoris Saxoniæ, & noſtro nomine,

Et nos Franciſcus Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis nomine agnati noſtri Ducis Philippi Brunſvicenſis,

Ac nos Oratores ac Mandatarii, nempe, nomine Marchionis Georgii Brendeburgenſis, Wolfgangus Chriſtoforus à Wiſentavv Præfectus in Schvvabach, & Sebaſtianus Heller Doctor,

Nomine Ducis Erneſti Brunſvicenſis, & Luneburgenſis Joannes à Wick Doctor,

Nomine Principis Wolffgangi ab Anhalt, & item Comitum Gebhardi & Alberti à Mansfelt, Joannes Ruelius Doctor,

Nomine civitatis Argentinenſis, Jacobus Sturmius & Jacobus Mayer,

Nomine civitatis Normbergenſis, Bernbardus Baumgartner, & Leonhardus Schultes, hique cum mandatis civitatum

Hallis Svevorum,

Heilbrun,

Winsheim &

Wiſſenburgii,

Nomine Lubecenſium, Andreas Stolp Secretarius,

Cum mandato civitatis Hamburgenſis,

Nomine civitatis Conſtantienſis Conradus Zvick, & Sebaſtianus Geisbergk,

Nomine civitatis Ulmenſis, Georgius Beſſerer duumvir, & Hieronymus Schleicher,

& hii cum mandatis civitatis Iſnenſis.

Nomine civitatis Magdeburgenſis, Leonhardus Mertz Doctor & Syndicus,
Nomine civitatis Bremenſis, ſupradictus Joannes à Wick Doctor,
Nomine civitatis Brunſvicenſis, Theodor. Brutenus Secretarius, & is eum mandatis civitatis Goslarienſis,
Gottingiæ
& Einbecæ,
Nomine civitatis Northuſianæ, Benedictus Pauli Doctor,
Nomine civitatis Eslingenſis Bernhardus Mazbeck,
Nomine civitatis Reutlingenſis Juſtus Weys duumvir,
Nomine civitatis Memmingenſis Joannes Keller duumvir,
Nomine civitatis Lindaenſis, Antonius Huole,
Nomine civitatis Bibracenſis, Chriſtophorus Greter duumvir,
Nomine civitatis Kempten, Henricus Selrenhan.

Fatemur quod ſupradicta tractatio ſeu pacificatio, de conſenſu & voluntate noſtra facta & inita ſit. Quam quidem nos, noſtro & dominorum ac ſuperiorum noſtrorum nomine, ſcientes & conſentientes, recepimus, promittimusq; noſtro & ipſorum nomine, hanc nos ſemper ratam & firmam habituros, & conſervaturos, neque ullo modo contra hanc obligationem venturos eſſe. In ſignum & teſtimonium horum, nos Joannes Fridericus, patris noſtri, & noſtro, ac item jam nominatarum civitatum, Oratorum, ac mandatariorum nomine, ſigillum noſtrum, juxta prædictorum duorum Electorum ſigilla, his literis appendimus. Quæ datæ ſunt Norinbergæ, feria tertia poſt Mariæ Magdalenæ feſtum, Anno Domini M. D. XXXII.

9. Et hanc quidem amborum Electorum Moguntini & Palatini, pacificam tranſactionem, Cæſarea Majeſtas in omnibus punctis & clauſulis, ratam habuit ac recepit. Utq; hæc firmius ac ſtabilius conſervari poſſent. Ipſius Cæſarea Majeſtas omnes proceſſus judiciales, in cauſis religionis, per ſuum Fiſcalem, vel alios contra nos & noſtros conjunctos, tum inſtitutos, tum ſi qui in poſterum inſtituantur, usq; ad generale, liberum, Chriſtianum Concilium, quemadmodum de eo in Comiciis Imperialibus Norinbergæ decretum eſt, ſe ſuſpenſuram & prohibituram benigne promiſit, data ejus rei gratia peculiari cautione, quàm hic etiam inſerendam duximus.

Ann. Chriſti 1532.

CAUTIO CÆSAREA PACIS PUBLICÆ.

NOs CAROLUS Dei gratia Imperator Romanus ſemper Auguſtus &c. fatemur & teſtatum facimus hiſce literis. Quoniam reverendo in DEO Patri, & Illuſtribus, Alberto Sacræ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi. Ac Ludovico Palatino Rheni, Duci Bavariæ &c. noſtris amicis, cognatis, & Electoribus, inter nos & Principem Electorem Saxoniæ, & ejusdem filium, ac GEORGIUM MARGGRAVIUM Brandeburgenſem &c. & ipſorum conjunctos, Comites, & Civitates in controverſia religionis amicabiliter partes ſuas interponendi, & tractandi poteſtatem, benignè conceſſimus, vigore noſtri mandati, & inſtructionis, eis hanc ob cauſam à nobis exhibitæ, ipſique toties eam rem, primum Svinfordiæ, deinde Norinbergæ tentarunt. Tandem eò deventum eſſe, quòd nos, ut ſupremum caput Imperii, prædictis noſtris amicis, cognatis, & Electoribus, Moguntino, & Palatino, conſenſimus, ut publicam ſtabilemque pacem, inter nos & omnes Status Sacri Imperii Germanicæ nationis, Eccleſiaſticos & ſeculares faciant, usque ad generale, liberum & Chriſtianum Concilium, quemadmodum de eo in Comiciis Norinbergenſibus decretum eſt, aut ſi hoc non procedat, eò uſque donec univerſi Status Imperii iterum conſcribantur, ſicut ea de re paulo poſt peculiari articulo cavetur. Ita videlicet, quod infra hoc tempus Synodi, vel quo Status Imperii, ut jam dictum eſt, iterum conveniant, & aliter deliberent, nemo propter religionis, aut ullam aliam cauſam, alteri bellum indicat, inferat, ipſumve ſpoliet, capiat, invadat, aut obſideat, neque ad hæc facienda per ſe, vel per alium, cuiquam inſerviat, arces, urbes, oppida, caſtella, pagos, villas, vel prædia inſidiis occupet, vel contra voluntatem alterius violenter eripiat, dolove malo, incendiis, vel alia ratione, alteri damnum det, neque ullis iſtiusmodi machinatoribus, conſilio, auxilio, vel alio modo opem ferat, neque eos ſciens & intelligens hoſpicio excipiat, victum, potum, aut receptum præbeat aut toleret. Sed unuſquiſq; alterum vera amicitia, & Chriſtiano amore complectatur. Quam pacem publicam jam deſcriptam, nos Imperator, univerſis ordinibus Imperii publicamus, annunciamus, & ſub expreſſa, gravi, ac non contemnenda pœna, ſervandam, mandamus, volumuſq; benigne operam dare, ut prædicta Synodus intra dimidium annum indicatur, & poſtea intra unum annum inchoetur. Si verò hoc non fiet, tunc iterum communes Status Imperii in locum commodum vocentur, & conſcribantur, ad deliberandum quid in poſterum, tum de Concilio, tum de aliis rebus neceſſariis, agendum & ſtatuendum ſit. Nos itaq; ut eò firmiùs & certius talis publica & communis pax prædicta conſervetur, clementer conſenſimus & promiſimus, nos curaturos, ut omnes proceſſus judiciales, ad cauſas religionis ſeu fidei ſpectantes, per noſtrum Fiſcalem, & alios contra Electorem Saxoniæ, & ipſius conjunctos, qui vel jam eſſent inchoati, vel deinceps inchoandi, ſuſpendantur uſq; ad futurum Concilium, vel ſi id non ſit proceſſurum, uſque ad ulteriorem deliberationem prædictorum ſtatuum Imperii. Et ſi Elector Saxoniæ cum ſuis conjunctis, univerſis aut ſingulis, ab ullo,

quis-

Digitized by Google

quiſquis is ſit, in jus vocetur, tunc ipſe vel ſui conjuncti, nos, ſi in Imperio Germanicæ Nationis tunc temporis erimus, aut nobis abſentibus, eum quem noſtro loco cum mandatis in his negotiis conſtituerimus, reliquirant, & in quibus graventur exponant. Eoque caſu debemus & volumus, nos, & nobis abſentibus locum noſtrum tenens, & commiſſarii noſtri, quià nobis ad hoc expreſſum mandatum habeant, tales proceſſus Judiciales inhibere & abrogare, ut ſupra dictum eſt, ſicut etiam nos jam ex autoritate ac plenitudine Majeſt. Cæſareæ, & vera ſcientia, nunc ut tunc, & tunc ut nunc, eos inhibemus, ſupendimus & abrogamus vigore & virtute harum literarum. Et ſi ultra hoc ab ullo judice aut judicio, proceſſum, actitatum, aut ulla lata ſententia fuerit, id in univerſum & ſigillatim, nullum, irritum, & invalidum eſſe debet, & eum, eosve, contra quos talis proceſſus inſtituerur, aut ſententia feretur, nequaquam obliget aut teneat, ullo modo aut ratione, Sine dolo malo. Et in ſignum ac teſtimonium horum, ſigillum &c.

CAROLUS.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium

Obernberger ſſzt.

10. ET hanc quidem Cæſareæ Majeſtatis pacificationem publicam, per ſeſe, ac motu proprio in proximis Comiciis Ratiſponenſibus paſſim per totum Imperium publicavit, ſuis & Fiſcalibus tum Cameræ Imperialis, tum Rotulenſis, & aliorum judiciorum, in cauſis religionis ac fidei, procedere probibuit.

11. Jam vero nos pro certo habuimus, fore ut judex & adſeſſores Cameræ Imperialis, iſtiusmodi pacem & abrogationem proceſſuum judicialium à Cæſarea Majeſtate promiſſam, & publicatam non transgrederentur, aut violarent, conſiderantes ac perpendentes, ex quam arduis neceſſariis, & Chriſtianis deliberationibus & cauſis, hæc orta & conſtituta eſſent. Sed hæc ſpes longè fefellit nos. Nam ſpretis his omnibus, illi ipſi, in cauſis religionis adverſos quosdam noſtrorum proceſſerunt, noſtrasque legitimas exceptiones, & proteſtationes, quod hæ eſſent cauſæ religionis & fidei, aut ut minimum his adhærentes, atque ita in Cæſarea pace, & abrogatione proceſſuum judicialium comprehenſæ, atque alias præterea multas juſtas excuſationes ac defenſiones, quas nos ſubinde contra tales nihili proceſſus, juriſdictiones, & judica, tùm ſcriptas, tùm coram per eos quos peculiariter hac de cauſa eò miſimus, opponi curavimus pro nihilo habuerunt.

12. Quæ ſane res nos permovit, ut ad Cæſaream Majeſtatem, tunc temporis in Italia exiſtentem, Legationem mitteremus, & iterum juſſiones, ac mandata, ad ſupradictos judicem & aſſeſſores Cameræ Imperialis, ut in talibus cauſis procedere ac judicare omitterent, impetraremus. Quod quidem ita factum, & judicio Cameræ ſicut convenit, inſinuatum eſt.

13. Ac ſi illud ipſum Judicium Germanicæ nationis, & totius Chriſtiani orbis concordiæ, paci, honori, commodo & bono publico faveret aut ſtuderet, ſicut certe debuit ſummis viribus hoc ipſum agere & præſtare, meritò egiſſet Deo gratias, quod tali onere eſſet relevatum, ac divina bonitate hæc pacificatio & tranquillitas publica eveniſſet, Cum haud dubiè pro ſua prudentia, qua iſti præ aliis jure excellere debebant, faciliſſime conjectura adſequi potuiſſent, quod ex talibus ipſorum proceſſibus, ſi res ad executionem deveniret, aliud nihil quam ingens bellum, maximi motus, horrenda ſanguinis effuſio, & fortaſſis his majora mala & incommoda, ſecutura eſſent.

14. Fuiſſetque ipſorum ut reip. miniſtrorum officium, talia Cæſareæ Majeſtatis mandata & inhibitiones, non ſolum gratiſſimo animo ac ſtudio accipere, verum etiam Cæſareæ Majeſtati, ſi ea fortè aliter animata fuiſſet, aliisque Imperii ordinibus & perſonis, hos proceſſus urgentibus, conſulere & perſuadere, ut conſervandæ publicæ pacis & tranquillitatis, ac vitandi belli, vaſtitatis, & aliorum malorum gratia, iſtiusmodi proceſſus judiciales omitterentur, aut ſaltem usque ad generalem, liberam & Chriſtianam Synodum in Germania celebrandam differrentur.

15. Quemadmodum hoc quoque jure & legibus ſcriptis elatè cautum eſt, *Si judex aliquis ſine offendiculo, ſeditione aut tumultu non poſſit officium ſuum exercere, ut id tali caſu ſuſpendat ac intermittat,*

16. Verum hoc ipſi non præſtiterunt, imò (quod cujus inſtinctu factum ſit, nolumus dicere) miſerunt quosdam ad Cæſaream Majeſtatem, & inter alia ipſius Majeſtati exponi curarunt, quod dubitarent, quo modo ſe in talibus negotiis ac mandatis Cæſareis, gerere deberent, quandoquidem diſputationes orirentur, quænam cauſæ ad religionem pertinerent, aut non pertinerent, rogantes ut hac in re Cæſarea Majeſtas ſuum animum declarare vellet &c. Et hac quidem ratione extorſerunt à Cæſarea Majeſtate reſcriptum quoddam, ab illa ejus Majeſtatis obligatione, publicæque pacis cautione, quam paulo ante inſeruimus, noſtro judicio nonnihil diverſum, in quo ipſis conceditur facultas & arbitrium pronunciandi, quænam pro cauſis religionis, & quæ item non, haberi ac judicari debeant, Cum tamen antea Cæſarea Majeſtas, re ſatis per eos qui inter ipſius Majeſtatem & nos, de ſupradicta pacificatione egerunt, explorata & cognita, ſuam inhibitionem & cautionem ediderit, In qua omnia cognitio, ſine ullo diſcrimine, in cauſis religionis, judicio Cameræ adempta, & ex Cæſarea auctoritate ſtrita, & nulla conſtitita ac ſancita eſt. Sed illi cognitionem cœptarum cauſarum, an hæ ad religionem pertinerent necne, injuſtè ſibi ſumpſerunt, ac in multis temere proceſſerunt.

17. Quod verò non decuerit eos hanc quæſtionem importunam, & periculoſam, ad Cæſaream Majeſtatem deferre, facile poteſt judicari. Norunt enim quod in cauſis ſimplicis ſpolii, ubi pax publica non violatur, in prima inſtantia contra Duces, & Comites Imperii, & item illas Civitates, quæ non immediate Imperio, ſed ſuis Principibus ſubjacent, ut ſunt Hamburga, Brema, Magdeburga, Minda, & ſimiles, ipſis nulla competat jurisdictio. Et tamen adverſus multos Duces & Civitates, Mandata, Citationes, & alios proceſſus ediderunt; Idque tantum prætextu articuli poſiti in decreto Comiciorum Spirenſium, anno Domini. &c. XXIX. & Auguſtenſium, anno &c. XXX. habitorum, cujus hæc ſunt verba: *Quod nemo Eccleſiaſticorum aut ſecularium Statuum, propter cauſam fidei, vim alteri inferre, vel eum invadere, ſeu oppugnare debeat. Neque item ſua jurisdictione, reditibus, cenſibus, decimis, aut aliis bonis privare, &c. ſub eadem pœna, quæ adverſus illos qui publicam pacem violant, Wormaciæ ſancita eſt.* Et hunc quidem articulum prætexentes, jurisdictionem illam uſurpare ceperunt. Verum cum ex his palam conſtet, neque ullo modo negari poſſit, illos propterea, quod titulotenus Eccleſiaſticis quibusdam, imò impiis Hypocritis, & Idolatris, cenſus, reditus, decimæ, & ſimilia bona, propter ipſorum idolatriam, interdicta ſint, hanc jurisdictionem ſibi arrogaſſe (licet hoc nullo jure fecerint, cum in hiſce cauſis non ad ipſos, ſed ad communem Chriſtianorum Eccleſiam, in ſpiritu Sancto congregatam, cognitio pertineat) ſequitur omnino illos hanc Cæſareæ Majeſtatis declarationem callidè, ac præter omnem æquitatem extorſiſſe, ac illud ipſum quod jam antea ſatis notum & perſpectum eis fuerat, ſcrutatos eſſe. Et quod hæc ita ſe habeant, provocamus ad omnia Imperii jura & decreta à nobis recepta, & alia, quantum huic cauſæ conducunt, ac patrocinantur, maximè ad ſalutiferum Dei verbum, quod clare definit, cui in talibus cauſis cognitio competat.

18. Ad hæc Cæſarea Majeſtas cum ſuis conjunctis, in decreto Comitiorum Auguſtenſium, ſeipſam penè in viginti quatuor articulis clariſſimè explicavit, quænam ſua Majeſtas Gravamina, quasque inovationes, ex eo genere doctrinæ Chriſtianæ, quam nos profitemur, contra religionem hactenus obſervatam, ortas eſſe arbitretur, ex eo tempore, quo Edictum Wormaciæ promulgatum, & Comicia Norinbergæ & Spiræ habita ſunt, quæque ſua Majeſtas religionis negocia eſſe judicet, in quibus aperte ſtatuit & mandavit, quid de iis credendum & ſentiendum ſit, addita amiſſionis, vitæ, bonorum, & læſæ pacis publicæ, pœna, ut ibidem ſatis exprimitur. Nosque ſupervacaneum, & nimis longum fore putamus, eosdem articulos omnes hoc loco recenſere. Quia verò quidam noſtrum prædictis XXIIII. articulis, non quidem omnibus, ſed aliquibus horum non paruerunt (quemadmodum bona conſcientia in talibus cauſis propter Dei gloriam & puram Chriſti religionem, iis parere non potuimus) accidit, quod nobis ſub pœna violatæ pacis publicæ, à judicio Cameræ mandatum ſit, omnia ea quæ nos contra jam dictos articulos, in Eccleſiis noſtris ac ceremoniis mutari, vel abrogari curaſſemus, in priſtinum ſtatum reſtituere, adjecta comminatione, ſi hoc non fieret, declarationis pœnæ, paulò ante nominatæ, idque hac tantum de cauſa ab illis factum eſt, quod hæc mutatio ſive reformatio Eccleſiarum noſtrarum, ab uſitata religione diſſentiat,

19. Proinde palam eſt, quod judicium Cameræ, contra tot aperta decreta Comitiorum, inſidioſè, quæ cauſæ pro religionis & fidei cauſis, & quæ item non, haberi ac judicari deberent, in dubium revocaverit. Ac quilibet honeſtatis & pacis publicæ amans, qui talia decreta legerit, facillime intelliget, hæc ita ut diximus, ſe habere, neque ullo modo negari poſſe.

20. Neque præterea nobis perſuadere poſſumus, quod judicium Cameræ Imperialis, ea gratia, quaſi aliquid dubii habuiſſet, illam declarationem ſive explicationem cauſarum, à Cæſarea Majeſtate petierit, Sed ideò potius, ut publicam pacem, nobis & aliis Imperii Statibus, à Cæſarea Majeſtate jam antea promiſſam & confirmatam, labefactaret atque everteret. Nam nos quidem hactenus nunquam comperimus illos, de ullo negotio, in quo citationes ediderunt, de reſtituendis Ceremoniis ac bonis, pronunciaſſe, eam controverſiam ad cauſam religionis pertinere, atque ita ab inchoato proceſſu deſtitiſſe; Sed in omnibus cauſis, ſine ullo diſcrimine, & maximè adverſus quasdam civitates, nempe Hamburgam, & Mindam, quarum cauſa absque dubio ad religionem pertinet, perpetuò proceſſerunt, easque ſuis cenſuris eò adigere conati ſunt, ut ſuis ſacrificulis, non tantum domus, cenſus, redditus, & ſimilia, reſtituere, verumetiam impias Miſſas Papiſticas, aliasque Ceremonias, & ipſam doctrinam Pontificiam, cum Dei verbo & ſyncera noſtra fide ac religione, pugnantem, in priſtinum Statum revocare deberent, quæ quidem nihil ad bona externa ſive temporalia, ſed tantum ad fidem & religionem Chriſtianam pertinent.

21. Eamque ob rem, non eſt veriſimile illos hoc, quod prætexunt, quæſiviſſe. Nam ſi quoquo modo propenſi fuiſſent, mandatis, à Cæſarea & Regia Majeſtate editis, parere, jam dictarum ſaltem cauſarum, quæ ſine ullo dubio ad religionem ſpectant, rationem habuiſſent, inque his procedere ac cognoſcere abſtinuiſſent, (Licet nobis non per omnia ea re ſatisfactum fuiſſet, cum beneficium ſit annexum officio, ut ſupra dictum eſt.)

22. Quàm vero graviter in hiſce negociis judicium Cameræ Imperialis, tranquillitatem, pacem & rempublicam lædat, ſi ejus cognitio effectum ſortita fuiſſet, vel adhuc ſortiatur, hoc quilibet vir bonus, amans juſticiæ, veritatis, & patriæ facile intelligit. Ac nos quidem univerſi & ſinguli, qui tunc temporis in honeſta & Chriſtiana noſtra confœderatione comprehenſi fuimus, poſtquam illa perſpeximus, & ingens malum atque incommodum, quod inde imminere videbatur, animo

Digitized by Google

nimo perpendimus, non parum, ut quibus Germanicæ nationis, & ſacri Rom. Imperii diſſipatio, & pernicies, ſummo dolori futura eſſet, ſolliciti fuimus. Et quoniam Cæſarea Majeſtas, eo tempore abſuit, atque nos tam ſubito, ut rei neceſſitas poſtulabat, ejus copiam habere poteramus, ac forte accidit, quod nos Joannes Fridericus Dux Saxoniæ Elector, &c. aliorum negociorum gratia, Sereniſſimum Regem Ungariæ & Bohemiæ, &c. fratrem Cæſareæ Majeſtatis, Cadæ in Bohemia conveniremus, non duximus prætermittendum, quin ejus Regiam Majeſtatem de his quoque rebus, ut præcipuis & maximis, amanter admoneremus, obtinuimusque novam adprobationem pacificationis & obligationis Norinbergæ initæ, in qua hoc clare exprimitur: *Quod licet hactenus in judicio Cameræ Imperialis, inter partes de negociis religionis, dubitatio quadam inciderit, tamen ejus Regiam Majeſtatem velle curare, ut proceſſus judiciales iſtic ſuſpendantur & abrogentur*, quemadmodum hoc, in quodam articulo Cadanæ Transactionis, verbis, quæ ſequuntur expreſſum eſt.

TRANSACTIO CADANA

SIVE

ARTICULUS EX TRANSACTIONE CADÆ, CUM REGIA MAJESTATE INITA.

Ann. Christi 1533.

PRimum, ut pacificatio Norinbergæ proximè inita, & per Cæſaream Majeſtatem in Imperio publicata & mandata, omnibus modis conſervetur, neque contra hanc quidquam ſuſcipiatur, Et quoniam diſpar intellectus in hac re ortus eſt, ipſa Cæſarea Majeſtas clementer conſenſit & conceſſit, ut ipſius Regia Majeſtas, nomine Cæſareæ Majeſt. curet, à proceſſibus judicii Cameræ Imperialis, pro conſervatione talis pacificationis publicæ, contra eos qui in hac comprehenduntur, deſiſti, & omnes illos proceſſus, qui hucusque ſuſcepti ſunt, abrogari, Quemadmodum hoc ipſum, in illa ipſa pacificatione ibidem confirmatum & expreſſum eſt, &c.

Et *hoc quidem eius Regia Maieſtas, quantum nobis conſtat, re ipſa præſtitit.*

23. Verùm ſæpe nominatum judicium Cameræ Imperialis, ultra hæc Cæſarea mandata, Comitiorum decreta, & contra ipſam æqui bonique rationem, neglectis omnibus offenſionibus, incomodis, periculisque, quæ inde emergere poſſent, in hiſce negociis non minus temerè quàm inſolenter proceſſit. Ac neque Cæſareas, neque Regias juſſiones, Imperii decreta, ullasve alias æquas ac juſtas rationes curavit. Ex quibus nos, non obſcure animadvertimus, quod in partem Pontificiam, atque ita contrariam nobis, magis quam par eſſet, propenderet, atque ita inclinaret, ut nobis in talibus religionis negociis, plane adverſum, ſuſpectum, & non tolerandum eſſet. Nam etiam multæ haud dubiæ diſceptationes & lites, à noſtris adverſariis nunquam ſuſceptæ aut motæ fuiſſent, niſi hi clarè perſpexiſſent, quam hi qui exercent illa judicia Imperialia, à nobis & noſtris conjunctis in cauſa religionis ac fidei, alienis animis forent, Quid, quod noſtri procuratores, qui cauſas noſtras in eo judicio tueri & defendere, ubicunque neceſſitas poſtularet, deberent, non ſunt admiſſi ad proponendas noſtras defenſiones, ac non tantum minis deterriti, ſed etiam nova & inuſitata aſperitate repulſi, cumque noſtræ cauſæ carerent defenſione, magna detrimenta & gravamina nobis acciderunt.

24. Proinde nos tandem, urgente neceſſitate, ad recuſandum illud ipſum judicium, ut ſuſpectum & partiale, permoti ſumus, ejusque rei multas graviſſimas rationes, juri & æquitati conſentaneas, adſignavimus. Nihil dubitantes quin quilibet vir bonus & æquus, qui libellos noſtræ recuſationis, vel legerit vel legi audierit, inde perſpicue cognoſcet, nos tum ſumma neceſſitate, ad eam ipſam recuſationem perpulſos, tum juſtiſſimis de cauſis hanc à nobis editam eſſe.

25. Exiſtimavimusque futurum, ut iſti, illas ipſas cauſas ſuſpicionis, ſufficientes & notorias, ut par erat & jure fieri debuiſſet, ad animum revocarent, & à cœptis proceſſibus, in iis negociis, in quibus recuſati eſſent, juxta formam juris, & æquitatis deſiſterent, & ſuperſederent, ut ſi eas cauſas ſuſpicionis, aut negare voluiſſent, aut pro non ſufficientibus haberi, ſaltem ad arbitros, quos nos ipſi nominavimus, aliosve non partiales judices, rem excutiendam deduci, ſiviſſent.

26. Sed ſpretis his omnibus noſtram recuſationem in Jure & legibus fundatam, contra jus & æquitatem nihilominus rejecerunt, ſuosque iniquos proceſſus, aut jurisdictionem, quæ tamen oppoſita noſtra recuſatione, in qua rationes multæ notoriæ productæ ſunt, præſertim vero illa, quod iſti, Pontificiæ partis & religionis ſint, & ſe eſſe profitentur, omni jure ſuſpenſa fuit, eo acrius urſerunt. Atque ita, nec Deum, cujus cauſam nos agimus & tuemur, neque Imperatorem, neque Regem, neque illa humana jura, quæ cenſent periculoſum & omnibus modis fugiendum eſſe, coram ſuſpectis judicibus diſceptare, reſpexerunt aut curarunt, neque vel minimum moti ſunt enumeratione juſtiſſimarum cauſarum ſuſpicionis, Ut ſi forte putarent eas vel parum firmas, vel non ſufficientes eſſe, (ſicut tamen revera ſunt) ſaltem has ad arbitrium bonorum virorum devenire, deque iis delato jurejurando, ſecundum jura, ut petivimus, cognoſci permiſiſſent, Sed ſimpliciter nihil horum attento, injuſta pertinacia, ut jam ſæpe dictum eſt, proceſſerunt.

27. Et ſi forraſſis objicient, quo ipſos hoc caſu, utputa judices ordinarios ſecundum leges Imperatorias & Civiles recuſare non queamus, ſed aliam viam ac formam juris hic ſervandam eſſe. Ad hoc facilis & clara eſt reſponſio, Primùm, quod illa ipſa forma, quam illi allegare videntur, & jure civili

præ-

præſcribitur, non amplius ſit in uſu, ſed planè diverſum in communi practica juris obſervetur. Quemadmodum hoc Juriſconſultis minimè eſt obſcurum.

28. Et hæc cauſa ſuſpicionis ejusmodi eſt, qualis ante vix fuit audita; nempe religionis & fidei, de qua etiam jura communia nihil conſtituerunt, niſi quantùm nos paulo poſt explicabimus. Quare neceſſe eſt ſequi rationem æquitati conſentaneam, unde conſuetudo & communis practica orta eſt. Deinde vero noſtra diſceptatio talis eſt, ut etiam de ſententia Juriſconſultorum in hac, ordinarii quoque judices, ex legitimis cauſis, nempe quando veriſimile ſit, ordinarium judicem ſibi ipſi non fore contrarium, recuſari queant.

29. Cum itaque conſtet, judicem & adſeſſores judicii Cameræ Imperialis, pro majori numero, Pontificiæ parti ſtudere, neque veriſimile ſit contra ſuas opiniones, & perſuaſiones, in cauſa religionis, ac fidei, pro nobis, qui Dei beneficio Evangelii doctrinam profitemur, quantumlibet cauſa noſtra juſta ſit, pronunciaturos eſſe, ſequitur, hoc caſu jure eos recuſari poſſe, præſertim cum non ſint Aſſeſſores alii additi, pii & amantes Chriſtianæ veritatis, quales ſi eſſent additi, juſto numero & modo, non eſſent perinde metuenda iniqua judicia.

30. Præterea in hac controverſia, ipſimet judices ſunt nobis adverſarii, ſiquidem ex animo approbant errores, quos Papa contra Evangelium defendit. In quo caſu, ne quidem Imperator ipſe, pro ſua æquitate, de talibus controverſiis pronunciaturus eſſet, ſed rejecturus eas ad legitimam cognitionem piorum & doctorum & non partialium, in libera & Chriſtiana Synodo, ſicut ipſius Majeſtas in aliquot decretis Imperialibus non obſcurè ſignificavit. Et ut maxime jus Civile hac in parte in uſu eſſet, cujus tamen contrarium patet, nihilominus contra Epiſcopos juſtiſſimas cauſas ſuſpicionis proferre poſſemus, ut iterum neceſſarium eſſet, ad remedium illud, quod ex legitimis rationibus in conſuetudinem introductum eſt, recurrere.

31. Quoniam igitur cauſæ ſuſpicionis ſufficientes & notoriæ, vel ſaltem ejusmodi ſunt, quæ ſpacio brevis temporis doceri queant. Nempe quod Judex & Adſeſſores judicii Cameræ Imperialis, religioni pontificiæ faveant, adhæreant, ac ſtudeant, præſertim major pars ipſorum, à quo ſe purgare nec poſſunt, nec cupiunt, omni juſta ratione decuiſſet illos noſtræ recuſationi deferre, maxime ut motus, tumultus, & alia mala ac incommoda, quæ alioqui inde oriri poſſint, vitentur ac caveantur. Nam etiam antea recuſationi adverſus judicium Cameræ Imperialis, in negociis civilibus locus datus fuit.

32. Porro ubi hæc omnia à judicio Cameræ Imperialis pro nihilo duci vidimus, ibi iterum nos Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ Elector &c. Et Philippus Landgravius Haſſiæ, per conſiliarios noſtros Eberhardum à Than, Johannem Ficinum à Lichtenau, & Rodulphum Pincernam, à Regia Majeſtate juſſionem, cui articulus ex Cadana Transactione inſertus fuit, obtinuimus, illisque transmiſimus. Ac nos Elector Saxoniæ, &c. cum Viennæ apud Regiam Majeſtatem eſſemus, ſimilia mandata impetravimus.

33. Verùm ea omnia, minimè frugifera nobis extiterunt. Illi enim adeò hæc omnia contemptui habuerunt, ut tandem coacti ſimus, ſuperiori biennio elapſo, legationem ad Cæſaream Majeſtatem in Italiam mittere, & ibidem de illis rebus queri.

34. Ad quæ nos inter cætera, anno ſuperiori in conventu noſtro Smalcaldenſi, per Doctorem Mathiam Heltum, Cæſareæ Majeſtatis Vicecancellarium, hoc accepimus reſponſi, *Quòd Cæſarea Majeſtas ad petitionem Judicii & Adſeſſorum judicii Cameræ Imperialis, id quod ſupra expoſuimus, reſcripſerit, nempe ut penes ipſos eſſet cognitio, quæ pro religionis cauſis haberi, & quæ item non haberi deberent.* Ex quibus iterum apparet, quod ipſi ad hæc gravamina occaſionem præbuerunt, & ultra tot clara decreta Comiciorum Imperialium, iſtiusmodi declarationem Cæſaream injuſtè extorſerunt. Quod quidem minime neceſſe habuiſſent, ſi ullo modo tam apertis, & multiplicibus juſſionibus ac mandatis Imperatoris, ut ſupra aliquoties dictum eſt, ad conſervandam publicam pacem & concordiam editis, parere cogitaſſent.

35. Ac ipſa quoque Cæſarea Majeſtas, priusque prædicta noſtra Legatio ad eam in Italiam pervenit, literas ad nos dedit plenas clementiæ & humanitatis, in quibus clare promittit, ſe nihil alienum ab inita nobiscum pacificatione, adverſus nos ſuſcepturam eſſe, à quibus quidem longe diſſentiunt, ea quæ Judicium Cameræ Imperialis contra hæc omnia, ad perturbandam publicam tranquillitatem, molitur, utque res certo cognoſci & intelligi poſſit, illas ipſas literas Cæſareæ Majeſtatis, & noſtrum ad eas datum reſponſum, hic ſubjiciemus.

Ann. Chriſti 1536.

CAROLUS DEI GRATIA IMPERATOR ROMANUS, SEMPER AUGUSTUS, &c.

ILluſtres, cari conſanguinei, Electores & alii Principes, Ac item generoſi, nobiles, prudentes, dilecti fideles. Etſi vobis ante hac, tum per literas, tum per Oratores noſtros ſæpius ſignificavimus, & re ipſa quoque teſtatum reddidimus, quod nos ſolum ad retinendam publicam pacem & tranquillitatem, in Imperio Germanicæ nationis, & ad omnes diſcordias, ac controverſias, præſertim in cauſa religionis ac fidei,

æqua-

æqualibus ac pacificis rationibus ac viis tollendas, propenſi ſimus, neque propterea quenquam vi aut armis invadere, aut opprimere, Sed multo magis promiſſam & confirmatam pacificationem, vobiſcum & cum veſtris conjunctis initam conſervare cupiamus. Tamen quoniam ad vos, licet falſo, referri & ſermones ſpargi accipimus, nos eo eſſe animo, ut prædictam pacificationem prima quaque occaſione violare, vosque armis adoriri velimus, non duximus prætermittendum, quin vos iterum hiſce literis præmoneremus, ne iſtiusmodi confictis & falſis rumoribus, fidem adhiberetis, ſed potius ut certò ſtatuatis nos promiſſam & confirmatam pacificationem, conſervaturos, & contra hanc nemini religionis ſeu fidei gratia, bellum illaturos, neque ad ullos motus aut ſeditionem, in Imperio, occaſionem præbituros eſſe. Amanter & benigne petentes, ne vobis à quoquam diverſum perſuaderi, aut vos ad perturbandam pacem publicam incitari, patiamini. Quemadmodum hoc omnino de vobis ſpetamus, Nosque hoc ipſum, præterquam quod vobis, & veſtris ſubditis bono erit, gratum & acceptum habebimus. Datæ Sibiliæ VII. die menſis Julii, Anno Domini, &c. XXXVI. Imperii noſtri XVI. & Regnorum noſtrorum XXI.

CAROLUS

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium

Obernberger ſſ.

Illuſtri Joanni Friderico, Duci Saxoniæ, Landgravio Turingiæ, & Marchioni Miſniæ, Sacri Romani Imperii Archimarſcallo, noſtro charo Conſanguineo, & Principi Electori; Et aliis Principibus, Comitibus, Civitatibus ejusdem conjunctis, in cauſa religionis, univerſis & ſingulis.

RESPONSIO. 1536.

INvictiſſime ac Potentiſſime Imperator, Domine Clementiſſime, Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis literas, datas Sibiliæ VI. die menſis Julii, ad nos univerſos & ſingulos, in cauſa religionis ac fidei conjunctos, ſcriptas, Primum ego Elector Saxoniæ, Deinde nos reliqui, cum debita reverentia accepimus, ac magna cum lætitia, & voluptate easdem legimus, Maximasque agimus & habemus veſtræ Cæſareæ Majeſtati gratias, pro tam benignis, ac plane Cæſareis promiſſis, quod videlicet nihil aliud nobis de veſtra Cæſ. Majeſt perſuadere debeamus, quam quod antea quoque veſtra Majeſtas, tum literis, tum per ſuos Oratores, nobis ſignificavit, & promiſit, Nempe quod Majeſtas veſtra, tantum ad retinendam pacem ac tranquillitatem publicam, in Imperio Germanicæ nationis, & ad omnes diſcordias ac controverſias, præſertim in cauſa religionis ac fidei, æquis, ac pacificis rationibus, & viis tollendas propenſa ſit, neque quenquam propterea vi aut armis invadere vel opprimere, ſed multo magis promiſſam & confirmatam nobiſcum pacificationem, conſervare cupiat, &c. Quanquam vero nos, quantum ad veſtram Cæſ. Majeſt. ut ſummis laudibus digniſſimum Imperatorem, attinet, nihil dubitavimus, quin Majeſtas veſtra eam ipſam pacificationem, in quam clementer conſenſit, ac de qua conſervanda, tum literis, tum per Oratores ſæpius nobis ſpem fecit, & promiſit, minime violatura eſſet, tamen veſtram Cæſ. Majeſt. pro noſtra erga eandem obſervantia, atque obedientia celare non poſſumus, per aliquod jam tempus, relatum nobis eſſe, Veſtram Cæſ. Majeſt. quædam inclementer adverſus nos, ſuos ſubditos, moliri. Adhæc, quod à Veſtræ Cæſareæ Majeſtatis Cameræ, & Rotuilenſi judicio, contra prædictam pacificationem, quibusdam noſtrorum abrogatis, ſuſpenſis, & nihili ipſorum proceſſibus, ſumma gravamina hactenus illata ſunt, Quæ quidem res, nobis non exiguam ſollicitudinis & ſuſpicionis cauſam præbuerunt. Verum prædictæ Majeſtatis veſtræ literæ, & promiſſa nobis omnem ſolicitudinem adimunt. Non enim ambigimus, quin Cæſ. Majeſt. veſtra, tum quantum ad conſervandam pacem publicam attinet, tum alioqui etiam, ſe pro eo ac promiſit, & Majeſtatem veſtram, ut Principem publicæ tranquillitatis amantiſſimum decet, ſe clementer erga nos geret. Neque ſe per noſtros adverſarios à nobis abalienari patietur, Quemadmodum hoc de Veſtra Cæſarea Majeſtate nobis perſuademus, & poſt Deum, ſummam ſpem & fiduciam publicæ pacis, in Veſtram Majeſtatem ponimus. Ac ſi qui diverſum de Majeſtate veſtra ad nos retulerint, iis juxta hanc Majeſtatis Veſtræ poſtulationem ac promiſſum, fidem non adhibebimus, Et Deo juvante, ita nos geremus erga Cæſaream Majeſtatem Veſtram, ut ea nihil aliud quam debitam obſervantiam & obedientiam, in nobis perſpectura ſit, atque intelligat, nos publicæ pacis & tranquillitatis, tum amantiſſimos eſſe, tum nihil minus quam ullam reipublicæ perturbationem aut bellum, cupere aut velle.

Porro autem licet & multorum relationibus, & item ex quibusdam chartis excuſis typis in Germania, accipimus, quod flagitante Majeſtate veſtra, Paulus Pontifex tertius, Concilium generale

rale

rale Mantuam indixerit, noſque ex iis intelligere non poſſumus, qua ratione pro dirimendis ſummis in religione Chriſtiana controverſiis, id Concilium videri poſſit liberum & Chriſtianum, & non magis ſuſpectum, & partiale, quam multa priora Concilia Pontificum extiterunt. Tamen hanc habemus ſpem de Cæſarea Majeſtate veſtra, ut Imperatore Chriſtianiſſimo, quod eam cogitationem & rationem ſuſcipiet, ut illa controverſia religionis, ad veram ac ſtabilem concordiam, divino verbo conſentaneam, redigatur, neque ſuſpectis aut partialibus hominibus, maxima illarum iſtarum cauſarum judicium permittatur. Nam nos quidem nihil magis publicæ concordiæ profuturum arbitramur, quam ſi generale, Chriſtianum, & liberum Concilium, cujus veſtræ Cæſareæ Majeſtatis pacificatio, & item multa Majeſtatis veſtræ & Imperii decreta mentionem faciunt, in Germania inſtituatur, cujuſque celebrandæ ſpe, nos jam antea voluntatem, & ſententiam noſtram, veſtræ Cæſareæ Majeſtati declaravimus, præſertim in illo reſponſo, quod ante triennium, Majeſtatis veſtræ Oratori, qui una cum Clementis Pontificis ſeptimi, Nuncio, quoſdam noſtrum convenit, dedimus, & ad veſtram Cæſaream Majeſtatem haud dubie perlatum fuit. Ac faxit Deus Optimus, Maximus, ut ſolum honor & gloria omnipotentis ipſius quæratur & illuſtretur, & ſaluti Eccleſiæ Chriſtianæ conſulatur, quemadmodum nos fore ſperamus, utque id fiat in Eccleſiis noſtris, quotidie orationes & preces haberi curamus.

Quæ quidem omnia ſingulari obſervantia, erga Cæſaream Majeſtatem veſtram, reſcribenda duximus, cui ut Domino noſtro clementiſſimo noſtra debita obedientia & officia perpetuo conſtabunt. Bene valeat Majeſtas veſtra. Datæ nona die menſis Septembris, Anno Domini M. D. XXXVI.

Veſtræ Cæſareæ Majeſtati

Fideles & ſubditi,

Princeps Elector Saxoniæ, & alii Principes, ac Status Imperii, in cauſa religionis conjuncti.

36. AD hæc optimo ſtudio & ut clare intelligi poſſet nos aliud nihil quam quod honeſtum & æquum eſſet pro tranquillitate communi quærere, expoſuimus primum Cameræ Imperialis Judici & Adſeſſoribus, ac deinde quoque ipſi Helto Smalcaldiæ, plurimas juſtiſſimaſque rationes, cur illa, in quibus judicium Cameræ, contra pactionem & juſſionem Imperatoriam & Regiam pacis publicæ, ac ultra noſtram recuſationem legitime interpoſitam, adverſus nos procederet, negotia religionis judicanda eſſent, aut ſaltem ad illam pertinerent, & ex ea orirentur. Quemadmodum etiam illud ipſum ex quibuſdam decretis Imperialibus non obſcure doceri poteſt.

37. Præterea ſupradictis duobus Electoribus, Moguntino & Palatino Norinbergæ, & præterea ipſi Cæſareæ & Regiæ Majeſtati, ſæpius per literas & coram ſignificavimus, quod nos negocia illa, propter quæ à ſacrificulis & hypocritis in judicium Cameræ Imperialis pertracti ſumus, verè ſentiamus eſſe cauſas religionis, cum ex religione oriantur, neque poſſint ulla legitima aut juſta ratione diſcuti, niſi prius controverſia religionis, ut quæſtio præjudicialis, per generale, liberum, & Chriſtianum Concilium definiatur. Et ut hæc rectius ac clarius intelligantur, ſubjiciemus quædam exempla. Vocantur quidam noſtrorum conjunctorum in jus, hac de cauſa, quod impiam, ac Dei verbo adverſantem Miſſam Pontificiam, ac Ceremonias in ſuis territoriis abrogari curaverint. Ibi noſtri pro ſui defenſione opponunt, quod talis Miſſa pugnet cum vera religione, ſitque plena impietatis & idololatriæ, ut ex Sacris literis clare oſtendi poteſt. Eaque de cauſa ſe juſtè hanc aboleviſſe adſerunt. Hic arrogat ſibi Judicium Cameræ Imperialis cognitionem. Objiciunt noſtri contra iſtorum uſurpatam juriſdictionem, hanc eſſe cauſam religionis, ac comprehenſam in pace Norinbergæ promiſſa & conſtituta, cujus cognitio uſque ad generale, liberum ac Chriſtianum Concilium ſuſpenſa ſit. Hæc diſceptatio partium an illa ſit cauſa religionis necne, non poteſt in Cameræ Imperialis judicio (etiamſi illud æquius & minus partialiter ſe gereret) diſcuti, niſi prius articulus præjudicialis, videlicet an Miſſa Papiſtica ſit impia nec ne, definiatur. Nam abſque eo, non poteſt ſtatui, an negocium illud abrogationis Miſſæ Papiſticæ, ad religionem pertineat vel non pertineat.

38. Item aliud ſi Monaſterium aliquod intra noſtram vel noſtrorum conjunctorum ditionem, aut territorium ſitum ſit, in quo perſonæ quædam ejus ordinis ſive profeſſionis eruditæ verbo Dei, id vitæ genus utputa plenum ſcandalis, & pugnans cum ſyncera Evangelii doctrina, relinquant, aut ſaltem inter ſeſe aliis ceremoniis, ſacris literis conſentaneis utantur, ceteræ vero perſonæ ejuſdem Monaſterii nolint veritati cedere, ſed in ſuis priſtinis erroribus, idololatria, ac impietate pertinaciter perdurare. Et interim tamen reditibus ac bonis Monaſterii pro ſua libidine frui & abuti. Hic nos, & noſtri, ut ſcandalum, idololatria, & diſcordia religionis in ditionibus noſtris prohibeantur, non immeritò partes noſtras interponimus. Quemadmodum etiam illi ipſi qui doctrinam Papiſticam amplectuntur, diverſas ſuorum in religione opiniones, & cultus non ferunt. Accidit jam, ut unus aut plures iſtorum pertinacium & indoctorum Monachorum ac Hypocritarum, qui odio ſyncerioris doctrinæ Evangelicæ à nobis aufugerunt, ſpem concipiant, ad ſuam pri-

ſtinam

Google

ſtinam ſaginam, & Idolatriam redeundi, ac propterea litem movent, adſerentes ſuum vitæ inſtitutum pium, & ſacris literis conſentaneum eſſe. Jam ſumit ſibi cognitionem Cameræ Imperialis judicium, cui nos nullo modo ſtare poſſemus. Nam de ea præcipue quæſtione agitur, an illud ipſum monaſticum vitæ genus, doctrina, ac profeſſio, veræ pietati conformis ſit, quod iſti confirmant, noſtri vero ſacrarum literarum teſtimoniis & auctoritate freti, pernegant.

39. Quia autem reditus ſive bona, veræ & Chriſtianæ religionis ac cultus divini gratia, collata ſunt, ut & dici ſolet, *beneficium datum eſt propter officium*, neque nobis iſtorum, qui divino verbo repugnant, miniſterium ullo modo uſui eſſe poteſt, imò potius à miniſterio jure arceantur, non poſſumus eos illæſa conſcientia in priſtinum ſtatum reſtituere. Niſi prius in generali, libera, & Chriſtiana Synodo doceatur id genus doctrinæ quam nos profitemur, ab Evangelica veritate diſſentire, quod quidem nunquam futurum certo ſcimus. Quare ſequitur, illis tales reditus ac bona non deberi, nihilque alienum ab æquitate hac quoque in parte à nobis tentatum aut actum eſſe. Et neceſſe eſt, ut articulus ille præjudicialis, religionis videlicet, in libero & Chriſtiano Concilio, definiatur priusquam ulla juſta ratione, de bonis Eccleſiaſticis aliquid certi ſtatui poſſit. Neque in hoc caſu valet argumentum illud quod opponitur, nempe agi de reſtitutione bonorum, cum illis ratione officii ſive miniſterii tantum, ut antea dictum eſt, ea debeantur. Nam qui ad officium ſive miniſterium non modo non ſunt idonei, ſed etiam hoſtiliter adverſantur miniſterio, & veros cultus Dei impediunt, merito fructibus ſeu reditibus, qui propter officium dantur & conferuntur, privantur ac carent. Ideoque talis reſtitutio hîc locum habere non poteſt.

40. Ac præter hæc omnia, ſignificavimus I ſelto, nos ſupradictis duobus Electoribus, qui Norinbergæ nobiſcum de pace egerunt, clare expoſuiſſe, quod illa ipſa negotia, quæ tunc quoque temporis in judicio Cameræ imperialis ſunt agitata, pro negotiis religionis æſtimemus & habeamus. Qui quidem nobis promiſerunt, ſe illa ad Cæſaream Majeſtatem relaturos eſſe, ut tales proceſſus Cameræ Imperialis, & aliorum judiciorum, re ipſa omitterentur & abrogarentur.

41. Ex his ſatis patet, quod Judicio Cameræ Imperialis, etiamſi non tantas juſtæ ſuſpicionis cauſas nobis præberet, & neque à Cæſarea, neque Regia Majeſtate, ipſis procedere toties inhibitum eſſet, adhuc tamen illa declaratio atque cognitio cauſarum religionis, permitti non poſſet. Ac facile quilibet vir prudens æſtimabit, nos non immeritò de hoc maximo gravamine conqueri. Neque difficile eſt colligere, & æſtimare, qui tum Cæſareæ Majeſtatis, tum noſter etiam animus, & voluntas, in illa pacis prorogatione ineunda fuerit, ac quid nobiſcum de omnibus illis religionis cauſis, actum ſit, ultra quæ minime neceſſe fuerat, ut Judicium Cameræ Imperialis, talem declarationem à Cæſarea Majeſtate, nobis inſciis, peteret atque extorqueret. Maximè cum & ex ſupradictis duobus Comitiorum Imperialium decretis, de conſenſu eorum Statuum, qui Cæſareæ Majeſtati hac in parte adſtipulantur, editis, & item ex illa Cæſareæ Majeſtatis pacis publicæ cautione, cui inſerta eſt clauſula, quæ omnes diverſos proceſſus, irritos ac nullos reddit, res ſit perſpicua & indubitata. Quibus ſane jure optimo pro conſervanda pace & tranquillitate publica, iſti quoque acquieſcere debuiſſent.

42. Et ſi alterutra pars gravari viſa fuiſſet, potuiſſent rem ad Imperatorem referre, qui pro ſua clementia & bonitate, audita utraque parte, ut publica pax conſervaretur, auctoritatem ſuam interpoſuiſſet. Neque dubitamus, quin quilibet vir honeſtus candide interpretaturus ſit, quod nos eorum hominum, qui in hiſce negotiis maximas cauſas ſuſpicionum nobis præbuerunt, & in religione contrariis nobis opinionibus & ſtudiis favent, cognitionem, tanquam adverſariorum, fugiamus. Nam ſi nos eorum calculis ac ſententiis ſubmitteremus, nihil haberemus certius, quàm quod ex pace in bellum nos conjiceremus, omnibus legum beneficiis, quæ nobis patrocinantur, renunciaremus, totamque veritatis Evangelicæ doctrinam, & Ceremonias eidem conſentientes, hujus adverſariis damnandam imprudenter & temere præberemus. Quod quidem Deus optimus maximus pro ſua benignitate prohibeat. Proinde ex his boni omnes intelligent, quod negotia illa, propter quæ ab adverſariis noſtris in judicium Cameræ Imperialis vocati ſumus, talia ſint, quæ ad religionem omnino pertineant, quodque illi contra omnem æquitatem, contra decreta Comitiorum Imperialium, contra juſſiones ac mandata Cæſarea & Regia, præſertim pacificationis illius, cujus ſupra ſæpius mentionem fecimus, contraque ſcriptas leges & jura, iſtarum cauſarum cognitionem, ad ſe pertrahere conati ſint, ut tandem neceſſariò pulſi ſimus, tum proteſtationes noſtras, tum recuſationem juſtiſſimam interponere. Quæ tamen omnia, iſti pro nihilo duxerunt, noſtraſque excuſationes, defenſiones, petitiones pacis & tranquillitatis publicæ gratia ſuſceptas, ſpreverunt. Et ad inſtantiam Papiſticorum & impiorum ſacrificulorum civitatis Hamburgenſis, contra Senatum & populum ibidem, & ſimilium ſacrificulorum Collegii Divi Martini & Divi Joannis, & item Abbatis & Conventus Sancti Simeonis in civitate Mindenſi, contra Duumviros, Senatum, Tribunos, & populum ibidem, in clariſſimis cauſis religionis ad reſtitutionem impiarum Ceremoniarum & cultus qui cum ſcriptura ſacra, & confeſſione noſtra doctrinæ Chriſtianæ pugnat, pro ſacrificulis & hypocritis illis Sententiam tulerunt. Ac Mindenſes tanquam proſcriptionis reos damnarunt & ut proſcriptos, licet nulliter, ſub dio proclamari curarunt.

43. Quam quidem ob cauſam nobis nihil certius exſpectandum eſt; quam quod pro executione harum injuſtiſſimarum ſententiarum proceſſuri ſint. Atque ita fortaſſis Reges, Principes, & alios ſummos reipublicæ ordines imploraturi, eiſque executionem demandaturi. In quo tamen

certum eſt, nos propter conſcientias noſtras & Evangelii gloriam, cedere non poſſe, ſed oportere nos hanc rem Deo committere.

44. Si igitur eveniret, ut hiſce de cauſis in Imperio Germanicæ nationis, bellum aut motus oriretur, coram Deo & hominibus publice teſtatum volumus, quod nos pacem, tranquillitatem, & Chriſtianam ac æquam concordiam, ex animo optaverimus, & quæſiverimus, cujus tamen voti noſtri compotes fieri non potuerimus. Ac propterea Chriſtianos Monarchas, Reges, Principes, & Magiſtratus, univerſos, & ſingulos amanter & enixe rogatos volumus, ne nobis ullam culpam eorum malorum, & incommodorum (quæ imminere videntur, & Deus pro ſua benignitate clementer avertere velit) adſcribant, ſed potius Judicio Cameræ Imperialis, ſua temeritate & iniquitate rem publicam perturbanti. Ad hæc ne patiantur ſe adverſus nos concitari, aut ad ullam ſocietatem exequendi injuſtiſſimos, irritos, & nihili proceſſus, ſententias ac pœnam pertrahi. Neve etiam per ſeſe, vel per alios quocunque modo, occaſione, aut prætextu id fieri poſſit, contra nos, cuiquam adſtipulentur, conſilio, ope, aut auxilio adſint. Sed totam hanc cauſam ſupremi Judicis, hoc eſt, DEI, & divini ejus verbi, cenſuræ ac ſententiæ, in univerſali, libera, Chriſtiana, ac non partiali ſynodo, ad quam nos ſemper provocavimus, liberè & Chriſtianè promulgandæ, publicæ pacis & tranquillitatis gratia, relinquant. Ac eò magis intenti ſint, ne vi & armis contra nos agatur, ſed pax & concordia conſervetur, cui nos, ſi ullo modo ea frui, ut unicè optamus & precamur, concedetur, nullis æquis conditionibus defuturos nos pollicemur. Nam ſi quis, cujuscunque Status, dignitatis, aut conditionis fuerit, executionem illam injuſtiſſimam, qualicunque prætextu id fiat, ſuſceperit, atque ita pacem publicam turbaverit, pro ea conjunctione quæ inter nos eſt, non poterimus univerſi vel ſinguli, eum eosque quibus vis infertur, deſerere. Sed potius ad conſervandam pacem, à Cæſarea Majeſtate nobis conceſſam & ratificatam, ac Regiæ quoque Majeſtatis inhibitionem, & caſſationem proceſſuum Judicialium retinendam, cogemur noſtri & noſtrorum legitimam tuitionem ac defenſionem ſuſcipere, & hanc injuſtiſſimam, tum Cameræ Imperialis, tum aliorum Judiciorum executionem, rationibus ac viis à jure divino, ac legibus naturæ conceſſis, Deo juvante, avertere & impedire, & eò conſilia noſtra dirigere, ut nos noſtrique in cauſa religionis Chriſtianæ conjuncti & fœderati, veritatis Evangelicæ doctrinam, atque ita veram CHRISTI religionem, exploſa jam Idolatria, retinere, & contra talium proceſſuum injuriam, per Dei gratiam, tuti eſſe queamus. Ac ſi cui hanc ob cauſam quidquam aut vi eripiatur, aut per detentionem ſui corporis vel bonorum incommodetur, ut id damnum ab iis qui vim vel injuriam inferunt, reſarciatur. Quæ quidem omnia vitare cuperemus, ac rogamus, iterum univerſos & ſingulos Monarchas, Reges, Principes, Potentatus, alioſque Reipublicæ Status & ordines, ut hujus noſtræ commemorationis, proteſtationis, & petitionis recordentur, noſque in omnem eventum, quem Deus pro conſervanda pace publica, & gloria CHRISTI ac Evangelii, clementer gubernet, excuſatos habeant. Pro quibus nos viciſſim gratos & memores fore & hæc omni officii genere perpetuo compenſaturos eſſe pollicemur.

Anno Chriſti, 1541.

ACTA
COLLOQUII RATISPONENSIS

IN COMITIIS IMPERII RATISPONÆ habitis Anno Domini M. D. XLI.

SCRIPTUM QUO IMPERATOR ACTA COLLOQUII ORDINIBUS Imperii primum expendenda propoſuit, ac ſententiam de conciliatis, & non conciliatis articulis, rationeque reformationis inſtituendæ, illos rogavit.

INvictiſſimus Imperator, Dominus noſter clementiſſimus, nequaquam dubitat Electores, Principes, & Ordines reliquos Imperii, horumque abſentium Legatos memoria tenere, quidnam initio iſtorum Comitiorum, atque adeò in prima actione propoſuerit, ob quas prætereà cauſas hæc Comitia ſint indicta, ut denique conſenſu & voluntate Ordinum Imperii ad conciliandos religionis articulos controverſos delecti ſint eruditi aliquot viri ab utraque parte, qui expenſis & diligenter excuſſis articulis, in quibus nondum convenit, deliberarent, quanam ratione in his conciliatio, & concordia inveniri poſſet ac conſtitui. Ita tamen, ut quicquid actum aut transactum per eos delectos collocutores fuiſſet, id citra fraudem ac præjudicium utriusque partis referretur ad Cæſ. Majeſt. Electores, Principes,

cæteroſ-

cæteroſque Imperii Ordines, qui deinde eo commodius de omnibus ſtatuere & juxta decretum Haganoenſe eadem legato Pontificio communicare poſſent.

2. Ut igitur delecti collocutores modum, & certam rationem haberent ordine procedendi in ſua collocutione, Cæſarea Majeſtas collocutoribus offerri curavit librum à viris quibusdam eruditis & piis (tales enim à fide dignis ſuæ Majeſtati commendati ſunt) conſcriptum, in quo media, & viæ continerentur conciliandi articulos, qui in controverſia ſunt. Commiſit autem Cæſ. Maj. ut in præſentia eorum, quos præſidentes & auſcultatores ordinavit, liber per capita legeretur, quo ſic omnia, quæ ad concordiam momenti aliquid haberent, conſignari poſſent: contrà vero, ſi quid occurreret, quod non videretur admittendum, aut recipiendum, id corrigerent, ac emendarent. Porrò ubi omnia hæc eſſent confecta, Cæſaream Majeſtatem ſcripto certiorem facerent de omnibus, quæ viſa collocutoribus fuiſſent.

3. Huic commiſſioni Cæſ. Majeſt. collocutores morem gerentes, omnem operam pro virili ſua impenderunt, ut articuli, & numero plures, & præcipui, in quibus inter partes antè non convenerat, conciliarentur: ea tamen lege, ut penes Cæſ. Majeſt. & Ordines Imperii facultas eſſet ratam faciendi conciliationem hujusmodi, aut minus. Cæterum quod ad reliquos nondum conciliatos attinet, Proteſtantium collocutores, ſuam ſententiam & conſilium, ſeparatim ut exponerent, ac Cæſareæ Majeſtati offerent, ab eadem Majeſtate petitum eſt.

4. Omnia itaq; à prædictis collocutoribus utriusq; partis, ut Cæſarea Majeſtas commiſit, ſunt facta: & quæ videbantur emendanda correcta ſunt, utrorumq; ſententia Cæſ. Majeſt. oblata eſt, ſimul etiam indicatum, in quibus articulis nondum plene conſenſerint, eſſe tamen ipſis collocutoribus ſpem, Cæſaream Majeſtatem unà cum Electoribus, Principibus, & cæteris Statibus cogitaturam & inventuram auxilio Dei omnipotentis media ac vias conciliandi etiam reliquos articulos nondum conciliatos. Rogarent denique ſuppliciter Cæſaream Majeſtatem, boni conſulere vellet ipſorum collocutorum operam, & diligentiam, quam huic rei impendiſſent.

5. Jam verò cum Cæſ. Majeſt. voluntas, & conſilia ſemper reſpexerint, hodiernoque die reſpiciant, ut iſtud negocium præcipue ad Dei gloriam, & totius Chriſtianitatis, maximè verò omnium ad ſacri Rom. Imperii tranquillitatem, & unitatem dirigatur, quo ſemel pernicioſa iſta in religione diſſenſio tollatur è medio, & quicquid hinc detrimenti accidere poteſt, præcaveatur, clementer & ſerio rogat ac obteſtatur ſua Majeſtas, Electores, Principes & cæteros Ordines Imperii, ut juxta ea, quæ ſua Majeſtas initio horum Comitiorum propoſuit, ipſi omnes & ſinguli, non minorem diligentiam ac ſtudium, quam ſua Majeſt. fecit, adhibere velint, & librum cum articulis Proteſtantium accuratè expendere, idque primo quoque tempore, ſuas denique ſententias ac conſilia ad Cæſ. Majeſtatem referre. Neq; verò ſolum deliberare de articulis conciliatis, ſed & de aliis nondum conciliatis, inter ſe conſultare, pro conditione & neceſſitate rerum, quantum ipſis utile & expediens viſum fuerit, ut ſic incommoda plurima vitari poſſint. Præterea quomodo, & quibus rationibus gra- De reformatione.
viſſimi abuſus, qui paſſim obtinuerunt tantam in eccleſiaſtico quam ſeculari Statu, tollantur, adque Chriſtianam reformationem accommodari poſſint omnia, quemadmodum id ſumma neceſſitas depoſcit.

6. Petit autem Cæſ. Majeſt. ut Electores, Principes, & reliqui ordines, ſine omni mora ad hujusmodi opus adeo ſanctum & neceſſarium, ſeſe accingant, ſuaque de his rebus conſilia bona fide Cæſ. Majeſt. communicare velint, ad quam rem ultro propenſos Status Imperii Cæſ. Majeſt. nihil dubitat.

7. Offert poſtremo Cæſ. Majeſtas, ut & antea fecit, ſe nihil intermiſſuram, neque parſuram ulli diligentiæ aut labori, ut ad felicem ac ſalutarem finem deducantur omnia, ſperans etiam Pontificis Rom. Legatum facturum, quicquid ad hanc rem expedire viſum fuerit.

LIBER A CÆSARE PROPOSITUS,

AD RATIONEM CONCORDIÆ INEUNDAM, in controverſiis religionis.

ARTIC. I.

DE CONDITIONE HOMINIS, ET ANTE lapſum naturæ integritate.

D*EUS hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidit*: Geneſ. 1. Non in corpore quidem, quanquam & illud dedit mirificè ornatum, & divinis uſibus appoſitum, ſed in mente, quam intellectus & voluntatis viribus præditam, ſecundum ſeipſum virtute veſtivit, id eſt, arbitrii libertate, ſapientiæ luce, & innocentiæ pulchritudine quadam ac participatione ſuæ divinitatis gratuita mirificè decoravit. Eccl. 17. & Eccl. 7. ut eſſet in laudem gloriæ ipſius, ad Epheſ. 1. In hac imaginis & ſimilitudinis integritate conſtitutus homo, in intellectu veram ac vivam Dei ſui archetypi notitiam, & rectum de rebus judicium, in voluntate vero ardentem erga Deum amorem & obedientiam, quæ in eo tamen ſenſim creſcere debebant, poſſidebat, Eccleſ. 17. Pſal. 8. Geneſ. 2.

ARTIC. II.

De libero arbitrio.

ET quoniam Deus homini arbitrii libertatem indidit, adjecit quoque mandatum, relinquens illum in manu conſilii ſui, ut ſi vellet, poſſet per acceptam & aſſiſtentem gratiam, & vim ſpiritus ſancti, mandatum ſervare, & imaginem, in qua conditus erat, incontaminatam cuſtodire, ſin nollet, gloriam & honorem ſuum voluntaria corruptione amittere, & vitam æternam morte commutare. Eccleſiaſt. decimoquinto. Hæc arbitrii libertas, quæ erat in omnibus nobis, ſi non cecidiſſet Adam, futura, nunc aliter ſe habet in lapſo poſt peccatum ante reparationem, aliter poſt reparationem, aliter denique poſt glorificationem.

2. De libertate ante lapſum ſcriptum eſt *Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit dabitur illi: quem nihil in natura ſua impediebat, ut faceret bene, nihil impellebat, ut faceret male.* Eccl. 17. Verum hujuſmodi concreata libertas faciendi boni, & continenti ſe à malo, per hominis lapſum eſt amiſſa, ſola libertate à coactione retenta, quæ tàm eſt in malis, quam in bonis, de qua dictum eſt; *Quoties volui congregare filios tuos, & noluiſti* Matth. 23. Inefficax quidem ad inchoandam & efficiendam juſtitiam veram, & opera coram Deo bona, ſicut ſcriptum eſt; *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei* 1 Cor. 2. Et iterum: *Senſus carnis inimicitia eſt adverſus Deum. Lege enim Dei non eſt ſubjecta, ac ne poteſt quidem ſubjici.* Romano. octa. Valens tantum ad efficienda opera externa & vitæ præſentis tam bona quam mala, nam *quod ex fide non ſit, peccatum eſt.* Romanorum 14. Unde Auguſtinus in præfatione Pſalm. 31. *Nequa bona opera*, inquit, *appellaverim quæ non de radice bona procedunt.*

3. De libertate verò poſt reparationem Chriſtus dixit: *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis:* Johan. octavo, & Paulus Romanorum octavo: *Lex enim ſpiritus vitæ liberum me reddidit à lege peccati & mortis.* Hæc nobis per filium opificio ſpiritus ſancti reſtituitur & conſervatur, juxta illud Chriſti: *Sine me nihil poteſtis facere.* Johan. 15. & illud Pauli: *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, quo à ſervitute peccati liberamur, & ſervi juſtitiæ efficimur*, quemadmodum dixit Apoſtolus, *liberati à peccato, ſervi facti eſtis juſtitiæ*, vocata propterea libertas à peccato.

4. Denique de libertate poſt glorificationem, quæ eſt libertas ab omni errore judicii, & prava concupiſcentia, ait Apoſtolus; *quod Deum tunc videbimus, ſicut eſt: & ei perfecte adhærebimus*, imo Deus erit omnia in omnibus.

5. Et quia per redemtionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, verè liberi efficimur, *ut jam in eo omnia poſſimus qui nos confortat.* Philip. quarto. Idcirco hæc libertas in concionibus ad populum magnis encomiis celebranda eſt, ut intelligat, quid in Chriſto ſit adeptus, & quod ad gratiam, quæ eſt in Chriſto Jeſu, attinet, poſſit nunc ſe continere à peccato, obedire Deo, & facere ejus mandata, & quod huc adjuvante ſpiritu ſummo ſtudio contendere debeat, quemadmodum facit Apoſtolus: *Peccatum*, inquit, *vobis non dominabitur, non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Jeſu domino noſtro.* Romanorum ſexto, & 2. Cor. ſexto: *Adjuvantes*, inquit, *adhortamur ne in vacuum gratiam Dei receperitis.* Sic enim gloria Chriſti, & abundantia ac vis gratiæ, & doni juſtitiæ, quod per eum recipimus, Romanorum quinto, commendantur. Etſi interim etiam diligenter inculcandum ſit, tantam adhuc in nobis ad bonum infirmitatem, & ad malum inclinationem remanere, quæ illam vim ſpiritus remoretur, & pravas cupiditates gignat, impellatque ad ea facienda, quæ non volumus. Galatas quinto. Quo ſit, ut nemo ſit in hac vita ſine peccato, prima Joh. primo. Quo magis à Chriſto pendendum eſt, & timore, & tremore in hac vita verſandum, atque ſtudendum eſt, ne unquam deſimus gratiæ Dei, Heb. 12. *neve contriſtemus ſpiritum ſanctum, in quo ſignati ſumus in diem redemptionis.* Epheſi quarto.

Mallent proteſtantes ſic poſſit nunc reſiſtere peccato & præſtare inchoatam obedientiam.

ARTIC. III.

De cauſa peccati.

CAuſam peccati conſtat eſſe malam voluntatem, Diaboli & hominis ſe à Deo avertentem, quæ malitia voluntaris non à Deo, ſed ex Diabolo & nobis eſt. Sicut Chriſtus ait: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.*

2. Invidia itaque Diaboli mors introivit in orbem terrarum. Sap. 2. & per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. Rom. 2. Quod factum eſt, cum Adam aſtu Diaboli circumventus fidem vivam & amorem Dei perdidit, & horum loco ſui fiduciam & amorem imbibit, Gen. 3.

ARTIC. IIII.

De originali peccato.

PEccatum itaque originale dicimus eſſe carentiam ſeu defectum originalis juſtitiæ debitæ ineſſe. Originalem vero juſtitiam intelligimus ineſſe, gratia Dei, & imaginem illam & ſimilitudinem Dei habere, ad quam conditi ſumus, & quæ ſpiritum ſanctum, & ex hoc notitiam Dei & amorem complectitur, cujus defectus ſunt, deſtitui gratia, & ſpiritu Dei, ſeu ut Paulinis verbis utamur, *incredulitas & inobedientia.* Rom. 3. Gal. 3. & Romanorum quinto.

a. Con-

2. Concupiſcentiam vero intelligimus eſſe corruptionem, & inordinatam diſpoſitionem virium humanarum, ſeu vitioſam inclinationem in malum, quæ & ob id lex membrorum, lex peccati, & peccatum quoque appellatur Rom. 7. Cavendum igitur *ne regnet peccatum in mortali corpore veſtro*, Rom. 6. Ad rationem itaq; peccati originalis, utrumq; ſimul & conjunctim requirimus, ut puta, & defectum originalis juſtitiæ debitæ ineſſe, & concupiſcentiam ſeu vitioſum habitum, qui junctus huic carentiæ, non poteſt non prodire in omne genus peccati actualis, in non renatis, in quibus Diabolus efficax eſt. Epheſ. 2. 3. Diſertè autem diſcernimus peccatum originale ab actuali, ſic ut originale dicamus conſiſtere in vera carentia juſtitiæ originalis habente conjunctum vitioſum habitum, inclinantem ad peccatum. Verum quicquid eſt præter illam carentiam & habitum vitioſum in nobis peccati, quod in actum aliquem erumpit, ſive id fiat cogitatione, ſive locutione, ſive externo opere, ſive actus operisve debiti omiſſione, actuale vocamus.

3. Peccatum ergo originale ſecundum ſuam propriam rationem acceptum, prout diſtinguitur radix à fructibus, per Adam in omnem poſteritatem pertranſiit & in mortem regnavit, Rom. 5. Fitque nobis omnibus naſcentibus ſola propagatione proprium, ſicut dicit Apoſtol. Rom. 9. *Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid mali egiſſent &c.* Item Rom. 5. regnavit mors ad Adam etiam in eos qui non peccaverunt, & tamen verum eſt, quod hæc nuda carentia juſtitiæ debitæ habens annexum vitioſum habitum, res eſt ſeu peccatum dignum morte. Quia Deus in homine hoc peccato oppreſſo non videt imaginem ſuam, aut ſui notitiam, aut amorem: Et proinde *naſcimur omnes natura filii iræ.* Ephe. 2. Adeo ut ne infantes quidem, qui nec dum renati decedunt, ab hac damnatione, quæ in carentia divinæ viſionis & lucis conſtituta eſt, ſint immunes.

4. Tametſi enim in nobis naſcentibus adhuc veſtigium quoddam imaginis Dei reliquum ſit, quod lumen naturæ appellamus, quo etiam in qualemcunque Dei cognitionem aſſurgimus, quia tamen hoc veſtigium admodum exile eſt ob contaminationis gravitatem, fit ut Deus idipſum non agnoſcat, quod ad faciendam ſpiritualem & veram juſtitiam omnino ſit inefficax, etſi ad condemnandos juſtitiæ Dei non ſubjectos ſufficiat. Romanorum primo.

5. Diſſolvitur autem hoc originale peccatum per lavacrum regenerationis, & renovationis, in verbo vitæ, per meritum paſſionis Chriſti, Epheſ. 5. Nam baptiſmo reatus mali hujus per meritum Chriſti diſſolvitur, & gratia Dei reſtituitur, tum etiam concupiſcentiæ vis reprimitur, donato ſpiritu Chriſti, qui novos, & ſanctos in homine motus excitat, ſicut docet Apoſtolus, Romanorum quinto, ſicut per unius delictum propagatum eſt malum in omnes homines, ad condemnationem, ita & per unius juſtificationem propagatur donum in omnes homines in juſtificationem vitæ: *Quemadmodum per inobedientiam unius, peccatores multi conſtituti ſumus, ſi per unius obedientiam multi juſti conſtituentur.* Rurſus cap. ſexto *conſepulti ſumus ipſi per baptiſma in mortem, ut quemadmodum Chriſtus eſt excitatus à mortuis per gloriam patris, ſic & nos in novitate vitæ ambulemus.*

6. Proinde etſi poſt Baptiſmum in renatis remaneat materiale peccati, hoc eſt, concupiſcentia, gravis certe infirmitas & radix omnis amaritudinis: formale tamen, quod reatus eſt, aufertur. Nam eo per Baptiſmum ſoluti, Chriſto induti ſumus, atque ad imaginem filii Dei ſaltem inchoatam reformati. Sicut dixit Apoſtolus: *Qui tradidit ſemetipſum pro Eccleſia, ut eam ſanctificaret, mundatam per lavacrum in verbo. &: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Idcirco propter meritum paſſionis Chriſti, & Chriſtum ipſum habitantem in ſanctis, reliquum hujus mali non imputabitur in peccatum. Neque eſt peccatum quod eos ullo reatu, qui propter Chriſtum ſublatus eſt, obſtringat, donec in aliquem actum, vel cogitationem, vel concupiſcentiam erumpit, vel in actus debiti omiſſionem, juxta illud: *Nihil ergo damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Jeſu,* qui non ſecundum carnem ambulant. *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me à lege peccati & mortis,* Rom. 8.

7. Unde Auguſtinus rectè utitur his loquendi formulis: *Reatus ille naſcendo contractus, renaſcendo diſſolvitur*, libro de *ſpiritu & litera.* Item contra Julianum libro ſecundo: *Lex iſta,* inquit, *peccati, quæ in membris eſt corporis mortis hujus, & remiſſa eſt generatione ſpirituali, & manet in carne mortali, remiſſa, quia reatus ſolutus eſt ſacramento, quo renaſcuntur fideles.* Item: *omni reatu caret baptizatus.* Rurſus: *omni reatu omniū malorum caret baptizatus.* Præterea ad Bonifacium ſcribens; *Baptiſma,* inquit, *omnem dat indulgentiam peccatorum, & aufert crimina, non radit.* Et in hanc ſententiam alia plurima ſanctus ille Epiſcopus ſcripſit.

8. Itaque docendum eſt cum Auguſtino diligenter. Legem illam peccati, & relictam in ſanctis concupiſcentiam, ſi ex ſe nullum fructum malum edit, non eſſe peccatum, quod adhuc eos reatu aliquo teneat. Omnis enim reatus ejus per Chriſtum ſublatus eſt.

9. Cæterum eodem Auguſtino authore, agnoſcendum quoque & docendum eſt, quod Apoſtolo malum hoc vocetur peccatum. Neque id ſolum, quia à peccato invectum ſit, ſed etiam quia ad peccatum inclinat, & ei ineſt inobedientia contra dominatum mentis. Nam idem vir Dei libro quinto cap. 3. contra Julianum ſic ſcribit: *concupiſcentia carnis, adverſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, & peccatum eſt, quia illi ineſt inobedientia contra dominatum mentis, & pœna peccati eſt, quia reddita eſt meritis inobedientis, & cauſa peccati eſt defectione conſentientis, vel contagione naſcentis.*

10. Et adverſus eundem Julianum libro 2. *Quamvis,* inquit, *jam non eodem modo appelletur peccatum, quod facit reum, ſed quod ſit reatu primi hominis factum, & quod rebellando nos trahere nititur ad reatum, niſi adjuvet nos gratia Dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, ne ſic etiam mortuum peccatum rebellet, ut vincendo reviviſcat & regnet.*

11. Statim vero ubi in aliquem vitioſum actum, quales ſunt contemnere ſeu odiſſe judicium Dei, & ejus promiſſis diffidere, fremere adverſus Deum, & ſimiles etiam longe minores motus, quibus qualiscunque accedit aut delectatio, aut aſſenſus, aut tolerantia, erumpit ſeu ebullit, fit in nobis actuale peccatum, quod indiget nova remiſſione ſeu non-imputatione. Et quia tanta eſt noſtra infirmitas, & tam fœcunda illa radix amaritudinis, quæ in nobis ſupereſt, ut non ſuccumbamus ſubinde concupiſcentiæ, quin radix illa amaritudinis amaros fructus, hoc eſt, neglectum Dei & perverſas appetitiones, proferat. Ideo neceſſe eſt, ut omnes ſancti, quamdiu ſunt in hac vita, dicere opus habeant: *dimitte nobis debita noſtra, &c.* Item, *ſi dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* Differt itaque concupiſcentia, quæ eſt in non renatis, a concupiſcentia, quæ eſt adhuc in renatis quod illa conjunctum habeat reatum mortis æternæ, ab hac autem renatorum concupiſcentia hic reatus per Chriſtum ſublatus ſit, ſicut illa poſt ſe violenter corripit impium. Contra hanc dimicant fideles, eamque mortificant. Illa autem reprobis illis ſic eſt materia ruinæ, ſicut hæc eſt nobis exercitium humilitatis & fidei. Quoniam igitur reatus ablatus eſt, & concupiſcentia ſupereſt, quæ contra ſpiritum perpetuo exurgit: ideo in concionibus ad populum utrumque hoc populo diligenter exponendum eſt. Primum ut beneficium gratiæ Chriſti recognoſcant, ac prædicent in eo, quod hoc mali Deus non imputat. Deinde ut omnia probeque conſiderata tanta infirmitate, quæ ſupereſt, ſe totos ſanandos Chriſto medico indies plenius permittant & offerant.

12. Cumque ne illicita deſideria in ſe exiſtant velle quidem debeant (etſi dum ſunt in corpore mortis hujus non obtineant) in jugi pœnitentia & precatione veniæ perſeverent. Poſtremo ut cogitent, cum quanto & quali hoſte domeſtico ſibi ſit pugnandum, ut ſtudioſius opem ſpiritus domini ſemper implorent, & vigilandum inſtandumque ſibi ſciant, ut carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis ſuis crucifigant & mortificent.

13. Contra vero non minore ſtudio vis gratiæ in baptiſmo acceptæ magnificè celebranda, atque adeo docendum eſt, eam eſſe majorem, modo fide exerceatur, quàm eſt reſidua hæc noſtra infirmitas, quod ea infirmitas & vitioſitas crucifigi & mortificari poſſit uſque ad plenam victoriam in futuro ſeculo, juxta illud; *Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne, ut juſtitia legis adimpleretur.* Item: *Fratres, non ſumus debitores carnis, ut ſecundum carnem vivamus.* Item: *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.* Rom. 8.

ARTIC. V.

De juſtificatione hominis.

NUlli Chriſtiano dubitandum eſt, poſt lapſum primi parentis *omnes homines*, ut inquit Apoſtolus, *naſci filios iræ*, & inimicos Dei, eoque in mortem & ſervitutem peccati.

2. Item nulli Chriſtiano ambigendum eſt, nullum hominem poſſe Deo reconciliari, itemque liberari à ſervitute peccati, niſi per Chriſtum unum mediatorem Dei & hominum, *per cujus gratiam*, ut inquit Apoſtolus ad Romanos, *non tantum reconciliamur Deo & liberamur à ſervitute peccati, ſed etiam efficimur conſortes divinæ naturæ, & filii Dei.*

3. Item perſpicuum eſt, quod adulti non conſequuntur hæc beneficia Chriſti, niſi præveniente motu ſpiritus ſancti, quo eorum mens & voluntas movetur ad deteſtationem peccati, *nam impoſſibile eſt*, ut inquit Auguſtinus, *novam vitam inchoare, niſi prioris nos pœniteat.* Item Lucæ ultimo, Chriſtus jubet *prædicari in nomine ſuo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.* Johannes etiam Baptiſta miſſus *ad parandas vias domini* prædicavit pœnitentiam, inquiens: *pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum.* Deinde à ſpiritu ſancto movetur hominis mens in Deum per Chriſtum, & hic motus eſt per fidem, per quam hominis mens certo credens omnibus, quæ tradita ſunt à Deo, etiam certiſſimè & ſine dubio adſentitur promiſſionibus nobis exhibitis à Deo, qui, ut dicitur in Pſalmo, *Fidelis eſt in omnibus verbis ſuis*; & ex eo fiduciam capit propter promiſſionem Dei, qua pollicitus eſt ſe remiſſurum peccata gratis, & adoptaturum in filios credentes in Chriſtum, eos, inquam, quos prioris vitæ pœnituerit, & hac fide erigitur in Deum à ſpiritu ſancto. Ideoque accipit ſpiritum ſanctum, remiſſionem peccatorum, imputationem juſtitiæ, & innumerabilia bona.

4. Firma itaque eſt & ſana doctrina, per fidem vivam & efficacem juſtificari peccatorem. Nam per illam Deo grati & accepti ſumus propter Chriſtum. Vocamus autem fidem vivam, motum ſpiritus ſancti, quo vere pœnitentes veteris vitæ, eriguntur ad Deum, & vere apprehendunt miſericordiam in Chriſto promiſſam, ut jam vere ſentiant, quod remiſſionem peccatorum, & reconciliationem propter meritum Chriſti gratuita Dei bonitate acceperunt: & clamant ad Deum: *Abba pater.* Id quod tamen nulli obtingit, niſi etiam ſimul infundatur caritas ſanans voluntatem, ut *voluntas ſanata*, quemadmodum divus Auguſtinus ait, *incipiat implere legem.* Fides ergo viva eſt, quæ & apprehendit miſericordiam in Chriſto, ac credit juſtitiam quæ eſt in Chriſto, ſibi gratis imputari: & quæ ſimul pollicitationem ſpiritus ſancti, & caritatem accipit. Ita quod fides quidem juſtificans eſt, illa fides, quæ eſt efficax per caritatem, ſed interim hoc verum eſt, quod hac fide eatenus juſtificamur, id eſt, acceptamur & reconciliamur Deo, quatenus apprehendit miſericordiam & juſtitiam,

quæ

quæ nobis imputatur propter Chriſtum & ejus meritum, non propter dignitatem ſeu perfectionem juſticiæ nobis in Chriſto communicatæ.

5. Etſi autem is qui juſtificatur, juſtitiam accipit, & habet per Chriſtum etiam inhærentem, ſicut dicit Apoſtolus; *abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis*, &c. (Quare ſancti Patres *juſtificari* etiam pro eo quod eſt inhærentem juſtitiam accipere, uſurparunt) tamen anima fidelis huic non innititur, ſed ſoli juſticiæ Chriſti, nobis donatæ, ſine qua omnino nulla eſſe neceſſe poteſt juſtitia. Et ſic fide in Chriſtum juſtificamur ſeu reputamur juſti, id eſt, accepti per ipſius merita, non propter noſtram dignitatem aut opera, & propter inhærentem juſtitiam, eò juſti dicimur, quia quæ juſta ſunt operamur juxta illud Johannis: *Qui facit juſtitiam, juſtus eſt.*

6. Et quanquam in renatis ſemper creſcere debent timor Dei, patientia & humilitas, & aliæ virtutes, cum renovatio ſit imperfecta, & hæreat in eis ingens infirmitas, tamen docendum eſt, ut qui verè pœnitent, ſemper fide certiſſima ſtatuant, ſe propter mediatorem Chriſtum Deo placere, quia Chriſtus eſt propitiator, pontifex & interpellator pro nobis, quem pater donavit nobis & omnia bona cum illo.

7. Quoniam autem perfecta certitudo in hac imbecillitate non eſt, ſuntque multæ infirmæ & pavidæ conſcientiæ, quæ cum gravi ſæpe dubitatione luctantur, nemo eſt à gratia Chriſti propter ejusmodi infirmitatem excludendus. Sed convenit tales diligenter adhortari, ut iis dubitationibus promiſſiones CHRISTI fortiter opponant, & augeri ſibi fidem ſedulis precibus orent, juxta illud: *Adauge nobis Domine fidem.* Chriſtiano cuique debet eſſe compertum, non in hoc datam eſſe nobis hanc gratiam, & hanc generationem, ut in eo gradu innovationis noſtræ, quem primum nacti ſumus, otioſi conſiſtamus; ſed creſcamus in ipſum per omnia, qui eſt caput. Ideoque docendus eſt populus, ut det augmento huic operam, quod quidem fit per opera bona, & interna & externa, à Deo mandata, & commendata, quibus Deus promiſit propter Chriſtum in pluribus Evangelii locis clarè & manifeſtè mercedem: bona tam corporis, quam ſpiritus in hac vita, prout divinæ providentiæ viſum fuerit, & poſt hanc vitam in cœlis. Ideoque quamvis hæreditas vitæ æternæ propter promiſſionem debeatur renatis, etiam cum primum in Chriſto renati ſunt: nihilominus reddit Deus etiam bonis operibus mercedem non ſecundum ſubſtantiam operum, neque ſecundum quod ſunt à nobis, ſed quatenus in fide fiunt, & ſunt à ſpiritu ſancto, qui habitat in nobis, concurrente libero arbitrio, tanquam partiali agente.

8. Et amplior & major erit fœlicitas eorum, qui majora & plura opera fecerunt, propter augmentum fidei & charitatis in qua creverunt hujusmodi exercitiis. Qui autem dicunt, ſola fide juſtificamur, ſimul tradere debent doctrinam de pœnitentia, de timore Dei, de judicio Dei, de bonis operibus, ut tota ſumma prædicationis conſtet. Sicut Chriſtus inquit: *Prædicantes pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in nomine meo.* Idque ne hæc loquendi formula aliter quàm prædictum eſt intelligatur.

ARTIC. VI.

De Eccleſia & illius ſignis ac autoritate.

ECcleſia eſt cœtus, ſeu congregatio hominum, omnium locorum & temporum, qui vocati ſunt in communionem profeſſionis, unius ejuſdemque fidei, doctrinæ, ac ſacramentorum, ſecundum Catholicam, orthodoxam, & Apoſtolicam doctrinam.

2. In hoc cœtu quicunque in unitate veræ ac vivæ fidei per charitatem efficacis ſub uno capite Chriſto, & ſubminiſtratione ſpiritus ſancti cohærent, & eiſdem ſacramentis ſpiritualiter communicant, hi ſoli eam Eccleſiam conſtituunt, quæ à Paulo *templum ſanctum, & domus Dei, corpus Chriſti* 1. Cor. 6. Epheſ. 2. & 4. 1. Tim. 3. & à Johanne *civitas ſancta Jeruſalem deſcendens è cœlo, conſtructa vivis ex lapidibus* Apoc. 21. dicitur. Hic eſt *populus Dei ſanctus emundatus ab omni iniquitate, & acceptabilis Deo, ſectator bonorum operum.* ad Tit. 2. Qui allegoricè *hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aqua viva, paradiſus* cum fructu pomorum in ſcripturis præſignatus eſt. Hæc eſt illa Eccleſia electorum Dei, occulta nobis, cognita verò Deo, ſicut ſcriptum eſt: *Cognovit Deus qui ſunt ejus.* 2. Timoth. 2. In qua in præſcientia ſunt quicunque fidei & charitatis ſpiritum non amittunt. Hebr. 3. Etſi non pariter omnes eandem ſpiritus perfectionem participent. Rom. 12. 14 & 15. Epheſ. 4. In qua etiam ii cenſentur, etſi non in præſentia, prædeſtinatione tamen Dei, quos ille convertendos novit, etſi nobis foris eſſe videantur. Quemadmodum D. Auguſt. de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 5. cap. 27. docet.

3. Deinde ſunt in hoc cœtu, quod ad externam ſocietatem attinet, etiam mali æterno ſupplicio deſtinati, quamdiu vivis membris, etſi non ſpiritualiter, corporaliter tamen, hoc eſt externis fidei ſignaculis, & viſibilibus pietatis ſacramentis, veluti palea frumento conjuncti ſunt, Matth. 3. & 13. formam quidem pietatis habentes, ſed virtutem ejus abnegantes. 2. Tim. 3. Qui ab Apoſtolo, donec ſeparentur, ſeu abſcindantur à corpore, intus eſſe dicuntur. 1. Cor. 5. *Tollite malum è vobis* &c.

4. Hic ergo cœtus unius profeſſionis & ſignorum, habens dum hic vivitur multos malos & hipocritas admixtos, eſt ceu magna domus, in qua non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea: ſed & lignea & fictilia, & quædam in honorem quidem, quædam in contumeliam. 2. Tim. 2. Inviſibilis ſecundum eam partem, quæ ſpiritu Dei vegetata in vitam æternam prædeſtinata eſt. Viſibilis autem ſecundum externam profeſſionem, & communionem, per totum terrarum orbem diffuſa, incipiens ab Hieruſalem, & inde per Apoſtolos propagata, in omnes gentes. Luc. 24. & Act. 1. Rom. 10.

5. Et ut mali peccatores non ſint viva membra Eccleſiæ, nec de Eccleſia electorum Dei, quæ ſancta & communio ſanctorum vocatur, nihilominus tamen Chriſtus docuit nos non alibi hanc Eccleſiam ſanctorum quærere, quam in illa congregatione magna, in qua eſt hæc veræ fidei, religionis & ſacramentorum profeſſio, & adminiſtratio, in qua quiſquis permanſerit communione omnium bonorum, quorumcunque piorum, qui ab initio mundi fuerunt, fruitur non præjudicantibus peccatis alienis, quod communio ſacramentorum cum malis non maculet aliquem, ſed conſenſus factorum.

6. Quiſquis verò ſe ab hac Eccleſia ſeparaverit, hoc ſolo ſcelere, quod à Chriſti unitate ſejunctus eſt, non habebit vitam æternam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

7. Et ne quis vacillaret, addidit Chriſtus certiſſima ſigna, quibus hæc magna domus, quæ eſt Eccleſia Dei, nobis cognoſcibilis ſit, quæ ſunt ſana doctrina, rectus ſacramentorum uſus & vinculum charitatis & pacis. Epheſ. quarto, Romanorum 12. Duæ priores notæ ſeparant ab Eccleſia Ethnicos ſeu paganos, tum hæreticos, primæ Corinth. quinto, 1. Johan. ſecundo, 1. Timoth. 1. 2. & 3. Tertia nota ſeparat ſchiſmaticos, & ritè excommunicatos, primæ Corinthiorum 1. 5. & 11. Adhæc quarta Eccleſiæ nota eſt, quod Catholica ſit & univerſalis, hoc eſt, per omnia loca & tempora diffuſa, & propagata usque in fines terræ.

ARTIC. VI.

De nota verbi.

HAs notas dum in hac magna domo ſupereſſe videmus, non moratur, quod multi interim in ea ſint mali, atque etiam præſideant ac dominentur, quo minus credamus, non alibi usquam, quam hic, ubi ſcilicet viget ſana doctrina, verus uſus ſacramentorum, & vinculum charitatis, veram Eccleſiam piorum eſſe inquirendam. Hæc enim magna domus promiſſionem habet infallibilis præſentiæ Dei & Spiritus ſancti, quæ ob permixtos malos ab ea non aufertur, ſicut ſcriptum eſt: *Et ecce ego vobiscum ſum usque ad conſummationem ſæculi.* Matth. 28. Item: *Non relinquam vos orphanos.* Johan. 14. *Quid enim ſi exciderunt à fide quidam illorum, nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? abſit. eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Rom. 3.

Proteſtantes mallent omitti verbum magna domus.

2. Novit enim Deus hanc magnam domum mirabili conſilio conſervare, non in quibuslibet, ſed in iis tantum, qui veræ pietatis cultores Eccleſiæ unitatem ob permixtam malorum multitudinem non deſerunt, qui & apud Eſaiam reliquiæ dicuntur, in quibus promiſſiones conſervantur, & adimplentur: *niſi*, inquit, *Dominus reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus & ſicut Gomorrha ſimiles eſſemus.* Eſa. 1. Et rurſus: *Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſalvæ fient.* Eſa 10. Rom. 9. & Apoſtolus inquit; *An neſcitis in Elia quid dicit Scriptura? quemadmodum interpellat Deum adverſus Iſrael; Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi divinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal.* Rom. 11. 3. Reg. 19. Has reliquias Chriſtus oves ſuas appellat, quæ vocem ejus audiunt, & ſequuntur, in hoc peculiariter à Deo deſtinatæ, non ut extra magnam hanc domum privata conſuetudine ſe colligant, ſed ut in his magna illa domus conſervetur, fulciatur & ſuſtentetur, ne planè & funditus pereat. Ipſæ enim ſunt domus illa fundata ſupra petram, in quam ſi irruant omnia adverſa, nihilominus firma, ſtabilis, & immobilis perſiſtet. Matth. 7.

3. Et ut hæc magna domus non ſemper æque floreat multitudine piorum, nec ſit in ea ſemper eadem verbi perſpicuitas, propterea tamen ambigendum non eſt, quo minus in ea conſervetur illa vera Eccleſia, quæ ſola habet unctionem ſpiritus docentem nos de omnibus. Conſervatur autem dum retinetur doctrinæ unitas, in iis ſaltem quæ ad pietatem & ſalutem ſunt neceſſaria. Fuerunt enim, ſunt, & erunt ſemper in hac magna domo, qui hanc doctrinam in fide, ſpe, & charitate conſiſtentem illabefactatam tueantur.

ARTIC. VII.

De pœnitentia poſt lapſum.

IN hac ſola Catholica Eccleſia eſt remiſſio peccatorum, quæ non ſolùm in baptiſmate, ſed etiam poſt baptiſma confertur pœnitentibus. Nec tantum in Eccleſia eſt remiſſio peccatorum leviorum, quæ jugi ſanctificatione noſtri repurgantur, verum etiam graviorum, de quibus dixit Apoſtolus, quoniam *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Et iterum 2. Cor. 12. *Timeo ne iterum cum venero ad vos, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & impudicitia quam geſſerunt.* Hanc remiſſionem peccatorum poſt lapſum negantes Novatiani, qui & Cathari, rectè damnati ſunt, quod Scriptura & verbo & exemplo teſtetur, converſioni locum eſſe poſt lapſum. Ezech. 31. Matth. 18. Luc. 15. Gal. 6. Apocal. 2. Actur. 8. 4. Reg. 2. 1. Timoth. 1. 2. Cor. 2. Solum enim incredulitatis ſeu finalis impœnitentiæ ac blaſphemiæ in Spiritum ſanctum, & deſperationis peccatum remiſſionem non habet, neque hic neq; in futuro ſeculo. Matth. 12. De quo intelligi poteſt, quod ſcribit Apoſtolus ad Hebræos cap. 6. *Impoſſibile eſſe eos, qui ſemel ſunt illuminati, & guſtaverunt donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaveruntque nihilominus bonum Dei verbum virtutesque venturi ſeculi, & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam, rurſus cruciſigen-*

tes

tes ſibi filium Dei, & oſtentui habentes. Et iterum cap. 10. *voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, ſed terribilis expectatio judicii.* Significat enim Apoſtolus eos; qui poſt acceptam notitiam Evangelii rurſus ſibi filium Dei crucifigunt & oſtentui habent, ac voluntarie peccare non deſinunt, non habere aliam pro peccatis hoſtiam, ſed aliam per pœnitentiam revocationem, quale videre eſt in Juda proditore, qui tradens & rejiciens Chriſtum, non invenit pœnitentiæ locum, tametſi pœnitentia commiſſi ſceleris ductus ſic clamaret: *Peccavi tradens ſanguinem juſtum*, Matth. 27. Non enim reſpexit in redemptorem, quem prodendo repulit, quale etiam de Eſau refert, & cæteris omnibus qui excuſaverunt ſe ne eis fieret verbum, & recuſaverunt loquentem. Hebr. 12. Quod *qui non credit in Chriſtum jam judicatus ſit, quia non credidit in nomine filii Dei*. Joh. 3. qui & ſubdit, *eum qui incredulus eſt filio non viſurum vitam, ſed mortem ſuper eum manſuram.* Atq; hoc eſt peccatum illud ad mortem, de quo in Epiſt. 1. Joan. cap. 6. alioqui teſtatur in Hebræis Apoſtolus, excepto hoc incredulitatis & obdurationis finalis immani crimine, nullum eſſe peccatum, ne blaſphemiæ quidem, præterquam in ſpiritum ſanctum, quod in Eccleſia non remittatur, modo per fidem ad Chriſtum redeamus, in hanc hoſtia, & alia nulla, peccata expiari credamus, ſic enim ait cap. 3. *Videte fratres ne quando ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis, diſcedendi à Deo vivo, ſed adhortamini vos met ipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Nam*, ut ſubjicit, *participes Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ ejus uſq; ad finem firmum retineamus.* Non enim univerſi qui profecti ab Ægypto peccaverunt, ſed qui exacerbaverunt audientes, corda obduraverunt, & increduli fuerunt, ii ſoli non potuerunt introire propter incredulitatem.

2. Quamvis quoq; pia eſt ſanctorum Patrum expoſitio, qui locos illos Pauli interpretantur, de alia renovatione per baptiſmum, quam Eccleſia in qua unus tantum baptiſmus eſt, non agnoſcit.

3. Conſtat autem converſionis poſt lapſum ratio, ut ſupra de juſtificatione dictum eſt, mortificatione, & vivificatione. Verùm mortificatio hic non tantum contritionem ſed & confeſſionem, & ſatisfactionem caſtigatoriam, de qua infra dicetur, poſtulat. Deſcribitur enim pœnitentia poſt baptiſmum ab Apoſtolo, in hunc modum, *ut ſit dolor ſeu triſtitia ſecundum Deum, in iis qui peccaverunt, gignens in eis ſolicitudinem, indignationem, ſatisfactionem, timorem, deſiderium, vindictam.* 2. Cor. 7.

4. Efficitur autem hæc mortificatio in nobis, non tam miniſterio legis Moyſi quàm lege ſpiritus vitæ, dum hæc in baptiſmo nobis inſita & peccato rurſus obruta, per Evangelii verbum in nobis reſuſcitatur, cordibus noſtris inclamans; *Memor eſto unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; ſin autem, venio tibi cito.* Apoc. 2. Item: *O inſenſati, quis vos faſcinavit non obedire veritati? ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt, & in vobis crucifixus.* Et iterum: *Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit?*

5. Hæc vox ſpiritum noſtrum, præoccupatum peccato, ad contritionem, & inenarrabiles gemitus revocat, qui in confeſſionem tandem erumpunt: & ſolicitudinem, indignationem, ſatisfactionem, timorem, deſiderium & vindictam pariunt & operantur, de quibus animi motibus dictum eſt, in David Propheta: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

6. Huic timori ſuccurrit fides, quæ reſpicit in Chriſtum, quem habemus apud patrem advocatum juſtum, & qui eſt *propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed & pro totius mundi.* 1. Joan. 2. Unde & ſalvare in perpetuum poteſt, accedentes per ſemetipſum ad Deum, ſemper vivens ad interpellandum pro nobis. *Quod maneat in æternum, ſempiternum habens ſacerdotium.* Heb. 7.

7. Hac fide rurſus innovatio ſpiritus accipitur, & vivificatio mortificationi conjungitur, ſic enim precatur David: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Aſperges me hyſopo & mundabor, lavabis me & ſuper nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exaltabunt oſſa humiliata. Spiritum rectum innova in viſceribus meis, redde mihi lætitiam ſalutaris tui* &c. Et iterum: *Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua. Converſus ſum in ærumna mea dum configitur mihi ſpina. Delictum meum tibi cognitum feci, & injuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* De hac remiſſione per teſtimonium ſpiritus, quemadmodum in juſtificatione, certi reddimur: ſacramento pœnitentiæ: cujus vis in abſolutione conſiſtit, accedente, de quo poſtea dicendum erit. Hactenus de pœnitentia poſt lapſum, quæ in ſola Eccleſia Chriſti agitur, & remiſſionem obtinet peccatorum.

ARTIC. VIIII.

De authoritate Eccleſiæ in diſcernenda & interpretanda Scriptura.

ECcleſiæ ergo authoritas cognoſcenda & requirenda eſt. Hæc verò authoritas, ut perſpici poſſit, ſciendum eſt: Deum, ut hanc Eccleſiam ſic compararet, principio uſum eſſe miniſterio verbi vocalis non ſcripti, quod quaſi per manus tradi & communicari voluit. Quemadmodum & Chriſtus Apoſtolis ſuis mandavit, *ut irent in mundum univerſum & prædicarent Evangelium omni creaturæ.* Quo tamen vocali, & externo verbo Deus non aliter utitur, quàm inſtrumento quo internum illum afflatum exhibet, quo ſolo aperiuntur corda.

Collocutores Proteſtantium de hoc toto articulo ſuum exhibuerunt ſcriptum ſignatum A.

2. Poſtea Dei beneficio addita eſt Scriptura, tum ut humanæ imbecillitati in oblivionem & errorem proclivi, tum Diaboli fraudibus, qui verbum excutere nunquam non molitur, ſuccurreretur.

3. Quia

3. Quia verò, ut dictum eſt, Deus ſciebat futurum eſſe, ut Diabolus vivum illud verbum comparato in id omni aſtu, corrumpere ſatageret, & quod homines in hoc ſubornaret, qui transfigurantes ſe in angelos lucis, tum ſcripturas adulterinas, quibus divinam & apoſtolicam authoritatem arrogarent, ſub ipſorum etiam apoſtolorum nominibus ederent, tum qui apoſtolicas in ſuam ipſorum perditionem depravarent, vinculum quoque charitatis, quod in eis eſſet, iniquis diſceſſionibus rumperent, idcirco Eccleſiæ ſuam authoritatem eandemque duplicem conſtare voluit.

4. Principio apud Eccleſiam eſſe voluit autoritatem judicandi inter Scripturas, & diſcernendi Canonicam à non Canonica, quæ & ſuo tempore apud Synagogam fuit, poſtea per Chriſtum in Eccleſia confirmata: qua ſaluberrimus ille Canon eccleſiaſticus conſtitutus eſt qui ſanctam Scripturam Canonicam tam veteri quàm novi Teſtamenti certis terminis, & certis Prophetarum & Apoſtolorum libris contineri definivit, ac eminentiam iſtam Canonicam ſacrarum literarum ceteris libris ademit, quæ per ſucceſſionem Epiſcoporum & propagationem Eccleſiarum tanquam in ſede quadam ſublimiter conſtituta eſt; cui ſerviat omnis fidelis & pius intellectus, ut omninò dubitari non liceat, ſit ne verum ſeu rectum, quicquid hæc Scriptura continet. Ad hanc Eccleſiæ autoritatem reſpicit & illud Auguſtini: *Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret autoritas.*

5. Quæ tamen authoritas in diſcernendo tantum veras Scripturas à falſis ſita eſt. Nam omnem Scripturam, quæ in eccleſiaſticum Canonem, ut vera ac divina ſemel recepta eſt, planè immobilem eſſe conſtat, & omni authoritate humana longè majorem, de qua dixit Chriſtus, quod ſolvi non poſſit. Ut fruſtra & irreligiosè diſputerut, num authoritas Eccleſiæ ſcripturis anteferenda ſit: num Eccleſia abolere ſeu mutare poſſit tradita in verbo Dei: num ſtatuere quid poſſit contra verbum Dei. Verum eum docente Apoſtolo Petro omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, quod non humana voluntate allata ſit aliquando, ſed Spiritu ſancto inſpirati, ſic locuti ſunt homines, voluit quoque Deus, ut authoritas interpretandi Scripturas apud Eccleſiam, quæ Spiritu ſuo regitur, eſſet, ut idem qui Scripturæ author eſt ſpiritus, ejus etiam ſit interpres. unde Dominus legitur Lucæ ultimo aperuiſſe diſcipulis mentem, ut intelligerent Scripturas.

6. Non eſt autem hæc authoritas apud ullum privatum requirenda, ſed ad totam Eccleſiam, & ad communem conſenſum omnium piorum recurrendum eſt, quæ eſt univerſalis teſtificatio Spiritus ſancti, firmamentum veteris. In quam ſententiam dixit Apoſtolus, 1. Timoth. tertio: *Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis.* Summa enim autoritas interpretandi Scripturas, cui contradici non liceat, non apud ſingula membra, ſed apud totam Eccleſiam reſidet, quæ non ſolùm germanos ſacræ Scripturæ libros à ſuppoſititiis diſcrevit, ſed & germanam Scripturæ interpretationem in neceſſariis tradidit. Qualia ſunt, quod Patris, Filii & Spiritus ſancti eandem naturam & eſſentiam, & tres perſonas, & in Chriſto Domino Duas naturas & unam perſonam confitemur. Hæc enim & pleraque alia magis ſcripturarum interpretatione explicata quàm ipſarum ſcripturarum verbis expreſſa, ipſis tamen Scripturæ verbis implicita, omnis Catholica recepit Eccleſia.

7. Hinc eſt quod Athanaſius ait: *Eccleſiaſtica ſemper mos eſt diſciplina, ſi quando hæreticorum nova doctrina exurgit, contra inſolentes quæſtionum novitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum vocabula immutare, & ſignificantius rerum naturas exprimere, quæ tamen exiſtentium cauſarum virtutibus congruant, & quæ magis eaſdem antiquitus fuiſſe demonſtrant, non ortus novitatem menſurant.* Hæc ille. Et præclarè Ireneus; *ſi*, inquit, *de aliqua quæſtione dubitatio eſt, oportet ad antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus converſati ſunt Apoſtoli, & ab eis de propoſita quæſtione ſumere, quod certum eſt*, *Quid enim*, ut ſubjicit, *ſi neq; Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, ſequi nonne oportebat ordinem traditionis, quem tradiderunt his, quibus committebant Eccleſias? cui & barbari aſſenſerunt, ſine atramento ſcriptã habentes per ſpiritũ in cordibus ſuis ſalutẽ.*

8. Hujus autem autoritatis, quam Eccleſia circa Scripturæ interpretationem obtinet, in communi illo & univerſali perpetuo conſenſu ſitam, in primis Synodos, deinde Eccleſiaſticos Scriptores omnium temporum, qui tamen ſuſpectæ fidei non ſunt, idoneos teſtes eſſe conſtat, cum unanimiter tradunt ac docent doctrinam aliquam ab Apoſtolis in nos uſque profectam eſſe in Eccleſia, ſemper receptam fuiſſe, quæ & ſcripturis conſentanea ſit.

9. Porrò huic vero & perpetuo conſenſui, cui Synodi & patres concors teſtimonium ferunt, obtemperare debemus, ſed ita, ut Eccleſia illi obtemperandum eſſe cenſuit. Differunt enim quæ communi conſenſu tradita ſunt. Quædam enim eorum dogmata ſunt planè neceſſaria, quædam non item, quæ ſcilicet pro ratione temporis inſtituta mutari poſſunt. Quamobrem conſenſum iſtum communem ſecundum eam rationem, qua loquitur nobis, & in illum finem, in quem reſpicit, accipere debemus, ne in Scripturas impingamus, neve dogmata, quæ Baſilius libro de Spiritu ſancto ἄγραφα vocat, cum neceſſariis dogmatibus de fide confundamus. Neque enim par debuit haberi ratio prohibiti eſus, & ſuffocati ſanguinis atque interdictæ fornicationis, tametſi illud eadem authoritate, qua iſtud, decretum, & multo tempore in Eccleſia, communi omnium conſenſu, receptum atque adeo ſynodorum Canonibus firmatum ſit. Ad tempus enim neceſſarium hoc judicatum eſt. Quamobrem ſine religionis præjudicio obſolevit; ſed illud perpetuum eſt, quod divina lege expreſſum ſit, *neq; fornicarios, neq; adulteros regnum Dei poſſeſſuros.* Actor. 15. 1. Cor. 6.

10. Cæterum ubi ſcriptores variant, liberum habet lector auditorve judicium, quid approbet vel improbet, ita tamen ne quis temerè ſibi confidat, ſed in rebus dubiis doceri magis cupiat quàm docere, & ubi neceſſarium videbitur judicium de ambiguis Eccleſiæ deferat, juxta illud Apoſtoli, *Cæteri dijudicent*, 1. Cor. 14. nam & ſpiritus per Eccleſiam probandi & dijudicandi, nec ſtatim ſingulis permittendum, ſcripturas, in quibus ſunt multa difficilia intellectu, pro ſuo ingenio interpretari.

2. Petr.

2.Petri ult. Eſt autem univerſalis Eccleſiæ perpetuus conſenſus & orthodoxorum generalium Conſiliorum, quibus pridem omnes Eccleſiæ aſſenſum præbent, ac autoritas, à particularium Eccleſiarum & ſynodorum autoritate diſertè diſcernenda. Hoc enim univerſalis ille conſenſus, ac admirabilis in unam eandemq; doctrinam conſpiratio proprium habet, ut ejus interpretationi ſtandum ſit, quod notis infallibilibus nitatur, quæ ſunt promiſſiones divinæ de ſpiritu veritatis, Eccleſiæ, inquam, de futura doctrinæ concordia, & cum ſcripturis conſenſio. Quæ utraque ſignum ſunt ſpiritus, qui unitatis dicitur non diſſenſionis, ut omnis veræ interpretationis, ac ſalutaris ordinationis dictator & autor eſt. Hæc conſenſio Eccleſiarum eſt etiam piorum ſanctimonia, miraculis, & ſanguine martyrum comprobata.

11. Cæterum Eccleſiæ particulares autoritatem quidem habent Scripturas conferendi, ſcrutandi atq; etiam interpretandi. Johan. 5. Act. 17. ſic tamen, ne pugnet cum perpetuo illo conſenſu. atque dum variant ſententiæ, particulares Eccleſiæ minores ad majores & plures, plures deniq;, ubi neceſſum erit, ad univerſalem Eccleſiam referant, quod fieri debet per cœtus, qui in ſynodis conveniunt, quarum aliæ ſunt Epiſcopales, aliæ provinciales, aliæ nationales, aliæ univerſales.

Atque hactenus de nota verbi dictum ſit.

ARTIC. IX.

De Sacramentis.

SEcundum ſignum, quo Eccleſia dignoſcitur, ſacramenta ſunt, & illorum legitimus uſus. Conſtat enim ſacramenta duabus potiſſimum de cauſis divina autoritate inſtituta eſſe. Una ut eſſent ſignacula & velut teſſeræ quædam hujus magnæ congregationis, quæ eſt Eccleſia. Nam, ut Auguſtinus inquit, *in nullum nomen aut verum aut falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligantur.* Quamobrem Dominus Jeſus Chriſtus leni jugo ſuo, & levi ſarcinæ nos ſubdens, ſacramentis numero pauciſſimis, obſervatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis, ſocietatem novi populi colligavit. Altera, ut ſint certa & efficacia ſigna voluntatis & gratiæ DEI erga nos, & proinde non ſigna, ut tantum ſignent, ſed ut ſanctificent, & nos de accepta gratia certos efficiant, utq; in nobis fidem excitent, & ad mutuam dilectionem, ſanctos & chriſtianos mores, provocent, & inhortentur.

2. Rectè ergo deſcribitur, *ſacramentum eſſe ſignum viſibile inviſibilis gratiæ Dei.* Eſt enim tale ſignum, quod in ſenſum externum incurrens, admonet & erudit nos, ut quod foris in ſpecie viſibili geri cernimus, intus per Dei virtutem effici credamus.

3. Conſtat verò ſacramentum duobus, elemento ſenſibili, uti ſigno: & verbo, quod *dum accedit elementum, fit ſacramentum.*

ARTIC. X.

De Sacramento Ordinis.

JAm quia Deus miniſterio verbi Evangelium ſuum, & per Evangelium certitudinem ſalutis in omnes gentes propagare voluit, Ordinem inſtituit. Primum ne ſi quilibet, hoc munus præter omnem delectum uſurparet, doctrina fieret incerta, & tanquam parvuli fluctuantes, circumferremur omni verbo doctrinæ in nequitia hominũ, per aſtutiam ad circumventionem erroris. Epheſ. 4.

2. Deinde ut certi eſſemus, miniſterium verbi & ſacramentorum non eſſe metiendum ex perſonis miniſtrantium, ſed ex autoritate divina. Chriſtus enim à miniſtris hanc in ſe transfert, dicens; *Sicut me miſit pater & ego mitto vos. qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit.* Denique ut ſciremus non eſſe privato judicio abrogandam authoritatem miniſtris ob malam tantum vitam, quamdiu doctrinam Chriſti & ſacramenta vitæ adminiſtrant: & ab Eccleſiis tolerantur, ſed legitimæ ordinationi, quamlibet eam mali ad tempus occupent, ſuam authoritatem non eſſe detrahendam. Sicut ſcriptum eſt; *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: quæcunq; dixerint vobis, facite.*

3. Hanc ordinationis vim, atque adeo ordinem, eſſe ſacramentum in Eccleſia divinitus inſtitutum ignorantes Donatiſtæ, fœdiſſimè lapſi ſunt, quos beatus Auguſtinus validiſſimè revincit, ac confutat.

4. Verbum hujus ſacramenti eſt, quo nos Chriſtus de authoritate miniſtrorum, & efficacia miniſterii certos facit; *Sicut,* inquit, *miſit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis,* & cæt. Item: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Item: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas.*

5. Elementum verò hujus ſacramenti, ſecundum generalem ejus rationem, eſt impoſitio manuum Epiſcopalium, qua ſignificatur, electos confirmari in opus miniſterii, & accipere poteſtatem prædicandi verbi, conſecrandi Euchariſtiam, adminiſtrandi ſacramenta, ordinandi omnia in Eccleſia, ad ædificationem, & cohercendi rebelles ac criminoſos.

6. Vis autem hujus ſacramenti complectitur poteſtatem ordinis & juriſdictionis. Poteſtas ordinis miniſterium verbi, adminiſtrationem ſacramentorum, & eccleſiarum ordinationem ad ædificationem: Juriſdictio verò poteſtatem excommunicandi, & reſipiſcentes abſolvendi continet.

7. Sunt autem in Eccleſia alii majores, alii minores ordines. qui ſunt presbyterorum, diaconoriſmi, ſubdiaconorum, acoluthorum, lectorum, exorciſtarum, & oſtiariorum, quorum omnium legitimus uſus, & adminiſtratio, ad veteris Eccleſiæ regulam & morem reſtitui petuntur.

8. Cæte-

8. Cæterùm inter Sacramenta, quæ in Eccleſia publico miniſterio exhibentur, & quibus gratia fidelibus divino munere confertur, hoc differentiæ habendum eſt, quod quædam auguſtiora & magis principalia ſunt, veluti Baptiſmus, Ordo, Euchariſtia, & Abſolutio, ſine quibus Eccleſia non conſiſtit: Quædam verò in hoc data & inſtituta ſunt, ut ſint quidem ſacra ſymbola in ſublevationem & medicinam humanæ infirmitatis, at non neceſſaria ut illa priora, quanquam valde utilia & ſalubria: modo tamen religiosè & piè adminiſtrentur & accipiantur.

ARTIC. XI.

De Sacramento Baptiſmi.

BAptiſmi Sacramentum mandatum Domini, & divinam promiſſionem habet, quæ his verbis continetur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, filii, & Spiritus ſancti*, Matth. 28. Et: *qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſalvus erit*, Marc. 16.

2. Elementum verò ejus ſecundum generalem baptiſmi rationem eſt aqua, juxta illud Chriſti *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Johan. tertio. Eſt enim Baptiſmus *lavacrum aquæ in verbo vitæ.* Epheſ. quinto, quo non carnis ſordes abjiciuntur, ſed quo fit, ut bona conſcientia benè reſpondeat apud Deum per reſurrectionem Jeſu Chriſti, qui eſt in dextra Dei deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficiamur, 1. Petr. 3.

3. Vis ergo Baptiſmi in his, qui ritè & non fictè accedunt, eſt divina virtute ab omni peccato mundari, & per ſpiritum regenerationis ex filio iræ effici filium Dei. Tit. tertio commori & conſepelire Chriſto, & reſurgere cum Chriſto in vitæ novitate, ut conſepulti cum illo, & participes facti mortis ejus, participes quoque reſurrectionis ejus ſimus, novam vitam non noſtra, ſed divina virtute, qua ille excitatus eſt, nobis per ſpiritum communicata, in nobis inchoantes. Rom. 6.

4. Confert verò baptiſmus juſtificationem, & de ea nos planè certos facit, ut Paul. Galat. 3. teſtatur: *Quicunque*, inquit, *in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

5. Hæc Baptiſmi vis rememoranda & exercenda eſt tota vita, ut homo Chriſtianus mortali huic moriatur uſui, ut abrenuncians mundo & Diabolo, ſeipſum abneget, ut in Deo reſpiret, & novam vitam meditetur, donec hoc mortale induit immortalitatem, & caro per infirmitatem ſepulta reſurgat in gloria. 1. Cor. 15. Reſurrectionis enim nedum ſpiritualis, ſed & carnis, quæ futura eſt, baptiſmus pignus eſt & imago. Quemadmodum Ambroſius in cap. 6. ad Romanos docet.

6. Docendum etiam eſt, Eccleſiam mandatum ab Apoſtolis accepiſſe baptizandi parvulos, eſſeque non ſolùm adultis, ſed etiam parvulis baptiſmi gratiam neceſſariam ad ſalutem, quod & in illis genuinæ ſordes peccati ſint, quæ per aquam & ſpiritum aboleri debent; juxta illud Evangelii: *Niſi quis renatus* &c. Ad quos etiam promiſſionem Evangelii pertinere conſtat, quam impoſſibile eſt, pertinere ad eos, qui non ſunt Eccleſiæ inſerti per baptiſmum, & damnandi ſunt fanatici Anabaptiſtæ, qui parvulorum baptiſmum non recipiunt, & parvulos ſine baptiſmo ſalvos fieri affirmant.

ARTIC. XII.

De Sacramento Confirmationis.

POſt baptiſma ſuccedit ſacramentum confirmationis, quod etſi non ſit neceſſitatis ad ſalutem, verbo Chriſti tamen innititur, quo promiſit patrem rogantibus ſe daturum Spiritum ſanctum. Elementum verò eſt, manuum impoſitio, ad quam etiam Apoſtolorum tempore Spiritus ſanctus ſenſibiliter deſcendit in fideles; poſtea cum, amplificata Eccleſia, donum illud diverſitatis linguarum non eſſet amplius ad aſtruendam fidem neceſſarium, remanſit tamen manuum impoſitio: & authoritate quoque Eccleſiaſtica ſurrogatum eſt ſymbolum Chriſmatis, quo inviſibilis & interior unctio Spiritus ſancti fidem Chriſti poſt Baptiſma profeſſis denotaretur, ut teſtantur patres.

2. Vis ergo ſacramenti eſt, ut qui eo ſymbolo cum fiducia verbi & gratiæ Chriſti, quemadmodum in aliis ſacramentis confirmantur, intelligant ac credant ſe accipere Spiritum ſanctum, quo ſolo in via ſalutis progredi, perſeverare, & tentationibus & inſidiis carnis, mundi, diaboli fœliciter reſiſtere poſſint.

3. Et quia nunc infantes omnes baptizantur, & ad baptiſma fidei profeſſionem per ſe non edunt, conveniet ut pueri, poſtquam catechizati, & de religione Chriſti inſtituti, ad confirmationis ſacramentum percipiendum adducantur, fidem Chriſti & obedientiam Eccleſiæ ſuo etiam ore profiteantur, quemadmodum in Concilio Aurelianenſi Canone tertio. (qui habetur *de conſecratione* diſtinct. 5. cap. *ut jejuni*) conſtitutum eſt, ut tamen hinc aliarum Eccleſiarum mos hactenus obſervatus non damnetur, donec Concilio generali ſuper eo ſtatuetur.

ARTIC. XIII.

De Sacramento Euchariſtiæ.

EUchariſtiæ Sacramentum verbum habet, qui eſt omnipotens Chriſti ſermo, cujus virtute hoc ſacramentum conficitur, & quo fit ut poſt conſecrationem verum corpus & verus ſanguis Domini

mini verè & ſubſtantialiter adſint, & fidelibus ſub ſpecie panis & vini, illis nimirum, hoc eſt pane & vioo, in corpus & ſanguioem Domioi traosmutatis & tranſſubſtantiatis, diſtribuantur, qui habet in hunc modum: *Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Et ad Caliceто: *Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.*

2. Elementum verò eſt panis & vinum: ad quæ cum accedit verbum, fit ſacramentum, duobus enim hoc ſacrameotum conficitur, viſibili Elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri JESU CHRISTI carne & ſanguine, quæ hoc ſacramento verè & realiter participamus.

3. Vis hujus ſacramenti eſt, ut per vivificatricem carnem ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ei nedum ſpiritualiter, ſed & corporaliter jungamur, & efficiamur os de oſſibus ejus & caro de carne ejus, certificati quod in ipſo Chriſtu Jeſu acceperimus remiſſionem peccatorum, & in ſacramento virtutem reſtingveodi coocupiſcentiam io membris noſtris hærentem, dulciſſimum certè pignus remiſſionis peccatorum, vitæ æternæ, & ſocietatis cum Deo nobis in Chriſto promiſſæ & exhibitæ.

ARTIC. XIV.

De Sacramento pœnitentiæ ſeu abſolutionis.

HUjus ſacramenti verbum Matth. 18. *Quæ ligaveritis ſuper terram, erunt ligata in cœlis, & quæ ſolveritis, erunt ſoluta in cœlis &c.* Et Johan. 20. legimus: *Hæc*, inquit Evange. *cum dixiſſet Jeſus, inſufflavit in Apoſtolos, & dixit eis: accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.* Verbum ſanè omni ſvavitate pleoum & redundans, quo mirificè eriguntur conſcientiæ lapſorum poſt baptiſmum, quibus impii Novatiani pœnitentiam in Eccleſia dandam eſſe, blaſphema in Dei miſericordiam voce, negaverunt.

2. Elemeotum verò eſt ritus ille exterior, quo impartitur & accipitur abſolutio in verbo Chriſti. Et quoniam ſacerdotes in hoc ſacrameoto medicos agunt ſpirituales, qui conſcientias & peccatorum & vitiorum laqueis implicitas expedire, & mole iræ Dei preſſas conſolari & erigere debent: idcirco peccata ſaltem lethalia, quorum quis ſibi conſcius eſt, & quæ conſcientiam perplexam teoent & angunt, confitenda ſunt. Juſtum quoque & ſanctum eſt, ut ad minimum quotannis ſemel quilibet ſe curationi paſtoris ſui ſubjiciat, quo paſtor fidem & cooverſionem confitentis exploret; & pro ſua ſpirituali prudentia, & prudenti arbitrio, ex verbo Dei informaodo, morbis confitentis ſalutarem medicinam adhibeat. Huc enim reſpicit parabola de Samaritano Luc. 10.

Hic Proteſtantes exhibuerunt ſuum ſcriptum ſignatum C.

3. Vis autem hujus ſacramenti eſt, ut intelligaot, nec dubitent, qui eo ſigno à peccatis, quæ jam legitimè confeſſi ſunt, abſolvuntur & Eccleſiæ reconciliantur, ſe peccatorum vinculis liberari, & Chriſtum io cœlis ratum habere, quod minister ejus nomine gerit in terris. Et quoniam poteſtas clavium ſe latiùs, quàm ad remiſſiooem peccatorum, porrigit, de iis poſtea fuſius dicemus.

4. De ſatisfactione quoque docendum eſt, ſatisfactionem propitiatoriam culpæ, & abolitoriam æternæ pœnæ, ſoli Chriſto tribuendam eſſe. Satisfactiooem verò Canonicam, quæ & caſtigatoria dici poteſt, à parochis & præpoſitis ſacramentorum acceptam, & ex fide peractam, præteritorum peccatorum cauſas excindere, & peccati reliquiis mederi, temporariam quoque pœoam ſeu tollere ſeu mitigare: in exemplum denique adhiberi: cæterum pœnarum reſervationem neminem ad integrum poſſe niſi Chriſtum Jeſum, cui pater omne judicium dedit, & propterea pœnarum diſcuſſionem, & exactum judicium ſoli Deo relioquendum eſſe.

De ſatisfactione Proteſtantes exhibuerunt ſcriptum ſuum ſignatum D.

ARTIC. XV.

De Sacramento Matrimonii.

MAtrimonii ſacramentum ſolis Chriſtianis peculiare eſt, qui ſciunt matrimonium: quod in Dei & Chriſti nomioe jungitur, & contrahitur, unius viri & fœminæ unius, ſanctam & ratam eſſe conjunctionem, benedictione & conſecratione Chriſti firmatam, quod non ita in infidelium matrimoniis obtinet. Chriſtus enim, ſublato Judaico divortio, quod genti illi Moyſes ob duritiam cordis permiſit, matrimonium io primævam vindicavit puritatem. Matth. 19. Id quod etiam intimæ illius ſui & Eccleſiæ conjunctionis ſacrum ſymbolum eſſe voluit. Epheſ. 5.

2. Verbum hujus ſacramenti ſitum eſt in ſermone Chriſti, dum inquit: *Qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos*, & dixit: *propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Et paulò poſt; *Moyſes ob duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic.* Quamobrem *quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Quod Apoſtolus 1. Cor. 7. interpretatur, cum ait: *His qui in matrimonio juncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari.*

3. Elementum hujus ſacramenti, eſt exterior illa viri & mulieris conjunctio, qua in Dei nomioe & Chriſti io Eccleſia copulantur. Quod Paulus vocat *nubere in domino* 1. Cor. 7.

4. Vis ergo ſacramenti eſt, ut intelligaot conjuges ſe non humana, ſed divina autoritate conjunctos, gratiam accepiſſe, qua ipſis legitimus conjugalis congreſſus non imputetur ad culpam, qua &

Chriſtianus gentilem conjugem ſecum manere eligentem ſanctificet, & ſanctos, hoc eſt Deo dicatos filios exuſcitet, qua deniq; perpetuam fidem conjugi ſervet, ut ſint duo in carne una, ut Chriſtus, & Eccleſia. Tob. 3. & 6. Heb. ult. 1. Cor. 7. Eph. 5. Hujus ſacramenti vim ignorantes Manichæi & Tatiani, qui & Encratitæ, matrimonium ex doctrina dæmoniorum prohibentes, Apoſtolica cenſura damnati ſunt. 1. Tim. 4.

Quæ verò de divortiis & matrimonialibus judiciis deliberanda erunt, reſerventur ad Reformationem.

ARTIC. XVI.

De Sacramento Unctionis infirmorum.

UNctio infirmorum in Eccleſia uſitata ex verbo Jacobi Apoſtoli deſumpta eſt. Hic enim Apoſtolus, haud dubium non ſuo nomine, ſed ut ſervus Jeſu Chriſti vobis tale mandatum reliquit: *Infirmatur quis*, inquit, *in vobis? inducat Presbyteros ut orent ſuper eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus: et ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Jacob. 5. in quo ſitum eſt hujus ſacramenti verbum quod fide apprehenditur. Oleum verò eſt hujus ſacramenti elementum, quo ſignificatur ægroto, quod morbo ſuo infirmitate corporis delaſſatus reſpirare debeat in uno Chriſto, qui eſt unctus oleo lætitiæ præ omnibus participibus ſuis, ut cogitet ſe veluti athletam aliquem in extrema pugna conſtitutum in nomine Domini inungi, ne ulla vi morbi, nulliſve Diaboli inſultibus ſuccumbat: ſed confortatus ſide, carnem, mundum & Satanam ſub pedibus velociter conterat, idque in illo, in quem ungitur, Chriſto.

2. Ad hoc ergo hæc unctio adhibetur cum oratione, ut infirmus in fide & Eccleſiæ oratione confirmatus confidat ſe à Deo velut vivum Eccleſiæ membrum reſpici & exaudiri, utq; velut fortiſſimus miles invictam ſpem ſumat de adverſis omnibus in Chriſto triumphandi, ut deniq; certa fiducia, ſive moriatur ſive reconvaleſcat, æternam ſalutem promiſſioni infallibilis Dei, non aliter, atque certiſſimæ anchoræ innixus, complectatur & expectet.

ARTIC. XVII.

De vinculo caritatis, quæ eſt tertia Eccleſiæ nota.

TErtia nota, qua dinoſcitur Eccleſia, eſt vinculum caritatis, & pacis. Eph. 4. inter cætera Eccleſiæ chariſmata longè præſtantiſſimum. 1. Cor. 13. quod ut in Eccleſia firmum conſtaret, vocavit nos initio Deus per baptiſmum in unitatem corporis myſtici, unoque quem cœlitus demiſſum hauſimus, ſpiritu nos potavit, ut ſcilicet invicem eſſemus membra.

ARTIC. XVIII.

De Eccleſiæ Hierarchico ordine, & in conſtituenda politia authoritate.

De hoc toto articulo exhibuerunt Proteſtantes ſuum articulum de unitate Eccleſiæ ſignatum E.

SIc autem corpus iſtud Myſticum, & multis membris coagmentatum temperavit, ut unum alterius opera indigeret, & quod præſtantius, & nobilius eſt, ignobilius, & infirmius non deſpiceret; quo nullum eſſet in corpore ſchiſma, ſed in idipſum ſolicita ſint membra, ut ſi quid patitur unum membrum, compatiantur cætera, ſive honorificatur unum membrum, congaudeant ſimul & omnia membra.

2. Unicuique ergo membro data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Nam etſi idem ſit ſpiritus, tamen diviſiones gratiarum ſunt: idem ſit Dominus, diviſiones miniſteriorum ſunt: idem ſit Deus, qui operatur omnia in omnibus, diviſiones tamen operationum ſunt. 1. Cor. 12.

3. Itaq; ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios verò Paſtores, & doctores ad inſtaurationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec perveniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenè adultæ Chriſti, ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & non circumferamur omni vento doctrinæ, per verſutiam hominum, per aſtutiam, qua nos adoriuntur ut imponant nobis, veritatem autem facientes in caritate creſcamus in illo, per omnia qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſura uniuſcujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui per caritatem. Epheſ. 4.

4. *Quamobrem*, ut D. Cyprianus inquit, *Eccleſiæ unitas firmiter tuenda & vindicanda eſt, maximè à Epiſcopis, qui in Eccleſia Apoſtolorum loco præſident, ut Epiſcopatum quoq; ipſum unum atq; indiviſum probemus.* Epiſcopatus ſiquidem unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem, latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum; & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum.

5. Proinde quoq; Chriſtus, *quamvis Apoſtolis omnib.* ut idem Cyp. ait, *poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat, tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit.* *Hoc enim*, ut ſubjicit, *erant utiq; cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis. Sed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una monſtretur.* Hactenus ille.

6. Hinc Scripturæ Petrum veluti verticem, & os, & Principem Apoſtolorum deſcribunt, cui Chriſtus nedū poteſtatem, ſed & nomen ſuum cōmunicavit, etſi non ipſi ſoli, ſed tamen ipſi principaliter cum aliis: ut unitas Eccleſiæ inſinuaretur, præcipuam ſolicitudinē, dum ei paſcendas oves cōmitteret.

Johan

Johan.21. impoſuit, & curam confirmandi fratrea in ædificationem & robur Eccleſiæ injunxit Luc. 22. Quam & ſtatim in exordio Eccleſiæ ſuſcepiſſe videtur. Quemadmodum in Actis Apoſtolorum legimus cap. nono, quod tranſiverit & inviſerit univerſus, quam tamen non in deſtructionem eorum, quæ cæteri benè ædificaſſent, ſed in confirmationem magis contulit, cum ſcilicet agnoſceretur Evangelium per cæteros prædicatum per omnia reſpondere Evangelio ſui apoſtolatus: atque adeo unum, & idem Evangelium omnium eſſe, quæ & Paulo fuit cauſa proficiſcendi Hieruſalem, & conferendi Evangelium cum Petro, Jacobo, Joanne, Gal. 2. Non quod Evangelium per Paulum prædicatum, id quod à ſolo Deo acceperat, ab illorum anthoritate penderet, ſed ut illi eandem prædicationis gratiam in Paulo agnoſcentea, dextras ei ſocietatis, quod eſt concordiæ & convenientiæ ſignum, darent, & eo ſigno Eccleſias in fidei & charitatis vinculo confirmarent, ut inter cæteros Tertullianus teſtatur.

7. Et quia Chriſtus hanc Eccleſiæ unitatem Hierarchico ordine uſque ad finem durare voluit, idcirco in locum Apoſtolorum, divina nimirum diſpenſatione, ſucceſſerunt Epiſcopi, *qui ſinguli ſingulis Eccleſiis*, ut Hieronymus inquit, *in ſchiſmatis remedium propoſiti ſunt, ne unusquisque ad ſe trahens Eccleſiam Chriſti, unitatem rumperet.* Inter Epiſcopos quoque cujusque provinciæ unus Archiepiſcopus, qui & Metropolitanus, & inter Metropolitanos, Patriarchæ ſeu Primates conſtituti ſunt, qui initio tres tantum numerabantur. Quorum Romanus, veluti cathedram Petri vicaria ſucceſſione obtinens, primas judicatus eſt, non quod dignitate ſacerdotii cæteros antecelleret, ſed magis amplitudine ſolicitudinis, & prærogativa juriſdictionis, ut Eccleſiæ unitas conſervaretur, anteiret. Hoc ordine ita cuſtodito, & per legitimam ſucceſſionem Epiſcoporum conſervato, vinculum illud caritatis omnibus chariſmatibus ſupereminens ſuptiunis firmatur. Quod Irenæus lib. 3. & 4. contra hæreſes ſæpe teſtatur ac docet. Cæterum ut *vinculum illud caritatis, quod*, ut Auguſtinus inquit, *proprium eſt Catholicæ Eccleſiæ donum*, commodius retineretur, Chriſtus miniſtris & Eccleſiæ ſuæ poteſtatem fecit, politiam Eccleſiaſticam ordinandi; qui in piis ceremoniis & diſciplina Eccleſiaſtica conſiſtit. Jam quod ad ceremonias attinet, mandatum habent & poteſtatem, qui præſident, nedum ceremonias, quas ad excitandam retinendamque pietatem facere arbitrabuntur, ordinis & decoris cauſa conſtituendi: ſed & ritus externos in divinis literis expreſſos ad fidei & caritatis regulam dirigendi ac exhibendi, ac prout ſecundum temporum ac locorum rationem fidelium ſaluti expedire & ſufficere noverint, diſponendi ac moderandi, quo ſpectat illud Evangelii: *Quia Dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi.* Luc. ſexto. Item de diſciplina (quæ à clave juriſdictionis pendet, & ſine qua Evangelicus vigor in Eccleſia non ſubſiſtit) conſtituenda ac diligenter retinenda, præſides; ac obediendi præpoſitis, ſubditi mandatum habent. Hebr. 13. 1. Cor. 11.

8. Sic tamen, ut hæ ceremoniæ & diſciplina hoc fine in Eccleſia inſtituantur, & adminiſtrentur, non ut in illis fiducia ſalutis, quæ in gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti conſiſtit, reponatur. Hoc enim eſſet Deum fruſtra colere mandatis hominum, contra mandatum Domini. Matth. 15. & Eſa. 1. ſed tantum ut ſint incitamenta & retinacula pietatis, ut omnia in Eccleſia pie, decenter, honeſte, & ordine fiant. 1. Cor. 14. Quæ tales quoq; erunt, ne ullatenus ab Evangelica puritate & ſimplicitate diſſentiant, neve laqueum conſcientiis injiciant, & Chriſtianæ nihil derogent libertati. 1. Cor. 7.

9. Libertas autem Chriſtiana in hoc potiſſimum ſita eſt, ut qui gratia Chriſti Jeſu, & donatione ſpiritus ſancti à coactione legis liberati ſumus, ultro facientes, quæ lex moralis præcipit: ſciamus juſtitiam noſtram, quæ ſpiritualis eſſe debet, ab externis obſervationibus non pendere: eas, ſicut propter retinendam & fulciendam fidem infirmorum & caritatem inſtitutæ ſunt, ita caritati cedere debere: atq; etiam ſi res ita poſtulare videtur, ſine peccato omitti poſſe: ita tamen ſi abſit & ſcandalum & contemptus. Luc 6. Tunc enim ſemper plus illud valet, *miſericordiam volo, & non ſacrificium* Matth. 12. Hactenus de Eccleſiæ notis & authoritate generatim dictum ſit.

ARTIC. XXI.

Dogmata quædam, quæ Eccleſiæ authoritate declarata, firmata ſunt.

CÆterum quædam etiam ſpeciatim recenſenda ſunt, quæ hac authoritate, qua Eccleſia, tum in dijudicandis ſcripturis & dogmatibus, tum in conſervanda politia utitur, firmata ſunt & conſtituta. Ex prima illa itaque authoritate, qua Eccleſia de ſcripturarum interpretatione, intellectu, & mente judicat, ſunt ſequentia dogmata, & explicationes veluti divinitus traditæ: ut ſunt Symbolum Apoſtolorum, de conſubſtantialitate Trinitatis, de æqualitate perſonarum, de duabus naturis & unitate perſonæ in Chriſto, de duplici voluntate in Chriſto, de peccato originali, de baptiſmo infantum, & ſimiles.

2. Hac quoque authoritate receptum eſt, ſanctos, qui ad vitam futuri ſæculi præmiſſi ſunt veluti nobiliſſima Eccleſiæ membra, quos pater cœleſtis filios agnoſcit & honorat. Johan. 12. Filius ut fratres ac cohæredes habet. Rom. 8. Spiritus ſanctus templa ſua vocat, 2. Cor. 6. laudandos: ac eorum memoriam, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſociemur, religioſa ſolennitate celebrandam eſſe, quemadmodum Auguſt. habet contrà Fauſtum Manichæum, l. 20. c. 21. Et Paulus ad Heb. 13. *Quorum*, inquit, *intuentes exitum converſationis, imitemini & fidem.* Sentit enim Eccleſia (nec deſtituta quidem in hoc ſcripturis) ſanctos miro deſiderio ſalutis noſtræ (uti unius ejusdemq; nobiſcum corporis membra, quæ ſine nobis conſummanda non ſunt. Heb. 11.) teneri, & proinde eos Deum pro nobis exorare, Deum quoq; ſanctos pro nobis ſollicitos exaudire, & propter illos nobis benefacere.

cere. Exod. 32. Daniel. 3. Et ut non dubium eſt, ſanctis ſua eſſe merita, quæ tamen etiam Dei ſunt dona: ita communi Eccleſiæ conſenſu receptum eſt, ut piè in hunc modum oretur Deus, quo ſanctorum ſuorum meritis precibusque concedat, ut in omnibus ſuæ protectionis muniamur auxilio, non quidem ipſorum meritis ex ſe, verum per Chriſtum Dominum noſtrum: cujus gratia & illi ſervati ſunt, cui etiam omne meritum illi acceptum ferunt.

&De hac parte & ſuper. paragrapho ſequenti Proteſtantes exhibuerunt ſcriptum ſuum de ſanctis. ſignatum F.

3. Nec damnandum eſt, ſi quis religioſa quadam pietate, & animi quodam ardore in commemoratione tam intimæ noſtræ cum illis in Chriſto unionis, eos etiam nominatim appellet, ſed extra preces quæ ad altare offeruntur: in quibus ad ſolum Deum Patrem per Chriſtum dirigenda eſt oratio, ut habet Concilium Carthaginenſe tertium. Sic tamen ut tota fiducia in ſolum Chriſtum Jeſum omnis boni authorem reponatur, & nihil, quod Deo proprium eſt, ſanctis tribuatur: tantum verò ut conſervi, qui jam meruerunt fieri ſupernorum civium conſortes, non ſecus quàm qui nobiſcum adhuc in carne ſunt, ſancti Dei homines, ad juvandas noſtras preces, apud Deum implorentur.

4. Et quia facilis eſt hominum à vera pietate in ſuperſtitionem lapſus, diligenter ac ſedulo de his docendi ſunt homines, hoc eſt de collocanda ſolum in Deum fiducia, ſoli Deo ſacrificia offerenda, ſolum Deum ut unicum ſalutis noſtræ authorem invocandum, ſanctos verò non aliter habendos, quam ſedulos apud Deum precatores, noſtræ ſalutis avidos, eoſdemq; non in ſua virtute, ſed in ipſo Deo (cui de illorum victoriis gratiæ agendæ ſunt) honorandos, & imitandos.

5. Præclarè certè Auguſtinus lib. 3. contra epiſtolam Pelagii ad Bonifacium. cap. 3. *Non*, inquit, *conſtituimus martyribus templa, ſacerdotia, ſacra & ſacrificia, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus, honoramus ſanè memorias eorum tanquam ſanctorum hominum Dei, qui uſque ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, ut innoteſceret vera religio, falſis religionibus victis atq; convictis. Quis autem audivit aliquando fidelium ſtantem ſacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultumq; conſtructum, dicere in precibus? Offero tibi ſacrificium Petre vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cœleſti honore ſociavit, ut ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, & palmarum, eodem invocato in auxilium, ex eorum memoriæ recordatione adhortemur. Quæcunque igitur adhibentur religioſorum obſequio in martyrum locis, ad ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra ſunt vel ſacrificia mortuorum, tanquam Deorum.* Hæc ille. De ſanctorum martyrum veris reliquiis, ea ſemper fuit in Eccleſia ſententia, quod reverenter & religioſè habendæ eſſent, primum quod hi ſanctorum cineres & oſſa veluti quædam relicta nobis pignora, & exuviæ, nos ejus, quæ in illis fuit, fidei & charitatis commonefaciant, dum ſcilicet recogitamus hæc eadem oſſa illa, quibus compaginatum olim fuit corpus inhabitantis gratiæ domicilium, quibus cohæſerunt membra, jam pridem templa ſpiritus ſancti fuiſſe. Qua recordatione fides noſtra in Deum, non dubium, excitatur, ut quemadmodum illi per fidem vicerunt regna, & operati ſunt juſticiam, ita & nos eundem fidei ſpiritum habentes, eorum exemplo confirmati, adverſa omnia in Domino vincere annitamur. Quamobrem etiam Deum tam inſignia ſæpe miracula ad martyrum memorias edidiſſe compertum eſt: nimirum, ut fidem ſuorum incenderet, & eos ad imitationem ſanctorum provocaret. Nam ut Auguſt. (cum Eccleſiam in miraculo ad memoriam beati Stephani facto plaudentem refert) *quid*, inquit, *erat in cordibus exultantium, niſi fides Chriſti? pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt.*

6. Deinde reliquiarum venerationem in hoc quoq; utilem judicavit vetuſtas, quod & futuram reſurrectionem tacito quodam affatu nobis promittant, & ſpem noſtram ad futuram glorificationem corporis expectandam erigant. quod certè tum fit, dum recolimus eadem illa ſanctorum corpora, quandoque, etſi immutata, ad vitam excitanda, ac Deum noſtrum eſſe Deum Abraham, Deum Iſaac, Deum Jacob, *Deum*, inquam, *non mortuorum, ſed viventium.*

7. Sed quoniam hic facilè ſurrepit ſuperſtitio, quod plurimus abuſus hactenus oſtendit, populus diligenter docendus eſt, non fidere reliquiis, nec reliquias adorare, ſed in eis tantum exoſculari ſanctorum fidem, & charitatem, atque hinc vitæ & doctrinæ recordatione accendi, futuræque reſurrectionis ſpe fulciri debere. Verum & hoc interim valde cavendum eſt, ne aliæ quàm veræ reliquiæ, & vera ſanctorum martyrum monumenta habeantur, neve ipſæ reliquiæ ad quæſtum exponantur aut circumferantur. Quod ita quoque in multis Synodis conſtitutum eſt

8. Jam & imaginum uſum non in totum eſſe damnandum, communi Eccleſiæ conſenſu probatur. ſed hoc cavendum, ne illis aliter quam imaginibus utamur. quod tum fit, cum ad excitandam modo geſtorum recordationem, & hiſtoriæ memoriam adhibentur, veluti cum imago ſalvatoris noſtri non ideo ſtatuitur, ſeu pingitur, ut ipſa quaſi Deus colatur, vel Chriſti etiam cultus aliquis ad eam inſtituatur, ſed ut proponatur tantum, ad admonendum homines Chriſti, & eorum, quæ pro nobis paſſus eſt, ut in ejus amore incaleſcamus, cujus imaginem videre deſideramus.

9. In primis ergo providendum eſt, ne ullæ imagines quàm verarum rerum & hiſtoriarum in Eccleſiam invehantur. Deinde ne ad ſeculi vanitatem adfingantur. denique ne in imagines ipſas ulla fiducia collocetur. Nam tum demum ſine periculo retinentur, ſi nihil eis divinitatis tribuatur, ſi nulla ſpes ſalutis in eis reponatur, ſed tantum ad memoriam, & recordationem, veluti quædam trophæa rerum divinitus geſtarum habeantur, & quod imagine repræſentatur, non autem ipſa imago veneretur.

De miſſa exhibuerunt Proteſtantes proprium ſcriptum. ſignatum G.

10. Ad hæc omnis Eccleſia Miſſam, in qua verum corpus & verus ſangvis Chriſti conficitur, ſacrificium eſſe conſentit, ſed incruentum & ſpirituale. in ea enim (modo piè & religioſè agatur) Deo quatuor ſpiritualiter offeruntur. Initio enim Chriſtus, qui ſeipſum patri in mortali corpore cruentam,

tam,

Digitized by Google

tam, ſufficientem, & benè placentem pro totius mundi peccatis hoſtiam cruci affixus obtulit, idem ille in Miſſa (quæ eſt omnium ſacrorum ſanctiſſima actio, & publicum in Eccleſia miniſterium) totius Eccleſiæ nomine, repræſentativo ſacrificio, eidem Deo patri immolatur.

11. Quod certè fit, cum Eccleſia illum ejusque verum corpus & ſanguinem Deo patri pro totius mundi peccatis pia prece ſiſtit. Nam etſi oblatio illa in cruce ſemel facta tranſiit non reiterabilis, victima tamen ipſa immolata perpetua virtute conſiſtit, ut non minus hodie in conſpectu patris oblatio illa in iis, qui eam Deo religioſa fide repræſentant, ſit efficax, quàm eo die, qua de ſacro latere ſanguis & aqua exivit.

12. In quam ſententiam patres corpus & ſanguinem Chriſti in altari præſentia, nunc precium pro peccatis totius mundi, nunc precium redemptionis noſtræ, nunc vindictam ſalutarem appellare conſueverunt. Et Chryſoſtomus teſtatur nos eandem hoſtiam, quæ ſemel oblata eſt, in ſancta ſanctorum ſemper offerre, atq; unum eſſe utrobiq; ſacrificium, unum Chriſtum, & hîc plenum exiſtentem, & illic plenum, ſic tamen, ut quod nos agimus ſacrificium exemplar ſit illius, in commemorationem ejus, quod factum eſt ſemel. Nec ab re. Deus enim in hoc donavit nobis Chriſtum Jeſum filium ſuum, ut de noſtris viribus diffiſi, deq; noſtris peccatis nobis probè conſcii, illum veluti unicam & potiſſimam victimam pro noſtris peccatis ſatisfactoriam Deo patri repræſentemus. Ipſe enim natus eſt, ipſe datus eſt nobis, ut quicunque in eum credimus, non pereamus, ſed pacem cum Deo, reconciliati per ſanguinem ejus, habeamus.

13. Secundò, Eccleſia in hoc Miſſæ ſacrificio ſeipſam quoque, quatenus Chriſti myſticum corpus eſt, per Chriſtum Deo offerre non dubitat. Dum enim ex immolatione Chriſti ſemel in cruce peracta ſpiritualiter agnoſcit nos in univerſum omnes perditos eſſe; niſi per unicam illam hoſtiam reconciliati ſervemur, fit ut viciſſim ſe totam Deo conſecret, quemadmodum Chriſtus nos omnes in cruce portabat, & totius Eccleſiæ cauſam gerebat, eam in ſeipſo Deo patri offerens: Sic Eccleſia tantam oblationem pia devotione recolens, ſe totam per Chriſtum Deo vivo viciſſim dedicat.

14. Et quoniam ramos ſuos in præterita, præſentia, & futura tempora extendit, & membra habet non tantum, qui præſentem vitam adhuc ex fide vivunt, ſed etiam qui cum ſigno fidei præceſſerunt, idcirco in hoc auguſtiſſimo ſacrificio, quod per publicum miniſterium conſentiente fide peragit, cum recolit Chriſtum ob id mortuum ſemel, ut & vivorum & mortuorum dominetur, non ſe dividit, ſed veluti ſe totam colligens non ſolùm præſentium, ſed & ſanctorum, quos jam certo apud Deum vivere novit, & aliorum quoq; fratrum & ſororum, (qui in Domino, ſed non defecati ſatis, obdormiverunt) meminit, ac teſtatur ſe in hoc ſacrificio unitatem corporis Chriſti intelligere: ſeq; per fidem tum illorum, qui apud Deum vivunt, ſocietati, ſuavi communicatione copulari, tum cæterorum omnium in Chriſto membrorum pia ſolicitudine & caritate tangi & teneri.

15. Quamobrem Patres teſtantur, Eccleſiam in eodem ſacrificio non ſolùm memorias martyrum cum ad excitandam imitationem, tum ut meritis eorum conſocietur, religioſè celebrare, ſed & pro fidelibus defunctis in univerſum ſupplicare, atque adeo horum animas ejuscemodi precibus ſublevari: qui tamen ut hoc eis poſt mortem prodeſſe poſſit, in hac vita ſibi per fidei meritum comparatunt.

16. Tertiò, in miſſa ſacrificium laudis (quæ hujus quoq; conſtitutionis finis eſt,) offertur, hoc eſt ſacrificium fidei, ſpei & caritatis, atq; id in primis gratiarum actionem complectitur, quam pro illo ſummo beneficio & nobis & univerſæ Eccleſiæ collato perſolvimus, propter quam tremenda & reverenda iſta myſteria, Euchariſtica appellantur, quod ſint beneficiorum recordatio plurimorum, caputq; divinæ erga nos caritatis oſtendant, noſq; faciant debitas Deo gratias ſemper exolvere. Gratiarum actioni communicatio & confeſſio doctrinæ, obſecrationes, orationes, poſtulationes & preces pro omnibus hominibus, & pia vota, ſacrificia certè ſpiritualia & Deo grata, conjuncta ſunt, quæ etiam in præſentia tanti ſacramenti magis efficacia & plus valere cenſentur. ut enim Cyprianus inquit; *In hujus veratiſſimi & ſanctiſſimi corporis præſentia non ſupervacue mendicant lachrymæ veniam: neq; unquam patitur contriti cordis holocauſtum repulſam. Hic Hierarcha pius, elevatione manuum crucis myſterium repræſentans, confidenter orat pro ſua & populi ignorantia.* Hactenus ille.

17. Poſtremò Eccleſia & dona quædam, tam panis quam vini, ex quibus partim corpus & ſangvis Chriſti conficiebantur, offerebat, partim & eleemoſynæ fiebant. Et juſtum eſt, quod populus in hoc ſacrificio ſe non tantum verbis Deo conſecret, ſed & ſymbolo aliquo externo teſtetur, quod ſe totum dedicet Deo. Nam is mos in Eccleſiis penè abolitus eſt, cum olim omnibus diebus Dominicis panis & vinum & res aliæ ab omnibus tum viris tum mulieribus ad altare offerebantur, quemadmodum decreta, quæ Fabiano tribuuntur, teſtantur. Jam ſi Canon ille Miſſæ (quem veteres ſolennem & prolixam precem ſuper panem & calicem trifariè digeſtam appellarunt) in hunc, quem diximus, ſenſum, intelligatur, nihil habet incommodi, ſuperſtitioſa tantum abſit opinio: quia quidam, de natura & energia hujus ſanctiſſimi ſacrificii male edocti, virtutem ejus ex ſolo externo opere, quod facit ſacerdos, in ſe derivari putabant, tametſi illi nullam vivam fidem adferrent, nullam pietatem adhiberent, nulla communione, vel precum ſeu orationis, ſacrificio aſſenſum præberent. Quales erant, qui nulla ſua nephandæ impietatis & execrandorum flagitiorum habita ratione, in peccandi propoſito perſeverantes, ſe huic ſacratiſs. ac diviniſs. actioni damnabiliter miſcuerunt, perſvaſi ſibi miſſam, ſolius externi operis, quod ſacerdos facit, virtute prodeſſe. Etſi ipſi nihil probæ mentis adferrent. Quæ opinio damnanda eſt, atq; etiam tales, ſi publica ſint crimina, à ſacris arcendi, ſi occulta, ut ſe à tam tremendis myſteriis, dum reſipuerint, ſubtrahant, docendi ſunt.

Hic Proteſtantes exhibuerunt ſuum articulum de privata miſſa ſignatum H.

ARTIC. XX.

De uſu & adminiſtratione ſacramentorum, & ceremoniis quibusdam ſpeciatim.

Hujus ſententiæ nos ſumus, ſed conſilium quod ſubjungitur in libro, cum id tale ſit, ut eo poſſit tranquillitati Eccleſiarum utrinque commode & Chriſtiane conſuli, relinquimus Cæſ. Maj. & ſacri Imperii Ordinib. expendendum. Julius Pflug, Joannes Gropper.

SUnt ex una parte, quibus per ſvaſum eſt miſſam peragi non debere, niſi abſint, qui cum ſacerdote ſacrificante ſacramenti corporis & ſanguinis ſumptione communicent. Quod eo fine hoc ſacramentum primum per Chriſtum inſtitutum & commendatum ſit, ut unus panis & unum corpus multi ſimus: quod ex uno pane & uno calice participamus, atque hunc fuiſſe veteris Eccleſiæ morem aſtruunt.

2. Sunt ex altera, qui exiſtimant miſſam etiam piè celebrari, ſi modo adſint, qui ſpiritualiter tantum cum ſacerdore communicent, & ſacrificio conſenſum præbeant. & ſi horum quoque ſententia populus docendus, & diligenter admonendus ſit, ut quam ſæpiſſimè communicer, & qui quotidie peccat, quotidie quoque anhelet ad ſumendam medicinam. Atque hanc ſententiam, ne cum veterum quidem more pugnare dicunt, ac etiam putant hunc uſum juſtificationi Chriſti nihil præjudicare, quod Sacerdos hoc publicum in Eccleſia miniſterium gerens, ſe omnibus, qui toto terrarum orbe hoc ſacramento participant, per fidem adjungat. adhæc verentur iſti, ne ſi hic uſus ex Eccleſia tollatur, fieri poſſe, ut (quæ eſt hominum præſentis tempeſtatis in frequentandis myſteriis accidia) hoc ſacrificium laudis, quod Chriſtus in Eccleſia frequentiſſimum eſſe voluit, quàm rariſſimè celebretur. Ac demum etiam in totum ferè omittatur.

3. Hic quoniam utrique de ſua ſententia ſunt perſuaſi, fieri forſan poſſit, ut ſinguli in ſuo ſenſu abundare permitterentur, ne hi qui ſine communicantibus ſacramentaliter, cum aſtantibus tamen & conſenſum ſacrificio præſtantibus, ſacrificium offerunt, damnarentur. Illi vero non cogerentur aliter quam præſentibus communicantibus miſſam habere.

4. Rurſum ſunt ex una parte, qui dicunt Sacramentum corporis & ſanguinis ſub utraque ſpecie populo adminiſtrari debere, quod id Chriſti mandato & inſtitutioni, & mori veteris eccleſiæ ſit conſentaneum.

5. Sunt ex altera, qui cum exiſtiment hoc potiſſimum in ſacramentis ſpectandum, quo ſignatis magis quam ſignis fruamur, & acquieſcamus, ac conſtet interim ſub una tantum, quantum ſub duabus ſpeciebus contineri, aſſerendum non eſſe, ut impium damnandum, quod eccleſia jam multis ſeculis laicos una ſpecie contentos rectè communicare, & nihil contra inſtitutionem Chriſti facere eſt arbitrata, eo maxime quod Chriſtus eam authoritatem eccleſiæ reliquiſſe videatur, ut in externis Sacramentorum ceremoniis eam moderationem adhibere poſſit, quæ pro ratione temporum & locorum fidelium ſaluti, cum ſufficere, tum commodare exiſtimetur.

6. Verum cum jam plurima in Germania plebs perſvaſa ſit, Chriſti mandatum & inſtitutionem requirere, ut integra Sacramenta accipiat, & omnino cavendum, ne quis adhæc ſacroſancta myſteria participanda cum mala conſcientia accedat, operæ precium videtur, ſi Eccleſia, ad medendum his malis, omnibus liberum faciat, ſub altera vel utraq; ſpecie communicare. ſic tamen ne hinc cuiq; ulla anſa præbeatur, receptam hactenus in Eccleſia conſvetudinem temerè damnandi, vel poſthac invicem judicandi. Certè ceremoniam iſtam communionis utriusq; ſpeciei ad neceſſitatem alligare abſurdum fuerit, vel propter abſtemios, ægrotos, & ſimiles, qui à vini ſpecie planè abhorrent.

7. Denique ſunt ex una parte qui poſtulant ſacramenta ea lingva adminiſtrari, quæ à populo intelligatur, ut is clarè ac diſertè intelligens quod agatur, ad omnia reſpondeat, *Amen*. In quo Paulum Apoſtolum. 1. Corinth. 14. autorem citant.

8. Sunt ex altera, qui putant in Latina Eccleſia Latinam lingvam retinendam eſſe, ac ſufficere arbitrantur, ſi populus ſubinde in concionibus de his quæ in miſſa aguntur, clarè ac diligenter edoceatur, ac admoneatur ſingulis actionibus ſuum adhibere conſenſum, pioque deſiderio apud Deum ambire, ut publicis Eccleſiæ votis aurem ſuæ benignitatis accommodet, ſi tamen ad hæc populo, quod epiſtolæ nomine, & quod ex Evangelio recitatur, lingua ab eo intellecta explicetur. Atque hi etiam verentur, ne ſi hæc ſumma myſteria ad tantam ac tam promiſcuam multitudinem (quæ eſt præſentis Eccleſiæ facies.) lingva vernacula frequenter adferantur & decantentur, furent ab impiis & male inſtitutis in canticum & proverbium vertantur, atque ita impingatur in id quod inhibuit Chriſtus, ne ſcilicet ſanctum canibus daretur.

9. Verum hîc facilè ab eruditis & piis viris ea moderatio inveniri ac inſtitui poterit, quo fiat ut neq; dignitati ſacramentorum quicquam detrahatur, neque ſanctæ plebi pius rerum, quæ geruntur, intellectus, & ſuum Amen ſubtrahatur. Et cum antiqui ritus & obſervationes, qui circa ſacramentorum adminiſtrationem nobis quaſi per manus traditi ſunt, raram pietatem redoleant: erunt quoque diligendi viri tum docti tum pii, qui eosdem ritus ac formulas diligenter inſpiciant & examinent, ut ſi quid forſan irrepſerit, quod ad pietatem nihil fecerit, id tollatur, & antiqua puritas & ſinceritas ſacris reſtituatur.

ARTIC. XXI.

De diſciplina Eccleſiaſtica.

HAnc conſtat in Eccleſia quàm maximè neceſſariam eſſe, quod ea ſola fidei ac ſpei noſtræ retinaculum ſit, & cuſtos itineris ſalutaris, dux, magiſtra, fomes & nutrimentum virtutis, quæ facit in Chriſto & unitate corporis ejus ſemper manere, jugiter in Deo ad proximi utilitatẽ vivere, & ad promiſſa cœleſtia, & divina præmia pervenire, quam ſectari ſalubre, negligere lætale eſt. Quemadmodum

modum

modum D. Cyprianus docet. Hæc eſt quam Apoſtolus Timotheo ac Tito Epiſcopis præſcribit, ut norint, quomodo eos oporteat in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei, columna & firmamentum veritatis. 1. Tim. 3.

2. Jam ut hæc ob nimiam rerum præſentium exulcerationem ſubito ad ſeveritatem antiquorum canonum revocari non poſſit, annitendum tamen modis omnibus eſt, ut ſaltem, quoad fieri poteſt, Eccleſiæ reſtituatur, ac indies magis ac magis augeſcat.

3. Eſt autem in Eccleſia duplex omnino diſciplina ſpectanda & requirenda, una cleri, altera populi.

4. Ut autem cleri diſciplina inſtituatur, ante omnia neceſſarium eſt, ut ad gubernandas & regendas Eccleſias, ac alia publica miniſteria gerenda, nulli niſi probati & idonei aſſumantur. Id quod debet omnibus omnium graduum miniſtris, tam ſummis quam mediis & infimis, obtineri. In uſum itaque revocandæ ſunt canonicæ electiones & electorum examina, manuum impoſitiones, confirmationesque ad Apoſtolicam regulam & veteres Canones exigenda, & omnino providendum, ut quæ gratis impartiri Chriſtus mandavit, gratis quoque dentur, & omnis omnino Symoniæ labes ab Eccleſia tollatur. Item, ut nulli niſi ad certum miniſterium, ut habet Calcedonenſe Concilium, ordinentur.

5. Deinde ut quilibet ſuum officium ſedulo ac diligenter faciat & exequatur, ac interim caveat ne falcem ſuam in meſſem alienam mittat, ſecundum veterum canonum inſtituta. Et inter cætera ut Epiſcopi Germaniæ, qui Eccleſiarum regimini, Imperatorum beneficio, civilem adminiſtrationem conjunctam habent, eam quam debent Eccleſiis curam, præcipuam habeant, & in hoc potiſſimum ſint, ut Eccleſiis ubique de idoneis miniſtris proſpiciant, manus nemini cito imponant. 1. Timoth. 5. ſed viros conſtituant boni teſtimonii, plenos ſpiritu ſancto, ac ſapientia, non ad otium, ſed ſuper opus. Act. 6.

6. Inſuper, quo nihil magis neceſſarium eſt, ſedulo invigilandum erit, ut vita ac mores miniſtrorum ſua profeſſione digni ſint, ut primum vita, deinde doctrina populum inſtituant, ne quos ſermone ædificant, deſtruant exemplo, utque ſingulorum miniſteriis mores quoque reſpondeant.

7. Hic optimus habendus eſt præceptor Paulus, qui qualem oporteat eſſe Epiſcopum, quem & presbyterum appellat, & quales Diaconos, ſuum Timotheum ac Titum diligenter edocet. Ex qua Apoſtolica formula penè omnes antiqui Canones, qui de vita miniſtrorum ſunt, dimanaverunt.

8. Et quoniam viderunt Patres, Paulo quam maximè curæ fuiſſe, ut qui miniſtrarent Eccleſiis, ab omni ſollicitudine liberi, ea tantum quæ domini ſunt curarent, atque eum qui cum uxore eſt de iis non poſſe non ſollicitum eſſe, quæ ſunt mundi. 1. Cor. 7. plurimum ſemper fuerunt propenſi ad indicendam miniſtris perpetuam continentiam, etſi in hac re non eadem ſeveritate vetus & recentior Eccleſia uſæ fuiſſe reperiuntur.

De cœlibatu Proteſtantes exhibuerunt ſuum ſcriptū, ſignatum L.

9. Vetus enim Eccleſia eos, qui tantum unius uxoris mariti eſſent, ad ſacerdotium aſcivit, ac decrevit etiam ne tales uxores ſuas religionis obtentu abjicerent, ut habet canon Apoſtolorum octavus Gangarenſis concilii, & ſententia Paphnutii in concilio Niceno recepta. Eos vero, qui poſt baptiſmum duabus nuptiis implicati fuiſſent, aut concubinam habuiſſent, aut viduam duxiſſent, aut divortio ſeparatam à viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis ſpectaculis mancipata fuiſſet, à ſacerdotali conſortio excludebat, ut habet Canon Apoſtolorum 16.

10. Cæterum iis, qui cœlibes ad ſacerdotium vel Diaconatum perveniſſent, matrimonio interdixit, ut habet Canon Apoſtolorum 25. Niſi tamen Diaconi in ipſa ordinatione proteſtati fuiſſent, ſe velle habere uxores, nec poſſe ſe continere. Hi enim ſi ad nuptias veniſſent, manebant in miniſterio, propterea quod iis Epiſcopus licentiam dediſſet, ut teſtatur concilium Ancyranum, Canone 9. Eos vero qui nulla proteſtatione facta contra tacitam profeſſionem nuptias contraxiſſent, à miniſterio tantum ſubmovebat, hoc eſt offerre, & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officiis perſungi non permittebat, laica tantum communione eis conceſſa, ut habet Canon 15. concilii Ancyrani.

11. Denique qui contra expreſſam profeſſionem, & votum, matrimonium contraxiſſent, excommunicabat. Sed interim ea erat apud Epiſcopum loci authoritas, ut talibus confitentibus humanitatem facere poſſet, ut habet Canon concilii Chalcedonenſis. 15. & 16. Matrimonium vero non diremit, ut teſtatur Auguſtinus Canone, *nuptias* 27. quæſtione 1.

12. Porro ne Epiſcopus aut quiſquam ex clero ſubintroductam mulierem haberet, omnino vetabat, ut habet Canon. 3. Synodi Nicenæ. Clericos verò in fornicatione deprehenſos extra Eccleſiam abjecit, & ad pœnitentiam inter laicos agendam redegit, ut habet Canon 1. concilii Neocæſarienſis.

13. Poſtea recentiores Canones conjugatos ad ſacerdotium ſeu Diaconatum promoveri vetuerunt. Presbyteros quoque & Diaconos, qui ante ordinationem nuptiis juncti fuiſſent, abſtinere ab omni opere conjugali, atque adeo ſeparari à conjugibus juſſerunt. Matrimonia quoque qui presbyteri ſeu Diaconi poſt ſuſceptum ordinem contraxiſſent, diremerunt, & irrita declararunt. In hac ergo Canonum diverſitate, ſi poſtremi Canones omnino poſthac retinendi ſunt, neceſſarium quoque erit, ut cenſuræ, quæ in fornicarios in veteribus Canonibus diſtringuntur, in uſum quoque revocentur, ne publicum ſcandalum ex impura miniſtrorum vita Eccleſiæ ingeratur.

14. Poſt vitam cleri rectè inſtitutam, pari cura providendum eſt, ut parochi puram & ſynceram doctrinam populo tradant, ut ſanam habeant verborum formam, cujus finis ſit ea quæ veræ fidei,

& charitatis ſunt, rejectis omnibus fabulis & quæſtionibus curioſis, ſeduln inculcare, quemadmodum Apoſtnlus docet. Quod finis præcepti ſit caritas, de corde puro, conſcientia bona, & fide non ſimulata. Item, ut verbum ſine ullius contnmelia, ſed abs que contentione ſpargant, ab errore caveant, falſam doctrinam arguant, ſanæ vero doctrinæ fortiter adhæreſcant. In quo opus erit, ut brevis aliqua formula, quæ doctrinæ ſummam contineat, publica authuritate edatur, ad quam ubique parochi ſuas conciones exigant.

15. Providendum eſt quoque, ut in Eccleſia nihil, neque in precibus, neque in hymnis, neque lectionibus, quàm quod ex ſcripturis, & receptis authoribus depromptum eſt, recitetur. Item ut cæteri ritus, qui ad pietatem, honeſtatem, ordinem, & tranquillitatem Eccleſiæ faciunt, obſerventur.

16. Et cum diverſitas ordinum, monaſteriorum, & plerique abuſus, qui in monaſteriis committuntur, multis ſcandalo ſint, nec monaſtice eum fructum præſenti Eccleſiæ adferat, quem attulit olim, reformationi quoque ejus invigilandum eſt, ut poſthac ſint monachi, apud quos doctrina Chriſtiana vigeat, qui linguas, & bonos authores conſervent, ſcripturas ſcrutentur, & expliceot: concionibus & ſe, & populum inſtituant. ſic tamen ne Parochis in officio præjudicent, ac ea faciant, quæ eos antiqui Canones facere debere cenſuerunt.

17. Ut autem tales in Eccleſia miniſtri ac etiam monaſtices profeſſores haberi queant, conſtituendæ ſunt apud cathedrales & collegiatas Eccleſias & in monaſteriis ſcholæ, quibus præficiantur viri tum docti, tum pii.

18. Et quoniam operarius dignus eſt mercede ſua: & miniſtris Eccleſiarum, & profeſſoribus honeſta ſtipendia ſeu ſalaria conferenda ſunt, ne egentes in ſuo munere tepeſcant.

19. Poſtremo, ut hæc omnia in perpetuo curſu retineantur, habendæ ſunt ſuis temporibus generales, nationales, provinciales, Epiſcopales, Archidiaconales, & aliæ ſynodi: in quibus de omnibus iſtis diligens inquiſitio fiat. Item ut gradatim appelletur, & ſecundum veteres Canones de cauſis Eccleſiaſticis ordine & rite cognoſcatur.

ARTIC. XXII.

De diſciplina Populi.

CUm in ſancta plebe ſint ſenes, anus, juvenes, puellæ, mariti, uxores, parentes, liberi, domini, ſervi: ſint item diverſa vivendi genera, & vocationes: curæ erit Eccleſiæ miniſtris, ut omnes & ſinguli ſuam vitam & mores ad doctrinam Evangelicam conforment, ut vocationi ſuæ ſerviant, & tranquillitati ſtudeant & paci.

2. Deinde uſus clavium, qui juriſdictionis dicitur, in Eccleſiam, quoad fieri poteſt revocandus eſt, & cenſura Eccleſiaſtica ſecundum Apoſtolicam & veterum Canonum cenſuram reſtituenda, ut qui publicè criminoſi ſunt & impuri, ſeu refractarii & contentioſi, & qui Eccleſiæ ſcandalo ſunt, à communione & ſacris, donec reſipuerint, arceantur & prohibeantur.

3. Pœnitentia quoque publica, quantum fieri poteſt, in uſum revocanda, ut non niſi facta ἐξομολογήσει & obtenta reconciliatione, qui publice deliquerunt, in Eccleſiam recipiantur. Idque ad eam moderationem, quam præſentia tempora ferant.

4. Poſtremo de jejuniis, de delectu ciborum, feriis, & ſimilibus corporalibus exercitiis, quæ partim ceremonialia ſunt, partim diſciplinæ, facile convenerit, ſi viris aliquot, piis juxta ac doctis, hoc negotii delegetur, ut hæc omnia ad eam moderationem reducant, quo nulli laqueum injiciant, ſeu oneri ſint, ſed ad exercendam pietatem & opera verè bona (de quibus Decalogus & Evangelium præcipit) nos reddant alacriores.

ARTICULI PROTESTANTIUM, SUPER IIS ARTICULIS COMPOSITI, à quibus diſſentiebant, vel quos non poterant ſimpliciter, aut totos recipere.

ARTIC. I.

De authoritate Conciliorum.

A, PRæcipua reverentia poſt Deum & verbum Dei debetur Eccleſiæ, quam Deus adeo dilexit, ut ſuum filium unigenitum victimam pro ea eſſe voluerit, quam donat ſpiritu ſuo, in qua celebrari vult in vita æterna. Eſt igitur pietas, diligenter & grato pectore omnia dona, quibus ornata eſt, colligere & conſiderare, quam mirabiliter eam inde usque ab initio rexerit. Habet filium Dei ſalvatorem, Evangelium, ſpiritum ſanctum gubernatorem. habet miniſterium per Patres, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos propagatum. habet paſtores & jus vocandi miniſtros ad propagationem & conſervationem Evangelii. habet dona excellentia, intellectum & interpretationem doctrinæ divinitus traditæ, quæ eſt ſapientia arcana, aliena à judicio rationis, de Dei voluntate, ſicut dicitur. Eph. 4. *dedit alios Apoſtolos, &c.* Habet & adminiſtrationem ſacramentorum, & ſuam quandam juriſdictionem & ſua judicia.

ſed

ſed ſemper tenenda eſt regula, majorem eſſe autoritatem verbi divini, nobis propoſiti in ſcripturis Propheticis & Apoſtolicis, quàm ullius hominis, ullorum Epiſcoporum, ullarum Synodorum, aut totius Eccleſiæ.

2. Agnoſcimus autem hanc triplicem authoritatem competere veræ Eccleſiæ. Primam teſtificandi de ſcripturis apoſtolicis, ſeu diſcernendi Apoſtolorum ſcripta à ſuppoſititiis. Cum enim circumferrentur titulo Apoſtolorum diſſimiles libelli, retenti ſunt ii, quos meminerant Eccleſiæ certo traditos eſſe ab Apoſtolis, ſeu fide dignis authoribus. Poſtea univerſalis conſenſus, his retentis, repudiavit alia diſſentientia. Narrat enim Euſebius, ſingularem adhibitam eſſe curam conſervandi ſcripta tradita certa authoritate, & diſcernendi à cæteris temere ſparſis.

3. Etſi igitur ſingulare opus & beneficium Dei eſt, conſervatio certorum propheticorum & Apoſtolicorum ſcriptorum, tamen agnoſcenda eſt hic & diligentia & authoritas Eccleſiæ: quæ partim teſtificata eſt de certis ſcriptis, partim judicio ſpirituali indigna & diſſentientia à reliquis propheticis & Apoſtolorum ſcriptis repudiavit. Quare Auguſtinus commendat nobis authoritatem primæ Eccleſiæ, recipit ſcripta catholico conſenſu primæ Eccleſiæ comprobata, Manichæorum recentiores libellos repudiat. ideo inquit, *Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret authoritas.* moveri ſe ſignificat conſentientibus teſtimoniis primæ Eccleſiæ, ne dubitet hos libros eſſe traditos ab Apoſtolis & dignis fide.

4. Secundo tribuenda eſt authoritas veræ Eccleſiæ, quod penes eam eſt verus intellectus, ſeu interpretatio ſcripturæ. Retinet enim fundamentum, & habet donum interpretationis, ut Paulus inquit. ſed aliàs purius, aliàs impurius. Cum Samoſathenus furens, nollet verbum Joannis 1. de perſona interpretari, convenerunt vicini Epiſcopi, & oſtenderunt ex ipſa narratione Joannis & aliis locis verbum intelligendum eſſe de perſona, & ſimul teſtati ſunt hanc fuiſſe ſententiam Catholicæ Eccleſiæ, traditam inde usque ab Apoſtolis.

5. Cum Pelagius ſparſiſſet opinionem philoſophicam, de juſtitia legis, & ex Originis ſcriptis alioqui maxima pars hominum ſimiles opiniones hauſiſſet, accendit Deus Auguſtini affectus, ut errorem videret & confutaret, ac monſtraret doctrinam de gratia.

6. Ita eſt quidem donum interpretationis penes veram Eccleſiam, ſed non eſt certis perſonis aut locis alligatum, & aliàs eſt in pluribus, alias in paucioribus, aliàs magis, aliàs minus illuſtre, aut purum. Sicut Paulus inquit, *quosdam ſupra fundamentum ſtipulam ſtruere.*

7. Cum igitur in Eccleſia ſit donum interpretationis, audire Eccleſiam docentem neceſſe eſt. Et qui habeant donum, hæc duo oſtendunt, ſcripturæ teſtimonia verè conſentientia, & catholicus conſenſus. Vocamus autem catholicum conſenſum Patrum, Prophetarum, Apoſtolorum, & certis teſtimoniis tradita ab Apoſtolis, & quæ cum his teſtimoniis verè congruunt, ſicut narrat Origenes, Baptiſmum infantum ab Apoſtolis acceptum eſſe. Irenæus narrat ſe accepiſſe doctrinā de duabus naturis in filio Dei à Polycarpo, Polycarpum à Joanne. Talia ſunt multa exempla in ſcriptoribus, quæ tanquam hiſtoriæ primæ Eccleſiæ, oſtendunt, quid illa ſenſerit. Cumque hæ ſententiæ cum ſcripturis aptè congruant, multum valent ad confirmandas mentes piorum. ſed fides innititur verbo Dei tradito per Prophetas & Apoſtolos. Fortaſſe Ethnicus legens illa, *Et Deus erat verbum &c.* non cogitaret verbum perſonam intelligi. Ideo audienda eſt Eccleſia, in qua catholicus conſenſus interpretatur perſonam. Admoniti ergo pii, & adjuti aliis dictis, aſſentiuntur, & credunt articulum propter verbum Dei, atque ita verè invocant filium Dei, quem non poſſent invocare, ſi fides ex humana authoritate penderet. Hæc ſunt manifeſtiſſima.

8. Illud autem affirmari non poteſt, hunc verum intellectum & donum interpretationis eſſe penes impiam multitudinem, quamvis hæc ſit in externa ſocietate Eccleſiæ. Multo minus tribui poteſt hoc donum prophanis, & iis, quos oportuit eſſe propter nota crimina excommunicatos. Sed intellectus verus & donum interpretationis ad pios pertinet, ſicut dicitur, *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.*

9. Tertio tribuenda eſt Eccleſiæ authoritas conſtituendi judicia de doctrina. imò mandatum domini eſt, ut Eccleſiæ exorientes controverſias cognoſcant & pronuncient, juxta verbum Dei rectè intellectum, ut ait Paulus: *Si quis aliud Evangelium docebit, anathema ſit.* eaque in re poſſunt adjuvari teſtimoniis primæ Eccleſiæ Catholicæ, quæ ab Apoſtolis tradita leguntur. Hæc enim vocamus conſenſum catholicum. ſed ſemper ſit præcipua authoritas verbi Dei.

10. Cum igitur pronunciatur juxta verbum Dei rectè intellectum, neceſſe eſt omnes parere, ſicut rectè pronunciarunt aliquæ piæ ſynodi. Obtemperat igitur Eccleſia talibus judiciis, quia imperitiores melius agnoſcunt jam ſententias traditas in verbo Dei, & confirmantur cum verbo Dei, tum etiam admoniti de teſtimoniis Catholicis, quæ leguntur ab Apoſtolis accepta. Sic noſtræ Eccleſiæ nobis aſſentiuntur contra Anabaptiſtas & alios. Cum autem poſſit accidere, ut plurimæ perſonæ in Synodo, ut Syrmienſi, ſint impiæ, etiamſi aliquæ ſint piæ, ut ibi Oſius habebatur, fatendum eſt, Synodos generales, & provinciales erraſſe, & errare poſſe. prætereà etiam pii habent ſuos lapſus, ut oſtendunt ſcriptorum multa incommodè dicta.

ARTIC. II.

De Sacramento Corporis & ſanguinis Domini.

CHRISTUS inquit, *accipite, manducate, hoc eſt, corpus meum.* Et deinde, *Hic eſt ſanguis meus:* B.
Ideo fatemur in Cœna domini verè & realiter corpus & ſanguinem CHriſti adeſſe

& cum

& cum pana & vino exhiberi ſumentibus. Sicut & Hilarius inquit, *domini profeſſione, & fide noſtra, verè caro eſt, & verè ſanguis.* & hæc accepta & hauſta, faciunt ut & Chriſtus in nobis, & nos in Chriſto ſimus. adeſt igitur Chriſtus, & eſt efficax in ſumentibus.

2. Triplex autem finis eſt. Primus, ut hac ſumptione admoniti, recordemur paſſionis & reſurrectionis Chriſti, & erigantur piæ mentes, fide agnoſcentes filium Dei pro nobis paſſum eſſe, nos ablutos eſſe ſanguine Chriſti, nos jam factos membra, & habere reconciliationem propter filium Dei, hac fide, per ſacramentum, applicatur nobis gratia. De hac fide concionatur Chriſtus ipſe, inquiens; *Hoc facite in mei recordationem.* Vult enim nos retinere memoriam paſſionis & promiſſi beneficii: nec vult tantum hiſtoriæ memoriam conſervari, ſed vult ut hæc beneficia in uſu ſacramenti nobis fide applicemus.

3. Secundus finis eſt, ut Deo pro immenſa miſericordia erga nos & filio nobis dato, viciſſim gratiam agamus, in uſu hujus ſacramenti.

4. Tertius finis eſt, ut facti membra unius Chriſti, admoneamur de mutua dilectione, quare Paulus inquit, *ſicut unus panis eſt, ita unum corpus multi ſumus.*

5. Semper autem de ſacramentis regula tenenda eſt, eſſe ea principaliter teſtimonia voluntatis Dei erga nos, ſeu gratiæ. poſtea alii fines accedere poſſunt.

6. Docemus & hoc, neminem ad uſum hujus ſacramenti idoneum eſſe, perſeverantem in delictis contra conſcientiam, nec admittendos eſſe eos, qui obnoxii ſunt manifeſtis criminibus. Docemus igitur Apoſtolicam regulam, *probet ſe ipſum homo, & ſic de hoc pane edat.* ut autem Irenæus inquit, *euchariſtiam conſtare duabus rebus, terrena & cœleſti:* & Paulus ait, *Panis quem frangimus, participatio eſt corporis Domini,* ita nos docemus, cum pane conſecrato exhiberi corpus Chriſti ſumentibus, nec docemus fieri tranſubſtantiationem, ut vocant, ſeu abjici ſubſtantiam panis. & ſequimur multorum Patrum firma & perſpicua teſtimonia.

ARTIC. III.

De ſecundo paragrapho in articulo de pœnitentia.

Id circo peccata ſaltem lethalia, quorum ſibi quis conſcius eſt, quæ conſcientiam perplexam tenent, &c.

1. DE hac parte reſpondemus, retinendum eſſe in Eccleſiis miniſterium privatæ abſolutionis. quæ eſt vox Evangelii, ſonans per miniſtros, & ſimul applicans remiſſionem peccatorum. Id beneficium piis & pavidis conſcientiis gratiſſimum eſt, quæ ab ipſa voce confirmantur, ut ſtatuant Evangelium, non ſolum aliis generaliter, ſed ſingulis etiam promittere remiſſionem, & cuique applicare Chriſti promiſſionem. Hæc confirmatio ſalutaris eſt iis, qui luctantur cum veris pavoribus. Interim tamen in Eccleſia extare & hanc doctrinam neceſſe eſt, quod enumeratio delictorum nec mandata ſit jure divino, nec neceſſaria, & quod ſine ea peccata remittantur contritis, & fide ſe ſuſtentantibus, ſicut & Proſper teſtatur, *illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipſis confeſſa, nec ab aliis publicata, ſi ea confiteri vel emendare noluerint, Deum quem habent teſtem, ipſi habituri ſunt & ultorem quod ſi ipſi judices fiant, &, veluti ſuæ iniquitatis ultores, in ſe voluntariam pœnam ſeveriſſima animadverſionis exerceant, temporalibus pœnis æterna mutabunt ſupplicia, & lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus reſtinguent æterni ignis incendia.* Hæc Proſper.

2. Et conjicerentur conſcientiæ in periculoſas dubitationes, ſi putarent omnium enumerationem neceſſariam eſſe. Sed tamen quia multi propter ambiguos caſus opus habent conſilio: ideo hortandi ſunt homines, ut addant enumerationem, ut juvari conſilio, aut excitari magis ad pœnitentiam, & de multis rebus admoneri poſſint. Nam prudens paſtor in eo colloquio melius inſtituere confitentem poteſt, cum animadvertit quibus, aut erroribus, aut vitiis implicitus ſit. accedit & hoc, quòd ipſa cogitatio de enumeratio ne ſubjiciat conſpectui noſtro turpitudinem peccatorum, & magis admoneat nos ipſos de ira Dei, & hæc diſciplina prodeſt rudibus, cum hac enumeratione colligere & diſcernere peccata diſcunt. Sed tamen teneatur doctrina, fide propter Chriſtum accipi remiſſionem, non propter enumerationem, ſeu confeſſionem.

3. Illud etiam admonendum eſt, pertinere ad officium paſtoris, ut certis temporibus audiat plebem & interroget ſingulos de ſua fide. nam fidem quiſque profiteri debet. hic rudiores doceat paſtor, admoneat etiam de moribus, ea quæ videntur idonea ætati. ſed neceſſitas imponi non poteſt, occulta recitandi. & ad hæc difficillima munera, ad dandum conſilium, ad rudes explorandos, & docendos miniſtris idoneis, piis, peritis, & gravibus opus eſt.

In ter. parag. ubi dicitur abſolvi homines ab iis, quæ legitime confeſſi ſunt.

4. NEceſſaria addenda eſt explicatio, abſolvi contritos etiam ab iis, quæ recitatione omiſſa ſunt, aut quæ ignoranter, & verbum legitime pariet ſcrupulos, ideo ſatius eſſet hanc particulam omitti. Et contritis ac credentibus contingit etiam aliis modis commiſſio per publicum miniſterium Evangelii.

ART. IIII.

ARTIC. IV.

De ſatisfactionibus.

SAtisfactio, quæ meruit remiſſionem culpæ, & liberationem à morte æterna, haud dubie eſt unica mors filii Dei Jeſu Chriſti, qui pro nobis victima factus eſt: juxta concionem Joannis: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* propter hunc agnum accipimus remiſſionem culpæ, & liberamur a morte æterna, non propter noſtra aliqua opera, aut propter ſatisfactiones ab hominibus inſtitutas, aut ullam compenſationem pœnarum. ſed ritus in pœnitentia, qui vocantur ſatisfactiones Canonicæ, quodam inſtituti ſunt ab Epiſcopis exempli cauſa, ſaut propter diſciplinam. Cum enim lapſos aut famoſos recipiebant, pœnas irrogabant, tum ut ipſorum conſtantiam explorarent, an ſerio reſipiſcerent, tum ut alios talibus exemplis admonerent, ut majore cura lapſus vitarent. quoſdam etiam frenandos eſſe ad diſciplinam putaverunt, & ante abſolutionem publicam hi ritus ſervabantur tanquam ſigna reorum. ſicut etiam apud Ethnicos fuerunt certa ſigna homicidarum & aliorum pollutorum obſervanda, donec abſolverentur.

2. Porrò in Eccleſia paulatim creverunt hæ pœnæ, cum acceſſit error, quod mererentur remiſſionem peccatorum. & poſterior ætas, cum vix umbram vetuſti ritus retinuerit, tum nomen ſatisfactionum defendit, & quæſivit novas cauſas ejus moris. Ajunt Deum juſtum, & vindicem, non remittere peccata, niſi compenſatione pœnarum, & addunt, operibus non debitis, ſed impoſitis ab abſolvente, compenſari pœnas purgatorii, & quidem valere has ſatisfactiones, etiamſi fiant ab injuſtis. Hos errores invectos in Eccleſiam, neceſſe eſt reprehendi. Neceſſe eſt enim extare in Eccleſia doctrinam de gratuita remiſſione propter Chriſtum, & de fide: neceſſe eſt & hoc intelligi, quod opera inſtituta ſine mandato Dei, non ſunt cultus Dei, Juxta illud: *Fruſtra colunt me mandatis hominum.*

3. Quod autem dicitur, *Deum juſtum & vindicem punire Peccata*, punit Deus etiam electos, primum contritione, & veris terroribus, de quibus inquit David; *Domine ne in furore tuo arguas me.* Et Ezech. inquit, *Sicut leo contrivit omnia oſſa mea.* Hi terrores multo verius ſunt pœnæ, quàm qualeſcunque luctus ſatisfactionum. Secundo, multa delicta converſorum puniuntur peculiaribus pœnis, ut Davidis adulterium. Et ſemper vagantur etiam per ſanctos tales pœnæ divinitus irrogatæ. Sicut dicit Pſalmus de electis, *viſitabo in virga iniquitates eorum.* Item, *judicium à domo Dei incipit.* Caſtigat enim Deus ſuos, ut excutiatur carnalis ſecuritas, & creſcant; timor Dei, pœnitentia, fides, invocatio. nec tamen omnes afflictiones ſunt pœnæ certorum criminum, ut ſemper flos Eccleſiæ, Prophetæ, Apoſtoli, & alii ſummi viri maximas ærumnas pertulerunt, ſingulari conſilio Dei. Vult enim Deus Eccleſiam, in hac vita, non ſolum his calamitatibus ſubjectam eſſe, quæ naturæ lapſum in omnibus comitantur, ſed vult eam etiam ſingulari modo exerceri propter multas cauſas. Impia multitudo non agnoſcit peccatum aut iram Dei, ſed ut dicitur in Geneſi, *quieſcit in os peccatum, donec revelabitur.* hoc eſt, nondum terret eos, donec experientur pœnas. Caſtigatur ergo Eccleſia præ cæteris, ut agnoſcat peccata, & inhærens vitium, & creſcant, timor Dei, & pœnitentia. Accedit & hæc cauſa, ſi non eſſent pericula, & certamina ingentia, fides, & invocatio langueſcerent. Ideo onerata eſt Eccleſia ingentibus certaminibus, ſicut in Geneſi ſcriptum eſt; *Serpens calcaneum ejus mordebit.* Hos ſæviſſimos motſus pii multipliciter ſentiunt, in variis tentationibus, & afflictionibus, & Eccleſiæ propria ſapientia eſt, intelligere quod Deus velit humiliari ſanctos, & ſimiles fieri imaginis Chriſti in hac vita. Item quòd vere reſpiciat afflictos, ſicut Petrus clamat: *Humiliamini ſub potenti manu Dei.* Hanc potentiam in utraque re declarat Deus potenter. caſtigat ſecuros, ut Davidem, Sampſonem, Nabuchodonoſor. Rurſus potenter erigit agentes pœnitentiam, & invocantes ipſum. ſed hæ pœnæ, nec imponi nec remitti poſſunt à clavibus, nec tollit ritibus ullis traditionum humanarum, ut ſunt ſatisfactiones canonicæ. Ad hæc hæ afflictiones divinitus irrogatæ, exercitia ſunt continui, & futuri temporis, ut Paulus inquit, 2. Corint. 4. *Exterior noſter homo deſtruitur, ſed interior renovatur de die in diem.* Qui autem ſatisfactiones poſtulant, pœnas intelligunt pro præteritis delictis. & utilius eſſet, populo inculcari doctrinam, de his magnis rebus, de ira Dei adverſus peccatum, de ærumnis Eccleſiæ, de veris cultibus, quos requirit Deus in illis ærumnis, quibus admonet nos, ut creſcant, timor Dei, fides, invocatio, & aliæ virtutes: quam oculis populi proponere ſpectacula ſatisfactionum, quæ obſcurant doctrinam de gratia, & de veris cultibus.

4. Nam & hoc ſentimus, & diligenter docemus, fructus pœnitentiæ, id eſt novitatem vitæ, ſeu obedientiam ſpiritualem, juxta præcepta Dei ſequi debere in converſis. Et cum Paulus inquit: *Præbete corpora veſtra hoſtiam vivam, & ſanctam,* appellatione hoſtiæ admonet nos, de veris cultibus, ſimus hoſtiæ ſanctæ, id eſt abſtinentes ab omni immunditia, perferamus ærumnas in confeſſione veræ doctrinæ, & afflictionibus communibus, ut hoſtiæ quæ mactantur: ſed tamen ſimus vivæ hoſtiæ, hoc eſt ſemper victuræ, celebrantes Deum, etiam in media morte. *Hi ſunt veri fructus pœnitentiæ & vera exercitia, quæ radices peccatorum evellunt,* ut Auguſtinus ait.

5. Addimus & hoc, mitigari calamitates communes, & Eccleſiæ, per totam pœnitentiam, & bona opera piorum. ſicut Eſa. 1. & 58. ſcriptum eſt. Et Paulus inquit, *ſi nos judicaremus ipſi, non judicaremur*, id de tota pœnitentia intelligi neceſſe eſt, non de ritibus ſatisfactionum, quos dicunt valere etiam in injuſtis.

6. Cæte-

6. Cæterum hoc non negamus, exempli vel diſciplinæ cauſa, famoſos pœna aliqua caſtigari poſſe ab Eccleſia. Idque in noſtris Eccleſiis, ſi quando Anabaptiſtæ aut homicidæ, quibus magiſtratus pepercit, recipiuntur, obſervamus, nec tamen opus eſt, veteres ritus pœnitentiæ reſtituere, qui creverunt errore, & plerique pleni ſunt periculi, ut quod adultero per longum tempus interdicunt conſuetudinem uxoris, &c.

7. Videntur olim Epiſcopi hanc cenſuram eò ſeverius exercuiſſe, quia Ethnici magiſtratus non puniebant vagas libidines, & alia pleraque delicta. Sed magiſtratus docendi ſunt, ut manifeſta delicta puniant. Hæc ſeveritas plus prodeſſet moribus, quam Canonicæ ſatisfactiones, nec ſine periculo miſcentur miniſterium Evangelii, & officia politicæ poteſtatis. Miniſter Evangelii docet de pœnitentia vera cordis, & perterrefactam mentem conſolatur. ait, non propter compenſationem pœnarum, ſed propter Chriſtum nos liberari à peccato, & morte æterna, ſicut ſcriptum eſt, *Captivam duxit captivitatem*. Item, *ero mors tua o mors, & morſus tuus inferne.* non addatur opinio, quod fiat remiſſio propter compenſationem pœnarum. interim magiſtratus ſit acer, & ſuum officium faciat, quod eſt diſcernendum à miniſterio ſpirituali, & Evangelico. Ideo in noſtris Eccleſiis admonentur magiſtratus politici, ut officium ſuum faciant, & diſciplinam tueantur.

ARTIC. V.

De unitate Eccleſiæ, & ordine miniſtrorum Evangelii.

1. UT Joannes inquit, *ex plenitudine Chriſti omnes accepiſſe gratiam*, ita una eſt Eccleſia Dei, ſanctificata, & ſociata per filium Dei, qui caput eſt, omnia in omnibus ſuis perficiens, agnitione Evangelii ipſius, & S. ſancto, inde uſque à Patribus, Prophetis, Apoſtolis & aliis ſanctis, quæ glorificabitur in noviſſimo judicio.

2. Ut igitur ſit una Eccleſia, & conſentiens, ſemper Deus idem Evangelium propagatum per patres, & prophetas, & poſtea per Chriſtum, & Apoſtolos extare voluit.

3. Et inſtituit Chriſtus miniſterium, duraturum uſque ad conſummationem mundi, ſicut ſcriptum eſt, *Aſcendit, dedit dona hominibus, alios quidem Apoſtolos, alios paſtores, alios doctores.* Conſervat enim hoc Evangelium. Et voluit poſt Apoſtolos vocari paſtores, in omnibus Eccleſiis, fungentes officio docendi Evangelii, quos excitat, quanquam diſſimiles donis, tamen eodem fungentes miniſterio.

4. Conſiſtit igitur unitas Eccleſiæ, in hac conſociatione, ſub uno capite Chriſto, per idem Evangelium, & idem miniſterium, cui debetur obedientia, juxta illud, *Qui vos audit, me audit*, ut retineantur, unitas fidei, ſimilis uſus ſacramentorum, & diſciplina mandata in Evangelio. Habent enim paſtores mandatum Chriſti, non ſolum ut doceant Evangelium, & ſacramenta adminiſtrent. ſed etiam ut palàm contumaces in Eccleſia puniant excommunicatione, videlicet eos, qui vel contra ſanam doctrinam pravas opiniones ſerunt, aut malos mores emendare nolunt. Debetur enim jure divino obedientia paſtoribus in hac conſervatione diſciplinæ.

5. Ut autem omnia ordine fierent in Eccleſia, juxta Pauli regulam, & ut paſtores inter ſe magis devincti eſſent & onus gobernationis plures inter ſe partirentur, ac alii aliorum curam ſuſciperent, & diſſidia ſeu ſchiſmata vitarentur, acceſſit utilis ordinatio, ut ex multis presbyteris eligeretur Epiſcopus, qui regeret Eccleſiam, docendo Evangelium, & retinendo diſciplinam: & præeſſet ipſis presbyteris.

6. Plures deinde gradus facti ſunt, videlicet Archiepiſcopi, & ſupra hos Patriarchæ, Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus.

7. Hæ ordinationes, ſi ii, qui præſunt, faciant officium ſuum utiles ſunt, ad retinendam unitatem Eccleſiæ, hoc eſt, ad Synodos convocandas, ad conſtituenda legitima doctrinæ judicia, ad emendationem vitiorum late graſſantium, ut uſurarum ac aliorum ſcandalorum, ad emendationem legum, ad puniendos authores ſcandalorum. Sed ſi præſides, ſerviant vocationi ſuæ, doceant, inſpiciant doctrinam, & mores Eccleſiarum, quibus præſunt, corrigant errores, & vitia, exerceant judicia Eccleſiaſtica. nam Pontificibus & Epiſcopis qui adverſantur piæ doctrinæ, tribuere authoritatem non poſſumus, ut ad Galatas ſcriptum eſt.

8. Cæterum in Eccleſiaſtica gubernatione, tribuenda eſt Epiſcopis poteſtas condendi traditiones, ut omnia decenter & ordine fiant in Eccleſia, ut de certis feriis, ut ſciat populus quo tempore conveniendum ſit. Item, ut ſobrii conveniant.

9. Sed hæ traditiones non putentur eſſe cultus, id eſt, merita aut bona opera, quorum finis immediatus ſit, ut per ea honore afficiatur Deus, Iuxta illud: *Fruſtra colunt me mandatis hominum.* nec pugnent cum mandatis Dei, nec ducantur res neceſſariæ, ſed indifferentes, quas extra ſcandali caſum omittere licet, ſicut Paulus in Epiſtola ad Coloſſ. de traditionibus humanis, quæ fiunt in eccleſia, docet: *Nemo vos arguat in cibo, potu, aut parte diei feſti.* Diſcerni enim oportet humanas traditiones à veris cultibus, quos Deus inſtituit, ut apud Ezechielem, dicitur: *Ego ſum Dominus Deus veſter, in præceptis meis ambulate.*

ARTIC. VI.

De Sanctis.

1. NOn recipimus partem hujus articuli, ubi de duplici invocatione ſanctorum, qui ex hac vita deceſſerunt, dicitur, *ut propter merita Sanctorum juvemur.* Item ut directè invocentur: *Ora pro me*

ſancte

ſanƈte Petre. Chriſtus eoim inquit; *Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Unus certe mediator conſtitutus eſt,& mandatum eſt, ot ad hunc accedamus. Sicut ait ipſe: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

2. Quare non eſt probandus eultus, qui per alios mediatores orat, præſertim cum nullus cultus in Eccleſiam invehendus ſit, qui non approbatur verbo Dei.

3. Item directa invocatio abſentis, tribuit omnipotentiam ei, qoi lovocatur, nam audire vota cordium in ſingulis, eſt ſolius Dei. Et quanquam ſubtilitas quæſita ſit, ut excuſet hanc abſurditatem, tamen hæc nullum habet teſtimonium verbi Dei, & repugnat invocantium cogitationi, qui ideo ad ſanctos confugiunt, quia Deum iraſci judicant, & per ſanctos volunt perferri preces ad Deum.

4. Denique cum manifeſtiſſimum ſit, hoc cultu ſanctorum obſcurari mediatoris Chriſti officium, non poſſumus omnino eum noſtra approbatione confirmare.

ARTIC. XII.

De Miſſa.

SAcrificium, qood placavit iram Dei, adverſus peccata humaoi generis, & fuit precium pro peccatis, ac meruit hominibus reconciliationem & gratiam & vitam æternam, fuit unica mors filii Dei, qui ſeſe obtulit ipſi patri æterno, & Pontifex fuit ipſe hujus ſuæ oblationis, ut docet Epiſtola ad Hebræos.

2. Inſtituit autem miniſteria, per quæ hujus ſacrificii immenſa beneficia nobis impertit & adplicat. in his etiam eſt cœna dominica, in qua ſumens corpus, & ſanguinem Chriſti, applicat ſibi fide, beneficia parta per mortem Chriſti, quæ fuit verum ſacrificium, cum videlicet agnoſcimus, & credimus, nobis certo remitti peccata, propter mortem filii Dei, qui ſeſe pro nobis obtulit ipſe, & hac fide Chriſtum apprehendimus & nos conſolamur. ita prodeſt ſumentibus cœnam per fidem.

3. Cum autem in miſſa tria ſint, cœna domini, recordatio, ac preces, & gratiarum actiones: ſancti patres totam hanc actionem vocaverunt ſacrificium, non quod actio illa ſit precium pro peccatis, aut mereatur aliis remiſſionem, ſed preces, & gratiarum actiones ſunt ſacrificia laudis, ut dicuntur, id eſt, bona opera, quæ Deo reddimus, ut eum honore afficiamus. Et oblatio ſeu cœna non applicatur pro aliis, ſeu non meretur aliis remiſſionem peccatorum: & tamen ſumenti fit ſacrificium laudis, propter recordationem, quæ multa complectitur: fidem, invocationem, prædicationem, & gratiarum actionem. Loquitur enim Chriſtus de recordatione fideli. vult nos recordari, non tantum hiſtoriam, ut fit in ſpectaculis humanis, ſed vult nos fide recordari, & accipere promiſſam reconciliationem, erigi, & liberari à terroribus peccati, & mortis, & excitari ad invocationem, & gratiarum actionem.

4. Hos eſſe veros cultus, & ſacrificia Deo grata in cœna domini, nihil dubium eſt. & hæc in laudibus miſſæ celebrantur à ſanctis Patribus. Sicut inquit Cyprianus, *pietas inter data, & condonata, ſe dividens, gratias agit tam uberis beneficii largitori.* Non igitur ſentimus fieri applicatiooem pro aliis vivis & mortuis. Nam fide ſibi quiſque applicat beneficia Chriſti, per verbum & proprium uſum ſacramentorum, non propter opus aut meritum alterius hominis, ſicut ſcriptum eſt: *Juſtus ſua fide vivet.*

5. Deinde applicatio pro mortuis, diſſentit ab ipſa inſtitutione Sacramenti, quod pro vivis inſtitutum eſt, ut ſumant, & fidelem recordationem exerceant. hæc non conveniunt mortuis. Quare dolendum eſt, non ſolum transferri ſacramentum ad mortuos, ſed etiam inde tantos abuſus ortos eſſe, ut templa magis occupata ſint cultibus pro mortuis, quam miniſterio, neceſſario viventibus.

ARTIC. VIII.

De privata Miſſa, & de uſu integri ſacramenti.

DAtor conſilium in libro, ut hoc modo conſulatur tranquillitati, ut ſuus mos concedatur utrinque Eccleſiis. videlicet, ut apud nos miſſa tantum celebretur, dum adſint aliquot communicantes: apud ipſos etiam ſine communione, ſed tamen adhortandos eſſe homines, ad frequentiorem communionem: & annitendum, ut vetus conſuetudo Eccleſiæ, aliquo modo reſtituatur, quia conſtat initio in ſynaxi communionem ſemper factam eſſe.

2. De hoc articulo ita nobis videtur. Agnoſcimus non faciendam eſſe ſubitam mutationem. Primum enim populus de vero uſu ſacramenti docendus eſt. nos quoque in Eccleſiis noſtris paulatim docendo, revocavimus veterem conſuetudinem. Paulus enim jubet fieri communionem, & in conventu Eccleſiæ expectari publicam diſtributionem corporis, & ſanguinis Chriſti. Idem veteres Canones ſanxerunt; & optandum eſſet, non mutatum eſſe hunc primum morem. Tunc enim communicantes intelligebant verum uſum ſacramenti, ſentiebant fieri diſtributionem, ad excitandam fidem, & in hoc miniſterio per fidem ſibi applicari beneficia Chriſti. ibi erant adhuc ignoti abuſus miſſæ applicandæ pro aliis vivis, & mortuis, ſed quiſq; ſumens, ſuæ conſcientiæ conſolationem quærebat. Poſtea mutato more, ut ſunt animi hominum proni ad fiduciam ceremoniarum, obrepſit opinio, quod ſacerdos offerat pro Eccleſia, & mereatur ſibi, & aliis. & cumulatæ ſunt Miſſæ, cum acceſſiſſet imaginatio, ſingulas Miſſas plus valere pro ſingulis, quàm una pro multis. Acceſſerunt & aliæ opiniones, quod ex opere operato proſint aliis, vivis & mortuis. Hos horrendos abuſus peperit mutatio Apoſtolicæ & Catholicæ conſuetudinis, quæ in Eccleſia veteri, poſt Apoſtolos diu duravit, videlicet ut in Miſſa fieret communio plurimorum.

3. Nihil dubium eſt autem, reprehendendam eſſe applicationem oblationis, & opinionem meriti pro aliis vivis & mortuis, quia opinio illa partitur meritum in paſſionem Chriſti, & opus ſacerdotis, cum ſcriptum ſit: *una oblatione conſummavit ſanctos*. Et quidem filius Dei ipſe patri obtulit, moriens pro nobis, ſicut ſcriptum eſt: *qui ſe ipſum obtulit*, nec alius Pontifex ingreditur in ſancta ſanctorum, ſicut ſcriptum eſt de Chriſto: *per proprium ſanguinem intravit ſancta ſanctorum*, perpetuam redemptionem inveniens. nec juſſit offerri ſe in Cœna ab aliis, ſed diſtribuit aliis hoc pignus. Item, quisque propria fide, ſibi applicare debet beneficia Chriſti. Ergo, oblatio non meretur alteri. Item, Pontifex noſter Chriſtus, in cœna tantum diſtribuit diſcipulis, non obtulit: nec juſſit offerri ſacramentum pro aliis, ſed inquit, *Accipite ac manducate*. Non licet autem aliud facere nobis, quàm quod ibi fecit, & juſſit fieri noſter Pontifex Chriſtus.

4. Quod autem maneat oblatio pro aliis, ſeu applicatio, ſi retineantur privatæ Miſſæ, inde conſtat, quia qui eas Miſſas retinent, in Canone dicunt fieri hanc oblationem, ad redemptionem animarum, pro vivis & mortuis, & manet perſuaſio in populo, qui putat oblationem illam, præcipuum cultum eſſe, valentem pro cæteris, & ob hanc cauſam curat pro ſe celebrari Miſſas, & ſimili perſuaſione curat Miſſas pro mortuis celebrari. Hæ opiniones & hi abuſus erunt reprehendendi. Sed ſi, conſtitutio conſenſu doctrinæ, ubique doceatur populus, de uſu ſacramenti, & fide, de vera invocatione, & docendo taxaretur illa applicatio oblationis pro aliis, & concederetur volentibus omittere privatas Miſſas: nullum eſſet publicum certamen, cum de doctrina conveniret, etiamſi non ſtatim ſinguli conſuetudinem ſuam mutarent.

ARTIC. IX.

De uſu integri Sacramenti.

1. VAlde oramus, ut ratio earum conſcientiarum habeatur, quæ in multis locis, jam vehementer anguntur, norunt fuiſſe Eccleſiæ morem, uti integro ſacramento, ſciunt etiam, à Chriſto hunc morem traditum eſſe, ut Paulus inquit: *Accepi à Domino, quod tradidi vobis*. & cum hominis teſtamentum non ſit violandum, quando minus licet violare Chriſti teſtamentum? Commendat autem Chriſtus nobis hoc ſacramentum, nomine teſtamenti, inquiens: *Hic eſt calix novi teſtamenti*. Hæc norunt multi: & ubi non porrigitur integrum ſacramentum, alii abſtinent prorſus, alii cum quadam perturbatione conſcientiæ accedunt. Maximè autem præſtandum eſt, ut hoc ſacramentum, quod conſolationem adferre, & excitare fiduciam debet, tranquilla & alacri conſcientia ſumatur, ut mens erecta fide, gratias agat Chriſto, & ſit, ſicut appellatur, Euchariſtia.

2. Porro conſtitutio conſenſu doctrinæ, ſi populus invitaretur ad hunc uſum, & uſus reſtitueretur, eſſet jam concordia, quia enim perſecutio ceſſaſſet, & doctrina ſyncera proponeretur, etiamſi non ſubito mutarent ſuam conſuetudinem ſinguli, in uſu tamen diſcordia publica non eſſet, quia noſtri non accuſant nondum ſatis inſtitutos, ac dociles. ſed perſecutores, & contrariam doctrinam defendentes, ſcilicet quod licet mutare Chriſti inſtitutionem, aut mutationem probare.

3. Nec propterea Eccleſia ſuperioris ætatis damnatur, quia habet etiam ſancta Eccleſia interdum aliquas ſtipulas, ut docet Paulus, quas Deus condonat, ſicut alias ignorantias, iis, qui tamen fundamentum, ſeu caput tenent, hoc eſt, fide propter Chriſtum petunt remiſſionem. Et in abuſu Miſſarum, & in cultu ſanctorum plus vitii fuit. Ideo prædictum eſt, poſtrema tempora Eccleſiæ plena periculi futura eſſe, ut multis exitio fuerunt, lex de cœlibatu, ſuperſtitiones monaſticæ: ſic etiam multi, propter abuſum Miſſarum, & cultum ſanctorum, perierunt. Nunc igitur patefacti abuſus non ſunt defendendi, ſed emendandi.

ARTIC. X.

De Cœlibatu.

AUtor libri ſatis graviter queritur de vitiis, quæ lex de cœlibatu peperit, & optat emendationem, ſed deliberationi, & authoritati gubernatorum permittit, ut de modo emendationis deliberent, an ſit concedendum conjugium: an Canones veteres, aut novi ſervandi ſint. Interim modeſte ſignificat, quid velit. optamus autem & nos, ut gubernatorum authoritate conſulatur tot hominum ſaluti, & tollatur ex Eccleſia lex injuſta, quæ eſt fons abominandæ turpitudinis.

2. Paulus vocat prohibitionem conjugii, doctrinam dæmoniorum, hoc dictum ſatis comprobat eventus, Sunt enim in conſpectu, flagitia orta ex hac lege, ſed in noviſſimo judicio magis apparebit, quantam ruinam Diabolus hac lege traxerit in Eccleſiam, quanta animarum agmina perdiderit. vera eſt enim vox cœleſtis: *fornicatores, adulteri, &c. non poſſidebunt regnum Dei*. Extant autem ſatis multa ſcripta noſtrorum, in quibus perſpicue oſtendimus, legem de cœlibatu pugnare cum jure divino & naturali. Quare cum Deo magis obtemperandum ſit, quam hominibus, rectè faciunt idonei conjugio, quod malunt pie in conjugio vivere, quam in cœlibatu periculoſe, aut turpiter.

3. Paulus vult presbyterum eſſe maritum. Eſt autem Apoſtolica vox longe anteferenda omnibus traditionibus humanis. Ideo oramus, ut ex Eccleſia tollatur hæc injuſta, & pernicioſa lex, de cœlibatu.

4. Prima

4. Prima eſſe cura in Eccleſia debet, rectè conſtituendi, miniſterii Evangelii, ut igitur poſſint haberi idonei, pii & docti miniſtri, ſentimus non eſſe impediendum miniſterium illis injuſtis vinculis, ſit liberum eligere idoneos, tum maritos, tum cœlibes. ſit liberum cœlibi electo etiam, poſt ducere uxorem. eſt enim præceptum generale, *vitandæ ſcortationis cauſa, habeat unuſquiſque uxorem ſuam.*

5. Quod vero de voto objicitur, copioſè alibi reſponderimus. nec ſynodi veteres adeo duræ fuerunt iis, qui contra votum contrahebant, ut recentia decreta, ſed regula eſt certa, votum contra mandatum Dei factum, irritum eſſe. Cum autem votum cœlibatus pugnet cum mandatis divinis, in iis qui non ſunt idonei ad cœlibatum; ſentimus nec ſacerdotum nec monachorum vota impediri conjugium. præterea, in utroque voto multæ hærent ſuperſtitioſæ opiniones, quæ non exiguas tenebras induxerunt doctrinæ, de juſtitia fidei, & de veris cultibus.

6. Romanus Pontifex Siricius cum præciperet Hiſpanis ſacerdotibus, ut uxores dimitterent citat hoc teſtimonium: *qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Sive per inſcitiam, ſive per ſuperſtitionem detorſit hoc dictum ad conjugium, certè exemplo ipſo confirmavit pravas opiniones. Porrò cum voto implicati ſunt ſuperſtitioſi cultus, certum eſt ex ſecundo mandato Decalogi, tale votum non placere Deo.

7. Cum enim dicitur: *non uſurpes nomen Dei vanè*, vetat etiam ſe invocari per vitioſos cultus. Ideò vota ſuperſtitioſa irrita ſunt. qualia ſunt, ſi cœlibatus exiſtimaretur opus excellens, propter quod fiat Deus placatior homini, ſi conjugium putetur, aut non placere Deo aut vix placere, aut vitæ genus polluens ſacerdotes, aut adminiſtrationẽ Sacramentorum, cum ſcriptum ſit, *omnia munda mundis.*

8. Sed de hac tota cauſa referimus nos ad cætera noſtra ſcripta, ut de conjugio & de votis monachorum, quorum vitæ genus, ut fuit hactenus, quam multum habeat errorum, alibi declaravimus. Quæ cum ita ſit, renovari eos errores aut ſtabiliri nollemus.

9. Et cum multis in locis deſint ſtipendia paſtoribus Eccleſiarum, & docentibus literas, ac ſcholaſticis pauperibus: neceſſitas publica poſtulat, primum illis ex reditibus monaſteriorum conferri. *Nemo militat ſuis ſtipendiis*, inquit Paulus. & hæ opes datæ ſunt Eccleſiis ad conſervationem miniſterii, & literarum. Ideo hinc ſtipendia ſumantur, ut Eccleſia miniſtros habeat & doctores, ac pauperes ſcholaſtici ali poſſint.

RESPONSUM PRINCIPUM
ET STATUUM PROTESTANTIUM, QUO
Imperatoriæ Majeſtati roganti, ſententiam ſuam, de conciliatis, & non conciliatis in colloquio articulis, expoſuerunt.

Auctore Philippo Melanchthone.

INvictiſſime Imperator Auguſte, Domine clementiſſime. Legimus & expendimus librum, qui propoſitus eſt, ut viam oſtendat, ſeu moderandarum, ſeu dirimendarum controverſiarum Eccleſiæ: & narrationem audivimus eorum, qui ex noſtris ad colloquium delecti fuerunt, ut intelligeremus, quæ ipſorum judicio comprobata, quæ reprehenſa ſint. Nec dubitamus, quin Cæſ. M. V. bono ſtudio hunc librum propoſuerit. Nam, & moderationem quorundam abuſuum quæſiviſſe autores animadvertimus. ac ſi æquitatem adhibituri eſſent adverſarii, aditus ad concordiam factus eſſet. Quare Cæſ. Majeſt. V. gratias agimus, quod doctorum collatione & civili modo, qui decet Eccleſiam, dirimi controverſias Eccleſiaſticas mavult, & precamur Deum, ut has actiones ita gubernet, ut veritas & doctrina ſalutaris Eccleſiæ Chriſti magis illuſtretur.

2. Dolendum eſt autem, tantam eſſe temporum infœlicitatem, ut non omnes controverſiæ dirimi potuerint. Id fortaſſis eò accidit, quia difficile eſt vetuſtos abuſus tollere, quos alii propter diuturnitatem temporis, & exempla, alii propter alias cauſas defendunt. Neque enim negari poteſt, ante aliquot ſecula irrepſiſſe in Eccleſiam multos abuſus, & ſynceram Evangelii doctrinam obſcuratam & dilutam eſſe, partim inſcitia docentium, quæ vel propter tempora inerudita, vel propter negligentiam gubernatorum extitit, partim quia ſuperſtitio fuit quæſtuoſa. Hæc mala confirmata temporibus nunc titulum habent conſuetudinis Eccleſiaſticæ. Cum autem in tanta caligine humanarum mentium facillime obrepant malæ opiniones, & mores ruant in deterius, teſtimonium conſuetudinis in Eccleſia longè infra verbum Dei collocandum eſt, quod ideo Deus velut ſcintillam in tenebris humanis lucere voluit, ne falſis perſuaſionibus, ac vitioſa conſuetudine ab ipſo abduceremur. Sed ſcimus difficillimam eſſe etiam vitioſæ conſuetudinis emendationem. Cum autem C. M. V. juſſerit nos ſententias noſtras de libro dicere, principio Deum teſtem facimus, nos quoque ex animo concordiam expetere, ſi qua modo, ſalva luce & veritate Evangelii, conſtitueretur. Nec dubitamus quin C. M. V. pro ſua pietate, & Heroica virtute, primam velit haberi rationem veritatis, quæ fulgere in Eccleſia debet.

3. Intelligimus autem in libro quoſdam articulos judicio collocutorum videri conciliatos, quoſdam vero reprehenſos.

4. Diligenter expendimus eos, qui dicuntur conciliati. quales ſunt, de libertate voluntatis humanæ, de peccato originis, de juſtificatione, de diſciplina, & aliis quibuſdam. Et ſi quædam adhuc opus habent longiori explicatione, quæ infra adnotabuntur, tamen ſi dexteritas & candor adhibe-

antur in judicando, & ea, quæ deſiderantur, rectè explicata fuerint, non reprehendimus judicium collocutorum. Et optaremus doctrinam ſinceram de gratia Chriſti, & de juſtitia fidei propagari in Eccleſiis, quam cum articulis in libro breviter complexus ſit: ſi hoc agitur, ut ſaluti animarum & concordiæ conſulatur, erit explicatio addenda, ne brevitas, aut ambiguitas pariat nova certamina. Nam nos quidem articulos illos ſic intelligimus, ut res eædem in noſtra Confeſſione & Apologia traduntur. Ac nos quidem nihil involvere cupimus, cum nec pium, nec utile ſit Eccleſiæ, proponere perplexos aut ambiguos articulos, quos, tanquam cothurnos, in diſſenſione diverſæ partes ad diverſas ſententias detorqueant. Quare, quantum potuimus, operam dedimus, ut noſtræ ſententiæ extarent perſpicue explicatæ, quas quidem non dubitamus vere eſſe conſenſum Catholicæ Eccleſiæ Dei. Et ſi qua concordia conſtituetur, petimus, ut articuli illi de rebus tantis, magis illuſtrentur. Idem petiiſſe collocutores delectos ex altera parte audimus, viros reverendos D. Julium, & D. Gropperum.

5. Reliquæ ſunt controverſiæ in libro nondum diremptæ, de quibus noſtri exhibuerunt articulos: qui cum ſint veri, & moderatiſſimi ſcripti, ſperamus eos etiam alteri parti ſatisfacturos eſſe. Nec vero dubitamus, quin cum proferentur, ſaniores ubique deſideraturi ſint æquitatem in his qui improbant. Etſi enim liber quædam ſtudio moderationis in his articulis mitius proponit: tamen cum abuſuum magnitudo ſit in conſpectu, neceſſe eſt Eccleſias de fontibus admoneri. Deus nobis teſtis, nos quoque moderationem amare & quæſiviſſe. Sed plurimum refert in Eccleſia, quæ metæ, qui limites harum moderationum conſtituantur.

6. Sæpe in Eccleſia non ſolum Principes ac politici viri, ſed etiam Doctores quæſiverunt moderationes humano judicio, quæ abduxerunt hominum mentes à puritate Evangelii, & à vera Dei invocatione. Quam multis viſus eſt Auguſtinus de gratia horridius diſputare? Quæſita eſt igitur à ſententiariis moderatio, non illa quidem omnino probans Pelagiana dogmata, ſed tamen obſcurans doctrinam de gratia. Quamvis multis Paulus ipſe videtur loqui horridius de fide juſtificante? Quæſitæ ſunt igitur conciunæ interpretationes humano judicio. Sed hæ veram vocem Evangelii & conſolationem conſcientiarum obruerunt. Toties dicit vox cœleſtis, unam eſſe ſatisfactionem pro peccatis, mortem filii Dei. Invenerunt tamen moderationem ſententiarii, ut vitioſi cultus retinerentur. Pulcherrima & dulciſſima res eſt, ordo & gradus gubernatorum. Hoc prætextu Pontifices regiam dominationem, quam tamen ipſis Chriſtus prohibuit, ſtabilierunt.

7. Et ſi igitur moderatio in omnibus negotiis ſuam habet laudem: ut ſapientiſſime dictum eſt, artes omnes ac virtutes in hoc elaborare, ut mediocritatem quandam efficiant: neceſſe eſt tamen in Eccleſia moderationis regulam eſſe verbum Dei, non humanam ſapientiam, ut Paulus jubet cavere, ne decipiamur ſpecioſis & plauſibilibus humanæ ſapientiæ argumentis. Noſtri quoque moderati ſunt controverſias, ſed ad normam verbi Dei, & Eccleſiæ Apoſtolicæ certa & probata teſtimonia. Ideo judicamus articulos exhibitos à collocutoribus delectis ex noſtra parte, & moderate ſcriptos, & veros eſſe, nec ab eis diſcedimus. Ac rogamus ut Cæſ. M. V. hanc noſtram reſponſionem boni conſulat. Primum enim, cum de gloria Dei, & luce Evangelii agatur, non ſunt confirmandi vitioſi cultus, aut opiniones, qui inducunt tenebras Evangelio. Quanti abuſus confirmarentur, recepta opinione libri, de invocatione ſanctorum, & aliis cultibus, ſine verbo Dei inſtitutis?

8. Deinde cum conſcientiæ noſtræ, & Eccleſiarum noſtrarum jam de his ipſis materiis ita ex veris teſtimoniis perſuaſæ ſint, ut profitemur, non licet nobis contra conſcientiam pronunciare.

9. Pertinent etiam hæ cauſæ ad univerſam Eccleſiam. Si enim rurſus adprobaremus abuſus antea taxatos, noſtrum teſtimonium opponeretur piis rectè ſentientibus etiam ad poſteritatem: & confirmarentur alibi errores, & injuſta aſperitas eorum, qui abuſus defendunt.

10. Quale vinculum injiceretur Eccleſiæ, ſi fateremur, prorſus nullum lapſum generalium Synodorum reprehendi poſſe? Extat Clementina *paſtoralis* edita in ſynodo Viennenſi in Gallia, ubi Pontifex adfirmat, ſe dominum haberi Romani Imperii, & quidem à Chriſto traditum. hæc vox quam ſit abſurda, ſatis intelligi poteſt. & cum Pontifices & Epiſcopi magis fuerint occupati regia dominatione, quam cura doctrinæ, & Eccleſiarum gubernatione, quanta incommoda ſecuta ſunt? Sed poſſent alii lapſus ſynodorum recitari, quos omittimus.

11. Quid in Eccleſiis noſtrarum gentium & civitatum, imò domeſticis, quàm graviter piæ mentes, imbutæ potiore doctrina, ſauciarentur? quam multi pii nos increparent hac ipſa Pauli voce? cur nos à gratia Chriſti traducitis ad aliud doctrinæ genus? Judicaremur enim, ut Galatæ, Evangelii puritatem corrupiſſe.

12. His tantis cauſis movemur, ne de articulis reprehenſis mutemus judicium, quod extat in articulis, quos collocutores delecti ex noſtris exhibuerunt. & nos offerimus ad reddendã rationem de hac noſtra ſententia, & ad articulos noſtrorum declarandos, qui res magnas & Eccleſiæ neceſſarias continent. Agitur de gloria Dei, de luce Evangelii, de communi Eccleſiæ neceſſitate, de ſalute animarum, in Eccleſiis noſtris & alibi. Cum de tantis rebus recto judicio conſcientiæ noſtræ teneamur, oramus cum debita reverentia, ut Cæſ. M. V. clementer hanc ſimplicem excuſationem noſtram admittat: & tot Eccleſiis parcat, redemptis ſanguine filii Dei, & ſanctificatis S. ſancto, ac inſtitutis honeſta & pia diſciplina: nec credat adverſariis noſtris, qui Eccleſias noſtras variis calumniis deformant. ac ne cui dubium ſit, quod doctrinæ genus in univerſum in Eccleſiis noſtris tradatur, iterum teſtamur, nos amplecti Confeſſionem Auguſtæ exhibitam C. M. V. Apologiam, quæ addita eſt. Nec dubitamus hanc doctrinam vere eſſe conſenſum Catholicæ Eccleſiæ Chriſti, qui traditus eſt in Propheticis, & Apoſtolicis ſcriptis, & firma teſtimonia habet Apoſtolicæ Eccleſiæ, ac eruditorum

Patrum

patrum. Et in hac fide, & agnitione Chriſti ſemper Deum invocabimus, & celebrabimus, cum catholica ipſius Eccleſia. Et quandocunque opus erit, ad declarationem, & reddendam rationem, de doctrina Eccleſiarum noſtrarum, nos, ut ante ſæpe teſtati ſumus, offerimus.

13. Cum autem expendiſſemus articulos conciliatos, adhibitis concionatoribus, qui adſunt, re cum ipſis diſputata, quædam juſſimus eos annotare, quæ prudentes, & pios non gravatim addituros eſſe arbitramur. non enim pariunt novas quæſtiones: ſed ſunt explicationes, tum ubique Eccleſiis profuturæ, tum ad nos declarandos neceſſariæ.

In conciliatis Articulis annotata, aut omiſſa.

SCimus nihil tam circumſpectè, & planè dici poſſe, quin eludi cavillatione aliqua, & everti queat. Ideò candorem in judicando adhibemus: & multa, vel brevius, vel obſcurius dicta, commode interpretamur. ſed ubi ambiguitas periculoſa eſt, præſertim in doctrina Eccleſiæ, non ſolum ingenuitas, ſed etiam pietas eſt, addere perſpicuas explicationes.

2. In articulo de libertate voluntatis addita eſt annotatio in margine, de inchoata obedientia. Nam vulgaris perſuaſio eſt; renatum in hac vita poſſe legi Dei ſatisfacere. Neceſſe eſt autem in Eccleſia extare, & clare conſpici hanc doctrinam, quod in hac vita, & hac naturæ corruptione, etiam renati non poſſint legi Dei ſatisfacere, ſed ſint juſti, id eſt, accepti Deo, fide propter Chriſtum mediatorem. ideo non ſolum recipi ad notationem prodeſſet, ſed etiam alicubi expreſſe addi: renatum non ſatisfacere legi Dei, ut poſtea rurſus admonebimus.

3. Cæterum hic etiam expediret taxatas eſſe opiniones, quæ latè vagatæ ſunt in Eccleſia, de merito congrui, quod oppreſſit doctrinam de fide juſtificante, & de gratuita remiſſione peccatorum propter Chriſtum. etſi enim Deus poſtulat, ut præſtetur diſciplina etiam à non renatis, & punit violationem diſciplinæ præſentibus & æternis pœnis, tamen non ſentiendum eſt, diſciplinam in non renatis mereri de congruo remiſſionem peccatorum. mens non renata aut ſecura negligit Deum, aut oppreſſa judicio legis, ac terroribus fugit, & fremit adverſus eum. ſed tunc diligere incipit, cum fide erigitur, & agnoſcit remiſſionem propter Chriſtum donatam. Ita primum incipit mens diligere Deum. Ideo recentium monachorum ſomnia rejiciantur, qui finxerunt poſſe diligi Deum, poſſe legem fieri, quoad ſubſtantiam actuum, à non renatis, & has opiniones nos quidem judicamus taxari à libro, ſed recitare hoc volumus, ut conſtet quomodo nos librum intelligamus.

4. In articulo de peccato originis, ubi dicitur, *remanet materiale, hoc eſt concupiſcentia, gravis morbus, infirmitas, &c.* addantur hæc verba, *& vitium repugnans legi Dei, ut & Wormatiæ convenit.* & non vult liber extenuari illud materiale, quod eſt repugnantia non levis adverſus legem Dei, ut apparet in perpetuis defectibus, quod non ſatis ardent animi dilectione Dei, quod languidus eſt timor, languida fides, &c. & liber fatetur ſubinde, hunc morbum parere malos fructus, adverſus quos renati, & fide condonationem petere debeat, & eis ſpiritu repugnare.

5. In articulo de juſtificatione, ubi dicitur, *per fidem efficacem*, intelleximus id à quibuſdam ita depravari, ut interpretentur, efficaci fide, id eſt operante fide, hoc eſt, fide cum operibus juſtificari hominem. Eſt enim quorundam alterius partis vulgaris perſuaſio, Paulum ſic accipiendum eſſe, cum ait, *fide juſtificamur*, quaſi velit, fide præparamur ad juſtitiam, id eſt, ad dilectionem propter quam poſtea accepti ſumus: non fide propter Chriſtum. Jam ſi articulus hoc modo depravaretur, neceſſe eſſet nos reclamare. Noſtri enim cum dixerunt, viva ſeu efficaci fide, ſignificarunt ſe loqui, non de ſola notitia hiſtoriæ, qualis eſt etiam in impiis, ſed de fiducia apprehendente miſericordiam propter Chriſtum promiſſam, & erigente perterrefactas mentes. in hanc ſententiam loquuti ſunt noſtri de efficacia, qua ipſa fides per ſe eſt motus ardens, conſolans, innitens Chriſto, & vivificans. ſicut ſequens deſcriptio in articulo de juſtificatione oſtendit, & propheta dicit: *Juſtus ſua fide vivet.* Ergo ne ambiguitas diſcordias pariat, aut hæc declaratio addenda videtur, aut eximendum vocabulum efficax. Et ut hoc loco magis ſolliciti ſumus, movemur eo, quia in hac urbe, etiam poſt colloquium editæ ſunt propoſitiones, quæ aperte damnant noſtram ſententiam, quæ eſt haud dubie vox Evangelii, de fide juſtificante & opponunt vulgarem perſuaſionem, *ſola dilectione ſumus Deo accepti.* hoc quid aliud eſt dicere? quam quod non propter Chriſtum, ſed propter proprias virtutes, ſeu opera, homo ſit acceptus Deo? denique renovant illæ propoſitiones & alios errores pugnantes cum Evangelio, ſi multi in altera parte durius ſuas falſas perſuaſiones ita pergent defendere, quæ ſpes poterit eſſe tranquillitatis aut concordiæ.

6. In ſecunda parte articuli de juſtificatione, doctrina de bonis operibus longius explicanda eſt. cum enim ſupra dictum ſit in libro, manere in ſanctis peccata in hac vita: & clare docendum ſit, renatos in hac vita nunquam ſatisfacere legi Dei: quærunt piæ mentes, quomodo placeant Deo, cum adſint peccata, cum legi nondum ſatisfiat. Hæc quæſtio ſemper exercet bonas mentes, & videmus eam à ſcriptorib. Eccleſiaſticis, Baſilio, Hieronymo, Auguſtino, Bernardo, ſtudioſe agitatam eſſe. Hic igitur taxanda eſt arrogantia & hypocriſis, quæ ignorans doctrinam de fide in Chriſtum, admiratur ſeſe, & putat propriam mundiciem, ſeu perfectionem, eſſe precium vitæ æternæ, cum Pſalmus dicat, *non juſtificabitur coràm te omnis vivens.* Item: *Si iniquitates obſervaveris Domine, quis ſuſtinebit?* Item: *tibi tantum pecco: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.*

7. Rurſus pii conſolandi ſunt, ut certo ſtatuant, primum perſonas Deo placere fide propter Chriſtum, non quia legi Dei ſatisfaciant. Deinde & hanc inchoatam obedientiam, quam ſequi

neceſſe eſt, placere Deo, cum dolentes agnoſcimus imperfectionem, & credimus tamen obedientiam placere propter pontificem Chriſtum, & perferri ad Patrem, tanquam ſpirituales hoſtias, ut Petrus inquit: *offerte ſpirituales hoſtias acceptas Deo per Jeſum Chriſtum.* confidant etiam, non quia legi ſatisfaciant, ſed propter Chriſtum ipſis, cum fide juſtificati ſunt, & hæredes facti, certo dari vitam æternam, juxta illud: *hæc eſt voluntas patris, ut omnis qui credit in filium, habeat vitam æternam.*

8. Et quoniam in ſanctis in hac vita manent peccata, adjiciendum eſt diſcrimen peccatorum, propter quæ non amittitur gratia, & aliorum quæ excutiunt gratiam, & ſpiritum ſanctum. Hæc pars propter multas graviſſimas cauſas addenda eſt. hinc diſcunt pii, fidem non ſignificare tantum notitiam dogmatum, ſed fiduciam miſericordiæ promiſſæ propter filium Dei, quæ fiducia non manet cum mala conſcientia. Diſcunt item, non poſſe Deum invocari ab iis, qui pergunt ruere contra conſcientiam, quia non poteſt invocari Deus, niſi fiducia mediatoris Chriſti. Diſcunt item, neque hanc fidem ſeu fiduciam, neque ſpiritum ſanctum in his eſſe, qui delinquunt contra conſcientiam.

9. Exiſtimamus autem & D. collocutores delectos ex altera parte, & alios viros prudentes & pios probaturus hoc conſilium de his locis addendis.

10. In titulo de nota Eccleſiæ, videlicet de verbo Dei, addita eſt annotatio, ubi dicitur: *Hæc magna domus habet promiſſionem præſentiæ ſpiritus ſancti.* hîc conceſſerunt noſtri, eam promiſſionem pertinere ad pios ſeu electos, non ad multitudinem impiam, ad quam pertinent comminationes. Ideo in eodem loco eſſent omittenda hæc verba (*magna domus.*) Neque enim confirmanda eſt perſuaſio, quod multitudo impia non poſſit errare, quia Eccleſia promiſſiones habeat, cum Paulus dicat: *non omnes qui ſunt ex Iſrael, ſunt Iſrael.* Ideo etiam commodius eſſet, in titulo de Eccleſia, ubi definitur Eccleſia eſſe cœtus bonorum & malorum, ſic ſcribi: *Eccleſia viſibilis eſt cœtus, &c.*

11. Quod autem damnat idem articulus eos, qui diſcedunt ab Eccleſia, articulus loquitur de iis, qui diſcedunt à rectè docentibus. & fatemur ab his non eſſe diſcedendum, ſed Antitheſis addenda eſt: Juſte diſcedi ab iis, qui defendunt falſam doctrinam, & qui homines innocentes propter piæ doctrinæ confeſſionem interficiunt, de quibus ait Paulus: *ſi quis aliud Evangelium docet, anathema ſit.* ſicut hoc ipſum exemplum, quod citatur in libro, oſtendit. Nam certe Elias & auditores ejus ſejuncti erant à cultu Baal, ſicut clare dicit textus. Ergo diſceſſerunt à cœtu ſacerdotum Ahab, hæc non negari ab eruditis ullis arbitramur: & commemorari à nobis neceſſe eſt, ne cum Eccleſiis noſtris objicitur ſeceſſio, damnare eas ipſi videamur, quas quidem certum eſt membra Eccleſiæ Dei eſſe, cum ibi luceat puri Evangelii doctrina, per quam efficax eſt ſpiritus ſanctus, & vera fide invocetur Deus, pater domini noſtri Jeſu Chriſti.

12. Non adeo ferreos animos habemus, ut non moveamur aut atroci maledicto, cum diſceſſio ſeu ſchiſma objicitur, aut ipſa ſpecie diſtractionis, & cogitatione ingentium malorum, quæ diſcordias ſequuntur. Et redimere veram & piam concordiam libenter morte noſtra velimus. Itaque toties nos ad æqua judicia, & veram conciliationem obtulimus. Sed Eccleſiæ noſtræ primum injuſta condemnatione Pontificiâ, & deinde aſperitate Epiſcoporum, expulſæ ſunt a reliquo cœtu. Quam multi ex noſtris à quibusdam propter hanc doctrinam interfecti ſunt? hinc judicari poteſt, unde orta ſit diſtractio, & qui culpandi ſint.

13. Damnat etiam liber eos, qui rumpunt vinculum charitatis, quod nos intelligimus obedientiam in miniſterio rectæ doctrinæ Evangelii, & adminiſtrationis ſacramentorum, & juriſdictionis in Evangelio mandatæ. ac ſentimus ipſi, vero miniſterio deberi obedientiam. ſed poſtea liber, in titulo de hierarchico ordine, hoc vinculum de traditionibus humanis interpretari videtur, ubi noſtri oppoſuerunt alium articulum. Nam Eccleſiæ noſtræ pias & graves cauſas habuerunt, mutandi aliquas humanas traditiones, ad quas jam acceſſerat ſuperſtitio. Extare enim in Eccleſia hanc doctrinam Chriſti neceſſe eſt: *Fruſtra colunt me mandatis hominum.*

14. Deinde utri rumpant vinculum charitatis, res oſtendit. Pontifices, & quidem Epiſcopi trucidant noſtros, & inflammant Principum animos adverſus nos. interim prædicant ſe ſervare vinculum charitatis, idque rumpi à nobis, propter neglectas injuſtas traditiones. cum hoc ipſum ſit officium dilectionis, adhibere epieikiam in traditionibus.

15. In titulo de pœnitentia poſt lapſum cætera placent. Sed quia de confeſſione, & ſatisfactione, poſtea ſunt articuli à noſtris exhibiti, non licuit hîc prætereire, tanquam noſtro teſtimonio confirmatas. Et mortificatio in ſcripturis ſignificat opus ſpiritus ſancti in verbis & magnis ærumnis. quibus videmus aſperrime conflictari veram Eccleſiam in aſſiduis vitæ periculis. At enumeratio, & ſatisfactio, ſunt externi ritus ab hominibus excogitati, & acceſſerunt multi abuſus. Eodem loco citatur Paulus ad ornandas ſatisfactiones 2. Corinth. 7. Cum Paulus loquatur de ordinaria pœna in Evangelio inſtituta, videlicet de excommunicatione. hoc dictum nihil ad has recentes ſatisfactiones pertinet.

16. In titulo de ſacramentis rectè dicit liber, non ſolum ſignificari gratiam per Sacramenta, ſed etiam ſanctificari utentes. Verum hic addi petimus, adultos debere fidem addere in uſu ſacramentorum, quæ credat promiſſionibus, quarum cauſa ſacramenta nobis tradita ſunt. nec prodeſſe ea adultis, ſine bono motu utentis, ut vulgo loquuntur.

17. De ordinatione, maximè probamus veterem Eccleſiæ conſuetudinem, ut ordinandi prius explorentur, erudiantur, & publico teſtimonio aliquorum piorum, & doctorum, qui præſunt Ec-

cleſiis, admittantur ad miniſterium, ut nunc fit in noſtris Eccleſiis. Hanc difficillimam curam, & neceſſariam Eccleſiæ, ſuſcipere Epiſcopos, facta reformatione, optandum eſt, Et noſtros audimus dilertè ita tribuiſſe Epiſcopis illis ordinationem, ſi procedat reformatio.

18 Et quanquàm noſtri, quadam ſpe concordiæ, de ritu confirmationis, & unctionis non pugnarunt, tamen hoc neceſſariò monendum erat. cum liber definiat ſacramentum eſſe ſignum infallibile gratiæ, hæc deſcriptio non convenit ad hos ritus, qui nunc vocantur, confirmatio, & unctio: de quibus nec mandata, nec promiſſiones divinæ extant. Sciunt adverſarii hos ritus tantum eſſe veſtigia veterum donorum, olim dabantur dona manifeſta per Apoſtolos. Item, ut Prophetæ, ita Apoſtoli, & multi alii depulerunt morbos, ſua oratione, & medicinis. Ab his initiis reliqui ſunt hi ritus: qui nunc quales ſint, conſtat. Vellemus in Eccleſiis ubique Catechiſmum exerceri, ut liber monet, & poſt examen, & profeſſionem, fieri precationem à populo pro pueris. Hanc credimus non eſſe irritam, nec diſplicet addi impoſitionem manuum, & hæc fiunt in quibusdam Eccleſiis apud nos. ita & pro ægrotis fiunt preces. Et conſtat multos propter Eccleſiæ preces revaleſcere, ſed tamen ritus ipſe unctionis nihil ad hanc rem facit, nec habet promiſſionem gratiæ.

19. Dignitas aliorum ſacramentorum obſcuratur, cum hæ leviores ceremoniæ eadem definitione, & nomine proponuntur populo. Ad hæc, uterque ritus nunc plenus eſt magnis abuſibus, quos reprehendere neceſſe eſt.

20. In titulo de diſciplina, breviter inſerta eſt particula de Epiſcopis Germanicis, qui merum & mixtum imperium habent in ſuis ditionibus. Toties clamitant ſcripta noſtra, nos hoc agere, ut piè doceantur Eccleſiæ propter gloriam Dei & ſalutem animarum, & hortatores eſſe piis ut ſtudeant puram Evangelii doctrinam conſervare, & propagare, ſicut mandat Chriſtus: *In hoc glorificatur pater meus cæleſtis, ut fructum plurimum adferatis, ac ſitis mei diſcipuli.* Docet hunc præcipuum honorem DEO reddendum eſſe, curam Evangelii conſervandi, ac propagandi. Hanc rem agimus, non impedimus, quo minus Epiſcopi poſſideant opes, & imperia, attributa ab Imperatoribus & Principibus: ſed tamen rogamus, ut conſideretur, quanta detrimenta Eccleſiæ, quæ clades ſequutæ ſint, ex opulentia, & imperiis Pontificum Romanorum, & Epiſcoporum.

21. Primum ipſi occupati gubernatione civili, & bellis, neglexerunt doctrinam. deinde & collegia Eccleſiarum mutata ſunt, in quibus initio doctrinæ ſtudia viguerunt, & conſervata ſunt monumenta tradita à primis Epiſcopis, qui doctrinam ab Apoſtolis, & doctoribus probatis acceperant. Nunc jactitant ſucceſſionem ordinariam: cum tot ſeculis non curaverint quid antiquitas docuerit. Veteres verè laudarunt ſucceſſionem ordinariam, non tam ut poteſtatem munirent, quam quod ſucceſſores doctrinam Apoſtolicam initio diligenter conſervaverant. Hinc totam formam veteris Eccleſiæ mutaverunt, opes, & regia dominatio Epiſcoporum. quæ cauſa fuit magnæ caliginis, & ingentium bellorum.

22. Hos abuſus nequaquam adprobare poſſumus, cumque videamus eſurire pios paſtores, multis locis totas Eccleſias orbatas eſſe gubernatoribus, quia deſunt ſtipendia: deſeri ſcholas, quia non docentibus nec ſcholaſticis pauperibus proſpicitur, non poſſumus non deplorare Eccleſiæ calamitatem: & optamus, id quod juſtiſſimum eſt, ut aliquid de tantis opibus decidatur ad veros ut Eccleſiæ, id eſt, ad miniſterii Evangelici conſervationem, & juvandas ſcholas, circumit Chriſtus petens, ut Eccleſiis conſulatur, ut Evangelium conſervetur, & queritur ſe eſurire ac ſitire. Huic quid reſpondebunt hi, qui defraudant paſtores & ſcholas? cum objiciet, *eſurivi, & non dediſtis mihi cibum; ſitivi, & non dediſtis mihi potum;* Optandum eſt igitur, ut ex facultatibus Eccleſiaſticis juventur paſtores & ſcholæ.

23. Cæterum in eodem loco, in libro, petitur, ut electio canonica reſtituatur, & ita reformentur omnes ordines, ut ſuum quisque officium rectè & ſedulò faciat. Hæc placent nobis, & oramus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt caput Eccleſiæ Dei, ut ſicut eam mirabili conſilio & potentia ſemper gubernavit, & reſtituit, ita nunc quoque eam emendet, regat, & ſervet. Amen.

RESPONSUM PROTESTANTIUM, DE REFORMANDIS ABUSIBUS ECCLESIASTICIS

Auctore Martino Bucero.

Datum Imperatoriæ Majeſtati, decimo quarto Julii, ANNO 1541.

De Reſtitutione miniſteriorum Eccleſiæ.

QUia verò Imperatoria Majeſtas, clementiſſimus Dominus noſter, ab Electoribus, Principibus, & Statibus, id quoque benigniſſimè petiit, ut ſibi exponerent, quanam ratione, & quibus viis, graves illi abuſus, qui in utrumque ordinem, Eccleſiaſticum & ſecularem, ubique invaſerunt, tolli: & Chriſtiana reformatio, ac piæ diſciplinæ reſtitutio obtineri & ſtabiliri poſſit, cujus ſcilicet rei ſumma nos neceſſitas urgeat: nos Electoris Legati, Principes, & Status, & abſentium Conſiliarii & Legati, qui Confeſſionem Auguſtanam, & quæ in illa continetur, religionem ſequimur, cupientes huic religioſiſſimæ, atque benigniſſimæ, petitioni Imper. Majeſt. humillime parere, perpenſa, quoad licuit, conditione & ſtatu, in quo nunc res Germaniæ ſunt: exiſtimamus quod attinet ad reformationem ſtatus ſecularis, commodum fore, ut ea, quæ in Comitiis ſuperioribus de politia, deliberata, & contra ebrietatem, luxum veſtium, uſuras, monopolia, & alia vitia, Augu-

ſtæ & aliàs decreta ſunt, cum iis de quibus ab Imp. Maj. in indictione hujus Comitii, & in prima hic propoſitione facta mentio eſt, in deliberationem recipiantur, & certum aliquid de his omnibus ſtatuatur, & executioni demandetur. Quod ſi fiat, haud pœnitendam ſanè ſtatus ſæcularis reformationem obtineri, & abuſus, qui in hunc ſtatum invaſerunt, comodè corrigi poſſe non dubitamus. Quod autem pertinet ad reformationem ſtatus Eccleſiaſtici, commiſimus noſtris Theologis, qui hic ſunt, ut rationem & formam aliquam hujus reformationis, citra præjudicium, deſcriberent, quod & fecerunt. Hanc itaque rationem Imperatoriæ Majeſtati veſtræ humillimè offerimus, ab ea, & Statibus alterius partis, ac nobis ipſis ulterius deliberandam. Ea verò ratio ſic habet.

1. Primum, quia *timor Domini initium* omnis *ſapientiæ* & ſalutis eſt: & in vera Chriſti fide, tota juſtitia & ſalus ſita: neceſſarium ante omnia fuerit, doctrinam Evangelii purè & ſynceriter ubique in Eccleſiis tradi, & ſecundum hanc ſacramenta exhiberi, exercitia cæteraque Eccleſiaſtica, omnia eodem dirigi. Et quo hujus rei commodum initium fiat, conſtituendum eſt, ut articuli, quos Dominus hic dederit conciliari, ab omnibus per Imperium recipiantur, & ſecundum eos conciones, & ſacramentorum, aliarumque rerum Eccleſiaſticarum diſpenſationes, in omnibus Eccleſiis inſtituantur. Niſi enim depravatio doctrinæ & ſacramentorum, totiusque cultus divini, ante omnia tollantur, & inſincera manebit, ac diſcors religionis adminiſtratio, & irato hinc Chriſto, nihil prorſus in republ. Imperii rectè & ſalubriter conſtitui, nec impendens, tamque urgens patriæ pernities ullo modo averti poterit.

2. Deinde quia religionis adminiſtratio, ſive in doctrina, ſive in ceremoniis & diſciplina, reſtitui non poteſt, niſi Eccleſiæ habeant idoneos, & vero Chriſti zelo accenſos adminiſtros: neceſſe erit, ut ſuum Eccleſiis jus in eligendis, vel ſaltem probandis miniſtris ſuis reſtituatur, ſecundum veteres canones: ita ut, quorumcunque ſint nominationes, vel præſentationes, quas vocant (nemini tamen ſuo in his jure imminuto) non obtrudant Eccleſiis miniſtros, niſi qui canonicè electi, examinati, & piis plebibus, earumque magiſtratibus ritè fuerint probati. Id quod & articulus de diſciplina in libro oblato requirit. Et conſtat in veteribus canonibus, & piorum Principum legibus, id ipſum, ut indubitatam juris divini traditionem, conſentienter, & graviſſima authoritate præceptum eſſe. *Nulla enim ratio ſinit*, ſicut D. Leo teſtatur, *ut qui præeſſe omnibus debent, non etiam ab omnibus expetantur & probentur.* Quàm etiam impuri, & ad ſacra miniſteria modis omnibus inepti homines tam diu à Suffraganeis illis ordinati, & Eccleſiis præfecti ſint, dum contra aperta canonum & legum decreta, plebes & magiſtratus ab electione & probatione miniſtrorum Eccleſiæ remoti ſunt, nimis magno Eccleſiarum damno omnibus compertum eſt.

3. Præterea cum ſingula oppida paulo populoſiora ſuos proprios Epiſcopos & curatores religionis habere debeant: nec utile ſit, plures cuique Eccleſias committi, quàm quot commodè curare, & per ſe quotannis, abſque detrimento Eccleſiæ ſedis ſuæ inviſere poſſit: ne Eccleſiæ neceſſaria cura, ut jam diu factum eſt, fraudentur, & illud curandum erit, ut ſingula oppida aliquanto frequentiora, miniſtros ejusmodi habeant, quibus plena ſacri miniſterii poteſtas committatur, quo quisq; & ſuæ, cui præcipuè addictus fuerit, & vicinis minoribus Eccleſiis neceſſariam religionis curam impendere, & eas, tam annua inſpectione, quàm aliis miniſteriis, quæ iſta cura requirit, in officio pietatis continere poſſit. Annitendum itaque eſt, ut ea omninò procurationis Eccleſiaſticæ ratio & diſtributio, quam canones Epiſcopis & Metropolitanis præſcribunt, reſtituatur & ſervetur. Nam & ante hac in amplioribus diœceſibus, quia ſinguli ſufficere non poterant, plures Suffraganei, Archipresbyteri, atque Archidiaconi conſtituti fuerunt. Quantum enim damni Eccleſiis hoc dederit, quod non ſingulæ, quibus opus erat, idoneos miniſtros habuere, ac verè Epiſcopali cura & inſpectione deſtitutæ fuerunt, nemo verbis explicare ſatis poterit.

4. Item, quoniam nemini poſſibile eſt, ut ſimul Eccleſiaſticam & civilem adminiſtrationem ritè obeat: qua ratione & canones veteres omnes tam ſeveriter vetant, ne quis, ſanctioni Eccleſiaſticæ deputatus, minime autem omnium Epiſcopi, curam ullam rerum ſecularium ſuſcipiant: neceſſarium & iſtud erit, ut munera iſta procurationis politicæ & Eccleſiaſticæ in adminiſtris ſejungantur, & omnino alii curam Eccleſiarum ſpiritualem, alii gubernationem ditionum civilem ſuſtineant.

5. Cum itaque qui nunc Epiſcopi vocantur, per ſe nihil quam civilem ditionem procurent, nec ferè ſic inſtituti ſint, ut epiſcopale munus, docendo, ſacramenta diſpenſando, diſciplinam exercendo, cum in clero, tum in populo, ita ut oportet, defungi valeant: non videmus rationem Statibus communiter & ſeorſim, totique reipubl. Germanicæ tolerabiliorem ac commodiorem, vel etiam Eccleſiis, ut nunc res Germaniæ habent, ſalubriorem, quàm ut procuratio ditionum his, qui nunc eas adminiſtrant, & ad eam adminiſtrationem deligi ſolent, relinquatur: ea omnino conditione & lege, ut dignitatem & poteſtatem, quam nunc habent, & habere conſueverunt, ſalvam retineant: Eccleſiis verò, tam cathedralibus, quàm iis, quæ, ſecundum canones, debebant habere ſuos proprios Epiſcopos, miniſtri & paſtores, modo & ratione, quam veteres canones præſcribunt, ordinentur, qui curam animarum, totumque paſtorale munus, docendo, ſacramenta exhibendo, & diſciplinam exercendo, per ſe præſtare valeant: qui etiam ad Synodus ſtatis temporibus, ut canones præcipiunt, ſinguli cum duobus presbyteris, aut ſingulis, conveniant, poteſtatemque habeant dicendi ſententias in Synodis, & faciendi judicium Eccleſiaſticum, quod Synodis canones facere concedunt & præcipiunt.

6. Ut autem & illi Principes, qui nunc Epiſcopi habentur, & ditiones Eccleſiis addictas politica ad-

ca ad-

ea adminiſtratione regunt, munere ſuo Eccleſiis commodent, quod præ aliis Principibus ſtudere debent, conſentaneum fuerit, ut veros Eccleſiarum paſtores ſingulariter tueantur, & in habendis Synodis, obeundis viſitationibus, aliisque omnibus rebus ad ſacrum miniſterium pertinentibus, præcipuo ſtudio adjuvent. tum curent, ut ea, quæ pro alendis, & fovendis miniſtris ipſis, deinde iis qui ad miniſterium educantur & inſtituuntur, item pro ſuſtentandis pauperibus, & aliis publicis ac privatis populi Dei neceſſitatibus, donata olim Eccleſiis ſunt, vel adhuc donantur, fideliter conſerventur, & in uſum, in quem donata fuerint, impendantur. Item, ut externa vitæ diſciplina & honeſtas, cum publica pax, & tranquillitas retineatur.

7. His rebus curandis iſti Principes, eò quod ditiones Eccleſiæ regunt, præ aliis meritò impendere debebunt. ſed hac moderatione, ne per horum defenſionem, patrocinium, opem, aut curationem, vel miniſterium eorum, qui curam animarum, & munus paſtorale per ſe adminiſtrabunt, ulla ex parte, ſive in habendis Synodis ſive in obeundis viſitationibus, ſive in juriſdictione Eccleſiaſtica exercenda; vel etiam munus & officium Principum & magiſtratuum cujusque loci, in ſua curatione, defenſione, coercitione, & omni eo, quod ſecundum legem Dei, veteres canones, & piorum Principum conſtitutiones illis concedunt, ſive in perſonas, ſive in bona, & quaſcunque res Eccleſiaſticas, aliquo pacto contrahatur, imminuatur, violetur, aut impediatur.

8. Hac ſeparatione, diſtributione, atque moderatione Eccleſiaſticæ & civilis adminiſtrationis, fieret, ut, quod ad externam rerum conditionem & adminiſtrationem attinet, omnia in eo ſtatu & conditione permanerent, in qua nunc ſunt: nec cuiquam aliquid detraheretur, aut imminueretur, vel dignitatis, vel utilitatis, quam quisque nunc habet: aut juxta vulgo receptas leges, & inſtituta, conſequi poſſit. Id autem, quod maximum & ſummè neceſſarium eſt, interim obtineretur, ut Eccleſiis ſuum idoneum & neceſſarium miniſterium, & juſta curatio, qua hactenus tam miſerè & perniciosè deſtitutæ ſunt, ita ut divina lege, & vetuſtis canonibus ſancitum eſt, reſtitueretur. Sic verò ſimul conſervari ſibi externam ditionem & adminiſtrationem, & Eccleſiis ſuam procurationem legitimè inſtaurari, debet iis, qui Epiſcopales titulos & ditiones nunc tenent, multò eſſe optatius, multoque dignius, cui promovendo operam & opem ſuam conferant, cum hoc pacto præſtare poſſint Deo gratum obſequium, & Eccleſiis ſuam ſolvere fidem, ſtatumque ſuum, dignitatem & opes cum gratia Dei & hominum, & ſecura lætaque conſcientia, firmas & ſtabiles reddere: quàm ut velint Eccleſias ſub nomine miniſtrorum & curatorum, tam multis ineptis atque noxiis hominibus, in quos etiam plus inſumere oportet, porrò gravare atque vaſtare: cum certum ſit, ſi hoc faciant, & iram Dei, & hominum odia contra ſe graviſſimè inflammaturos, indeque ſe & ſua omnia in ſummum diſcrimen adducturos eſſe.

9. De nominibus & titulis, de omnibus iis rebus, quibus externa illa poteſtas & dignitas ornari, atque ſtabiliri, & legitima ſubditorum obedientia confirmari debeat, facilè convenire poterit.

10. Atqui non eſt ſatis, miniſtros Eccleſiarum, juxta divinas ſcripturas, veteres canones, & leges, probari & ordinari: ipſisque totum miniſterium juſta diſtributione committi: ac omnem aliam curam & ſollicitudinem adimi: denique dignam ſacro miniſterio defenſionem ab Eccleſiaſticis & ordinariis poteſtatibus præſtari, ſed concedi etiam illis oportet omnia, quæ eis ad id conferunt, quo vitam ſuam ſanctè & inculpatè, atque ſine cura rerum temporalium, degere, totique populo Chriſti omnis ſanctimoniæ & pietatis exemplum præferre valeant.

11. Hac de cauſa, & maximè quia tantis ſcandalis, & tanta Eccleſiarum pernicie experti ſumus, ut Deus ratum haberi velit illud verbum ſuum; *non eſt bonum hominem eſſe ſolum*: & unusquisque habeat uxorem ſuam, & unaquæque maritum ſuum, propter ſcortationem vitandam: non poterit profecto id absque Eccleſiæ malo amplius differri, ut conjugium omnibus Eccleſiæ miniſtris liberum fiat, quo quisque, pro ſuo dono & vocatione, vel cœlebs, vel in conjugio vivat, ſuumque miniſterium Eccleſiæ, bona conſcientia, & absque ulla offenſione præſtare poſſit.

12. Nec grave videri debet, recentiores de hac re canones, qui cum lege Dei non conſentiunt, poſthabere, poſtquam tam diu, tamque gravi & incomparabili damno Eccleſiæ, diſſimulata eſt tranſgreſſio manifeſta præcepti Dei, & probatiſſimorum canonum, qui tamen divinæ legi conſentanei ſunt. dum ſcilicet tolerantur in ſacro miniſterio, qui ſe omni genere impudicitiæ palam contaminarunt, cum quibus non ſacris modo, ſed etiam externa converſatione communicare Chriſtianis nefas eſt. Nam *cum his*, ut Apoſtolus præcipit, *ne cibus quidem ſumi* à ſanctis debet.

13. Huc verò, ut prohibitione conjugii miniſtri Eccleſiarum quàm primum liberentur, impellere & illud debet, quod pridem experimur, niſi hæc prohibitio ſtatim tollatur, planè nullos, vel qualeſcunque, fore: nedum benè inſtructos, qui Eccleſiis miniſtrare velint. Nam qui aliquid conſcientiæ habent, ii volunt ſe periculo cœlibatus committere, etiamſi cætera omnia in ſacro miniſterio ſic repurgata ac reſtituta eſſent, ut nullus piis conſcientiis ſcrupulus in eo ſupereſſet.

14. Porrò ſicut ſanctum conjugium miniſtris Eccleſiarum liberum faciendum eſt, quo puri & caſti miniſtrent, ita ſeveriter abſtrahendi & continendi ſunt ab omnibus aliis, vel negotiis, vel delitiis, ac voluptatibus, quæ cum hoc divino munere non congruunt. atque ideo in divinis ſcripturis, canonibus, & legibus, illis prohibentur: uti ſunt negotiari, inſtitorem vel cauponem agere, fœnus exercere, indulgere commeſſationibus, ebrietati, ludis inhoneſtis, & à ſanctitate ſacri miniſterii alienis, venationibus, & quæcunque avocare queant à ſanctis, & huic ſunctioni propriis exercitiis, ut à lectione, doctrina, adhortatione, admonitione, & ſtudio ita formandæ vitæ, quo in exemplum aliis præluceat, vel etiam impedire tantum, aut facere remiſſiores.

15. Ve-

15. Verùm quò miniſtri vacui & liberi omnib. aliis negotiis & curis, toti ſacro miniſterio incumbant, neceſſe erit, ut eis neceſſaria vitæ, liberaliter quidem, ſed ea tamen moderatione præbeantur, ut omnis eis occaſio, tam luxus & ignaviæ, quam omnis ſordidi quæſtus præſcindatur. Singulari quoque cura & ſeveritate vigilandum erit, tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis poteſtatibus (nam eſt crimen publicum) contra peſtem ſimoniæ, quò illud Domini in Eccleſiam revocetur: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Quocirca, reſtituenda erit ſeveritas pœnarum, quas contra hoc malum Canones & leges ſanxerunt, nec cuiquam permittendum, pro ulla nominatione, præſentatione, electione, probatione, ordinatione, aut temporali proviſione miniſtrorum, pro ullo ſacri miniſterii officio, quicquam preci vel operæ polliceri, dare, vel accipere, ſub amiſſione miniſterii, & pœnis aliis, quæ hic in canonibus & legibus inſtitutæ ſunt.

16. Propterea ferendum deinceps non eſt, ut Annatæ aut ulla alia pecunia pro confirmationibus, transactionib. diſpenſationibus, aut ulla alia Romanenſi cauponatione, ab Eccleſiis Germanicis, & Eccleſiarum miniſtris, Romanis perſolvatur. Nam miniſtrorum procurationes, electiones, confirmationes, & ordinationes, ita ut canones præſcribunt, fieri debent. De moderationibus ditionum Epiſcopalium ea etiam iniri ratio poterit, quæ reipub. maximè commoda ſit, ut nihil de his Romam, ubi cognoſci & judicari hæc non commodè poſſunt, referatur, ita ut referri etiam ad loca tam longinqua cauſas, canones Aphricanorum, & aliorum conciliorum vetant.

17. Ut autem Simoniæ peſtis penitus excindatur, & omni fœdo & impio quæſtui in his rebus occurratur, revocandi etiam illi canones, & rurſus executioni demandandi ſunt, qui vetant quenquam abſolutè, hoc eſt, non ad certum miniſterium, quod per ſe quiſq; obire ipſe debeat ordinari, aut duobus pluribusve miniſteriis aſſignati, vel plus etiam ſtipendiorum ab Eccleſia percipere, quam cujusque miniſterium requirat.

18. Reſtituendum & illud erit, ut inter miniſteria Eccleſiæ is ordo, & in dignitate, & in modo ſtipendiorum ſervetur, quem divinæ literæ & canones deſignarunt, ut qui curam animarum obeunt, & verbi, atq; ſacramentorum, & diſciplinæ adminiſtrationi inſerviunt, iis qui minora ac minus neceſſaria, ut lectorum & cantorum, officia in Eccleſiis gerunt, præferantur. Quàm enim olim S. Patres damnarint, diaconos anteferri presbyteris, conſtat. multo itaque indignius eſt, qui lectorum modo & cantorum munus habent, pluris fieri iis, qui officium præſtant presbyterorum.

19. Hæc omnia quæ præmiſſa ſunt, & præceptis manifeſtis Dei, & veteribus probatiſſimis canonibus, piorumq; Principum legibus, in miniſtris Eccleſiarum, ſumma ſeveritate, requiruntur. Proinde ſiquidem vera inſtituitur Eccleſiarum reformatio, revocanda omnia & obſervanda in Eccleſiis erunt. Nec enim unquam eccleſiaſticæ diſciplinæ ſperanda reſtitutio eſt, ſi non in primis ea in miniſtris inſtauretur, & rurſus obtineat. Hactenus de reſtitutione miniſteriorum Eccleſiæ,

De Bonis Eccleſiaſticis, eorumq; diſpenſatione, & uſu.

COMMUNIO, & vera inter Chriſtianos charitas id ab initio Eccleſiæ effecit, ut ſponte ſua in ſacris conventibus, & aliàs, Domino liberaliter offerrent, & conſecrarent: unde & ſeminantib. ſpiritualia, hoc eſt, doctrinam vitæ, & ſacra myſteria adminiſtrantibus temporalia benignè præberentur, quò ſacris miniſteriis ſe totos impenderent, & fratribus egentibus neceſſaria vitæ, ne quis in ſacra Chriſti ſocietate egeret, ſubminiſtrarent. Poſt hæc ſunt Eccleſiis à piis Principibus de publico, & ſtipendia pro miniſtris, atque iis qui ad ſacrum miniſterium educabantur, & alimenta pro egenis, attributa. Deinde etiam prædia, & poſſeſſiones, aliique proventus & reditus donati. Quæ omnia, poſterioribus temporibus, variis rationibus, in immenſum propè aucta ſunt.

2. Atqui diſpenſationem & uſum iſtarum opum talem canones præſcribunt. Quatuor jubent ex cunctis Eccleſiæ bonis fieri portiones. unam dari Epiſcopo, quò neceſſaria muneris ſui facilius ſuſtinere, & pauperibus atque peregrinis benignius facere, tum etiam ad ſacrum miniſterium aliquos educare valeat. Alteram cæteris clericis, ut ſuo quiſque miniſterio, aut certè inſtitutioni ſacræ, qua ad miniſteria præparatur, vacare poſſit. Tertiam aſſignant conſervandis templis, & inſtrumentis templorum. Quartam volunt erogari in neceſſitates pauperum, & peregrinorum.

3. Acceſſerunt his varia, pro ſingulis, & Eccleſiæ, & privatorum hominum neceſſitatibus, inſtituta receptacula cum ſuis opibus. Qualia ſunt pro clericis, qui ad ſacra munera erudiri & inſtitui debent, pro pupillis, aliisque pauperum liberis, pro ſenibus, pro ægrotis, pro pauperibus, & peregrinis. Ea vocarunt cœnobia canonica, orphanotrophia, brephotrophia, gerontocomia, noſocomia, Ptochodochea & Xenodochea. His opibus & conſervandis & diſpenſandis clerici maxima ex parte præfecti ſunt, eo quod hos fide certiore, & miſericordia in afflictos & inopes ampliore, præſtare deceat. Qui primi hanc curam ſuſceperunt, vocati ſunt diaconi & ſubdiaconi, quibus poſtea adjuncti ſunt œconomi, & defenſores.

4. Verùm pridem iſta adminiſtratio, & diſpenſatio quam ſacroſanctam eſſe oportuit, cum ea bona Deo dicata forent, ſic intercidit, ut non ſolùm illæ canonicæ portiones clericis, qui vel jam Eccleſiis ritè miniſtrant, vel ad miniſteria Eccleſiæ inſtituuntur, & pauperibus non præbeantur, ſed ne ipſis quidem collegiis canonicorum, & aliis egentium receptaculis ea ſint relicta, quæ nominatim iis donata & addicta ſunt. Nam Epiſcopi, & primores inter clericos, quibus res Eccleſiarum concreditæ fuerunt, tum illa quæ primum Eccleſiis obvenerunt, tum quæ poſtea ſingulis neceſſitatibus cleri in cura animarum miniſtrantis, & ad id miniſterium ſeſe apparantis, vel populi deſti-

nata,

nata & dicata ſunt, diſtribuerunt in præbendas, quas iis omnes propè concedunt, qui Eccleſiis, aut prorſus nihil miniſterii præſtant aut præſtant id quod omnium infimum, & minimè neceſſarium eſt. Nihil enim hi aliud quam lectores & pſaltæ ſunt. idque etiam ſibi magis, quam populo DEI, eo quod lingua, quam populus non intelligit, omnia legant & pſallant. Quod officium, etiamſi ritè defungerentur, tamen adoleſcentium tantum & inferiorum clericorum munus eſſe debebat. Nam in Romano concilio, ſub D. Gregorio primo celebrato, anathemate prohibentur, ne Presbyteri, quorum munus eſt, verbo Dei, & ſacramentis adminiſtrandis incumbere, aut Diaconi, quorum eſt, eleemoſynam adminiſtrare, cantionibus vacent.

5. Iis autem, qui vel miniſteria neceſſaria, ut eſt cura animarum, jam obeunt, vel obeundis ſe præparant, aut nullæ aut per quam tenues præbendæ conferuntur: imò ſi quæ locupletiores habebantur, eæ quoque per incorporationem, aliasque obliquas & impias artes, ſuppreſſæ ſeu abſorptæ pridem ſunt, & in præbendas eorum, qui lectorum tantum & cantorum munus aliqua ex parte ſibi ſumpſerunt, diſpertitæ. Quin nec magiſtris ſcholarum ſua ſalaria relicta ſunt. Eo verò factum eſt, ut non tantum nulli uſpiam reperiantur idonei ad ſacrum miniſterium, aut educentur, ſed ipſæ quoque ſcholæ, dum doctoribus nulla ſuperſunt ſtipendia, tacemus de diſcentibus, propè abolitæ ſint. Jam ut ipſi vivunt, qui Eccleſiis nihil quàm lectiones & cantiones præſtant, easque Eccleſiis minimè utiles, imò propter impiam multorum in hoc opus fiduciam, & fœdam ex commentis prophanis contaminationem, plerunque noxias, ac in quem maximè uſum præbendas ſuas convertunt, quarum ii ferè, & plures, & pinguiores habent, qui Eccleſiis pernicioſiores ſunt, id verò notius toti orbi eſt, quàm ut ſit verbis hic exponendum,

6. Atqui cum D. Scriptura, omnes S. Patres, omnes canones, ingens ſacrilegium eſſe pronuncient, ſi ea, quæ ad conſervandum ſacrum miniſterium, & neceſſitates populi Dei, cum publicas, tum privatas ſublevandas, Deo ſacrata ſunt, in alios uſus, nedum in luxum & obſcœniora etiam aliquot flagitia inſumuntur: tamen ſi quid rerum Eccleſiaſticarum hodie tanto abuſui deciditur, & in eum propriè uſum, quem divinæ literæ, canones, & leges præſcribunt, in miniſterium curæ animarum, ſcholas, & pauperes, convertitur: clamitant hi ipſi rerum Eccleſiaſticarum prædatores, & decoctores, ſacrilegium committi, diripi patrimonium Chriſti, ſpoliari DEI Eccleſias: nec ullum præſentius inter Status Germaniæ aut periculoſius diſſidium, quàm illinc hodie exiſtit, & indies magis exacerbatur.

7. Quapropter non ſolùm religionis, ſed etiam publicæ pacis & tranquillitatis cauſa, neceſſarium erit, quàm primum huic malo remedium adhibere. Poſſetque hujus rei tale initium fieri, ut de amplisſimis illis collegiorum & cœnobiorum opibus hic ſtatim miniſteriis Eccleſiarum & ſcholis neceſſaria deciderentur, de quorum moderatione facilè convenire poſſent. Poſtea verò quàm ii morte decederent, quos nemo non agnoſcit, cum ob ſuam imperitiam atque ignaviam, tum ipſo etiam vivendi genere Eccleſiis nihil poſſe commodare, & tantum oneri eſſe poſſent etiam ſtipendia transferri ad eos, qui ſe ſacro miniſterio conſecraverint, vel ſe ad id ſuſcipiendum erudiendos dederint. cujus certè rei ſumma Eccleſiam neceſſitas urget. denique aliqua & egentibus portio deputari. Hæc de bonis Eccleſiaſticis, atque eorum diſpenſatione, & uſu.

De diſciplina populi.

QUo hæc, quæ & ipſa graviſſimè concidit, reſtitui poſſit, neceſſarium erit, primum omnium, ut præter ordinarias conciones, quæ ſingulis ſacris feriis quam fideliſſimè de omnibus doctrinæ Chriſti capitibus habendæ ſunt, pueritia ſacro Catechiſmo diligenter inſtituatur in omnibus fidei noſtræ articulis, de peccato originali, & actuali, De juſtificatione, de veris vitæ Chriſtianæ officiis, de virtute & fructu verbi Dei, de efficacia & uſu ſacramentorum, & diſciplinæ Eccleſiæ. audiat expoſitionem Symboli Apoſtolici, precationis Dominicæ, decem præceptorum. doceatur de præcipuis Evangelii locis atque de officiis Chriſtianis. Hæc ſummo ſtudio tradi juventuti, & exigi etiam ab ea oportet, ut conſtet quantum quisque profecerit: objurgari denique quos conſtiterit minus eſſe attentus.

2. Ubi verò de his ſatis inſtituti fuerint, & eo promoverint, ut merito ad menſam Domini admitti debeant: operæ pretium eſt, ut ante coram tota Eccleſia fidem ſuam profiteantur, ſeque etiam in obedientiam Chriſti & Eccleſiæ ipſi ſuis verbis offerant & addicant. Poſt quam profeſſionem fieri pro eis ab Eccleſia precationem, & imponi eis à miniſtris manus conveniet: eoque pacto veram eis confirmationem, de qua & liber ab Imperatoria Majeſt. tradit, exhiberi. Hæc res eo conferet, ut deinde per totam vitam diſciplinæ Chriſti ſeſe liberius ſubjiciant, & ſi labantur, facilius erigi, ſi à via Domini declinent, citius in eam reduci queant. Eaque ratione cenſura vitiorum, abſtentio, excommunicatio, totaque illa ſalutaris diſciplinæ ſeveritas commodius reſtituetur. atque in univerſum metus peccandi, rectè vivendi ſtudium, quotidianus ad pietatem & ſanctimoniam profectus magis excitabitur, & confirmabitur.

3. Et hæc itaque Eccleſiaſtica cenſura, & animadverſio abſtentionis & excommunicationis revocanda in Eccleſiam eſt. ſed quæ non ad exigenda debita, aut firmandam externam cleri immunitatem & dominationem, ſed ad coërcenda ſcelera & flagitia, ad corrigendos malos populi mores, adhibeatur & exerceatur: idque verò ac ſalubri judicio ſpiritus, & per idoneos ex clero & populo adminiſtros: ſolaque inſtaurandæ, in DEI populo pietatis & ſanctimoniæ cauſa: non ambitione aliqua, vel quæſtus cupiditate. Ut factum eſt hactenus, in vulgaris illis inſpectionibus, quas falſo

Syno-

Synodos vocant, in quibus flagitioſos quidem multarunt, ſed ut lucrum inde referret Officialis, vel Epiſcopus, vel certè quo ſuæ, aut alterius cujuſpiam malevolentiæ obſequerentur: non ut emendarentur qui peccaverant, & Eccleſia offendiculis purgaretur.

4. Hanc vero Domini diſciplinam, ſi rurſus in doctrina & ſacramentorum uſu Eccleſiæ verè conſentiant, & idoneos, fidos, atque vigilantes miniſtros habeant, tum Catechiſmus cottidie ſummo ſtudio fiat, non minus facilè erit reſtituere, & moderatione, toti Eccleſiæ, omnibusque ejus ordinibus ſalutari, exercere, quam ea Eccleſiis ad conſervandum & provehendum pœnitentiæ & pietatis ſtudium, neceſſaria eſt.

5. Quo autem & hæc diſciplina, ſine qua certè Eccleſiæ ritè conſiſtere non poterunt, iterum reſciteretur, aliaque omnia, quæ ad veram Eccleſiarum reformationem requiruntur, ſimul obtineantur, & ad diuturnitatem confirmentur: omnino neceſſe erit, ut ordinariis poteſtatibus, & magiſtratibus ſæcularibus ſua quoque cura, & mandatum requirendi & exigendi à ſingulis, quicquid in officio cujusque eſt, tum etiam quæ vitioſè omittuntur & peccantur, corrigendi injungatur, omnino ea, cum moderatione, tum ſeveritate, qua eis iſtam curam divinæ Scripturæ, canones, ſcripta ſanctorum Patrum, & Novellæ Juſtiniani imponunt, & demandant.

6. Hi quoque excitandi ſunt, ut publicas idololatrias & ſuperſtitiones, quas etiam liber, ab Imperatore oblatus, ſubmovere præcipit, tollant & flagitia, ut ſcortationem, ſtupra, adulteria, ebrietatem, & cætera offendicula, quæcunque palam mores Eccleſiæ vitiant, juſtis pœnis & coërcitionibus è populo Dei profligent. Qua de re, quicunque civilis criminis rei agendi fuerint, etiam clerici, eximi eorum judicio non debent, ita ut à piis Imperatoribus in Novellis edictum legimus.

7. Ad hunc itaque modum, quem hactenus deſcripſimus, ſi Dominus nobis dare dignaretur, ut verbo ipſius, ſanctis canonibus & legibus, nos hactenus ſubjiceremus, & abuſus ac vitia ſane graviſſima & pernitioſiſſima, quæ in clerum & populum invaluerunt, & ad extremum invaluerunt, ſecundum commemorata aperta Dei præcepta, canones probatiſſimos, & authoritatis primæ, verè pias religioſorum Principum leges, quibus canones ipſos confirmarunt, ut pro legibus haberentur, corrigere & emendare, Eccleſiisque ſynceram doctrinæ, ſacramentorum & diſciplinæ in clero & populo adminiſtrationem reſtituere Imperator Auguſtus clementiſſimus Dominus noſter cæterique Electores, Principes, & Status omnes annitèrentur, & concordi id ſtudio quisque per ſe incumberent: omnino jam conſultum Eccleſiis, & vera ac ſalutaris earum reformatio obtenta foret. Regnaret planè apud nos Chriſtus Jeſus, & quæcunque bono nobis & ſaluti eſſe poſſunt, benigniſſimè conferret & augeret, malaque & noxia potentiſſime à nobis depelleret & arceret. Ipſe efficiat in nobis, ut hoc regnum ejus, & juſtitiam cognoſcamus omnes, & vero corde quæramus. Amen.

8. At verò cum iſta plenior Eccleſiarum reformatio abſque nationali conventu rectè inſtitui & obtineri haud facilè queat, nec poſſit ſine certiſſima & irreparabili pernitie Germaniæ amplius in totum differri, certe tale hujus reformationis initium fieri non incommodè poſſit, ac debeat.

9. Primum, ut doctrina Chriſti univerſa ubique in Eccleſiis Germaniæ, juxta articulos, de quibus hic convenire queat, bona fide traderetur, & ſummo ſtudio hominum animis infigeretur, tum ut ſacramenta & cunctæ ceremoniæ, tam conformiter ad articulos conciliatos diſpenſarentur & adminiſtrarentur, quam cuique ſtatui id in ſua Eccleſia ad ædificationem factu poſſibile foret, denique ut in iis quæ continentur in articulis nondum conciliatis, quisque ſtatuum cuncta item, congruenter ad conciliatos articulos, quantum pro ædificatione Eccleſiæ ſuæ liceat, attemperaret & inſtitueret.

10. At verò quia populus pridem ubique Germaniæ novit ſacramenti integri uſum à Domino ipſo inſtitutum pro omnibus eſſe, ſic quoque omnem, non priſcam modo, ſed eam etiam, quæ ante trecentos annos extitit, Eccleſiam ubique obſervaſſe, ut in Græcia, India, & ubicunque extra orbem Romanum Chriſtiani ſunt, adhuc obſervatur, ſtatim hæc prohibitio integri ſacramenti tollenda erit, & plena communicatio omnibus permittenda. Id quod & liber ab Imperatoria Majeſtate oblatus piè conſulit.

11. Deinde quia nec doctrina, nec ſacramenta in Eccleſia ſalutariter adminiſtrari poſſunt, niſi Eccleſiæ idoneos, fidos, & zelo Domini inflammatos miniſtros habeant, neceſſarium erit, ut ſingulis per univerſum Imperium Eccleſiis & Statibus liberum hic fiat, tales ſibi miniſtros quærere & aſſumere, qui ad eum, quem nunc deſcripſimus, modum, doctrinam & ſacramenta, juxta conciliatos articulos ſynceriter & fideliter adminiſtrent. Qua in re, Status ſinguli ab Epiſcopis & omnibus, ſive Eccleſiaſtica, ſive politica poteſtate polleant, adjuvari, & à nemine impediri aut turbari debeant.

12. Tertiò, quia nemo ſacro miniſterio ritè ſe impendere poteſt, niſi habeat vitæ hujus neceſſaria, & de his, ſicut & de inſtitutione & proviſione ſcholarum, tolerabilis aliqua hic atque æquatio, quantum pro initio fieri poterit, ineunda eſt.

13. Quartò, cum omnino contra naturalem honeſtatem, nedum contra legem Dei, & canones, tantopere pugnet, habere ſacrorum miniſtros turpi mulierum contubernio, aut aliàs manifeſta impudicitia defœdatas: nec puſſint hodie, qui hac abominanda fœditate puri ſint, inveniri, ad miniſterium Eccleſiæ idonei, ſi maritis eſſe non liceat: ipſa profecto religionis neceſſitas ſumma & inevitabilis id quoque poſtulat & exigit, ne miniſtris poſthac ſit ſancto conjugio interdictum: & remittantur tandem poſteriores canones ea parte, qua cum lege Dei, & vetuſtis melioribus canonibus non conſentiunt: quo ea parte & recentiores & antiqui, ipſeque divinæ legis canon, qui tamdiu, maximo & irreparabili religionis ruina remiſſi fuerunt, reſtitui & ſervari queant, ne ſcilicet divina myſteria ii adminiſtrent, cum quibus Chriſtiano nefas eſt etiam vulgarem cibum ſumere, idololatriæ vero & ariolandi malo par, communicare ſacris.

14. Quin-

14. Quintò, ne inter hæc reformationis primordia alii aliorum jura vel bona invadant, utq; illicitæ novationis periculum arceatur, conveniet conſtitui hic ſtatim ex partis utriusq; conſenſu grave aliquod & æquum, ſoliq́ue juſtitiæ, nullis partibus addictum judicium Cameræ, per quod ſi quid diſſentionis inter hæc reformationis initia oboriatur, judicetur, & omnis iniquitas alieniq́ue invaſio depellatur & cohibeatur.

15. Verùm contra hunc conatum reformandæ Eccleſiæ Germanicæ objici ſolet, Germaniæ non licere, ut ea per ſe in religiona aliquid immutet, quod non & aliæ nationes ſimul mutare inſtituant, religionem pertinere & ad alias Chriſtianas nationes. quare ſint illarum approbationem, nihil de ea ſtatim debere à nobis ſtatui. Quod enim omnes attingit, eſſe ab omnibus approbandum, & ſi quid Germani ſuo tantum conſilio corrigere in rebus Eccleſiaſticis auſint, eo illos nihil aliud quàm quod nunc graviſſimo noſtro malo, & aliarum nationum offendiculo exiſtit, ſchiſma aucturus, & diſſimilitudinem religionum, quæ modo inter hanc & alias nationes Chriſtiani nominis eſt, & turpiſſima, & pernitiofiſſima, facturos majorem. id quod hominibus religioſis ſit indigniſſimum, & nationi noſtræ periculoſiſſimum.

16. Sed reſpondendum ad hæc eſt, Chriſtianis, qui Chriſti præcepta hominum voluntatibus tanto intervallo præferre debent, quanto eſt Chriſtus anteferendus hominibus, non licere, ut quæ jam certo cognoverint, ab uno hoc Servatore noſtro vetita, retineant, aut ut amplecti differant, quæ non poſſunt dubitare, ſibi eſſe ab uno magiſtro, & Deo noſtro, ſanctiſſime injuncta & mandata. etiam ſi repugnet eis hac in re totus orbis: nedum non approbet eorum ſtudium. perpetuum enim illud eſt: *oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.* Act. 5.

17. Jam negare nemo poteſt, quæ hic oſtendimus in Eccleſiis, vel corrigenda, vel reſtituenda eſſe, ea Chriſtum Dominum ita corrigi & amplecti, & clariſſime, & ſeveriſſime præcepiſſe, & in divinis ſcripturis, & in ſacris canonibus, & in piorum Principum legibus. Quare ſi etiam aliæ nationes hanc, à Domino præceptam mutationem, hoc eſt, manifeſtorum vitiorum correctionem, & neceſſariorum officiorum reſtitutionem nunquam admittere, imo pro viribus etiam oppugnare velint, tamen niſi non libeat nobis eſſe oves Chriſti, audienda nobis vox eſt hujus ſolius boni & Principis paſtoris noſtri, ipſumq́ue ſequi toto pectore oportet: poſtquam nimirum ſic claré nobis vocem ſuam ingerit, ut de ea dubitare, etiam ſi velimus, non poſſimus. Neq; enim de rebus dubiis & obſtruſis agitur, ut quid rejiciandum, quidve recipiendum ſit, ambigere quiſquam poſſit, aut opus ſit in eo, indicio aut judicio eorum, qui in aliis nationibus ſpiritu Domini ampliore præditi ſunt. Teſtata enim & explicata hæc ſcripturis & canonibus tam evidenter, tamq́; copioſè extant, ut ſi reformationem ulterius differamus, eo, ceu clariſſima voce, Domino renunciaturi ſimus: *nolumus hunc regnare ſuper nos.*

18. Pertinet quidem religio ad omnes Chriſti nomine inſignitos: & oportebat pridem à cunctis nationibus, quæ hoc nomen retinent, communi conſilio & conſentiente ſtudio, quæcunque in religionem vitia invaſerunt, corrigi, & ſynceritatem ejus reſtitui. At dum aliæ nationes, ſive ignoratione veritatis, ſive pravis cupiditatibus, ſive oppreſſione tyrannidis Antichriſti impeditæ, ſalutem ſuam negligunt, & vitiatas religiones quàm repurgatas malunt, ob id non eſt & nobis noſtra ſalus negligenda, & in vitiis religionis, quæ certum ſecum exitium trahunt, perſeverandum. & ſi quam nos moliri optamus ſacrorum reformationem, eam, ſicut Chriſtus & Eccleſia omnis apertiſſime & ſeveriſſime præcipit atque exigit, ita nulli uſpiam Chriſtiani, qui de his rebus cognoverint, non approbabunt & laudabunt. Cæteri, ut alieni adhuc ſunt, ita vox eorum audienda ovibus Chriſti non eſt, ipſique eis omni ſtudio fugiendi ſunt. Cum denique, hac reformatione, veræ pietatis exemplum aliis nationibus præferemus, erit quod nobis illæ gratias agant, non quod nobis offendantur, poſtquam hinc maximum commodum & nihil cenſuræ ſint incommodi.

19. Quod verò interim varietas aliqua, vel diſſimilitudo inter noſtram & alias nationes aliquamdiu manſura eſt, id non fiet vitio noſtro, nec eſt id, quod ad nos quidem attinet, ſchiſma appellandum. Non enim abſcindimus aut avellimus nos ab ullis veris Eccleſiis, dum purius & plenius nos Eccleſiæ Dei, quæ ab initio fuit, adjungimus & adhæremus, nec diſſimilitudinem ullam cum eis inducimus, dum quæ apud nos aliena à fide & religione ſanctorum irrepſerunt, reſecamus, & ad hanc fidem & religionem omnia conformare annitimur.

20. At ſicut id non fœdum aut noxium, ſed optabile potius initium purgationis, & reſtituendæ ſanitatis haberi debet, ſi in corpore undiq; mutilo & ulceroſo, aliqua tamen membra mundari & curari incipiant, etiamſi reliqua non poſſint eandem ſtatim curationem recipere: ita ſi nobis Germanis Dominus, quos primos huc vocavit, donet etiam ut in primis moliamur eas labes & vulnera, quibus cunctæ nationes defœdatæ & ſauciæ jam diu jacent, emundare & obligare, ea res nullam in corpus Chriſti, hoc eſt Eccleſiam, turpem diſſimilitudinem aut deformitatem inferet, ſed erit ſalutare & neceſſarium initium, ut totum aliquando corpus eandem munditiem & ſanctitatem recipiat.

21. Si verò hanc neceſſariam Eccleſiarum reformationem inſtituere differemus, non ſolùm ab aliis nationibus, ſed etiam inter nos ipſos diſtracti, varii, & diſſimiles in religionibus erimus. Nec enim auferet Dominus à ſuis ſpiritum conſtantiæ, ut ſicut hactenus, ita ad extremum uſque anhelitum, in iis, quæ ipſe eis donavit, perſeverent. Ubi ita reliqui ſtatus piam & ſanctam reformationem à ſe rejicient, tum verò fœda & pernitioſa Germaniæ, non tantùm ab aliis nationibus, ſed etiam intra ſe ipſam diſtractio & diſſipatio corroborabitur, intolerandaq́; ultio Dei irritabitur.

22. Ergo Dominus Jeſus caput noſtrum, qui ſemetipſum pro Eccleſia ſua in mortem tradidit, ut eam ſanctificaret, mundatam lavacro aquæ in verbo, utq; eam ſibi ipſe ſiſtat glorioſam Eccleſiam,

non habentem maculam, aut rugam, aut quid hujuſmodi, ſed ut ſancta & inculpata ſit, is donet Imperatoriæ Majeſtati, omnibusq; Electoribus & Principibus cæterisq; Statibus Imperii, univerſis & ſingulis, ut quantis in ſordibus & malis, nunc Eccleſiæ Dei ubiq; detineantur, plenè agnoſcant, atque ſicut ab ipſo Principe, & ſolo bono paſtore noſtro, gregi illius Paſtores & curatores præfecti ſunt: ita etiam ſuum ſtudium ſuamq; operam, pro omni ea poteſtate, quam ab eodem Chriſto Domino, cui ſcilicet pater omnem poteſtatem dedit in cœlo & terra, ad id conferant, quò cunctæ Eccleſiæ verbo & ſpiritu Chriſti, quamprimum undique omni labe & macula, cunctisq; morbis & langvore ſuperſtitionis, diſſolutionis, vitæque impuræ purgentur, ac ſanentur, & primævam ſuam formam & vires in omni pietate, ſanctimonia & juſtitia recipiant, in eaq; ad gloriam ſempiternam patris cœleſtis ſemper illuſtrandam & ſalutem generis humani promovendam perſiſtant uſque in diem ejusdem ſponſi & capitis ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen.

DE IISDEM ABUSIBUS ECCLESIASTICIS EMENDANDIS.

Auctore Philippo Melanchthone.

CUm prima & præcipua cura eſſe debeat in Eccleſia Chriſti, ut Evangelium rectè, purè, & perſpicuè doceatur, prodeſſet aliquam ſummam doctrinæ Evangelii, tanquam Catechiſmum edi de Deo, de trib. perſonis divinitatis, de creatione, de peccato originis, de Chriſto, deniq; de cæteris articulis ſymboli in hac ſumma prodeſſet complecti articulos conciliatos. Ita & multi piè erudirentur, & paulatim Eccleſiæ coirent in concordiam.

2. Prohibendum eſt, ne omittantur conciones ordinariæ in feſtis diebus, & curandum per eos qui præſunt, ut paſtores pia, & utilia ad ædificationem, & apta temporibus dicant. Et in fine concionum addant adhortationem ad pœnitentiam, cum publica abſolutione, & precationem pro præſentibus neceſſitatibus quolibet tempore.

3. Et quia vetus conſuetudo tradendi Catechiſmi, & pueritiæ peculiariter erudiendæ, & explorandæ, ferè ubique negligitur, inter præcipuas reformationis partes ducimus eſſe, renovationem ejus moris. Quare efficiendum eſt, ut per paſtores aut diaconos ſingulis ſeptimanis, duæ horæ aut tres, pro conditione loci, tribuantur Catechiſmo. ſic, ut cœtu puerorum, & puellarum convocato tradatur ordine, & ſimpliciſſimè ſumma doctrinæ Chriſtianæ, & audiantur ordine pueri & puellæ, recitantes ſymbolum, decalogum, precationem dominicam, doctrinam de fide juſtificante, de ſacramentis, de pœnitentia, de bonis operib. de cruce. Cogitemus puriſſimam Eccleſiæ partem eſſe pueritiam rectè inſtitutam. Ideò hæc ætas nequaquam negligenda eſt. præſertim cum & hic fructus accedat, quod cum tenera ætas pia & ſalutari doctrina imbuitur, ſimul concipit amorem religionis Chriſtianæ, quæ poſtea, cum accedunt anni, prodeſt moribus. Et melius judicant homines de iis doctrinis omnibus, quarum elementa rectè imbibit prima pueritia. Denique notum eſt illud,

Uſque adeò à teneris conſveſcere multum eſt.

Et toties clamitat ac præcipit Deus in ſacris literis, ut doctrina cœleſtis tradatur poeris.

4. Et quia ceremoniæ invitare homines, & aſſvefacere debent, tum verò etiam ſigna ſunt ad admonendus, & docendos rudes utilia, curandum eſt, per eos qui præſunt, ut ceremoniæ utiles, & quæ aliquid gravitatis habent, retineantur, & abſurdæ ac indignæ gravitate Eccleſiæ aboleantur: ut ſunt multæ ſtatuarum circumgeſtationes, ut alicubi magno pondere crux circumfertur, quam vix quatuor geſtare queunt &c. Item ſtatuæ & picturæ fabuloſæ, & quæ ſuperſtitiosè coluntur. Harum rerum emendatio bonis & prudentibus gubernatoribus in qualibet diœceſi commendetur.

5. Sed plurimum refert, quales ſint paſtores, & cæteri doctores & miniſtri Eccleſiarum. Ac ne idonei præficiantur, potiſſimum ex his duabus cauſis accidit: vel quia patroni & collatores commendant indoctos & ignavos, aut propter privatam benevolentiam, aut corrupti pecunia, aut propter alias cauſas non probandas, vel quia Epiſcopi, ſine delectu, ſine exploratione, admittunt quoslibet, & cum non adficiantur cura ſalutis Eccleſiarum, nec doctrinam nec mores paſtorum inquirunt, nec præficiunt inſpectores, qui indoctos erudiant.

6. Ut igitur his cauſis occurratur, primum de collatione deliberandum erit. In collegiis prodeſt reſtitui canonicam electionem, nec concedi, ut menſe Papali aut per alias occaſiones intrudantur indocti aut male morati. Cæterum in eligendis paſtoribus, etſi jus patronis nollemus adimi, tamen nec patroni præficiant paſtores, non prius commendatos aliquo teſtimonio Eccleſiæ, hoc eſt honeſtorum hominum in eo cœtu, cui datur paſtor. Et liceat Eccleſiis rejicere impios aut non idoneos, aut referre rem ad Epiſcopos, aut eos qui loco Epiſcoporum ſuſtinent gubernationem Eccleſiaſticam.

7. Epiſcopi, aut hi qui Eccleſiaſticam gubernationem loco eorum ſuſtinent, nullos ordinent, niſi ad certa miniſteria Eccleſiæ. Nec ſint ocioſi ſacrificuli, tantum eò ordinati, ut victum ſibi quærant lectione Miſſarum, ut vulgò fit. Nec ordinentur inexplorati, ſed ſint viri docti & graves aliquot, quibus ſit in qualibet diœceſi mandata cura examinis, hi neminem admittant ad ordinationem, niſi adferat teſtimonium de vocatione ad certum miniſterium, & de moribus, deinde doctrinam inquirant de dogmatibus Eccleſiæ neceſſariis. Si quos invenient prorſus indoctos, prohibeant, ne ordinentur, & ſignificent patronis aut Eccleſiis, ut alios quærant idoneos. Sin autem erit aliquis mediocri doctrina inſtructus, & videatur poſſe præficere, detineatur, & ab aliquo examinatore per menſem unum atq; alterum erudiatur. Nam examinatores illi non tantum ſint ocioſi auditores ordinandorum, ſed ſuſcipiant laborem etiam erudiendi indoctiores, eosq; ſæpius audiant. Et Epiſco-

pis

Digitized by Google

pis aut gubernatoribus curæ ſit, ut pauperes ordinandi interim victum habeant, & aliquot libellis neceſſariis inſtruantur. Hæc officia ſi ſumptuoſa eſſe arbitrantur, cogitent nullum eſſe ſanctius eleemoſynæ genus, quam pauperum ſacerdotum ſtudia juvare, & conſulere Eccleſiis. ac reputent, ſibi propter tales eleemoſynas tantas opes datas eſſe. curabunt igitur, ut pauperes ordinandi habeant hoſpitia & præceptores.

8. Ut autem paſtores, & cæteri miniſtri Eccleſiarum, ſacerdotes, & diaconi, poſſint Deum invocare bona conſcientia & vera fide, aboleatur lex & obligatio, quæ prohibet conjugium ſacerdotibus. ac liceat eligere ad ſacerdotium, videlicet ad docendum Evangelium, & ad ſacramenta adminiſtranda, honeſtos maritos. liceat etiam his, qui ſunt ordinati cœlibes, poſtea honeſtum conjugium contrahere. Si enim hoc non conceditur, multis locis deerunt paſtores, & Eccleſiarum ſolitudo, & vaſtitas metuenda eſt. Sicut jam in ipſis epiſcoporum ditionibus in Germania ſcimus multis locis deeſſe paſtores Eccleſiis. Cedat igitur humana traditio, & injuſta lex neceſſitati publicæ, cædat dignitati miniſterii, quod ut conſervetur, tollantur injuſta vincula, & obligationes, quæ deterrent pios & modeſtos ab ea functione. Haud dubiè omnes modeſti toto corpore atque animo cohorreſcunt, cum cogitant quanta agmina animarum hæc lex de cœlibatu tot jam ſeculis traxerit in æternum exitium. Quanquam igitur cœlibatus fortaſſis ad opes Eccleſiaſticas retinendas eſt accommodatior, tamen major habenda eſt ratio veri cultus Dei, ſalutis animarum, & publici exempli. Sacerdotes polluti mala conſcientia non poſſunt Deum invocare, ruunt in interitum perpetuum, & nocent exemplo moribus aliorum. Si his tantis cauſis gubernatores non moventur, ſi impediunt veram Dei invocationem, ſi non adficiuntur exitio aliorum, profecto dura eſt Eccleſiæ ſervitus. Quare oramus, ut hoc vinculo cœlibatus miniſtri Evangelii liberentur.

9. Abuſus frequentiſſimus eſt ubique, qui graviter offendit Deum, quod homines obnoxii publicæ turpitudini petunt abſolutionem, & cœnam Domini, ſine vera pœnitentia, tametſi propter ſolennem ritum, quandam ſimulationem pœnitentiæ præ ſe ferunt. Hoc eò fit, quia Epiſcopi multis ſeculis neglexerunt judicia Eccleſiaſtica, ut poſtea dicemus. Sed tamen mandetur paſtoribus, ut prudenter ſacramenta adminiſtrent, nec abſolvant eos, qui non promittunt emendationem vitæ. Et, ſi poſſunt, obnoxios manifeſtæ turpitudini indicent judicibus Eccleſiaſticis, aut aliis magiſtratibus.

10. Paſtores in ſingulis Eccleſiis audiant ſemel in anno ordine auditores, præſertim rudiores: ac fidem eorum explorent: idq; in templo fiat. Nec poteſt hac in re quisquam detrectare paſtoris authoritatem, quia ſinguli debemus fidem profiteri, præſertim apud paſtores pios & fideles, cum hoc ex officio poſtulant. Ibi paſtor ſingulos etiam ea quæ cujusq; ætas aut mores poſtulant, prudenter, & graviter moneat, & erudiat indoctiores, de fide, de moribus, de uſu ſacramentorum.

11. Et ut populus tranquilla & pia conſcientia ad cœnam Domini accedere poſſit, conſcientiis illorum conſulatur, qui cum norint veterem Eccleſiæ morem, integro ſacramento uti malunt. Nemo circumferens malam conſcientiam poteſt Deum invocare, ut igitur Deus colatur, & ut conſulatur hominum ſaluti, gubernatores maximè cavere debent, ne lædantur piæ conſcientiæ. Conſtat hanc ceremoniam inſtitutam eſſe, ut fidem confirmet in pavidis mentibus, ſeu conſolationem adferat, & ut hic gratiæ agantur Deo. Quomodo autem conſolationem capiet, aut aget gratias exulcerata conſcientia? Hæc arcana vulnera gubernatores Eccleſiæ intelligere, & ſanare debebant. Ideo tollatur abuſus, videlicet prohibitio calicis.

12. Maximus & univerſalis abuſus eſt, quod non exercentur judicia Eccleſiaſtica, nec de doctrina, nec de moribus ſacerdotum, aut populi. Primum Pontifices quando convocarunt Synodos ad veram, & æquam cogitationem de doctrina? ſed jam de particularibus Eccleſiis agimus Epiſcopi habent officiales, ut vocant, quibus controverſiæ de contractibus ſponſalium, & aliæ quædam inquiſitiones commiſſæ ſunt. Hi nec intelligunt officium ſuum, nec faciunt. Sed habent quædam aucupia pecuniæ, quæ longum eſſet recitare. Non poſſumus ſine magno dolore commemorare Eccleſiæ calamitates. Nos in Germania titulos habemus Epiſcoporum, Epiſcopos qui officium ſuum faciant, non habemus. Cum enim quatuor ſint præcipua Epiſcopi officia, docere & gubernare doctrinam, ordinare & explorare ordinandos, præeſſe judiciis Eccleſiaſticis, & viſitare Eccleſias: noſtri Epiſcopi in Germania vix umbram & ceremoniam unius muneris retinent, videlicet ordinationem ſine exploratione. Interim tenent amplas ditiones, quas cum adminiſtrant, Ducum officiis funguntur, non Epiſcoporum. Quas ſi volunt retinere, non enim impedimus, deliberetur de certis, qui verè regant Eccleſias: & ut ſupradictum eſt, oportere in qualibet diœceſi eſſe certos delectos viros, qui præſint ordinationi, & explorationi ordinandorum, ita ſint, ſeu iidem, ſeu alii, qui præſint judiciis Eccleſiaſticis, & viſitent Eccleſias. Fungatur igitur vero munere Epiſcopi, ſeu unus aliquis certo loco, ſeu hæc decuria judicum. Neceſſe eſt enim in Eccleſia eſſe aliquos idoneos gubernatores doctrinæ & ordinationis. Neceſſe eſt judicia exerceri de doctrina, & de controverſiis ſponſalium, de divortiis. Neceſſe eſt reſtitui excommunicationem mandatam in Evangelio. Hunc Epiſcopi vicarium, ſeu hanc decuriam judicum tueatur ille, qui titulum tenet Epiſcopi. Jam ſi collegia haberent viros doctos, pios, & exercitatos: expeditiſſimum eſſet legere hos judices ex collegiis. Sed addendi ſunt aliqui honeſti, graves, & docti viri laici. Et in ſingulis diœceſibus pro magnitudine plures tales decuriæ judicum conſtituantur. ſed ſit una ſuprema, quæ, ut dictum eſt, ſit velut vicaria Epiſcopi. Ut autem habeant hæ decuriæ honeſta ſtipendia, certæ præbendæ ſeu certa collegia, ſeu reditus monaſteriorum ad hos uſus transferantur. Quanta eſt enim turba ocioſorum & ignaviſſimorum hominum nunc in collegiis & opulentis monaſteriis?

13. Conſtat exigua pecunia apud Officiales poſſe tranſigi de pœna ſtupri aut adulterii. Hæc lenitas auget licentiam. Ideo ſeveritas judiciorum, & pœnarum reſtituenda eſt. Ac primum de omnibus criminib. hoc ſervetur. Habeat ſuum jus magiſtratus civilis. ut ex officio laicorum delicta inquirit & punit: ita ſacerdotes reos manifeſtorum criminum, ſtupri, adulterii, furti, cædis, & ſimilium, puniat ſuarum legum pœnis. Et quidem docendus eſt magiſtratus, ne negligenter officium ſuum adminiſtret. Nam divinitus huic gradui commendata eſt diſciplinæ externæ conſervatio & defenſio, ut Paulus docet, inquiens; *magiſtratum honore afficere bona opera, è contra verò formidandum eſſe malis.* Nec exigua morum corruptio inde orta eſt, quod forum Eccleſiaſticum impedivit magiſtratum civilem, ne inquireret aut puniret adulteria. Sit igitur vigilans & acer Magiſtratus, ſciat ſe diſciplinæ cuſtodem eſſe divinitus in hac ſtatione collocatum. Interim tamen Eccleſiaſtici judices ſuum faciant officium. Et quia in multis locis civilis magiſtratus, ex quadam veteri, & prava conſvetudine, ſegnior eſt, in puniendis adulteriis: ideo paſtores & judices Eccleſiaſtici ſint diligentiores in ſuo officio. Paſtor admoneat obnoxios criminibus, adulteris, epicureo contemptui religionis Chriſtianæ, blaſphemis ſermonibus, perjuriis, aut aliis criminibus. Si admonitus non pollicetur emendationem morum, deferat eum decuriæ judicum. hi, re exquiſita, ſententiam excommunicationis ferant adverſus reum, ac magiſtratui civili ſuam ſententiam indicent. Et ita ſint conſtituta judicia delectis, certo numero viris gravibus, doctis, & juſtis, ne paſtor, aut quiſquam alius videatur odio potius reum in periculum adducere, quam moveri ad accuſandum officii ratione. Nec liceat ſoli paſtori ferre ſententiam excommunicationis, ſine ulla judicum decuria, aut nemine adhibito ex honeſtioribus viris ſuæ Eccleſiæ. Ut enim vocantur hæc judicia Eccleſiæ, ita ſunt plures adhibendi, ut Paulus voluit. Tyrannis eſt inimica Eccleſiæ. Ideo ſpecies omnis tyrannidis in Eccleſiæ judiciis fugienda eſt. His decuriis judicum commendanda eſt viſitatio Eccleſiarum, ubi de doctrina paſtorum fiat inquiſitio. Coherceantur petulantia ingenia, quæ ſerunt falſa dogmata, tollantur ſuperſtitiones, & ſtatuæ ad quas fiunt concurſus, & inſpiciantur etiam ſcholæ, & gubernentur ſtudia. Nec officinæ typographicæ negligendæ ſunt. Plurimum enim refert, quales libri veniant in manus hominum, cavendumq; ne ſpargantur impia dogmata aut famoſi libelli. Ideo magiſtratus in ſingulis locis præficiant certos inſpectores ſeu cenſores officinis, nec liceat edere libros non approbatos ab his cenſoribus. Fiat etiam inquiſitio de moribus paſtorum & populi. ſi compertum fuerit, paſtorem admiſiſſe aliquod flagitium, puniatur ſeveris legum pœnis. & eo minus conniveodum eſt ad ſtupra, adulteria, aut ſcortationes ſacerdotum, quia petimus concedi eis conjugium. Quare ſeveriſſimis pœnis corporis illa delicta puniantur. Inſpiciant etiam viſitatores rationes ærarii in Eccleſiis, & curent fideliter pendi ſtipendia paſtoribus, diaconis, & his qui præſunt ſcholis.

14. In ſcholis non ſolùm Eccleſiæ ſeminaria ſunt, ſed etiam ibi præparantur ingenia ad omnem reliquam vitæ gubernationem. Imo ſcholæ ſunt fontes humanitatis in tota vita. quibus neglectis, neceſſe eſt ſequi magnas tenebras, confuſiones religionum, & ſuperſtitiones, legum & literarum atque artium interitum, oblivionem antiquitatis & hiſtoriarum, morum feritatem, denique infinitam barbariem morum, & omnium vitæ partium. Quare omnes ſapientes gubernatores maxime judicarunt ſcholarum conſtitutionem ad rempubl. pertinere, & benè conſtitutas, præcipuum decus & ornamentum eſſe civitatum. Quanto magis in Eccleſia tuendæ ſunt ſcholæ? in quibus conſervatur & propagatur doctrina Evangelii, & traduntur aliæ bonæ artes, utiles, tum ad explicandam cœleſtem doctrinam; tum ad reliqua vitæ officia gubernanda. Et hac in re moveamur conſvetudine Eccleſiæ omnium temporum. Nunquam ſine ſcholis floruit Eccleſia. voluit DEUS certos eſſe cœtus ad tabernaculum, quod Moyſes condidit, & poſtea ad templum: non aliam ob cauſam, niſi ut ibi ſtudia legis divinæ, & aliarum artium bonarum in quadam frequentia vigerent, & juventus excoleretur. Ita Samuel adoleſcens miſſus eſſe ad tabernaculum, tanquam ad Academiam, & poſtea Elias, ac Eliſeus, Joannes Baptiſta, Chriſtus, habuerunt agmina auditorum. Hunc morem & Apoſtoli ſervarunt, ut ex Irenæo apparet, qui teſtatur Johannem non ſolùm univerſam multitudinem illiteratam docuiſſe, ſed etiam habuiſſe quosdam aſſiduos auditores, qui ſe totos ſtudiis addixerant, quos ſolitus eſt familiariter docere, etiam extra conventus univerſæ Eccleſiæ. Hinc orta ſunt vetera collegia. & proderat eſſe tales ſcholas, quæ erant teſtes, quæ doctrina ab Apoſtolis accepta eſſet, & conſervabant ſententiam Apoſtolorum. ideo ſæpe allegantur illæ veteres ſcholæ: & propter has laudatur ordinaria ſucceſſio, quod eſſent certi teſtes doctrinæ apoſtolicæ. Nunc hæ laudes ad potentiam amplificandam transferuntur. poſtea cum opes, Regia dominatio, luxus, extinxerunt ſtudia collegiorum, caligo ingens in Eccleſia ſecuta eſt, & nata eſt illa theologia monachorum, diluta quadam inerudita Philoſophia, & ſuperſtitionib. Et hæc ipſa nunc conſenuit. quare ſapientes gubernatores providere debent, ut in ſcholis rurſus pia & ſyncera doctrina Chriſti tradatur, & muniendæ ſunt ſcholæ, ut ad paſtores propagari incorrupta veritas poſſit. Deinde quia in ſingulis regionib. magno numero paſtorum opus eſt, alendi ſunt pauperes ſcholaſtici de publico, qui cum recte didicerint doctrinam Chriſtianam, poſtea præficiantur Eccleſiis. Hæc eſt vetus & vera Eccleſiæ conſvetudo. Toties vociferantur adverſarii noſtri, conſvetudinem Eccleſiæ negligi, cum ipſi hæc utiliſſima inſtituta Prophetarũ & Apoſtolorũ penitus deleverint. quæ quidem ut reſtituantur, & conſerventur, omni contentione gubernatores perficere debent. videlicet ita, ut ſcholæ floreant, & propagetur ſalutaris doctrina: & præparentur, excolantur, ac erudiantur ſtudioſi poſtea præficiendi Eccleſiis. Portò in Academiis opus eſt duplici emendatione, videlicet doctrinarum, & diſciplinæ. De artibus tradendis verè eruditi & prudentes ordinem præſcribant, ita ut juventus non ſolum verſetur in ar-

tibus

tibus prophanis, ſed etiam diſcat Chriſtianam doctrinam, deinde ut ad verum philoſophiam revocetur, & exploſis nugis ſophiſticis, tradatur dialectica ſyncerè & prudenter: adjungantur Phyſica & Mathematica: formetur ſtylus: ſed hæc pars de doctrina longior eſt, quam ut tota hic comprehendi poſſit, & ſingulis locis judicio eruditorum & prudentum conſtituenda eſt. Diſciplinæ reſtitutio requirit autoritatem & diligentiam principum & magiſtratuum. neceſſe eſt mores ſeveritate majore regi, & continere juventutem intra ſepta, & ad pia exercitia revocare, licentiam adſtringere, prohibere convivia intempeſtiva, indecorum, ſcenicum, & militarem veſtitum, hæc emendatio obtineri non poteſt, niſi magiſtratus veris pœnis contumaces puniant.

15. Sed ut Demoſthenes nervos belli vocat pecuniam, ita ad hos gradus omnes opus eſt reditibus: videlicet ad alendos paſtores, judices, ſcholaſticos. & ſunt in promtu, ſi rectè collocentur. facilè enim iniri ratio poteſt, ut Nobilitas in Collegiis majori parte redituum Eccleſiaſticorum fruatur, & tamen aliqua collegia, & monaſteria transfecantur ad hos tres gradus: ad augenda ſtipendia paſtorum & diaconorum, deinde ad conſtituendas decurias judicum, ac ſcholas, in quibus non ſolùm mercedes dandæ ſunt docentibus, ſed etiam mediocris victus præbendus pauperibus ſcholaſticis. hæc ut faciliùs fiant, opulenta monaſteria transferantur ad hos uſus, in quibus nunc tantum ocioſi & ignavi homines aluntur. Et ſatius eſt hoc totum vitæ genus aboleri, quam interim eſurire pios paſtores, cum honeſtis uxoribus, & piis liberis: aut ſcholaſticos, aut Eccleſias ſtare orbatas paſtoribus, aut deleri literarum ſtudia. Cum ait Christus: *dignus eſt operarius mercede ſua.* & Paulus inquit: *nemo militat ſuo ſtipendio*: mandatum Dei præcipit, ut ad hanc militiam Eccleſiæ, docentium & diſcentium, ſtipendia conferantur. Et propter hanc cauſam à piis Regibus & Principibus hæ opes Eccleſiis, quas nunc tenent, donatæ ſunt. Iniquum eſt autem præcipi ſtipendia ab ocioſis, & fucis, ac interim fame perire eos, qui duriſſimam militiam in docendo & in gubernatione ſuſtinent. Hæc ſunt mutanda bonorum, & ſapientum Regum, & Principum conſiliis, & autoritate. Sed de monaſteriis virginum omnino poteſt ſexum illum imbecillem liberari votis. Semper in conſpectu ſit ſapientibus, & piis gubernatoribus hæc regula: Non eſſe impediendam veram Dei invocationem, qui cum mala conſcientia invocari non poteſt, nec animas abſtrahendas eſſe à Deo in æternum exitium. Conſtat autem in tanta imbecillitate ejus ſexus multarum conſcientias graviſſimè excruciari. Ideo aboleantur hæc vota. Et tamen pauperibus puellis, præſertim Nobilibus, conſulatur ex his reditibus, qui per certos quæſtores ad hos uſus quotannis colligantur, & quodam ordine diſtribuantur. Nam in pagis aut locis deſertis, virginum cœtus eſſe, non videtur utile. ſed ſi placet aliqua monaſteria virginum converti in ſcholas puellarum Nobilium & aliarum, id fiat in urbibus, ubi eſt honeſta diſciplina. Et præſint honeſtæ, piæ & graves matronæ. Tales ſcholas aliquas puellarum eſſe, ſine ullis vinculis votorum optandum eſſet, in quibus Nobilium filiæ & aliæ puellæ diſcerent litteras & doctrinam Evangelii, & aſſveſierent ad pia exercitia, & bonos mores, nupturæ cum vellent. Hæc eſt imago honeſtiſſimi cœtus matronarum, & puellarum, quæ olim quandam aſſiduitate ſerviebant templo, in quo cœtu Anna propheteſſa, tanquam magiſtra fuit reliquarum.

Deus pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui elegit ſibi Eccleſiam, in qua in vita æterna celebretur, emendet, regat, defendat & augeat eam. AMEN.

HÆc itaq; Imperatoriæ Majeſtati Princeps Elector, cæteriq; Principes & Status, abſentiumq; Legati, Proteſtantes, & Confeſſioni in Comitiis Auguſtanis, eidem Imp. Maj. oblatæ, adhærentes, reſponderunt, cum de conciliatis in colloquio, & non conciliatis articulis, tum de via & ratione reformandorum abuſuum Eccleſiaſticorum, Imperator, oblato libro, & articulis memoratis, ſententiam ab omnib. Electorib. cæteriſq; Principibus & Statibus in commune rogaſſet, cujus rogationis formula in capite libri præmiſſa eſt.

Sunt autem hi Principes & Status proteſtantes, & Confeſſioni Auguſtanæ adhærentes.

Johannes Fridericus, Elector, Dux Saxoniæ.
Henricus Dux Saxoniæ.
Johannes Erneſtus Dux Saxoniæ, Electoris frater.
Robertus, & hujus ex fratre nepos, Wolfgngus, Palatini Rheni, Duces Bavariæ, & Comites
Georgius Marchio Brandeburgius. (Veldenſes.
Albertus hujus ex fratre nepos.
Johannes Marchio Brandeburgius, Electoris frater.
Chriſtianus Dux Holſatiæ, qui idem rex Daniæ eſt.
Erneſtus Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis.
Franciſcus hujus frater.
Philippus Dux Brunſvicenſis.
Ericus Dux Brunſvicenſis.
Berninus Dux Pomeraniæ.
Philippus nepos hujus ex fratre
Henricus Dux Mechelburgenſis.
Ulricus Dux Wirtenbergenſis.
Philippus Lantgravius Haſſiæ.
Wolfgangus Princeps ab Anhald.

Johannes, Georgius, Joachimus, fratres, Principes ab Anhald.
Wilhelmus Comes à Naſſavv.
Philippus Comes à Naſſavv.
Guntherus & Henrichus Comites à Schvvartzeoburg.
Carolus & Ludovicus fratres, Comites ab Oettingen.
Wilbelmus Comes à Furſtenberg.
Cooradus Comes à Deckelburg.
Albertus & Gebhardus fratres, Comites à Mansfeld.
Michael Comes à Wertheim.
Ludovicus Comes à Srolberg & Kunigſtcio.
Georgius & Eberbardus fratres, Comites ab Erpach.
N. Comes à Waldek.
N. Comes ab Hoy.
N. Comes à Rittberg.
Bernardious Baro à Srauffeo.

Civitates liberæ, & aliæ, quæ Imperii ſunt.

Argentoratum.	Memminga.
Auguſta,	Dinckelsbuhel.
Nuremberga,	Reutlinga.
Lubeca.	Halpronna.
Conſtantia.	Lindavia.
Francofordia.	Campodunum.
Ulma.	Iſna.
Goslaria.	Bibracom.
Nordlinga.	Giengen.
Nordbuſium.	Winsbeim.
Eslinga.	Wiſſenburgum Nordgaviæ.
Hala Sveviæ.	Gengenbacum.

Civitates liberæ, & cæteræ, quæ ſuos Principes habent.

Brema.	Haooovet.
Magdeburgum,	Gottingeo.
Hamburgum,	Nordheim.
Brunſvicum.	Hala Saxonum.
Luneburgum.	Halberſtadium.
Embeca.	*Et quædam aliæ in ulteriore Saxonia.*

RESPONSUM ELECTORUM, ET PRINCIPUM ROMAN. PONTIFICEM AGNOSCENTIUM,

datum Imperatoriæ Majeſtati de actis colloquii.

POſtquam invictiſſimus Imperator, Dominos ooſtres clemeotiſſimus, Electoribus, Principibus, & Statibus elementer patefecit, & ſcripto comprehenſa offerri curavit, ea, quæ coosignata fueruot à collocutoribus, quos ſua Majeſtas ad id, cum hoc ſibi communes Status detuliſſent, delegit, ut viam & rationem ad cooiliandam religionem citra tamen aliquod præjudicium quærerent: petutque ſoa Majeſtas, ut ab Electoribus iſta cognoſcantur, ſuamq; ipſorum ſeorentiam, hi ſuper iſtis rebus Impet. Maj. comunicent: Electores & cæteri Principes, atq; horoio abſentium Legati, arduum iſtud oegotium, pertinens nimirum ad gloriam & honorem Dei omniporentis, ſalutem animarum, & communem Germanicæ nationis utilitatem, diligeoter, quantum per temporis brevitatem licuit, expenderunt. Ad negotium igitur hujusmodi commodè expediendum, utile & conſultum eis videtur, ut Cæſareæ Majeſtati ſcripta ſex collocutorum, in quibus de articulis religionis cootroverſis agitur, iterum reddaotur, ſuaq; Majeſtas, taoqoam advocatus & deſeoſor Catholicæ Eccleſiæ, humillimè rogetur, ut eum Legato Pootificio juxta decretum Haganoeoſe, ſex collocurorum ſcripta cognoſcere, & communicare velit. præcipuè verò articulos, in quibus collocutoribus convenit, exacta & ſumma diligentia examinare, ita, ut ſi quid in collocutorum ſcriptis repertum ſuerit, quod vel ſententia vel verbis pugnet com ſanctis Patribos & laudabili Eccleſiæ cooſvetudine, ſi quid adhæc forſao abuſuum io Eccleſia deprehenſum fuerit, id mutetur, emendetur, tollatur. Præterea ſi opus ſit declaratione aliqua, ad ea elucidanda, quæ io articulis obſcurius poſita ſunt, ea ut adjiciaotur. bojusmodi verò reſolutionem factam, referendam, quamprimum fieri poteſt, ad Status Imperii, ut ſic eum Imper. Maj. juxta id, quod initio Comitiorum ipſa propoſuit, concorditer Status de his rebus agere poſſint. Ut denique Imper. Majeſt. dare velit operam, ut Proteſtantes conſentiant in aliquam Chriſtiaoam formam & rationem coociliandi reliquos articulos nondum conciliatos, quod ſi nec hoc à Proteſtantibus impetrari poterit, ut ad geoerale Conciliom rejiciantur, aut ſaltem ad oationalem ſynodum (ſi habendi generalis nulla ſpes fuerit) modo illa ritè, & legitimè convocetur. quo tandeio in Germanica natione, Chriſtiana pax & tranquillitas conſervari poſſit.

RE-

RESPONSUM IMPERATORIS, ELECTORIBUS, CÆTERISQUE PRINCIPIBUS, QUI ARTICULOS CONCILIATORIOS ad Legatum Romani Pontificis rejiciendos petebant, redditum.

IMperatoria Majeſtas, Clementiſſimus Dominus noſter, reſponſionem Electorum, Principum, Statuum, & Legatorum, eorum Principum, qui abſunt, pertinentem ad cauſas religionis, & ad librum eis à ſua Majeſtate ublatum, probè intellexit. Speraverat autem ſua Majeſtas, Electores, Principes, ac reliquos Status, poſtquam ſatis longo tempore librum habuerunt, ac cum procul dubio examinarunt, aliquanto explicatius ac clarius expoſituros ſuam ſententiam. Porrò quia ſemel in ea ſententia, quam obtulerunt Imperat. Majeſtati, obfirmarunt animos, ne officio ſuo deeſſe ſua Majeſtas cuiquam videri poſſit, nihil ipſa intermiſſuram ſe offert in hac re, quod quidem ſuam Majeſtatem decet. Tradere itaque librum Legato Pontificio parata eſt, ac cum eo communicare, quo de hujus etiam ſententia fieri certior poſſit, &c.

RESPONSUM LEGATI PONTIFICII, DE ACTIS COLLOQUII, DATUM IMPERATORIÆ MAJESTATI.

NOs Gaſpar, miſeratione divina, Tituli Sancti Apollinaris S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Contarenus, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, in partibus Germaniæ, de latere Legatus. Requiſit[illegible] Cæſ. Majeſtate, ſuo, ac Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principum ſacri Romani [illegible]ii, nomine, quid nobis videatur de his, quæ in negotio religionis tractata ſunt, inter collocutores Catholicorum & Proteſtantium, à Cæſ. ſua Majeſtate deputatorum, & ſcriptis mandata, in quodam libro, exhibito eis à præfata Majeſtate, cum quibusdam apoſtillis utriusque partis, nec non in quibusdam quinternionibus Proteſtantium: dicimus, quod, omnibus bene diſcuſſis & conſideratis, nobis videtur. Cum Proteſtantes in nonnullis articulis diſcedant à communi conſenſu Eccleſiæ Catholicæ, in quibus tamen non deſperamus aliquando ipſos quoque, Deo bene juvante, nobiſcum conſenſuros, nihil amplius de reliquis omnibus ſtatuendum, ſed remittenda eſſe Summo Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi, qui vel in Concilio generali, cujus celebratio non multu poſt fiet, vel modo alio, magis oportuno, ſi res ita exegerit, ea poterit juxta Catholicam veritatem diffinire, nec non, habita rerum & temporum ratione, ſtatuere, quæ videbuntur fore expedientia reipub. Chriſtianæ, & huic inclitæ nationi Germanicæ.

Gaſparus, Cardinalis Contarenus, Legatus, Apoſtolicæ Sedis.

SCRIPTUM LEGATI PONTIFICII IMPERATORI OBLATUM, IN QUO commemorat quid cum Epiſcopis egiſſet de reformatione morum.

REverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini: Cum heri Reverendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Dominationes veſtræ frequentes ad nus veniſſent, ac nos quædam illis expoſuiſſemus, quæ nobis ad reformationem Chriſtianam facere imprimis videbantur, petierunt illæ, ut ea, quæ à nobis dicta fuerunt, ſcriptis mandare, eorumque exemplar reverendiſſ. & illuſtriſſ. dominationibus ſuis tradere vellemus, ut ea commodius videre & perpendere poſſent. quare nos, ut eis ſatisfaceremus, quod heri dixiſſe nobis viſi ſumus, hic quam potuimus breviter ſcripſimus.

1. Illud primum, quod in Domino hortamur, & monemus reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Dominationes veſtras, pertinet ad uniuscujusque noſtrum vitam, & vivendi rationem, in qua danda eſt omnis opera, ut Deo optimo placeamus, & fideles diſpenſatores inveniamur, ac legitimi Dominici gregis paſtores. Vitabimus ergo primum ſcandalum omne, ne ſcilicet populus poſſit, vel leviter ſuſpicari eſſe nos ullis voluptatibus addictus, aut avaritiæ, aut ambitioni. Vitandus eſt etiam luxus omnis in epulis, in domus apparatu, veſtibus, cæteriſque omnibus, quæ ſolent laicos & univerſum populum multum ſcandalizare.

2. Secundum pertinet ad familiam, ex cujus moribus, ſi Chriſtiani & boni fuerint, populus ædifi-

ædificatur, ſi vero mali fuerint, multum offenditur, & facile conjecturam facit morum Epiſcopi ex moribus familiæ. Idcirco, ut copioſe admonet Bernhardus in Lib. de Conſideratione ad Eugenium Pontificem Max. *Maxima eſt adhibenda cura prælato cuicunque, in comparanda ſibi honeſta familia, & in ſervanda ab omni mala labe, & ſuſpicione, imò inſtituenda, ut ex familiarium noſtrorum converſatione, populus inſtruatur & ædificetur.*

3. Tertium pertinet ad curam gregis nobis commiſſi, ad quam maximè putamus pertinere, ut Epiſcopi habitent in locis frequentiſſimis ſuarum Diœceſium, ubi facile cavere poterunt, & prævidere, ſi quid labis hujus, quæ graſſatur per Germaniam, obrepſerit, & confeſtim in tempore remedium adhibere.

4. Proderit etiam habere fidos exploratores in locis aliis, ubi Epiſcopi non habitant, ut per eos certiores fieri poſſint, ſi qua fraude adverſarius noſter eos tentaverit, ac confeſtim queant providere & mederi. Viſitare etiam Diœceſes frequenter, multum proderit, quo more uti ſolent Imperatores in urbibus obſeſſis & oppugnatis ab hoſtibus. Curare etiam ut cultus divinus vigeat in Eccleſiis noſtris, & beneficia à nobis conferantur, viris probis & idoneis.

5. Quartum pertinet ad diſpenſationem facultatum, & redditũum Epiſcopalium, ex qua magna comparatur invidia apud populum, ſi viderit Epiſcopum ſumptus magnos facere in luxu & apparatu domus & familiæ, pauperes verò negligi, ideo vitandi ſunt omnes ſumptus hujuſmodi, & pauperes quam maximè fovendi ſunt, in eorumque neceſſitatibus maxima utendum eſt largitate. Hac enim ratione & Deum faciemus nobis propitium. (Nam *fœneratur Domino qui miſeretur pauperis,* ut inquit Salomon) & populum nobis benevolum. Ad id enim maximi momenti eſt hæc facultatum noſtratum diſpenſatio.

6. Quintum pertinet ad diſciplinam & inſtitutionem populi. Comparandi ſunt concionatores ſeu prædicatores viri probi & docti, qui poſſint verbo & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non ſint contentioſi, neque inſectatores adverſariorum, ideo ne videantur odiſſe, ſed potius amare & optare eis bona, ac præſertim eorum ſalutem. Nam acris inſectatio co[illegible]tat, & magis pertinaces facit, neque ædificat populum.

[illegible] Sextum pertinet ad inſtitutionem juventutis in literis & diſciplinis, qua in re videmus Proteſtantes nihil prætermittere, ſed omnem lapidem movere, ut in ſuis Gymnaſiis habeant viros doctos & illuſtres, quorum fama invitatur juventus Germanica, & præſertim Nobiles, ad eorum gymnaſia, ubi imbuuntur ſimul cum literis etiam doctrina Proteſtantium, qua corrumpuntur ipſi, ac deinde per omnem Germaniam diſperſi, alios quoque inficiunt. Idcirco danda eſt omnis opera, ut apud Catholicos inſtituantur ſcholæ & gymnaſia, conducantur doctores catholici, verè docti in bonis literis & diſciplinis, qui ſint celebres, ut eorum fama alliciatur juventus, & Nobiles ad noſtra gymnaſia, ibique bonis literis & orthodoxa doctrina imbuantur. Ab Epiſcopis etiam admoneantur parentes, ne velint liberos ſuos inſtitui in gymnaſiis, in quibus orthodoxa fides non viget, præſertim cum habuerint ſcholas orthodoxas paratas.

8. Hæc voluimus D. V. Reverendiſ. & Illuſtriſ. proponere, ut capita quædam generalia, quibus multa particularia addi poſſunt, pro cujusque prudentia, ut pareamus ſummo Domino noſtro Pontifici Max. qui nobis mandavit ut eas hortaremur ad Chriſtianam reformationem, ſimulque ut fungeremur officio perſonæ quam gerimus, Legati (inquam) ſedis Apoſtolicæ, ad quam pertinet cura omnium Eccleſiarum, ac etiam ut ſatisfaceremus charitati fraternæ, & illi neceſſitudini quam compluribus de cauſis ſentimus nobis eſſe cum hac nobiliſſima & inclyta veſtra natione.

RESPONSIO AD SCRIPTUM
PUBLICATUM A CARDINALE
CANTARENO.

CUm intellexiſſemus huic Conventui interfuturum eſſe Cardinalem Cantarenum, bona in ſpe eramus, authoritatem eum ſuam, non ſolum ad concordiam conſtituendam, atque illuſtrandam collaturum eſſe, (Propria eſt enim viri docti & ſapientis, hæc animi magnitudo, & libertas, ut quod probat, præſertim in Eccleſia proferri ſinat:) Sed ipſius cenſura de libro, & noſtris articulis, quam legimus his diebus propoſitam non reſpondet expectationi noſtræ.

2. Lædimur ab eo iniquo præjudicio, cum quidem videat nos nihil abſurde ſentire, nihil profiteri, quod pugnet cum ſanis judiciis piorum & doctorum, in Eccleſia Chriſti, imò locos aliquos doctrinæ Chriſtianæ in noſtris Eccleſiis piè & utiliter illuſtratos eſſe. Et tamen edidit cenſuram, in qua ait, nos à communi conſenſu Catholicæ Eccleſiæ diſſentire. Jubet etiam in altera pagella Epiſcopos advigilare, ut genus doctrinæ, quod profitemur, deleant. Hæc cum publicè propoſita ſint, diſſimulari à nobis non poterant, ne tacite probare ejus judicium videremur. Ideo veniam nobis dari petimus, quod hanc reſponſionem, vere & modeſte ſcriptam, injuſtæ ipſius cenſuræ opponimus.

3. Fatemur enim à noſtris quoſdam errores reprehenſos eſſe late vagatos, ante hæc tempora in Eccleſia. Sed injuriam facit Eccleſiæ Chriſti, ſi quis eos errores vocat conſenſum Catholicæ Eccleſiæ. Perſuaſiones humanæ, ſparſæ in Eccleſia contra Evangelium, etiam ſi diuturnitas temporis,

poris magnorum hominum & multitudinis exempla authoritatem eis addiderunt, tamen non ſunt Eccleſiæ Catholicæ conſenſus, qui conſiſtit in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis, & ſententia per Apoſtolos probatis teſtimoniis tradita.

4. Hunc conſenſum nos amplectimur & defendimus, nec ab eo unquam diſceſſuri ſumus.

5. Scit Contarenus qui ſint Eccleſiæ morbi. Quanta cœnæ Domini in Miſſis prophanatio. Quantum vitii in invocatione divorum. Quanta labes in cœlibatu Romano. Quanta inſcitia in populo, qui non rectè docetur de pœnitentia, de beneficiis Chriſti, de fide ſeu fiducia, accipiente condonationem propter Chriſtum. videt non ſolum Monaſteria, ſed ipſos etiam Canonum recentium libros plenos eſſe ſuperſtitionum. Videt Theologiam Monachorum dilutam eſſe, & veteri in multis locis diſſimilem. In his abuſibus fatemur nos à multitudinis judiciis diſſentire, quæ ne ipſum quidem probare arbitramur. Id autem non eſt diſcedere à conſenſu Catholicæ Eccleſiæ. Quare id crimen objicere nobis deſinat. Et quod addit in ea pagella non deſperari concordiam, ſciat nos non recepturos errores quos taxamus, & quos ipſi non ſolum decretis, ſed nova aſperitate, quæ non decent Eccleſiam, defendunt.

6. Conſtat enim multos honeſtos homines, & quidem in his aliquot doctrina præſtantes interfectos eſſe, tantum propter piæ doctrinæ confeſſionem.

7. Ac quid in altera pagella nunc quoque agit Contarenus aliud, quam ut confirmet hanc ſævitiam: Cum jubet Epiſcopos cavere, ne labes quæ graſſatur per Germaniam irrepat in Diœceſes, Et præcipit ut medicinam adhibeant. Quam? Uſitatam, videlicet ſectiones, uſuras, neces. Hæc remedia nova ſunt Eccleſiæ, & præſertim huic nationi parum apta. Deinde non ab eo viro probanda, qui pacis & concordiæ autor perhiberi vult. Facile retinerent Epiſcopi authoritatem, ſi, emendatis quibusdam abuſibus, conſulerent piorum conſcientiis. Id ſæpe teſtati ſumus, & hanc ad concordiam viam eſſe judicamus, præſertim in Eccleſia, in qua lucere debet, & eminere gubernatorum Manſuetudo.

8. Hæc eò recenſuimus, ne diſſimulatione noſtra Contareni ſcripta probare videamur, & hortamur omnes, ne talibus præjudiciis aſſentiantur, ſed noſtra dogmata conferant ad Evangelium traditum in ſcriptis Apoſtolicis & primæ Eccleſiæ exempla.

Concionatores Principum, & Statuum conjunctorum Auguſtanæ Confeſſionis.

SCRIPTUM LEGATI PONTIFICII, IN QUO SUAM DE ACTIS COLLOQUII Sententiam magis explicat.

NOs Gaſpar miſeratione divina Tituli Sancti Apollinaris S. Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Contarenus, Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, in partibus Germaniæ, de latere Legatus. Poſtquam ſcripturam noſtram, quam nuper in negotio religionis ſuper tractatum Colloquutorum à Cæſ. Majeſtate, in eadem Religionis cauſa deputatorum, eidem Cæſ. Majeſtati obtulimus, variam à Principibus, & Statibus Imperii interpretationem fieri intellexi- mus, quibusdam ita interpretantibus, quaſi quosdam articulos, quos quidam concordatos eſſe contendunt, acceptandos, & usque ad futurum Concilium tolerandos, & ab omnibus ſervandos eſſe voluerimus, aliis contrà putantibus, nos totum hunc Colloquutorum tractatum, omniaque, quæ in ipſo acta, & quomodocunque diſputata ſunt, ad deciſionem ſummi Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis in Concilio generali, &c. remiſiſſe. Nos, ne ulla in hac parte dubitatio relinquatur, ſed ut mens & voluntas noſtra clarè intelligatur, ſic mentem voluntatemque noſtram declaramus, nihil in hoc toto negotio, per prædictam noſtram ſcripturam quacunque ratione decidere, aut quod aliqui articuli prædicti tractatus acceptentur, aut usque ad futurum Concilium tolerentur, vel ſerventur, diffinite voluiſſe: ſicut nec adhuc quidem decidimus, aut diffinimus. Sed tractatum prædictum totum, omnesque ejusdem articulos Summo Pontifici & Apoſtolicæ Sedi in Concilio generali vel alio modo, ut in ſcriptura diximus, &c. diffiniendum remiſimus, quemadmodum & adhuc remittimus, quam quidem ſententiam noſtram ut antea Cæſ. Majeſtati ore declaravimus, ita nunc hoc ſcripto teſtamur, & confirmamus.

Ita eſt, G. Cardinalis Contarenus Legatus ſcripſit.

SEN-

SENTENTIA IMPERATORIS DE INEUNDA CONSENSIONE RELIGIONIS, ET FACIENDO REFORMATIONIS

initio, deliberationi Electorum Principum & omnium Statuum propoſita.

IMperatoria Majeſtas, dominus noſter clementiſſimus juxta ſententiam & conſilium Electorum, Principum, & Statuum Imperii, quæcunque inter collocutores acta ſunt, Legato Pontificio communicavit, deque his Legati ſententiam rogavit. hanc denique cauſam, ſimiliter & reformationem, ut illa quam primum (ſicut ea ſumme neceſſaria eſt, & in prioribus Comitiis ſæpe poſtulata) inſtitui poſſit, ſumma diligentia eidem Legato commendavit. Ad quæ ambo Legatus reſpondit binis ſcriptis, quid ei faciendum videatur. quæ ſcripta Imperatoris Majeſtas Statibus hic offert.

2. Poſtquam autem ſua Majeſtas in hac cauſa religionis, quantam omnino potuit, diligentiam adhibuit, nec tamen exiſtimare poteſt, ut hiſce Comitiis quicquam amplius agi & effici queat, præſertim cùm Legatus Pontificius ea, quæ ſcriptis ejus continentur, reſponderit: deinde quia ob hanc cauſam multam jam temporis effluxit, licet nihil ſit effectum, utcumque ſua Majeſtas plurimum & laboris & moleſtiæ inſumpſerit: viſum eſt ei, Statibus ſententiam ſuam, & deliberationem, quæ ad receſſum, & ſummarium decretum horum comitiorum conſerre poſſit, exponere. Ea vero ſic habet.

3. Conſideratis laboribus, & diligentia, longo jam tempore multifariam adhibitis ad cauſas religionis componendas, ne ea cauſa religionis denuo in controverſiam trahatur, ut etiam caveantur, & avertantur ulteriora incommoda, & ut quam minimum diſſidii relinquatur, ut etiam poſthac auxilio Dei omnipotentis ad omnimodam concordiam articulorum, qui adhuc in controverſia ſuperſunt, eo facilius perveniri poſſit, videtur Imperator. Majeſtat. deliberandum eſſe, an conſultum ſit, ut ſalvo quidem Receſſu Auguſtano, articuli, de quibus inter collocutores utriusque partis convenit, recipiantur tanquam Chriſtiani, nec amplius in diſceptationem revocentur. Idque ſaltem usque ad Concilium generale, penes quod ſit ulterior examinatio illorum, & aliorum id genus articulorum: id quod etiam Legato Pontificio videtur, ut illius ſcripta ſatis teſtantur: dummodo, ut legatus pollicetur, & certiores eos facit, primo quoque tempore habeatur Concilium, aut tantiſper dum per alias vias legitimas, cum conſenſu Statuum, rationes aliæ ſuſcipiantur, quibus expedire tandem hoc negotium poſſit.

4. Præterea, an conſultum videatur, ſi vel Concilii celebrandi ſpes nulla ſit (quod tamen ut habeatur, neceſſario religionis rationes efflagitant) vel id tardius, quam convenit, congregetur, ut tunc alius conventus Statuum Imperii indicatur, in quo de religionis cauſis agatur, quò tandem commode ad ſalutarem finem perducantur omnia.

5. Qua in re Imperator. Majeſtas, quantum ad ſe attinet, nihil intermiſſuram ſe pollicetur. Eſtque in ea ſententia, ut quam primum fieri poteſt, in Germaniam iterum, auxilio Dei omnipotentis, redire velit, atque ea præſtare, quæ digna ſunt imperatore Chriſtiano, quæque hujus officium requirit. Propoſuit denique ſua Majeſtas, ſe daturum operam. . . . .

RESPONSUM PRINCIPUM ELECTORUM, DATUM IMPERATOR.

Majeſt. ad propoſitam ab eo deliberationem, de concluſione, & decreto in cauſa religionis faciendo.

UT Imperatoria Majeſtas, Clementiſſimus dominus noſter, acta univerſa eorum, qui ad colloquium deputati fuerant, Legato Pontificio communicarit, ad cognoſcendam ejus de actis illis ſententiam, una cum reſponſo, quod idem Legatus dedit, & aliis, quæ ad faciendam Comitiorum concluſionem & decretum pertinent, Principes Electores, & abſentium Legati, qua decet, ſubmiſſione, ex facta benigno juſſu Majeſtatis ejus narratione, cognoverunt.

2. Principio bene memores ſunt Electores, fidelis ac indefeſſæ diligentiæ, quam aliquot jam annis Imp. Majeſt. ex paterna & clementiſſ. benevolentia ergaGermanicam nationem, adhibuit, ut diſſenſio in religione ad Chriſtianam concordiam, & conciliationem redigeretur, ac in Imperio pax & tranquillitas conſtitueretur, ac conſervaretur. pro quo fideli ſtudio, ac opera, Electores præſentes, abſentiumque Legati Imper. Majeſt. humillime gratias habent, parati ſemper, re etiam ipſa, gratos ſe declarare.

3. Expen-

3. Expenderunt autem diligenter Electores, ſcriptum Imperat. Majeſt. ante omnia vero, quantum quidem ad controverſias in religione tractatas à collocutoribus attinet, deliberarunt apud ſe certo conſilio, utile ac bonum eſſe, atque adeo ſibi placere fatentur, ut articuli, qui à collocutoribus, conciliati ſunt, tanquam boni recipiantur, ulteriorque de illis exquiſitio ad liberum & Chriſtianum Concilium differatur, vel ad nationalem ſynodum legitimè congregatam. aut ſi neutrum horum ſit ſperandum, ad venturum Conventum Imperii. ſperant autem id valde utile fore, ad alia etiam incommoda ac diſſidia præcavenda, profuturum denique ad conciliandos reliquos articulos, qui adhuc in controverſia ſunt. Adhæc ſi ſpes aliqua fuerit, conciliandi præterea articulos aliquot nondum conciliatos, rogant humillime Electores, horumque abſentium Legati. Imper. Majeſt. deſpicere ipſa velit de mediis & viis conciliandi tales. cæterùm, ſi fuerit impoſſibile, talia conficere iſto tempore rogant Electores, horumque abſentium Legati cum omni ſubjectione, Imp. Majeſt. ut ipſa juxta promiſſionem ab ea factam, & pro qua humillime gratias agunt, velit apud Summum Pontificem inſtare diligentiſſime, ut ad examinandum, & conciliandum, tum commemoratos, tum cæteros etiam articulos, liberum & Chriſtianum Concilium quam celerrime indicat, in loco aliquo commodo Germanicæ nationis, idque ſine omni dilatione habendum curet.

RESPONSUM PRINCIPUM
ROMAN. PONTIFICEM AGNOSCENTIUM,
datum Imperat. ad propoſitam de religionis negotio deliberationem.

CAtholici Principes ac Status, quantum per temporis brevitatem licuit, expenderunt ſcriptum, recenter ipſis ab Imp. Majeſt. oblatum, una cum reſolutione Pontificii Legati. Probe vero memoria repetunt, Imp. Majeſt. & in aliis Comitiis, & in præſentibus, mirificum laborem ac ſtudium ſemper adhibuiſſe, ut religionis controverſiæ componerentur, ac de reformatione Chriſtiana cogitaretur, de qua voluntate Catholici Principes, & Status ſuæ Majeſtati humillime, & cum omni ſubjectione, gratias agunt.

2. Quia vero Imp. Majeſt. ſignificavit, ſe intra paucos dies hinc diſceſſuram, non videtur eſſe neceſſarium, ut Status ſupervacaneis ac prolixioribus ſcriptis aut diſputationibus ſuæ Majeſtati ſint moleſti, tum vel eam, vel ſeipſos diutius remorentur, ſed in hoc potius incumbendum, ut Chriſtianè tandem finis huic negotio imponatur. ita tamen, ut tantiſper, dum id fit, Imperat. Majeſt. adſit. Quod ut faciat, humillime roganda eſt.

3. Ut autem ad Imp. Majeſtatis ſcriptum reſpondeatur: Initio fatentur Status, ſibi compertum eſſe, quod in Germania, & aliis nationibus, imò in toto propè orbe Chriſtiano, non pauci abuſus, ſectæ, hæreſes, & ſchiſmata paſſim obtinuerunt, quæ omnia ſine generali Concilio extirpari, aut emendari nequaquam poterunt.

4. Fatentur etiam Status Catholici, non decere ſe, ut immutationem aliquam religionis, ceremoniarum, aut rituum (quæ per aliquot centenos annos durarunt, partim etiam conſiliis ſunt inſtituta) vel conſentiant, vel mutari talia permittant: eò quod Summus Pontifex, per ſuum Legatum, ſeſe offert ad celebrandum Concilium intra breve tempus, velitque hac de re Imp. Majeſt. in propria perſona colloqui cum ſummo Pontifice. Quod propoſitum Pontificis Statibus Catholicis, ſupplicant iidem Pontifici, ut, omni amota procraſtinatione, Chriſtianum & generale Concilium indicat, indictumque haberi curet, in loco aliquo commodo Germanicæ nationis, quo ſic multarum animarum perditio præcaveatur.

5. Porrò ſi negotiis ſecularibus impediti Potentatus Chriſtiani in propria perſona venire ipſi ad Concilium non poſſent, nihilominus tamen, ut Concilium procedat, Summus Pontifex dare operam debet, ſimulque apud Potentatus, qui ipſi in Concilio comparere non poterunt, diligentiſſime inſtare, ut hi ſuo nomine, & loco, eruditos, probos, & idoneos, plena cum poteſtate, commiſſarios mittant, ut ſemel Chriſtianitas ipſa in formam & vitam verè Chriſtianam reſtituatur, errores extirpentur, Dei denique ira, & plagæ imminentes avertantur.

6. Quod ſi hujuſmodi generale Concilium non impetratum fuerit (quod tamen Status Catholici, conſiſi promiſſis Summi Pontificis & Imp. Majeſt. minime fore putant) etiam atque etiam orant Status, ut Summus Pontifex & Imp. Majeſt. dare velint operam, ut ſaltem in Germania nationale Concilium habeatur. Iam ſi nec ipſa ratio habendæ nationalis ſynodi Summo Pontifici & Cæſ. Majeſt. placuerit, rogant Status, ut juxta id quod ſua Majeſtas facturam ſe & curaturam recepit, ſine omni dilatione, in imperium Germanicæ nationis venire velit, atque convocatis Statibus, denuò tentare, ut errores extirpentur, ac omnia, quæ prave intellecta & accepta ſunt, Chriſtianè diſcutiantur. Atque iſtæ viæ ſolæ reſtant quibus ſaluti Chriſtianorum conſuli poterit, adeo ut niſi aliqua iſtarum ineatur, magis atque magis in ſe dividetur Germanica natio, ejuſdem gloria, honor, & opes interibunt, atque id genus plurima incommoda ad vicinas etiam nationes pertingent.

7. Secundo, Catholici Status decreverunt apud ſe, quod auxilio Dei, conſtanter adhærere veline noſtræ veteri religioni & veræ fidei, quemadmodum hæc in ſacris Evangeliis, conciliis, ſtatutis, & ordinationibus Chriſtianæ & Catholicæ Eccleſiæ, ac doctrina ſanctorum Patrum, ab Apoſtolorum tempore, usque ad hodiernum diem, manſit, & obſervata eſt,

8. Præ-

8. Præterea Receſſus, Ordinationes, & Mandata per Imperat. Majeſtatem & Status Catholicos, præcipue vero decreta Auguſtani Conventus, in quæ tamen communiter à Statibus conſenſum eſt, ſequi, & his parere firmiter in animum induxerunt, indubitato ſperantes, quod reliqui Status omnes qui in Auguſtanum Receſſum conſenſerunt, eidemque, ſigillis etiam ſuis appenſis, ſubſcripſerunt, promiſſis inſuper auxiliis Imperat. Majeſtati, paulopoſt Ratisbonæ iterum ratam habuerunt, ſubſcriptionem Auguſtæ factam. Et tandem Haganoæ tertio Electores & Principes, qui iſtic in propria perſona fuerunt, eundem Auguſtanum Receſſum denuo approbarunt, ſervandumque receperunt. adeo ut ſeſe obtulerint, collocuturos de defenſione, ſi quid tentaretur adverſus Receſſum Auguſtanum, quemadmodum in decretis eorum Comitiorum, & ſcriptis in illis exhibitis continetur. maximè vero inhærendum Auguſtano Receſſui Principes cenſent, & adeo nullo modo recedendum: cum Imperat. Majeſt. & in eiſdem Comitiis, & hic, cum in prima ſua propoſitione, tum formula deliberationis, de Receſſu hic conſtituendo, eundem Receſſum Auguſtanum, ipſa quoque ſalvum manere ſe velle declaraverit.

9. Tertio, cum Imperat. Majeſt. ex ſingulari proculdubio clementia, proponit, ſuæ Majeſt. videri, articulos, in quibus inter collocutores convenit, & qui conciliati ſunt, ſine ulteriori diſcuſſione, usque ad Concilium, recipiendos eſſe & approbandos, &c. Reſpondent Status, ſe in hoc nullo pacto conſenſuros. neque enim id videri conſultum ob ſequentes cauſas. Primum namque à collocutoribus propoſiti ſunt articuli aliquot, minime neceſſarii, ſupervacanei, & de quibus nulla fuit ante hac controverſia, nec hodie eſt. Ut ſunt primus, ſecundus, tertius & quartus. Abſurdum igitur videri, ut articuli nunquam controverſi concilientur. præterea, quartus articulus, de peccato originali, non hic eſt conciliatus, ſed Wormatiæ: alia tamen forma, quam nunc eſt in ſcripto oblato, propoſitus. Secundo maximopere neceſſarium erit, ut ab utraque parte denuo eligantur, qui novo colloquio & diſputatione excutiant omnia. Extant enim verba in ſcripto commemorato, quæ non ſunt conſentanea conſuetudini Eccleſiæ, & formis loquendi à Patribus uſitatis. adhæc in iſto ſcripto dogmata quædam minime admittenda, quæ partim obliteranda ſunt, partim mitiganda, & in aliam formam redigenda. præſtiterit itaque negotium iſtud menſes adhuc aliquot differri. Tertio, hi articuli ſolum conciliati ſunt, qui & minoris momenti ſunt, & de quibus inter doctos non magna ante hac fuit controverſia, qui denique non tam periculoſam offenſionem apud plebem vulgo excitarent, quam alii nondum conciliati. Et quia præcipui articuli, atque adeo ii, quibus Chriſtiana fides nititur: ut eſt articulus, de venerando ſacramento veri corporis & ſanguinis Chriſti, de adoratione & reſervatione ejusdem, communione ſacramenti ſub utraque ſpecie, confeſſione, pœnitentia & ſatisfactione, &c. hi nimirum non ſolum non conciliati ſunt, ſed à Proteſtantibus vehementiſſime impugnati, adeò ut de his nulla conciliatio ſpernenda ſit. Quin imò collocutores Catholicæ partis pluſculum, quam decebat, in his conceſſerunt Proteſtantibus, ita ut quæ admiſſa ſunt ab illis, emendatione & declaratione habeant opus.

10. Quarto, quoniam ſi reciperentur articuli conciliati, multis modis poſſet imminui exiſtimatio Summi Pontificis, Imperat. Majeſt. & Statuum Catholicorum. hique omnes, ne ſe hoc nomine variis obtrectationibus exponant, periculum erit. Videtur Catholicis Statibus conſultius, & melius eſſe; ut ſuo loco ſcriptum collocutorum relinquatur, & omnia negotio ad religionem pertinentia differantur, ad Concilium vel generale, vel nationale, vel ſaltem ad Conventum omnium Statuum Imperii, quemadmodum etiam Pontificii Legati reſolutio conſulit. nimirum ut iſta omnia ad concilium Summi Pontificis rejiciantur.

Wilhelmus & Ludovicus fratres, Duces Bavariæ.
Otto Henrichus, Dux Bavariæ.
Henrichus Dux Brunſuicenſis.
Wilhelmus Dux Clivenſis.
Erneſtus Marchio Badenſis,
Georgius Langravius à Leuchtenberg.
Epiſcopi, Prælati, Comites } qui adſunt, vel abſentium Legati.

Magiſter Theutonicorum.

Civitatum Imperialium Legati, Imperatoriæ Majeſtati ex aſſenſu majoris partis inter ſe, reſponderunt, petere ſe, ut omnia ea, quæ collocutores alterius partis, in libro ab Imperatore oblato, ut vera & pia approbarunt, admitterentur: hoc eſt, & conciliatos articulos, & quicquid reformationis liber iſte præſcribit, recipiendum judicarunt & optarunt. Sunt autem hæ Civitates,

Colonia. Aquæ.
Metis. Wormatia.
Spira, Hagenoa, Colmaria } Sno & eorum oppidorum nomine, quæ ad Præfecturam pertinent Hagenoenſem, hoc eſt, Seleſtadii, Wiſſenburgi, Landojæ, Keyſersbergæ, Obernehen, Rosheim, Turckheim, Munſter in Valle S. Gregorii.

Ratiſpona.

Google

Ratiſpona.	Rotenburgum.
Uberlinga.	Ravenſpurgum.
Schuinfurtum.	Wangeo,
Pfullendorff,	Alen.
Bopfingen	

SCRIPTUM LEGATI PONTIFICII AD ORDINES IMPERII, NE QUID STATUANT DE NATIONALI SYNODO.

REverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini, cum pervenerit ad aures noſtras, quod in determinatione hujus Conventus Imperialis tractatæ controverſiæ fidei remittantur ad concilium univerſale; quòd ſi celebrari non poſſet, tunc remittantur ad concilium nationale, &c. Animo perpendentes quàm magni præjudicii eſſet, ſi controverſiæ fidei remitterentur ad concilium unius nationis, officii noſtri putavimus eſſe, commonefacere Dominationes veſtras Reverendas & Illuſtriſſ. ut additio illa de Concilio Nationali omnino tollatur. Nam perſpicuum eſt, in nationali concilio nullo pacto poſſe determinari controverſias fidei: cum hoc concernat Statum univerſalem Eccleſiæ. Et quicquid ibi determinaretur, eſſet nullum, irritum & inane. Quod ſi à Dominationibus veſtris Re. & illuſtriſſ. factum fuerit, ut certe nobis perſuademus, quemadmodum gratiſſimum erit Sanctitati Pontificiæ, quæ caput eſt Eccleſiæ, & conciliorum omnium, ita econtra erit ipſi moleſtiſſimum, ſi ſecus fieret. Nam clarum eſt majores ſeditiones in controverſiis religionis hoc pacto orituras eſſe, cum in aliis nationibus, tum in hac noſtra nobiliſſima provincia, hoc officium noluimus omittere, tum ut pareremus mandatis Sanctitatis ſuæ, tum etiam, ut non deeſſemus officio perſonæ Legati nobis à ſede Apoſtolica injunctæ. Ratisb. 26. Julii.

Paratiſſimus ad obſequia dominationum veſtrarum reverendiſſimarum, & illuſtriſſimarum.

Gaſparus Cardinalis Contarenus Legatus.

AD HOC SCRIPTUM LEGATI, ORDINES IMPERII reſponderunt, ut ſequitur.

REverendiſſime in Chriſto pater, ſanctæ Roma. Eccleſiæ Cardinalis, & ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ de latere Legatus, Domine colendiſſime. Reverendiſſimi, & illuſtriſſimi ſacri Romani Imperii Electores, aliique Principes, & Status, ex ſcripto Reverendiſſimæ dominationis veſtræ eisdem oblato, intellexerunt, R. D. veſtram petere, quod iidem Principes & Status ex determinatione Receſſus hujus Imperialis Conventus, qua tractarunt, ut ſi concilium univerſale celebrari non poſſet: tunc controverſiæ fidei ad concilium nationale remittantur, illam additionem de Concilio nationali omnino tollere: Cum perſpicuum ſit, in nationali concilio nullo pacto poſſe determinari controverſias fidei. Et quicquid ibi determinaretur, eſſet nullum, &c. Prout hæc omnia in præfacto Re. Do. veſtræ ſcripto plenius continentur, & explicantur, ad quæ præfati Principes & Status Imperii reſpondent R. D. veſtram promovendo, & ſanct. Dominum noſtrum Papam indicendo & citra ulteriorem procraſtinationem celebrando concilium univerſale, facillime præcavere poſſe, ne ſubortas fidei & religionis noſtræ controverſias in concilio nationali tractari ac determinari oporteat, id quod omnes hujus Imperii Status plurimum optant & obnixè rogant. Sin autem concilium univerſale toties policitum & jam à Re. Do. noſtra, iterum promiſſum, per ſedem Apoſtolicam, ad effectum ſuum non fuerit deductum, evidens profectò hujus Imperii, & præſertim nationis Germanicæ neceſſitas expoſtulat, controverſias iſtas in religione noſtra excitatas, in concilio nationali, aut ſi ne hoc quidem congregari poterit, in alio Imperiali Conventu, præſente tum, & hoc negotium dirigente aliquo Legato ſedis Apoſtolicæ, ſufficientibus ad hoc ejusdem ſedis Apoſtolicæ facultatibus ſuffulto, concordari, ac diffiniri. Ut enim in tot tantiſque opinionum varietatibus hærere nedum periculoſum, ſed etiam intolerabile foret: ita econtra prædicti Principes, & Status nihil vehementius exoptant, quàm illas controverſias, legitimo & debito modo ad concordiam Catholicam redigi, non diffidentes, quin R. Dominatio veſtra, eam ad rem ſuum quoque promotionis auxilium ſit collocatura. Et ſanctiſſ. dominus noſter pro debito paſtoralis officii ſui authoritatem ſuam interponere non ſit recuſaturus. Datum Ratiſpo. 26. Julii Anno 41.

Auctore Martino Bucero.

ADMONITIO CONCIONATORUM PROTESTANTIUM AD LEGATUM PONTIFICIUM, DE EO QUOD AD ORDINES IMPERII SCRIPSISSET, NON LICERE IN SYNODO NATIONALI DETERMINARE CONtroverſias fidei, & Pontifici Rom. eſſe caput Eccleſiæ, & Conciliorum.

GRatia & miſericordia Domini, ad agnoſcendum tempus viſitationis noſtræ, & benevule ſentiendi de lapidibus Zion, miſerendique pulveris ejus. Ampliſſime Contarene. Ut antehac, ſtudio tantum gloriam Chriſti adſerendi, & nequaquam Dominationi tuæ ullam moleſtiam adferendi, queſti ſumus, quod doctrinam noſtram in ſcripto tuo ad Illuſtriſs. Principes, & Status Imperii injuſte inſimulaſſes, cum diſſenſionis ab Eccleſia Catholica tum corruptelæ, qua nimirum adoleſcentes in noſtris ſcholis infecti, poſtea alios quoque per Germaniam inficerent & corrumperent, cum ea tamen nihil aliud ſit quàm doctrina Chriſti divinis literis clare tradita & verè Catholico conſenſu teſtificata: ita nunc eodem ſtudio rurſus queri, teque per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unicum caput, Paſtorem & vindicem Eccleſiæ ſuæ, ac diſſecatorem & abolitorem omnium, qui illi infeſti ſunt, admonere cogimur de eo, quod iterum ad Illuſtriſs. Principes & Status S. Imperii voluetis ſcribere, *perſpicuum eſſe, ſi ſtudeant ſynodo hujus nationis, controverſias religionis componere, & reformationem Eccleſiarum inſtituere, majores ſeditiones & controverſias religionis, cum in aliis nationibus, tum in hac ipſa noſtra natione orituras eſſe*: eamq; ob cauſam, & quod *controverſiæ fidei*, ut tu ais, *in nationali concilio nullo pacto determinari queant*: denique, quam non dubitamus ſummam hujus dehortationis cauſam eſſe, ne faciant, *quod Roma. Pont. futurum moleſtiſſimum ſit*, eos ab hoc ſuo pio, ſalutari, & plane neceſſario conſilio, dehortari, atque adeo abſterrere in animum induxeris. Nam quæ, obſecro te per religionem Chriſti, major ſeditio, aut controverſia religionis metuenda ſit, vel in noſtra, vel in aliis nationibus, ſi noſtræ Eccleſiæ, religionis controverſias, ſecundum verbum Domini, atque vere Catholicum conſenſum, ſecundum indubitatos Eccleſiæ Dei Canones componant, & manifeſta vitia, quæ in doctrinam, & ceremonias, inque harum adminiſtros, tam importune invaſerunt, & prævaluerunt, corrigant? Atqui ſi id de Imperat. Majeſt. Clementiſſimo Domino noſtro, Illuſtriſſimis Proceribus & Statibus hujus Imperii ſentire velis, quod de Principibus Chriſtianis decet, nihil aliud illos per controverſiarum in religione compoſitionem, Eccleſiarumque reformationem, vel intelligere, vel moliri, ſuſpicari debes. Ad hunc autem modum, ſi diſſenſiones de religione tollantur & doctrinæ Chriſti puritas, ſacramentorum ſynceritas, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ juſtus vigor reſtituatur, ſicut depulſa ſeditione & vi Antichriſti & Satanæ, regnum Chriſti apud nos inſtaurabitur, ita vera ac ſolida in Chriſto pax huic nationi, cum intra ſeipſam, tum cum piis omnium nationum, optatiſſime reparabitur, & feliciſs. propagabitur, nec reluctabitur quiſquam, aut contradicet, præter eos, qui Chriſto domino renunciant: *nolumus hunc regnare ſuper nos*. his autem ſi approbare nos quæramus, ſervi Chriſti eſſe nequibimus. *Miſi vos*, inquit Dominus ad ſuos *ſicut oves in medio luporum & in me pacem, in mundo preſſuram habebitis*. proinde merito ex toto corde abominantur Sancti omnes, hoc tuum omen, majores orituras ſeditiones, & controverſias, cum in aliis nationibus, tum in noſtra, ſi nos res Eccleſiaſticas tam miſere adflictas, & diſſipatas, reſtituere nationali ſynodo laboremus. Nihil enim prorſus turbæ, nihil motus contra hoc tam ſanctum, & omnibus ſalutiferum inſtitutum, à quoquam, qui non oppugnandum ſibi regnum Chriſti decreverit, metuendum eſt. Quamobrem ſi rationem habes divinationis tuæ, appater providere te, Epiſcopos & Principes in aliis nationibus, nam de noſtris, ſi inſtitutam Synodum haberi contingat, ſecuti ſumus, obſtituros, quo minus pii homines, oves Chriſti, noſtro exemplo exciti, vocem audiant paſtoris ſui, eumque ſequantur. Sed eos qui contra Chriſti regnum tumultuantur & ſeditiones movent, ridet qui in cœlis habitat, & debent eos negligere qui in hoc confidunt.

Illud autem vehementer de tua eruditione & zelo, quo te in domum Domini flagrare plurimi prædicarunt, miramur, quod in hac tanta luce ſempiternæ & cuncta ſuperantis & vincentis veritatis, quæ ubique ſeſe infundit tam potenter, ſcribere volueris, *perſpicuum eſſe in nationali concilio, nullo pacto poſſe determinari controverſias fidei*. Quid enim cuiquam nationi à Domino negatum eſt? Pollicitus eſt Chriſtus bonum à patre ſpiritum fide pro hoc rogantibus omnibus, & ſe ipſum medium interfuturum, ubicunque vel tres in ſuo nomine convenerint, nihilq; non impetraturos, de quo ſuper terram ipſi inter ſe conſenſerint, quodq; conſentienter à patre cœleſti, per ejus nomen petierint. In medio quoq; ſunt Divinæ ſcripturæ, ſacri Canones, ſcripta Patrum. poterimus ergo & nos Germani, & quælibet alia natio, quamlibet ea ſit ſenſibus carnis parum vafris, vel exercitatis ſententiam Domini in omnibus, quæ ad veram religionem verè pertinent, & ad ſalutem Eccleſiarum omnino interſunt, invenire, cognoſcere & ſequi. Abſcondit enim Dominus regni ſui myſteria à ſapientibus & callidis, & revelat ea his qui ſunt malitia pueri, & ſenſu ſimplices: nec cuiquam fide petenti, ſenſus ſui cognitionem negat, vel religioſe pulſanti, adyta myſteriorum ſuorum non recludit, nec à quoquam ſe vero corde quærente, abſcondit. Sed adfers rationem dicti tui. quod enim & controverſiæ de religione, & earum deciſio & extinctio connectant ſtatum univer-

ſalis

ſalis Eccleſiæ, videri vis conſequi, non poſſe unius nationis eſſe, eas decidere & tollere. Verum id quidem eſt, nullam nationem, ſic poſſe quæ de religione controvertuntur determinare; & quæ in diſciplina Eccleſiarum collapſa ſunt, inſtaurare, ut id in aliis quoque nationibus valeat, niſi illæ ſuo quoque judicio, & ſua ſponte eadem & judicare queant, & amplecti velint. Quo circa optandum eſt: ut quæcunq; nationes Chriſti nomen pariter invocant, in unam ſynodum commodè conveniant, & communi conſilio de repugnanda doctrina, & Sacramentorum adminiſtratione, revocandaque diſciplina, deliberent & ſtatuant. Nam eiſdem ubique morbis laboratur, & eſt omnium electorum Dei una fides, una Eccleſia, ut eſt unum baptiſma, una Chriſti profeſſio. Attamen ſi aliæ nationes; vel nondum huc vocantem Dominum exaudiant, vel ſequi, quem audiunt, nolint, debet ne id & nos remorari, ne de cognoſcenda & ſequenda voluntate Domini, tandem conveniamus? Nihil enim novum inferre, ſed quod eſt traditum antiquitus repetere, nihil noſtra authoritate ſtatuere, ſed ruſſus amplecti cupimus, quod ſtatuit & edixit Chriſtus ab initio, quodque adeo obſervandum Apoſtoli, Martyres, & S. Patres judicarunt, ut anathema haberent etiam angelum de cœlo, convellere aliquid de eo molientem, & vitam tyrannis, quam vel apiculum de eo, cuiquam remittere mallent. Decet quidem quod omnium intereſt, ab omnibus conſtitui: atſi alii nolint, nemini tamen ob id licebit deeſſe officio ſuo, quod debet Servatori ſuo & Eccleſiæ Dei: nemini negligere, quod Dominus injunxit omnibus & ſine quo retineri gratia Dei non poteſt. Nulla enim tanta inter homines ſocietas eſſe poteſt, ut ſit cuiquam, cauſa ſociorum offendendus Deus, & abjicienda vita æterna. Iſtud autem nos certo faceremus, ſi in confeſſis abuſibus & vitiis perſeverare vellemus, propterea, quod aliæ nationes horum correctionem, vel ſua, vel aliorum, aut ignoratione, aut cupiditate impeditæ different. Poſſunt igitur jure, ac debent officio, & Germani, & quilibet alii populi, ſimulatque aliquid in religionibus apud ſe vitiatum cognoverint, quamprimum, cum Provincialibus, tum Nationalibus ſynodis, & quacunque demum via & ratione commodius queant, ut id ſanetur, & in Eccleſiis omnia ſyncera & integra ſint & conſerventur, ſummam curam impendere. Hoc & veris Canonibus ita ſancitum; & à ſanctis olim Patribus religioſiſſ. obſervatum eſt. Quæ cum non ignores, Contarene, admodum dolet nobis, quod ſcribere tibi permiſeris. *Quicquid in nationis noſtræ Synodo determinaretur, id futurum nullum, irritum, & inane.* Etiam ne, ſi quid rectè ac pie determinaretur? Nam ſcribis, quicquid, Quæ contra Chriſtum vel in generaliſſimo concilio concluſa fuerint, ea certè nulla, irrita, & inania ſunt: at quæ ſecundum verbum Domini, vel privatus aliquis; nedum provinciæ aut nationis alicujus concilium ſtatuerit, ea adeò non nulla, non irrita, aut inania eſſe unquam poterunt, ut cœlum & terram prius immutari oporteat, quam ea mutari poſſint aut intercidere. Tam multa olim per nationalia concilia in Syria, Græcia, Aphrica, Italia, Gallia & Hiſpania, contra furores Arrii, Donatiſtarum, Pelagii, & aliorum hæreticorum ſanctiſſimè decreta, de moribus Eccleſiæ ſaluberrimè conſtituta ſunt, ea ne dices tu nulla, irrita, & inania fuiſſe? Atque alienum profecto, & ab ætate, & à ſapientia tua, & illud eſt, quòd Pontificem *caput Eccleſiæ & conciliorum* nominas. Delatum quidem olim eſt ſedi Romanæ, cum in ea veri Petri ſucceſſores ſederent, ut prima eſſet: & Epiſcopo Rom. ut inter Patriarchas prærogativa authoritate polleret: at caput vocatum Eccleſiæ & Conciliorum, apud quem unquam, te quæſo; Patrum legiſti? Ergo ne iſta adhuc in tanta Evangelii luce, omnium animos & conſcientias tam acriter feriente, jactare audetis? CHRISTUS unus & ſolus caput Eccleſiæ eſt, & manet in æternum. Paulus autem, Apollo, Cephas, miniſtri Eccleſiæ ſunt. Et tu tam diſſimilem his hominem, propter uſurpatum titulum, & ſucceſſionem ſedis Cephæ, caput Eccleſiæ & conciliorum facere audes? maximè, cum adeo nihil ab eo, quod vel miniſterialis capitis ſit, ad Eccleſias permanet, ſed contraria omnia. Et in hac ipſa cauſa, vide quam male laudes tuum Pontificem. Nam ſi moleſtiſs. laturus eſt, ſi pia & neceſſaria in noſtra natione Synodus habeatur, ita ut inſtitutum eſt, ad quam rem urgere ille cumprimis debebat, an ne quærere ſtudet, quæ oves Chriſti aberrarunt? obligare quæ aliquid fregerunt? confirmare quæ debiles ſunt? Sed memorem monemus. Dominus Jeſus largiatur, aut vobis alia conſulere, aut noſtris ne iſta veſtra conſilia ſequantur: confirmetque eos, ut quod pie & neceſſariò propoſuerunt, id etiam fortiter perficiant. ut tandem hujus nationis Sancto concilio Eccleſiis noſtris & idoneos miniſtros, & puram doctrinam, & veram ſacramentorum diſpenſationem, ſalutaremque diſciplinam reſtituere annitantur. Nam à Roma quid expectandum nobis ſit, ipſa quæ illic tot jam ſeculis diſciplina viget, totque annis extracta de concilio legitime cogendo & habendo, tergiverſatio, nimis certo teſtificatur. Sed faciat Dominus arborem bonam, ut & bonos fructus inde ſperare liceat, & confirmet Imperatoriam Majeſtatem, cunctoſque Proceres & Status hujus Imperii. ut juſſa Dei ſalutemque tot Eccleſiarum, Romani Pont. cupiditati præferant. Hæc voluimus, qui hic ex miniſtris Eccleſiarum Proteſtantium reliqui adſumus, apud te queri, teque eorum, quæ certè contra & dignitatem & officium tuum facis, ne & nos officio noſtro hac in parte deeſſemus, admonere. Chriſtus Dominus reſpiciat, & reſtituat Eccleſiam ſuam, noſque illius idoneos & utiles miniſtros faciat. Amen Quando ipſe agnoſcis nos vera & neceſſaria ſcribere, ne ea iniquo animo accipias.

Bene vale.

RESPONSUM ELECTORIS, ALIORUMQUE PRINCIPUM, ET STATUUM PROTESTANTIUM, AD PROPOSITAM AB IMPERAT. MAJEST. DELIBERATIONEM, DE DECRETO faciendo in cauſa religionis.

QUæ Imperatoria Majeſt. exponi fecit Principibus Electoribus, aliisque Principibus, & Ordinibus de ſuo diſceſſu, deinde capita, & articulos, ad faciendam actorum in his Comitiis, concluſionem; & decretum pertinentes, tum ea, ad quæ ſe Imperatoria Majeſtas offert, & quæ petit, ea omnia Princeps Elector ac cæteri Principes, & Ordines, qui Auguſtanæ Confeſſioni adhærent, præſentes, & abſentium Legati, cum ſumma reverentia, & ſubmiſſione audierunt, & cognoverunt aguntque eum omni ſubjectione gratias Imp. Majeſt. ob ſummam diligentiam, & laborem, quem ipſa impendit, in hoc, ut cauſæ religionis controverſæ Chriſtianè componerentur, ſimiliter & Chriſtiana reformatio Eccleſiæ impetraretur. Non dubitant autem Status commemorati Imperat. Majeſt. ex reſponſione pertinente ad negotium religionis, quam nudiuſtertius ſuæ Majeſtati obtulerunt, intellexiſſe, Status ipſos modis omnibus propenſos eſſe ad Chriſtianam concordiam, in qua divinum verbum, & veritas locum habere, & Chriſtiana Eccleſiæ reformatio, quam & ſua Majeſtas ſumme neceſſariam agnoſcit, ad effectum perduci, ac reipſa conſtitui poſſit.

2. Cæterum quia Statibus prædictis placuerunt articuli conciliati, modò intelligantur rectè, & Chriſtianè, atque adeo juxta reſponſionem, quam ſcripto obtulerunt, adhuc eosdem articulos placere fatentur. Rogant autem ſuppliciter Imperat. Majeſt. quod ipſa velit efficere, ut ejusmodi articuli pro conciliatis recipiantur, in hoc ut ſint auſpicatum exordium concordiæ. ſperant enim Status Deum omnipotentem gratiam ſuam largiturum, ut ſic veritas magis atque magis dilatari, & eo expeditius via ad Chriſtianam reformationem parari queat.

3. Satis præterea intellexit Imperat. Majeſt. Statuum prædictorum animum ac voluntatem, quantum ad articulos nondum conciliatos attinet, ex ſcripto ſuæ Majeſtatis oblato. Simul autem Status humillime rogant; quòd ſua Majeſtas Receſſum Auguſtanum, eo quòd minime idoneus eſt ad concordiam promovendam, imò etiam cum quibusdam articulis pugnat, clementer velit tollere, aut ſaltem ſuſpendere.

4. Cognoſcere enim facile poteſt Imperat. Majeſt. Auguſtanum Receſſum (ſi is valere debet, atque in ſuo vigore manere) maximo impedimento futurum ſperatæ concordiæ in religionis cauſis, nec non Chriſtianæ reformationi, communi deinque paci. neque enim duo hæc ſimul poſſe conſiſtere.

5. Quòd vero Imperat. Majeſt. à Statibus petit, ut cogitare velint, ſi poſito caſu Concilium non procederet, an tum communis Imperii Conventus iterum indici debeat, in quo religionis cauſæ amplius tractarentur, & ad commodum exitum perducerentur.

6. Quantum ad Concilium attinet, probe adhuc ſe memores eſſe fatentur Status ſuæ appellationis, proteſtationis, & omnium, ad quæ ſe obtulerunt. Nihil quoque tam ardentibus votis expetunt, quam ut legitimum, liberum & Chriſtianum Concilium in Germania celebrari poſſit, in quo religionis controverſiæ ſecundum verbum Dei excutiantur, Chriſtiana etiam reformatio, & abuſuum, qui obtinuerunt, extirpatio ſequi poſſit.

7. Quod verò Status conſentire debent in ejusmodi Concilium, in quo Papa, vel ſui (qui Proteſtantium Statuum adverſarii ſummi exiſtunt) de religione cognoſcendi & judicandi poteſtatem haberent, id quominus faciant Status, juſtis, firmis, & certiſſimis rationibus permoventur, quemadmodum eas bona ex parte expoſuerunt in recuſatione Concilii Mantuæ indicti, ad quam rurſus ſe referunt, humillime rogantes Imperat. Majeſt. ut iſtud Statuum propoſitum neceſſariis, & inevitabilibus cauſis innixum boni conſulere velit.

8. Relinquunt vero Status liberum arbitrio, & conſilio Imperatoriæ Majeſtatis, ut ſi minus impetrari poſſit Chriſtianum & liberum Concilium in Germania, in quo ſcilicet agatur de religione, & reformatione Chriſtiana, ut per alium Conventum Imperii de his rebus Chriſtianè agatur, & tranſigatur. Parati enim ſunt Status, id quod ſæpenumero jam teſtati ſunt, ſuæ Chriſtianæ confeſſionis, & doctrinæ Eccleſiaſticæ ſufficientes cauſas adferre, ejusque rationem reddere.

DECRETUM, ET EDICTUM IMPERATORIS DE REFORMATIONE EPISCOPORUM, ET TOTIUS ADMINIſtrationis Eccleſiaſticæ.

INjunximus præterea & commiſimus, Legato etiam Pontificio adſentiente, quemadmodum hoc decreto ſanctè commendatum, & injunctum volumus omnibus Prælatis Eccleſiaſticis, ut inter ſe ipſos & ſuos, qui ipſis ſubjecti ſunt, Chriſtianam vivendi agendiq; rationem & reformationem inſtituere aggrediantur, talem nimirum, quæ ad commodam, decentem, & ſalutarem adminiſtrationem Eccleſiæ utilis ſit, ac deſerviat. Etiam ut hujusmodi reformatio-

mationem, ſerio ac ſeveri tueantur, & ſtrenue ſervent, nullaque ſe re in eo remorari vel impediri patiantur, id quod prædicti Prælati obedienter ſe facturos quoque nobis & commemorato Legato receperunt. Speramus ergo quod ejusmodi ordinatio & reformatio tandẽ viam ſit præparatura, & multis modis commodatura, ad ea pie & Chriſtiane concilianda, plenamque ſemel concordiam conſtituendam, de quibus in religione eſt controverſia.

Elogium Johan. Eccii de libro ab Imp. Ordinibus Imperii ad excutiendum oblato, & in Colloquio ab eo maxima ex parte comprobato, in Concilium Principum qui ſe Catholicos vocant miſſum.

Neque placuit, neque placet, liber iſte inſulſus, neque placebit in quo tot errores & vitia deprehendi. unde judico, ſicut ſemper judicavi, eum à Catholicis non recipiendum, qui relicto modo loquendi Eccleſiæ & Patrum Melanchthonizat.

Et idem ego Eccius non conſenſi, neque vidi librum Cæſareæ Majeſt. oblatum, ſed ſolum prælecti fuerunt mihi articuli Lutheranorum, multominus conſenſi in ſcripturam quandam quæ dicitur Imp. oblata cum libro, quam nunquam vidi. Eccius ſcripſit,

Supplicatio Clariſſ. virorum, D. D. Julii Pflug & Johan. Groppert.

ILLUSTISSIMO PRINCIPI DOMINO FRIDERICO COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ DUCI, &c. ET ILLUSTRI DOMINO NICOLAO DOMINO A GRANUELA PRÆSIDIBUS, AC ILLUSTRIBUS ET Magnificis Dominis Auditoribus colloquio de Religione nuper habito à ſacra Imperatoria Majeſtate præfectis & aſcitis.

ILLUSTISSIME Princeps, Illuſtres & Magnifici Domini. Non dubitamus ſingulari Dei providentia & benignitate factum eſſe, ut cum non multo poſt exorſa comitia, Invictiſſimo Imperatori Carolo Auguſto aſſentientibus ampliſſimis ſacri Imperii Ordinationibus placuiſſet, Doctorem Joannem Eccium & nos ambos ad colloquendum de Religione cum Proteſtantibus deligere, Simul etiam hoc placuerit, ut eidem colloquio Illuſtriſſima, Illuſtres & Magnificæ D. V. ſuæ Majeſtatis nomine, partim autoritatis cauſa præeſſent, partim ferendi teſtimonii gratia adeſſent. Oſtendit enim rerum eventus, qui eſt præſens cauſæ ſtatus, quàm iniquis calumniis expoſiti eſſemus, niſi Illuſtriſſima, Illuſtres & Magnificæ D. V. ordine hinc ita quoque velint veritati rerum geſtarum teſtimonium perhibere. Noverunt illæ, quo pacto nos ad hanc provinciam, initio vocati ſimus, neque enim, ut ſcitis, ingeſſimus nos ultro, ſed diu ineptitudinem noſtram, cum apud noſtrorum Principum Electorum Legatos, & Conſiliarios tum apud Imperatoriam Majeſtatem excuſavimus & obteſtati ſumus, ut hæc ſarcina jumentis tanto oneri ferendo aptioribus imponeretur, Sed ut noverunt ampliſſimæ Dominationes veſtræ, auditi non ſumus, protracti & adacti in hoc opus, quod alios ſuſcepiſſe cuperemus, qui illud majori cum fructu abſolvere potuiſſent. Nunc ubi poſtulatam obedientiam præſtitimus, & quod in nobis fuit, ſumma cum fide & ſynceritate (Deum & conſcientiam noſtram teſtamur) non ſine ingenti labore & fatigatione peregimus, non ſolum nullas gratias referimus, ſed etiam plane immerentes gravem calumniam ſuſtinemus, idque illo, à quo tale nihil ſuſpicati ſumus, & quem hoc facere ob graves & multas cauſas, ſi ſui meminiſſet, minime deceret. Is eſt Doctor Eccius, collega nuper noſter, qui jam geſtum colloquium, cui ipſe multo tempore, & quoad febri corriperetur, nedum interfuit nobiſcum, ſed & quodammodo pro ſua authoritate præfuit, adverſus omnem injuſtam calumniam tueri & defendere deberet, primus omnium eſt, qui atrociter impetit & convellit, Vidimus enim ſcriptum ejus, quod non ad quoslibet, ſed in ipſum Senatum ſacri Imperii Principum, Prælatorum & Ordinum tranſmiſſum eſt, quo veritus non eſt reſtari, ſibi neque placuiſſe, neque placere, neque placiturum unquam illum librum, quem vocat inſulſum, per Imperatoriam Majeſtatem exhibitum, in quo, ut ait, tot errores & vitia deprehenderit, quem & eodem ſuo ſcripto nullis rationibus additis cenſoria nota damnat, & indignum judicat, ut à Catholicis recipiatur, quem etiam ut eſt Imperatoriæ Majeſtati poſt habitum colloquium redditus, ſe vidiſſe pernegat. Affingit quoque, neſcimus quam ſcripturam, quæ ſe inſcio ſimul cum libro Imperatoriæ Majeſt. fuerit oblata. Adhæc audivimus eum in ſingulos etiam articulos jam conciliatos quam non conciliatos, mordaces cenſuras conſarcinaſſe, quibus nihil aliud ſit annixus, quam ut ſi poſſet, aſtrueret nihil eſſe in toto libro, ut Cæſari redditus eſt, quod non ſit vel ſupervacaneum, vel erroneum, vel nullius ad componendas has religionis diſcordias momenti. Et ut hæc febricitans forſan impetu magis animi quàm certo judicio effuderit, comperimus tamen illum hac ſua ſuggeſtione eviciſſe, ut in primis ſui Illuſtriſſimi Principes Bavari, & per hos plerique alii, ad ſic, ut ille vellet, ſentiendum

endum ſint perſuaſi, & non perſuaſi tantum quod ad ſe attinet, ſed etiam huc adducti, ut Cæſariæ quoque Majeſtati hæc quæ Eccius effutivit, quàm maximè approbata velint. Sed hoc uno nos fœlices judicamus, quod vos rebus omnibus adſuiſtis ſpectatores, quod nihil in hac tota cauſa vobis inſciis actum ſit, imò nihil pene vobis non mandantibus. Si privato conſilio, ambitione, ſeu ullo affectu permoti, nos in hanc provinciam ingeſſiſſemus, ſi non in rutum quod Imperatoria Majeſtas præſcripſit fideliter eſſemus inſequuti, ſi is liber quem Imperatoria Majeſtas obtulit (non à nobis profectus) cum Ecciu totus prælectus non fuiſſet, ſi idem à ſummæ authoritatis viris (quibus non immerito Imperatoria Majeſtas ſimul cum ampliſſimis Ordinibus, in his ſaltem quæ inter nos colloquutores conventa ſunt, plurimum detulerit) priuſquàm colloquium iniremus comprobatus non fuiſſet, denique ſi non ipſe Eccius, tam diu nobis in colloquio collega aſſediſſet, & maximam illam libri partem, quæ eo præſente excuſſa eſt, in his quæ utrinque concordata ſunt, ut ſana, & Catholica, non ſua voce tantum, ſed partim etiam ſcripturæ ſuæ teſtimonio recepiſſet, haberet forſan quod Illuſtriſſimæ, Illuſtribus, & magnificis Dominationibus veſtris prætexeret, ne cum plane calumniari exiſtimarent. Nunc autem cum illæ ſciant, quo conſilio nos adhibiti, qua diligentia liber & per quos ante colloquium excuſſus, qua ratione colloquium ceptum, & aſſidente multo tempore Eccio geſtum fuerit, non eſt cur metuamus eum vobis ullum fucum facere poſſe. Imò veſtræ Illuſtriſſima, Illuſtres, & magnificæ Dominationes, non nos tantum, ſumus, quæ ſi Ecciana perſuaſio obtineat in gravem ſuſpicionem ſui muneris ſibi commiſſi non ſatis fideliter acti adducantur: quo ſcilicet tanto tempore collationis de religione aſſederint, & tamen de his quæ deprehendit Eccius tam obfutura, & religioni, & Imperio, ſacratiſſimum Cæſarem non in tempore admonuerint, & ſuam Majeſtatem, ac omnes ſimul Ordines cum tanta ſuarum rerum jactura in hoc Articulo tam diu remoratæ ſint. Sed gratia Deo: Illuſtriſſima, Illuſtres, & Magnificæ Dominationes veſtræ, hanc habent apud Imperatoriam Majeſtatem inviolabilem fidem, hanc obtinent apud totum orbem, ſuæ virtutis, & integritatis laudem, ut nemo dubitet quin vobis potius quam uni Eccio in hac re fides adhibenda ſit, præſertim quod vos ad colloquium iſtud non obiter acceſſiſtis, quod quæ ultro citroque diſputata ſunt non per tranſitum (ut dici ſolet) ſed attentis animis, idque ex Imperatorio mandato vobis facto excepiſtis, & memoria, non dubium eſt, rectè & bene tenetis. Gratia item Deo, quod Illuſtriſſimæ, Illuſtris & Magnificæ D. Veſtræ viderunt, Eccium colloquio & excuſſioni libri uſque ad articulum de Euchariſtia, nobiſcum intereſſe, quod audiverunt eum omnia quæ eo uſque conciliata ſunt, ſua voce nobiſcum approbare. Gratia denique Deo quod & ipſius Eccii manus apud nos eſt, quas teſtatum reddere poſſumus toti orbi, ipſum non in quovis, ſed in Articulo omnium maximo qui juſtificationis eſt, eam ſententiam, quam liber Cæſari oblatus complectitur, libenter approbaſſe, ne dicamus, quod ipſe ſolus primus author fuerit, quo articulo, qui de eadem re in libro per Cæſarem collocutoribus exhibito copioſior erat, expuncto, macrior iſte, & qui majori explicatione, quod inter colloquendum teſtati ſumus, indiget, ſit ſubſtitutus. Porrò qua ſpecie, quo geſtu, quibus affectibus colloquium iſtud peractum ſit, & num ludentes an ſerio contulerimus, num invicem libenter ceſſerimus, quum ad morbum uſque à quibusdam nobis laboratum ſit, & vos optime ſcitis, & actio ipſa ſatis declarat. Atque utinam à Principibus, & proceribus illis, apud quos Ecciana perſuaſio nimis cito, præpropere obtinuit, & noſtro labore in ipſorum gratiam inſumpto tantum meriti eſſemus, ut nos prius de conciliatis Articulis audiſſent, præſertim quod de his rationem reddere ſemper fuimus parati, quam eos & damnaſſent, & per Cæſarem damnandos & ſupprimendos ſuo ſcripto, quod Cæſareæ Majeſtati offerre decreverunt, judicaſſent, ſed non gravate hanc mercedem laboris, & officii noſtri, quam habemus cum omnibus bonis qui Reipublicæ ſalvam bene & ex animo conſultum volunt, communem referimus, à DEO Optat. Max. aliam expectaturi, ſi tamen Illuſtriſs. Illuſtres & magnificæ D. V. famam & opinionem noſtram ab iniqua iſta calumnia vindicare non detrectent. Detrectare vero non poſſunt, niſi ſuſcepti officii (præſides enim & teſtes totius actionis noſtræ conſtituti ſunt) immemores eſſe velint, & noſtræ præſenti neceſſitati, ad quam Cæſaris & illarum authoritate ſumus adacti, ſubvenire nolint. Scimus Chriſtiani hominis eſſe injurias injuſtè illatas patienter ferre: ſed interim ſcimus crudelis hominis eſſe ſuam famam negligere, maximè cum hinc veritati periculum, & infirmioribus ſcandalum imminet. Quamobrem Illuſtriſs. Illuſtres & magnificas D. V. per Deum Opt. Maximum, cujus negotium vobis præſentibus & jubentibus egimus, & peractum Eccio, priusquam liber Cæſari redderetur, renunciavimus, oramus & petimus, ut pro ſuo officio, quo perfuncti ſunt, ſoli veritati teſtimonium perhibere, & inprimis Auguſtiſſimo Cæſari, deinde Reverendiſſimo Legato, adhæc Reverendiſſimis & Illuſtriſſimis Electoribus denique cæteris Principibus. Prælatis & Proceribus, apud quos omnium graviſſime ſumus traducti, ſcripto veſtro ſignificare velitis, quo conſilio huic actioni per Cæſarem adhibiti fuerimus, qua fide & diligentia in mandato negocio verſati ſimus. Breviter, ut quid vos de tota noſtra actione ſentiatis, publice teſtari dignemini, quo hoc veſtro teſtimonio omni prorſus exceptione majore, opinionem noſtram læſam apud omnes in integrum reſtituere, & calumniam qua immerentes impetiti ſumus, depellere, ac perpetua & irrefragabili teſtificatione fidem & innocentiam noſtram toti orbi comprobare poſſimus.

ſimus. Fecerint eo Illuſtriſs. Illuſtres & magnificæ Domin. veſtræ rem ſe longè digniſſimam, & nobis planè neceſſariam, perpetua obſervantia & obſequio erga eas penſandam.

Illuſtriſſimæ, Illuſtrium & Magnificarum D.V.

Obſervantiſſimi & deditiſſimi.

JULIUS PFLUG.
JOANNES GROPPER.

RECESSUS

CONVENTUS HANNOVERANI, Ann. Chriſti 1546.

SIVE

ELECTORUM, PRINCIPUM, AC STATUUM IMPERII PER INFERIOREM GERMANIAM.

CAROLO V. IMPERATORE AUGUSTO EDICENTE,

CONCORDATA ET STATUTA *DE * MILITIBUS VAGANTIBUS ET GRASSATORIBUS.*

* Freybeuter.

Ordinata Hanobriæ ANNO M. D. XLVI.

AD motus excitandos, & publicæ pacis turbationem, prioribus annis, ſæpè quum peditum tum equitum concurſus & conventicula, tacitis ac diſſimulatis eorum Dominis vel Ducibus, facta ſunt. Hinc data eſt occaſio multis Conventibus in Imperio, ut ejusmodi graſſaturæ in Regno Germaniæ aliquo modo obviaretur. Nam quantum mali agricolis & damni in pluribus locis ab illis vagantium militum cohortibus datum ſit, quantum incommodi & expenſarum atque negocii Principibus, Civitatibus & Oppidis nonnullis faceſſerint errones illi, dictu propemodum eſt incredibile, nec omnia ſatis ullo ſermone explicari poterunt apud illos, qui rem ipſam ignorant nec viderunt,

2. Quare neceſſarium erat, iſtorum vagantium & palantum erronum cauſa ſæpe Conventus & Comitia agere, ac illud malum adverſum conſultare, atque conſtituere, ne in immenſam Reipublicæ totius perniciem excreſceret, ac universo Imperio exitium adferret. Poſteaquam autem magnis ſumptibus Principum, Magiſtratuum & Populorum, atque injuria vulgi, res ipſa docuit, eas factiones patriæ regnoque Germaniæ peſtiferas & exitioſas eſſe, nimirum ſi ejusmodi furum gregales manipuli hinc inde diſcurrendo graſſarentur & toleratentur, cùm non juſtam militiam aliquam prætexere poſſent, nec heros Dominosve aut Duces ſuos profiterentur, quin & manifeſtè palamque miſeram plebem in Pagis villisque, vulgum & agricolas omnifaria injuria atque malitia affligerent, interdum etiam trucidarent, & quicquid habebant furarentur & auferrent, contra jus, fas, æquumque, imò & publicè ſancitam Cæſareæ Majeſtatis pronunciatam, promulgatam, & declaratam Pacificationem, contra quoque proximis Comitiis Vormatiæ emiſſum Mandatum atque Edictum, tot tantaque damna & diſpendia via factoque inferendo.

3. Quapropter Rex Inclytus Daniæ, Electores quidam, Principes & Status Imperii, adjunctis nonnullis aliis Electoribus, Principibus eorumque Conſiliariis & Legatis, ex Cæſareæ Majeſtatis juſſu mandatoque, ac pro publicæ pacis conſervatione diligenter matureque deliberando perpenderunt, atque in animum revocarunt non modò ſuum officium, quod ſe, ut Principes pios ac Magiſtratus, deceat, & Deo optimo maximo præſtare teneantur & debeant, verum etiam quod ipſamet neceſſitas cogat & urgeat debitam & opportunam in hujusmodi difficultatibus & periculis curam ſuſcipere, & præſtare operam opemque laboranti patriæ, talem quidem, ut gregalium concurrentium militum, & mercenariarum copiarum, tam pedeſtrium quàm equeſtrium, graſſaturæ, quantum fieri poſſit, occurratur, & externorum hoſtium incurſus & impetus reprimantur, & gens populusque noſter, adeoque miſeræ plebes, agricolæ, & coloni ab inteſtinis bellis in ſacro Romano Imperio, inque primis Germ. Natione, tueatur, defendatur, & conſervetur.

4. In eum igitur finem ſæpè multumque cogitatum atque deliberatum eſt, utile juxta ac neceſſarium videri, concionem atque conventum fore hoc loco Hannobriæ proximis Calendis Martii, ad agendum, tractandum & conſtituendum, quibus viis, quo modo pactoque talibus vetitis & prohi-

bitis cuncurſionibus gregalium, ac vagantium palantiumque militum conventiculis & attentationibus illicitis, actibusque pacifragis, pro tuitione & defenſione ac ſalute Patriæ obviandum & reſiſtendum ſit, in quam deliberationem ac conſultationem alii quoque Principes ac Status abſentes, quorum provinciæ & regiones populique ſubjecti, ab illis vagabundis erronibus, conductorum ſuorum nomina occultantibus ac diſſimulantibus, nec palàm profitentibus, infeſtantur; ac ubi illas ſuas factiones conciliabula, & conventicula habeant ac congregare ſolent, conſcribantur & accerſantur. In quo quidem cœtu ac convocatione Inclyti & Sereniſſimi Regis Daniæ, Principum Electorum, aliorumque Principum, Comitum, & Statuum Conſiliarii & Legati præſentes dictam cauſam gregalium & vagantium ἀσκόπων καὶ ἀκοιράνων πεζῶν τε καὶ ἱππικῶν, tractaverunt, perpendentes, quemvis Principem ad Magiſtratum decere non ſolùm, eique laudi dari, ſed etiam ex officio ſuo quemque teneri ac obligari acriter obtueri atque inſpicere, ut pax comunis, honeſtas publica, & ſalus patriæ tueatur ac defendatur; quò item provinciæ, regiones, cives & populi, incolumes cuſtodiantur ac conſerventur.

5. Quò verò id rectiùs fiat atque eveniat, nec per concurſus vagantium militum, ac eorum violentias, pax publica conturbetur aut evertatur, viſum eſt è re comuni ac uſui utilitatique fore, ut ſequenti tenore Articuli quidam conſtituantur, ad evertenda & minuenda illa graviſſima onera, impendia & damna, quæ per currentes illos vagantes gregales milites, Principibus, Magiſtratibus, populo & ſubjectis invehuntur, atque conventicula præpediantur. Quod ſi verò præter juſtam adhibitam operã à cœpto non deſiſtant, nec abeant, ratio ineunda eſt, quomodo diſſipentur ac depellantur.

ARTIC. I.

IDcirço viſum eſt profore, ut Rex Daniæ, Electores, Principes, Comites, & Civitates, hujus ſententiæ atque concordiæ, per ipſorum provincias, regiones, ditiones, terras, magiſtratus & territoria acriter mandent atque edicant publicè enunciando, atque affigendo, ne quiſquam ſubjectorum ipſorum talibus erronibus ſe adjungat, vel immiſceat; multò minùs eorum Ductoribus adhæreat, aut commeatum pabulave ſubminiſtret, opemve aliquam ferat, ſub pœnis fractæ Pacificationis in Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis mandatis & edictis comprehenſis, adverſus ejusmodi gregales concurrentes vagantesque milites, tam equeſtres quàm pedeſtres, conſtitutis & irrogatis, in proximè Wormacenſibus Comitiis publicatis.

2. Nec quiſquam item ſubjectorum, citra Magiſtratus ſui aſſenſum & autoritatem, ſe in ſervitium vel miniſterium quodquam det vel mancipet, ſub ſimili gravi pœna atque punitione ſeu mulctatione, quemadmodum & contra illos, qui ad tempus aliquod excurrunt ac emanent, obſervetur ex formula ſeu notula Edicti vel Mandati, videlicet juxta cujusque Status & regionis conditionem, ad quam illa extendenda ſunt & ordinanda, publicandaque.

ARTIC. II.

CÆterùm quoque Status omnes & ſinguli hujus concordiæ & unionis diligenter advertant & inquirant in concitatores & primarios Ductores talium mercenariarum copiarum, tam pedeſtrium quàm equeſtrium, ac alter alterum certificet, in cujus territorio vel regione ſe occultant, ut conquirantur & apprehendantur, de ſuo propoſito & conatu interrogentur, ac tenore Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Edictorum & Mandatorum, vel aliàs juxta ſtatum & conditionem vel facta geſtaque eorum plectentur, nec ulli parcatur, ita ut aliis cedat in exemplum & cautelam, ab ejusmodi delictis factisque abſtinendi & cavendi.

2. Quò etiam minori diſcrimine atque periculo adverſus tales concitatores & conductores procedatur, debet ac poteſt quilibet Status, vi Mandatorum & Edictorum, ac ſub titulo totius unionis atque concordiæ illos vagantium & concurrentium erronum concitatores & conductores perſequi ac punire.

3. Volunt item ac debent dictæ unionis conſortes omnes & ſinguli, nimirum quiſque ſuo loco & in ſua ditione ac territorio, in confinibus terra marique proſpicere, & advertere accuratè ac diligenter, ne quis concurſus militum ſeu mercenariarum cohortium, ſeu pedeſtrium ſeu equeſtrium, fiat feraturve, absque paſſagiis vel dimiſſoriis ſchedis: quin potius interrogentur, quò profecturi ſint, & quæ ſint eorum molimina? qui conatus? quò teneant iter? & juxta conditionem cauſæ rerumque circumſtantias, & reſponſa ipſorum, ex meritis apprehendantur & corripiantur, ut æquum eſt: aut ſi qua fortè ſpes ſervitii oblata eſt, & in unionis ac conſortium damnum atque diſpendium inibi perperàm patrarunt, cautione & ſecuritate præſtita, & quòd porrò à concurſu & conventiculis ejusmodi deſiſtant, fidem faciant, ac retrò dimittantur. Si qua verò milites invitis Præfectis & Officiatis locorum, aut Magiſtratu, vel etiam ſubjectis, tranſire vellent, confeſtim ad campanæ ſonitum perſequantur & puniantur.

4. Quò plus etiam colluvies illa concurrentium militum clàm palamque evitetur & caveatur, quiſque unionis conſors ſeu adhærens, ſicubi fama vel rumor fit, aut ſuſpicio congregationis ſeu concurſus exoritur, in ſua ditione vel diſtrictu vel territorio, contra eos juxta qualitatem rerum & cauſæ inſequendo & populando adverſum tales ſuſpectos, ubi deprehenſi fuerint, pœna (ut dictum eſt) uſurpetur.

5. Verùm autem ubi ea, quæ ſuprascripta ſunt, omnia diligenter diſpoſita, & acriter executa fuerint. quemadmodum uniti Status & conjuncti bona fide ac fideliter præſtare volunt ac debent, ſperandum utique erit, per ea pacifractores, vagantes & palantes, concurrentes & mercenarias copias, tam pedeſtres quàm equeſtres, repreſſum iri atque depelli, & ex iis ſequentia damna & incommoda, difficultates & pericula de cætero averti atque caveri.

ARTIC.

ARTIC. III.

QUod ſi verò contra adhibitam induſtriam, diligentiam & proviſionem quisquam molitus conatusque fuerit, concurſum gregalium vagantium, & mercenariarum cohortium ſeu copiarum, tam pedeſtrium quàm equeſtrium concitare vel congregare, extunc quidem Status noſtræ unionis atque conjunctionis volunt ac debent ſubjectos ſibi, atque etiam vaſallos ſuos, avocare ſub pœna & amiſſione corporis & rerum ſuarum.

2. At ſi motus & concurſus vel congregatio in locis ac terris horum Statuum oboriatur atque contingat, id haud quidem Status ille ferat vel ſuſtineat, ſed in continenti vetare ac prohibere debet atque reprimere: attentatores etiam & factores debitis pœnis ex præſcripto promulgatorum edictorum afficiat corripiatque.

3. Quod ſi Status is debilior eſſet, quàm ut absque difficultate id & periculo efficere poſſet, extunc conſcribat & advocet viciniores Circi ac unionis conjunctos (ut infra ſequetur) ad opem ſuppetiasque ferendas. Illi quoque, velut Cæſarea ac Regia edicta atque mandata perhibent atque præſcribunt, confeſtim ocyusque præſtò paratique ſint, & ſuo auxilio temerarias illas copias frangant atque diſpellant.

4. Cumque autem perpenſum ſit, multos eſſe, Dei benignitate, Status, quosdam etiam remotiores, ac moram fore periculoſam, ſi à remotioribus Statibus auxilium ad repreſſionem concurrentium gregalium expectandum fuerit: adhæc initio concurſus tam vilis ac modicus eſſe poſſet, ut ad abigendum eos totius unionis ac ordinis ope non foret neceſſe: quapropter Status in tres Circos, videlicet in ſuperioris & inferioris Saxoniæ, & Weſtphaliæ, partiti ſunt, quemadmodum diſcriminatim circa finem hujus ſcripti ſeu receſſus notantur.

5. Ubi ergo in unius Status provincia aut ditione, ſeu territorio, concurſus ejusmodi aut congregatio oboriretur atque contingeret, aut idem ab aliis gregalium vagantium militum copiis in alia regione vel ditione forſan cumulatis & coacervatis obrueretur, nec Status is ſolus reſiſtere, nec talem tantumque graſſatorum impetum reprimere poſſet, alios exinde Status ſui Circi conſcribat & advocet, qui mox & feſtinanter auxilio veniant mittantve, nec quam moram nectere, dilationemve quærere debent, ſive alius alium expectare: nec quidquam ſimultatis, contentionis, diſſidii, vel litis adverſus eundem Statum prætendere, qua impediri aut remorari poſſet. Si qua etiam totius Circi auxilio non foret opus, poterit is, qui opus habet, partem petere, ne Status inutilibus impenſis graventur, ſed magis releventur.

ARTIC. IV.

UBi autem auxilia tota aut pars eorum advenerit, ac roboris tantum adfuerit, ut ſpes ſit, concurſum fundi fugarique aut diſſipari, extunc debent illos, etiamſi nonnullorum auxilia nec dum advenerint, aggredi, & audacter fortiter que contra eos hoſtes, perduelliones, pacifragos, ac perditores terrarum & hominum, vi factoque procedere. Quum autem fuſi fugatique fuerint, in eodem ac aliis Circis, ubicunque extiterint, perſequantur, in limitibus, viis, & itineribus conquirantur, & ad pœnam adigantur.

2. Quod ſi verò Status quispiam ad interpellationem & requiſitionem ejus, cui auxilio venire oportuit, non ſuppetias opemve tulerit, Circi Præfecto id ac Capiti ſignificetur, ut ab eo vocetur aut compellatur.

3. Præfectus autem ſeu Princeps Circi, cui feruntur auxilia, quolibet tempore expertum militem unà cum auxiliis mittere, ut idem ſimul ejus Status, in cujus ditione ſeu territorio vel diſtrictu colluvies illa ſeu concurſus factus eſt Officiatis, mandatarius & militibus præſit, aciem dirigat, & exercitum regat, ac res ea militaris quantò tectiùs & minori diſpendio expediatur & exequatur.

4. Status quoque is, qui auxilia ſuppetiasque experit, juſtam vim ſuorum equitum pariter peditum addat, armaturam item tormentorum æquam, cum omnibus attinentiis, ſuis impendiis & apparatu commeatuque in campum expediat, ad neceſſitatem prædictam uſui utilitatique futuram.

5. Aſt ſi concurſus ex unius Status regione in aliam, poſteaquam auxilia poſtulata fuiſſent, diſcedat; ambo, qui & auxilia poſtulatit, & qui, in cujus ditione ac diſtrictu ſeu territorio concurſus diſſipatus eſſet, expenſas illas & impendia, quæ ad tormenta campi conferenda ſunt, æqualiter præſtare ac ferre: is quoque è cujus ditione ac terra ſeu diſtrictu colluvies illa gregalium graſſatorum abierit, tantum opem ferre: alter, in cujus terram graſſati ſunt, ſuam vim roburque, ut dictum eſt, adhibeat.

6. Quod ſi verò concurſus & congregatio militum illorum vagantium tanta vi ac robore ingrueret, tantaque violentia immineret, ut non poſſet unius Circi præſidio atque auxilio, absque ſingulari magnoque diſcrimine, & gravi periculo damnoque, amoveri atque repelli, poterit extunc Circi Dominus & Caput, aut Locumtenens, ſeu mandatarius ejus, quem apud ſuum judicium habet, unà cum gravato Statu, alios Status proximi vicini, adeoque etiam tertii Circi interpellare atque requirere, ii que repentè ac maturè ſua auxilia, equeſtria juxta ac pedeſtria, ad locum deputatum certum mittant; nec alter alterum expectare debet, quinimò tam velociter quisque ſe ſuosque, exhibeat, quemadmodum ſibi ipſe in neceſſitate velit ac cupiat fieri. Atqui auxilia trium Circulorum, ſicubi fortè fuerint debiliora minusque efficacia, quæ neceſſitate poſtulante commodo opportunoque loco, absque mora, compareant, à Domino Circi, cujus id neceſſitas exigit, deliberaturi, quomodo res ea porrò ſit inſtituenda, ſuſcipiendaque, quò gravamini iſti obvietur occurraturque adeoque etiam medeatur.

ARTIC.

biris concurſionibus gregalium, ac vagantium palantumque militum conventiculis & attentationibus illicitis, actibusque paciſragis, pro tuitione & defenſione ac ſalute Patriæ obviandum & reſiſtendum ſit, in quam deliberationem ac conſultationem alii quoque Principes ac Status abſentes, quorum provinciæ & regiones populique ſubjecti, ab illis vagabundis erronibus, conductorum ſuorum nomina occultantibus ac diſſimulantibus, nec palàm profitentibus, infeſtantur; ac ubi illas ſuas factiones conciliabula, & conventicula habeant ac congregare ſolent, conſcribantur & accerſantur. In quo quidem cœtu ac convocatione Inclyti & Sereniſſimi Regis Daniæ, Principum Electorum, aliorumque Principum, Comitum, & Statuum Conſiliarii & Legati præſentes dictam cauſam gregalium & vagantium ἀσκοπῶν καὶ ἀκοιράνων πεζῶν τε καὶ ἱππέων, tractaverunt, perpendentes, quemvis Principem ad Magiſtratum decere non ſolùm, eique laudi dari, ſed etiam ex officio ſuo quemque teneri ac obligari acriter obtueri atque inſpicere, ut pax com̃unis, honeſtas publica, & ſalus patriæ tueatur ac defendatur; quò item provinciæ, regiones, cives & populi, incolumes cuſtodiantur ac conſerventur.

5. Quò verò id rectiùs fiat atque eveniat, nec per concurſus vagantium militum, ac eorum violentias, pax publica conturbetur aut evertatur, viſum eſt è re com̃uni ac uſui utilitarique fore, ut ſequenti tenore Articuli quidam conſtituantur, ad evertenda & minuenda illa graviſſima onera, impendia & damna, quæ per currentes illos vagantes gregales milites, Principibus, Magiſtratibus, populo & ſubjectis invehuntur, atque conventicula præpediantur. Quod ſi verò præter juſtam adhibitam operā à cœpto non deſiſtant, nec abeant, ratio ineunda eſt, quomodo diſſipentur ac depellantur,

ARTIC. I.

IDcirço viſum eſt profore, ut Rex Daniæ, Electores, Principes, Comites, & Civitates, hujus ſententiæ atque concordiæ, per ipſorum provincias, regiones, ditiones, terras, magiſtratus & territoria acriter mandent atque edicant publicè enunciando, atque affigendo, ne quiſquam ſubjectorum ipſorum talibus erronibus ſe adjungat, vel immiſceat; multò minùs eorum Ductoribus adhæreat, aut commeatum pabulave ſubminiſtret, opem vel aliquam ferat, ſub pœnis fractæ Pacificationis ioCæſareæ ac Regiæ Majeſtatis mandatis & edictis comprehenſis, adverſus ejusmodi gregales concurrentes vagantesque milites, tam equeſtres quàm pedeſtres, cooſtitutis & irrogatis, in proximè Wurmacenſibus Comitiis publicatis.

2. Nec quiſquam item ſubjectorum, citra Magiſtratus ſui aſſenſum & autoritatem, ſe in ſervitium vel miniſterium quodquam det vel mancipet, ſub ſimili gravi pœna atque puniſione ſeu mulctatione, quemadmodum & contra illos, qui ad tempus aliquod excurrunt ac emanent, obſervetur ex formula ſeu notula Edicti vel Mandati, videlicet juxta cujusque Status & regionis conditionem, ad quam illa extendenda ſunt & ordinanda, publicandaque.

ARTIC. II.

CÆterùm quoque Status omnes & ſinguli hujus concordiæ & unionis diligenter advertant & inquirant in concitatores & primarios Ductores talium mercenariarum copiarum, tam pedeſtrium quàm equeſtrium, ac alter alterum certificet, in cujus territorio vel regione ſe occultant, ut conquirantur & apprehendantur, de ſuo propoſito & conatu interrogentur, ac tenore Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis Edictorum & Mandatorum, vel aliàs juxta ſtatum & conditionem vel facta geſtaque eorum plectentur, nec ulli parcatur, ita ut aliis cedat in exemplum & cautelam, ab ejusmodi delictis factisque abſtinendi & cavendi.

2. Quò etiam minori diſcrimine atque periculo adverſus tales concitatores & conductores procedatur, debet ac poteſt quilibet Status, vi Mandatorum & Edictorum, ac ſub titulo totius unionis atque concordiæ illos vagaotium & concurrentium erronum concitatores & conductores perſequi ac punire.

3. Volunt item ac debent dictæ unionis conſortes omnes & ſinguli, nimirum quisque ſuo loco & in ſua ditione ac territorio, in confinibus terra marique proſpicere, & advertere accuratè ac diligenter, ne quis concurſus militum ſeu mercenariarum cohortium, ſeu pedeſtrium ſeu equeſtrium, fiat feraturve, absque paſſagiis vel dimiſſoriis ſchedis: quin potius interrogentur, quò profecturi ſint, & quæ ſint eorum molimina? qui conatus? quò teneant iter? & juxta conditionem cauſæ rerumque circumſtantias, & reſponſa ipſorum, ex meritis apprehendantur & corripiantur, ut æquum eſt: aut ſi qua fortè ſpes ſervitii oblata eſt, & in unionis ac conſortium damnum atque diſpendium inibi perperàm patrarunt, cautione & ſecuritate præſtita, & quòd porrò à concurſu & conventiculis ejusmodi deſiſtant, fidem faciant, ac retrò dimittantur, Si qua verò milites invitis Præfectis & Officiatis locorum, aut Magiſtratu, vel etiam ſubjectis, tranſire vellent, confeſtim ad campanæ ſonitum perſequantur & puniantur.

4. Quò plus etiam colluvies illa concurrentium militum clàm palamque evitetur & caveatur, quisque unionis conſors ſeu adhærens, ſicubi fama vel rumor fit, aut ſuſpicio congregationis ſeu concurſus exoritur, in ſua ditione vel diſtrictu vel territorio, contra eos juxta qualitatem rerum & cauſæ inſequendo & populando adverſum tales ſuſpectos, ubi deprehenſi fuerint, pœna (ut dictum eſt) uſurpetur.

5. Verùm autem ubi ea, quæ ſuprascripta ſunt, om̃ia diligenter diſpoſita, & acriter executa fuerint, quemadmodum uniti Status & conjuncti bona fide ac fideliter præſtare volunt ac debent, ſperandum utique erit, per ea pacifractores, vagantes & palantes, concurrentes & mercenarias copias, tam pedeſtres quàm equeſtres, repreſſum iri atque depelli, & ex iis ſequentia damna & incommoda, difficultates & pericula de cætero averti atque caveri.

ARTIC.

Digitized by Google

ARTIC. III.

QUod ſi verò contra adhibitam induſtriam, diligentiam & proviſionem quisquam molitus conatusque fuerit, concurſum gregalium vagantium, & mercenariarum cohortium ſeu copiarum, tam pedeſtrium quàm equeſtrium conciтare vel congregare, extunc quidem Status noſtræ unionis atque conjunctionis volunt ac debent ſubjectos ſibi, atque etiam vaſallos ſuos, avocare ſub pœna & amiſſione corporis & rerum ſuarum.

2. At ſi motus & concurſus vel congregatio in locis ac terris horum Statuum oboriatur atque contingat, id haud quidem Status ille ferat vel ſuſtineat, ſed in continenti vetare ac prohibere debet atque reprimere: attentatores etiam & factores debitis pœnis ex præſcripto promulgatorum edictorum afficiat corripiatque.

3. Quod ſi Status is debilior eſſet, quàm ut absque difficultate id & periculo efficere poſſet, extunc conſcribat & advocet viciniores Circi ac unionis conjunctos (ut infra ſequetur) ad opem ſuppetiasque ferendas. Illi quoque, velut Cæſarea ac Regia edicta atque mandata perhibent atque præſcribunt, confeſtim ocyusque præſtò paratique ſint, & ſuo auxilio temerarias illas copias frangant atque diſpellant.

4. Cumque autem perpenſum ſit, multos eſſe, Dei benignitate, Status, quosdam etiam remotiores, ac moram fore periculoſam, ſi à remotioribus Statibus auxilium ad repreſſionem concurrentium gregalium expectandum fuerit: adhæc initio concurſus tam vilis ac modicus eſſe poſſet, ut ad abigendum eos totius unionis ac ordinis ope non foret neceſſe: quapropter Status in tres Circos, videlicet in ſuperioris & inferioris Saxoniæ, & Weſtphaliæ, partiti ſunt, quemadmodum diſcriminatim circa finem hujus ſcripti ſeu receſſus notantur.

5. Ubi ergo in unius Status provincia aut ditione, ſeu territorio, concurſus ejusmodi aut congregatio oboriretur atque contingeret, aut idem ab aliis gregalium vagantium militum copiis in alia regione vel ditione forſan cumulatis & coacervatis obrueretur, nec Status is ſolus reſiſtere, nec talem tantumque graſſatorum impetum reprimere poſſet, alios exinde Status ſui Circi conſcribat & advocet, qui mox & feſtinanter auxilio veniant mittantve, nec quam moram nectere, dilationemve quærere debent, ſive alius alium expectare: nec quidquam ſimultatis, contentionis, diſſidii, vel litis adverſus eundem Statum prætendere, qua impediri aut remorari poſſet. Si qua etiam totius Circi auxilio non foret opus, poteritis, qui opus habet, partem petere, ne Status inutilibus impenſis graventur, ſed magis releventur.

ARTIC. IV.

UBi autem auxilia tota aut pars eorum advenerit, ac roboris tantum adfuerit, ut ſpes ſit, concurſum fundi fugarique aut diſſipari, extunc debent illos, etiamſi nonnullorum auxilia nec dum advenerint, aggredi, & audacter fortiterque contra eos hoſtes, perduelliones, pacifragos, ac perditores terrarum & hominum, vi factoque procedere. Quum autem fuſi fugatique fuerint, in eodem ac aliis Circis, ubicunque extiterint, perſequantur, in limitibus, viis, & itineribus conquirantur, & ad pœnam adigantur.

2. Quod ſi verò Status quispiam ad interpellationem & requiſitionem ejus, cui auxilio venire oportuit, non ſuppetias opemve tulerit, Circi Præfecto id ac Capiti ſignificetur, ut ab eo vincetur aut compellatur.

3. Præfectus autem ſeu Princeps Circi, cui feruntur auxilia, quolibet tempore expertum militem unà cum auxiliis mittere, ut idem ſimul ejus Status, in cujus ditione ſeu territorio vel districtu colluvies illa ſeu concurſus factus eſt Officiaris, mandatariis & militibus præſit, aciem dirigat, & exercitum regat, ac res ea militaris quanò rectiùs & minori diſpendio expediatur & exequatur.

4. Status quoque is, qui auxilia ſuppetiasque expetit, juſtam vim ſuorum equitum pariter peditum addat, armaturam item tormentorum æquam, cum omnibus attinentiis, ſuis impendiis & apparatu commeatuque in campum expediat, ad neceſſitatem prædictam uſui utilitatique futuram.

5. Aſt ſi concurſus ex unius Status regione in aliam, poſteaquam auxilia poſtulata fuiſſent, diſcedat; ambo, qui & auxilia poſtularit, & qui, in cujus ditione ac districtu ſeu territorio concurſus diſſipatus eſſet, expenſas illas & impendia, quæ ad tormenta campi conferenda ſunt, æqualiter præſtato ac ferre: is quoque è cujus ditione ac terra ſeu districtu colluvies illa gregalium graſſatorum abierit, tantum opem ferre: alter, in cujus terram graſſati ſunt, ſuam vim roburque, ut dictum eſt, adhibeat.

6. Quod ſi verò concurſus & congregatio militum illorum vagantium tanta vi ac robore ingrueret, tantaque violentia immineret, ut non poſſet unius Circi præſidio atque auxilio, absque ſingulari magnoque diſcrimine, & gravi periculo damnoque, amoveri atque repelli, poterit extunc Circi Dominus & Caput, aut Locumtenens, ſeu mandatarius ejus, quem apud ſuum judicium habet, unà cum gravato Statu, alios Status proximi vicini, adeoque etiam tertii Circi interpellare atque requirere, itque repentè ac maturè ſua auxilia, equeſtria juxta ac pedeſtria, ad locum deputatum certum mittant; nec alter alterum expectare debet, quinimò tam velociter quisque ſe ſuosque exhibeat, quemadmodum ſibi ipſe in neceſſitate velit ac cupiat fieri. Atqui auxilia trium Circulorum, ſicubi fortè fuerint debiliora minusque efficacia, quæ neceſſitate poſtulante cōmodo opportunoque loco, absque mora, compareant, à Domino Circi, cujus id neceſſitas exigit, deliberaturi, quomodo res ea porrò ſit inſtituenda, ſuſcipiendaque, quò gravamini iſti obvietur occurraturque adeoque etiam medeatur.

ARTIC.

ARTIC. V.

ACcideret verò, ut concurſus & congregatio copiarum vagantium, ex uno Circo in alium compellerentur, extunc quidem Status, qui in expeditione eſſent, ſequantur, & Status illius Circi, in quem concurſus factus erat, immediatè & (ut Græci dicunt) παραχρῆμα atque confeſtim ad iter & expeditionem accingantur, ad præveniendum concurſum & colluviem illam factioſarum cohortium, ac remorandum, donec ſubſequentes turmæ appropèrent, & ſimul juncti vi, forteſque effecti, hoſtes adoriantur, fundere fugareque poſſint. Si verò concurrens agmen & colluvies illa, in alias terras territoriave ejus, qui non hujus ligæ vel unionis ſit, profugeret, perſequatur illa, & agatur, quemadmodum horum Statuum, ac militiæ Principibus & Ductoribus expedire conſultumque videbitur ex neceſſitate & utilitate fore. Nullius autem induſtriæ atque diligentiæ in ea re parcent, quò congregatæ vagantium copiæ inſequantur, apprehendantur & fundantur, aut diſſipentur.

2. Quisque verò Statuum ſuos milites quatuordecim diebus, ſimulatque terram ejus, qui auxilium expetivit, attigerit, ſuis impendiis alat. Quid autem portò fiat, ſi longiùs in expeditione fuerint, de ea re in Comitiis Circenſibus, conſultabitur ac ſtatuetur.

ARTIC. VI.

SI verò Status, ejusque ſubjecti, eo nomine, quòd vagantibus copiis ſeu militibus impedimento ac remoræ fuiſſent, puniviſſent aut repuliſſent, oppugnaretur, aut minis pulſaretur, talismodi hoſtibus & minatoribus ab omnibus Statibus hujus unionis & ligæ, accuratè diligenterque obvietur, ut ceu temerarii paciſfractores & perduelliones ad pœnam adigantur & plectantur.

2. Experientia quoque ſæpenumerò compertum eſt, quòd milites Dominum, cujus res cauſaque non fuit, nominaverint, ſicque falſa ſpecie atque prætextu concurſum & congregationem fecerint, ac poſteà in damnum & diſpendium ditionum populorumque perrexerint. Quocirca à Statibus hujus unionis ſeu concordiæ, deinceps nullis ejusmodi militiæ literis fides adhibenda erit, aut homines convocandi, aut commeandi venia danda, niſi Dominus, cui colliguntur milites, ad Statum illum, à quo dimittendi ſunt, ſcribat & caveat, eos milites quamdiu juncti aut ſub ſigno atque vexillo fuerint, adverſum hujus unionis Status non uſurpentur, neque ſimulata aut clandeſtina praxi aliqua vulgus abducatur atque conductores eò citiùs deprehendantur.

3. Status autem ſinguli in ſuis terris ac ditionibus curam gerant, proviſionemque faciant, ut caupones & tabernarii, hoſpites item, quoquo tempore Præfectis & Magiſtratui indicent, atque ſignificent, quemnam hoſpitio recipiant, ac in diverſorium admittant.

ARTIC. VII.

CUmque cautio & repreſſio dictorum factorum ac punibilium actuum gregalium concurrentium militum, & vagantium mercenariarumque copiarum & cohortium, pia, Chriſtiana, & commendabilis res ſit, quilibet etiam Magiſtratus ex officio à Deo ſibi impoſito, teneatur & obligetur iſtucipſum provehere, adjuvare ac promovere. Idcircò ob id conjuncti Status, ejusmodi munus atque officium, præcipuæ ac maximæ ſibi curæ eſſe velint, diligenter atque fideliter, nec aliter ejus ſollicitudine affici tenerique, ac ſi ipſius res propria agatur ſuorumque ſubjectorum, quemadmodum ex enumeratis cauſis & rationibus, etiam ſingulorum ſubjectorum res cauſaque exiſtit, & munus delegatum officiumque concernit.

ARTIC. VIII.

PRoinde quum hæc communi ac publicè promulgatæ Cæſareæ Majeſtatis pacificationi conformia ſint; Romanæ item Regiæ Majeſtatis edictis atque mandatis publicatis expreſſè conſona: omnibus quoque & ſingulis Statibus Imperii ſeverè juxta ac graviter præcepta injunctaque nimirum ut ei, qui per gregales concurrentes, vagabundas copias, ſeu gregales milites; ſive equeſtres ſive pedeſtres cohortes, graventur, à viciniorìbus & propinquioribus Magiſtratibus initiò præſidium atque defenſio præſtetur præbeaturque.

2. Poteſt quoque ac debet is Status, qui auxilio indiget, alios quoque viciniores Status ſeu Ordines Imperii, etiamſi non iſta unione complectantur, talium Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis edictorum & mandatorum vim atque tenorem in memoriam revocare, eosque pro adjumento, ſubſidio, præſidiu atque auxilio præſtando requirere & implorare.

3. Si qua verò factio, concurſus, aut congregatio in alterius quoque Principis Electoris, vel etiam Status cujuspiam extra hanc unionem, citra vel ſupra, hac vel illac flumen Rhenum aut Albim concitetur vel exoriatur, debent utique Principes, Ductores, & Capitanei, ultrò ſuaque ſponte, ac ſui Circi nomine, illi Electori, Principi, aut Statui ſcribere, eique communis pacificationis Imperatoriæ & Regiæ Majeſtatis edicta & mandata in memoriam revocare, ac petere factionem illam, concurſum & congregationem militarem abigendam ac reprimendam fore. Quod ſi non factum fuerit, & unioni ordinique huic damnum aliquod inde emerſerit contigeritve, id damnum ſe ab illo ſuisque repetituros & exacturos eſſe, ut qui ejus occaſionem dediſſet.

4. Quod

4. Quòd ſi autem milites in Cæſareæ Majeſtatis, Domini & Imperatoris noſtri Clementiſſimi, hæreditariis, ac aliis ſuæ Majeſtatis regionibus, terris ac ditionibus, prædicto modo conſcriberentur aut congregarentur, extunc quidem Principes, Ductores, & Capitanei ad ipſam Cæſaream Majeſtatem, decenter, prout ipſimet ſciunt ac norunt, ſcribere ac precari debent, pro difficultatibus & gravaminibus ejusmodi avertendis & amovendis.

5. Principes verò ac Capitanei delecti dictorum trium Circulorum ſunt, videlicet Superioris Saxonici Circuli, Princeps Elector Saxoniæ; Inferioris Saxonici Circuli, Rex Daniæ, & Weſtphalici Circuli, Epiſcopus Monaſterienſis.

ARTIC. IX.

IN hac prædicta unione ac concione, ſubſcripti Conſiliarii & Legati, nomine ſuorum gratioſiſſimorum Principum, gratioſorum Dominorum ac Magiſtratuum, convenerunt ad conſultandum, occurrendum & avertendum illud malum atque incommodum, ex tumultuantium & concurrentium militum conventiculis & factionibus emergens.

2. Hanc verò deliberationem à Dominis ipſorum approbatam & acceptatam, fideliter obſervandam fore exiſtimarunt, eamque unionem & concordiam quadriennio poſt datum valere atque perſiſtere voluerunt.

3. Quanquam autem & hic de certa contributione mentio facta eſt quanta vi ac robore ſingulæ unionis hujus atque concordiæ partes ſeu membra in neceſſitate ad equeſtrem pariter & pedeſtrem militiam conferre ac ſubminiſtrare debeant: attamen quum in mandatis quorundam Legatorum ſeu Nunciorum defectus compertus eſſet, res ea nunc peragi abſolvique tota minimè potuit. Eò tamen conſenſum atque conventum eſt, ut ſuppetiæ auxiliaque juxta cujusque conditionem, qualitatem, facultatem, ac vicinitatis inclinationem & affectum; item ad cavendum cujusque privatum incommodum & damnum, interpellati ac requiſiti ferant, & quisque Status alteri in ſuo Circo, tempore neceſſitatis cogente, ſubvenire & auxilia præſtare debeat.

4. Quò autem in ſingulis quibusque Circis certitudo aliqua unius Status erga alium in neceſſitate præſtandi auxilii ſciatur habeaturque, debent Status cujusque Circi die Lunæ poſt Dominicam Palmarum, videlicet ſuperioris Saxoniæ Circi, Mulhuſii; inferioris Saxonici, Lunæburgæ; & Weſtphalici Circi, Monaſterii, convenire ac congregari. Ubi tandem ac finaliter de auxiliis præſtandis mittendisque invicem ac mutuò, in milite juxtà ac pecunia alter Circus alteri, viciſſitudine obſervata, conſtituendum erit. Qua de re Principes poſteà ſcripto ſuam ſententiam declarent, unitate ac puritate reperta, ad quam quisque Principum ac Capitaneorum dictorum duos primarios ſui Circi deputet, quorum conſilio agere debet.

ARTIC. X.

QUòd ſi quis Circi Princeps & Capitaneus ante quoque diem illam dictam Palmarum ſui Circi Status convocare vellet, id arbitratu ſuo facere poterit.

2. Si qua item contingat medio tempore hujus conventionis; ut Circus Circum pro auxilio ferendo, ut ſupra dictum eſt, interpellaret ac requireret, debent Status requiſiti auxilio indigenti maturè ſubvenire, ſuppetiasque ferre, quanta vi, quantoque robore pro ſua facultate, qualitate & conditione poſſit, velutque ſua fides ipſum admonebit & hortabitur, ſeque in eo ſic exhibebit promptum ac benevolum, ut ejus mens animusque ad ejusmodi pium & Chriſtianum opus, & defenſionem gravati Circi Statusque agnoſci perſpicique poſſit.

3. Sunt autem ſequentium Conſiliariorum, qui hanc concordiam, conventionem, ac conſtitutionem ſeu Receſſum fecerunt, nomina & cognomina hæc:

Pro parte, loco ac nomine Regis Daniæ, Balthaſar Clamor, Liccutiarus, ac Lunæburgenſis Cancellarius, & Joannes à Berninkau.

Nomine Archiepiſcopi ac Principis Electoris Colonienſis, Hermannus à Vermurth, Præfectus in Dringeuberg; & Georgius Schorn, Licentiatus.

Nomine & loco Principis Electoris Saxoniæ, Georgius Nobilis à Planitz.

Nomine ac loco Archiepiſcopi Bremenſis, & Adminiſtratoris in Verden, Burchardus à Cram Marſchalcus.

Nomine ac mandato locoque Epiſcopi Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, & Mindenſis, Juſtinus Goblerus Doctor & Cancellarius.

Nomine ac loco Landgravii Heſſiæ, Wilhelmus à Schachten.

Nomine Comitis Conradi à Teckelnburg, Joannes Menſing Secretarius.

Nomine Comitis Antonii ab Oldenburg, Hermannus Laſterpage.

Nomine Comitis Arnoldi à Benthem & Steinfort, Godhardus à Beunern, & Dominus Joannes à Leyen.

Civitatum nomine, utpotè Bremenſis, Dominus Theodoricus à Mandelsloe, & Jodocus Gereken Secretarius.

Nomine Goslariæ, Joannes Cocus Secretarius.

Nomine Braunſvigæ, Hermannus Verhelt, Joannes Wild, & Theodoricus Preuſs, cum mandato Civitatis Magdeburgenſis.

Nomine

Nomine Civitatis Hildesheim, Magiſter civium Thilo Brandus, Joannes Brunu Syndicus, & Ebertus Winckelman Magiſter equeſtris.

Nomioe Hannoveræ, uterque Civiom Magiſtri, Antonios Berghuſen & Henricus Bernſlauer, & Caſparus Bodecker Secretarius.

Nomine Mindenſis civitatis, Henricus Pfeyl, & Matthias Meyer Secretarius.

4. Catalogus verò & nomina Conſiliariorum ac Legatorum, Principum, Ducum, ac Comitum, &c. videlicet.

Nomine ac loco Ducis Erici à Brunſvig & Lunæburg, Burchardus à Salder, Jodocus à Lenthen, & Henricus Lurleberg Redditu-rius:

Nomine & luco Ducis Juliacenſis & Clevenſis, &c. Joannes à Meſchede, armorum ſeu Artelariæ Magiſter:

Nomine & loco Ducis Lunæburgenſis, ejusque Conſiliatiorum, Balthaſar Clamor, Licentiatus & Cancellarius:

Nomine Comitis Jodoci à Brumhorſt, prædicti Comitis Bernhardi Nuncii, petierunt notulam ſeu formulam hujus unionis & concordiæ ſibi dari & concedi, Dominis & Magiſtratui ſuo oſtendi, ea mente, ſpe ac animo, cùm eſſet pium, Chriſtianum, neceſſarium juxta ac laudabile opus, quòd ad id juſtè ac debitè reſponſuri ſint, & Romanæ Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis publicatis edictis & mandatis obedienter parituri ac ublecutori ſint.

5. Quisque autem dictorum Dominorum ac Statuum, an huic unioni & conventioni adhærere velit, intra menſis ſpacium, poſt datum, ſe declarare debet. Ducis Erici à Brunſvig Mandatarii & Conſiliarii ſuam ſententiam ac voluntatem ad Cellas; Urbs Lubecenſis, Regi Daniæ ad Segenburgum; Dux verò Juliacenſis, & Comes à Brumhorſt, Epiſcopo Monaſterienſi; ac Civitas Gottingenſis, Principi Electori Saxoniæ, per Scripta ſignificare debent.

6. Quis Status tunc unioni conſentire & adhærere voluerit: idem quoque prædictam Circi diem ſtatutaio. pro eadem memorata neceſſitate, cum pleno mandato iovilat ac viliret.

7. Poſtquam verò proximo Francoforti Conventu ſic receſſum eſt, ut cum quibusdam Civitatibus ſe huic concordiæ cunjungendis agatur, id quantum nec dum fuerit effectum aut transactum, porrò maturè expediatur.

8. Debant quoque operam Primores Circulorum, ac alii Status, ut ſi qui alii fortè iſtic nominati oon ſint, ſeſe adjungant: præcipuè verò Elector Saxoniæ cum Duce Philippu Pomeraoiæ, eadem de re cauſaque pertractet. Quo facto, idem Dux Philippus dein cum Duce Bermino Pomeraniæ quoque peragat.

9. Horum omnium teſtimonio, majorique ſecuritate, ſunt terni Receſſus facti, cum ſignetis hojus concordiæ & unionis ſigillati ac confirmati, & Legatis dictorum Circulorum, Primoribus Ducibus ſeu Capitaneis, onum autographum ſeu ejus copia tradita fuit. Actum Hannoveræ, die Lunæ poſt Dominicam *Eſto mihi*. Anno Domini M. D. XLVI.

SEQUITUR PARTITIO TRIUM CIRCULORUM.

Superioris Saxoniæ Circuli; Elector Saxoniæ, Landgravios Heſſiæ, Dux Philippus à Brunſvig, Comes à Waldeck, Comes à Lupia. Civitates; Goslaria, Guttinga.

Inferioris Saxoniæ Circi; Rex Daniæ, Archiepiſcopus Bremenſis, Epiſcopus Verdenſis, Dux Ericus à Brunſvig, Dux Lunæburgeoſis. Proviocia ſeu ditio Brunſvigenſis, in qua Wolffenbutel arx ſita eſt. Comites, à Schauenburg, ab Hoya, ab Oldenburg. Civitates, Lubecum, Hamburgum, Braunſvigum, Magdeburgum, Hildeshemiom, Hannovera.

Weſtphaliæ Circulus, Archiepiſcopos & Princeps Elector Colonienſis. Epiſcopi, Paderbornenſis, Oſnabrugenſis, Monaſterienſis & Mindenſis. Dux Juliacenſis, Clevenſis & Bergenſis. Comites, Orientalis Phryſiæ, Teckelnburgi, Bentheym, Steynfurt, Brunkforſt, Diepholt, Rittberg. Domina in Gever.

S. CÆ-

S. CÆSAREÆ MAJESTATIS

Anno Chriſti 1548.

DECRETUM

IN NEGOTIO PRUSSIÆ,

Regis Poloniæ Oratori Domino de Laſco &c. datum Auguſtæ in Comitiis ANNO DOMINI M.D.XLVIII.

SAcra Cæſarea Catholica Majeſtas &c. Dominus noſter Clementiſſimus: Auditis, quæ Sereniſſimi Principis & Domini, Sigismundi Regis Poloniæ &c. Orator, nomine & verbis ejusdem Regis ſui, tam in cauſa banni Imperialis contra Marchionem Albertum Seniorem Pruſſiæ poſſeſſorem, quàm duarum Civitatum * Gedani & Elbingæ, longa & diſerta oratione propoſuit, ac re eum Electoribus, Principibus & Statibus Imperii in hiſce Comitiis Auguſtenſibus congregatis, & abſentium Mandatariis & deputatis (ut in tanta cauſa par eſt) communicata, eorumque conſilio & deliberatione præhabita, ac omnibus maturè expenſis, cum animadverterit, quòd bannum Imperiale, decretum in ſupremo tribunali Imperii, nempe Judicio Cameræ, contra prædictum Marchionem Albertum, quum in eo præſumendum ſit legitimè proceſſum eſſe, extra juris ordinem, & abſque cauſæ cognitione vel partium conſenſu, nequaquàm debere aut poſſe caſſari aut ſuſpendi, quin potiùs conveniret, ut juſtitiæ relinquatur curſus ordinarius juxta Conſtitutiones Imperii, ut Reverendiſſimus Dominus Adminiſtrator, & Magiſter Ordinis Theutonici, unà cum ipſo Ordine, in jure quæſito manuteneatur, Sacrumque Imperium in jure ſuo conſervetur.

* i. e. Dantiſci.

2. Attamen ſi quis eo banni decreto & declaratione ſeſe gravatum exiſtimet, ſive ille Magnus olim Magiſter Ordinis, ſive quicunque alii fuerint, prætacta Cæſarea Majeſtas liberum permittit, ut prætenſa ſua gravamina & nullitatis cauſas, ſi quas habuerint, proponere, & mediante juſtitia, prout convenit, ſive abſolutionem ſive liberationem à banno petere poſſint.

3. Quoniam autem Sereniſſimus Poloniæ Rex jus quoque aliquod in hac cauſa prætendit, diligenterque pro eo per ſuum Oratorem inſtitit, Majeſtas Cæſarea, cùm nihil magis in votis habeat, quàm veterem amicitiam, quæ Majeſtati ſuæ cum ipſo Sereniſſimo Rege intercedit, firmam ac perpetuam retinere, atque inſuper memoria repetens, jam olim fuiſſe propoſitum & agitatum in aliquot præteritis Comitiis de amicabili tractatione, quæ tamen hactenus ad effectum deducta non fuit, Majeſtas ſua ex eorundem Ordinum Sacri Romani Imperii conſilio, eam viam denuò amplectendam, & Commiſſarios deputandos eſſe operæ pretium ſore judicavit, qui cauſæ (abſque tamen præjudicio vel impedimento Judiciarii proceſſus) componendæ ſtudium & diligentiam omnem impendant. Propterea que Sereniſſimum Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Regem &c. permovit, ut ipſius Majeſtas tanquam Bohemiæ Rex, hujusmodi tractationem in ſe ſuſceperit, quem etiam Majeſtas ipſius Sereniſſimo Poloniæ Regi gratum, & neutri partium ſuſpectum eſſe debere exiſtimat.

4. Quod verò ad duas illas Civitates, Gedanum & Elbingam, quas Orator Regius Polonici juris eſſe, immeritoque ad Imperii Comitia vocari contendit. Ordines autem Imperii à Cæſarea Majeſtate hac de re conſulti, dictas Civitates non hodie primùm, ſed jam olim ad Imperium pertinere, & in Albo Civitatum Imperialium notatas eſſe confirmant, adeò ut ſine gravi injuria & præjudicio Imperii illas divelli non poſſe exiſtiment, facilè animadverterit Sereniſſimus Rex, Cæſaream Majeſtatem tanquam Imperii caput, reclamantibus Ordinibus, & jura Imperii conſervari petentibus, hac in re nihil poſſe innovare, ſed Imperio & unicuique jus ſuum integrum relinquendum eſſe.

5. Atque hæc quidem ſunt, quæ Majeſtas Cæſarea Oratori Regio paucis reſpondenda duxit ad Sereniſſimum Regem Poloniæ Dominum ſuum referenda: cujus ſenili prudentiæ Majeſtas Cæſarea plurimum & deferre, & ex jure veteris amicitiæ gratum illi facere ſummoperè cupit, & fauſta fœliciaque omnia precatur.

Decretum per Cæſaream Majeſtatem, die X. Menſis Martii, M. D. XLVIII.

Ann. Chriſti 1548.

CÆSAREÆ MAJESTATIS ET COMMUNIUM STATUUM SACRI ROMANI IMPERII.

ORDINATIO SUPER IUDICIO CAMERÆ

CONSENSU OMNIUM ACCEPTATA, ATQUE IN REIPUBLICÆ UTILITATEM EX PRIORIBUS ET ANTIQUIS OMNIBUS EJUSdem Judicii Conſtitutionibus & Receſſibus, jam recens in Comitiis Auguſtanis, Anno Domini M. D. XLVIII. de novo collecta, aucta, & locupletata.

CAROLUS divina favente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Aragonum, Legionum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majorcarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarumque, & terræ firmæ, maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ & Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Craniæ, Limburgiæ, Luzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, & Wirtembergæ &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Gortiæ, Barcinonis, Arthois & Burgundiæ Palatinus Comes, Henegoiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, & Zutpheniæ. Landtgravius Elſatiæ, Marchio Burgoiæ, Oriſtani, Gotiani, ac S Romani Imperii Princeps in Svevia, Cathalonia, Aſturia &c. Dominus Phriſiæ, Vandalicorum, Portenoiæ, Piſcaiæ, Molinis, Salinarum, Tripoli & Mechliniæ &c. Notum facimus, & teſtamur publicè.

1. Quamquam per dilectum, piæ memoriæ, avum noſtrum quondam Maximilianum Imperatorem, An. Chriſti ſalvatoris noſtri 1495. Wormaciæ de Imperiali Cameræ Judicio ordinatio facta eſt, ac in ſequentib. aliquot Comitiis eadem in quibusdam articulis declarata, auctaque: tum quidem poſtea anno Domini 1521. Wormaciæ, atque in ſequentibus aliquot Comitiis renovata, & alicubi immutata, alicubi etiam declarata, aucta & locupletata, accepimus tamen eam ipſam noſtræ Cameræ Judicii ordinationem paſſim & ubique ſibi ipſi non omnino conſentaneam, rectoque ordine compoſitam fuiſſe, ita ut Judex Cameræ, Aſſeſſoresque noſtri, tum & Advocati, Procuratores, parteſq; litigantes eo ipſo in judicio Cameræ, aliasque in ſacro Imperio hactenus vix magna cum difficultate ac labore, illa quæ neceſſaria fuerant expedire potuerint. Jam & dubios quosdam articulos explicatione egentes, quosdam etiam nova ordinatione ac deciſione inſertos fuiſſe, quemadmodum nobis & communibus Statibus Imperii in Comitiis quibusdam propoſitum, adeoque neceſſe aliquoties exiſtimatum eſt, omnea cùm recentes, tum veteres ordinationes, declarationes, ac reformationes Cameræ Judicii per eruditos ac prudentes quosdam in unum volumen ſeligi atque conſcribi. Cùm autem hoc inſtitutum noſtrum nec dum effectum ſit, & Judex Cameræ, Aſſeſſores, Advocati, Procuratores, parteſque coram eo tribunali contendentes, alioqui in Imperio rectè conſtituti judicii ordine cumprimis opus habeant, nec eo carere poſſint: ne ergo diutius protogetur, quia magis re ipſa præſtetur ac perficiatur: hoc præſente Comicio noſtro quibusdam Juris & conſvetudinum Judicii Cameræ peritis & gnaris viris, expertisque, ut ipſum hoc onus in ſe ſuſciperent, committebamus: qui ut juſſi noſtro ex mandato protinus dicti Cameræ Judicii veteres ſimul & novas ordinationes atque conſtitutiones in manus ſumpſerunt, easque diligenter perpenderunt, rectamque in formam redegerunt, ſopplentes ea quæ huc uſq; deſiderata fuerant, dubia & impedita prout Juris, item conſvetudinis Judicii Cameræ ac ſtyli explicantea, atque de his omnibus ſuam ſententiam uno complexam volumine Electoribus, Principibus & Statibus ritè recteq; propoſuerunt ac retulerunt.

2. Qui communes Status ipſi hæc omnia & ſingula diligenter pervidentes, nobis ea ſimul cum deliberatione ſua, ut eandem ordinationem peculiari conſtitutione confirmaremus, atque in Imperio publicaremus, obtulerunt. Proinde cùm eandem hanc ordinationem noſtro & ſacri Imperii juri, Conſtitutionibus, ordinationibus & conſvetudinibus, ſtyloq; Judicii Cameræ noſtræ conſentaneam eſſe atque conformem conſter, convenimus & concordavimus nos cum Electoribus, Principibus ac Statibus, ac nobiſcum illi ceu mutuo conſenſu, eandem ordinationem deinceps noſtro in Judicio Cameræ pro Jure, & Imperii ſanctione in omnibus ſuis articulis & punctis valere ac obſervari debere. Mandantes præcipienteſque Judici noſtro Cameræ, Aſſeſſoribus, Adminiſtratori, Prothonotariis, fiſcali, omnibusque, & ſingulis Advocatis, Procuratoribus, Notariis, Cancellariis, Lectoribus, Secretariis, Ingroſſiſtis, Copiiſtis, Tabulariorum ſeu nunciorum magiſtris, tabulariis quoq; pedellis, Notariis ac partibus ipſis, nunc in Cameræ judicio agentib. aut olim acturis, volentes ut hanc ipſam Cameræ judicii ordinationem in omnib. & ſingulis punctis & articulis, unusquisq; in quantum ſe concernat, ſub mulcta ac pœna ibi inſerta, firmiter ac inviolabiliter obſervet: nec quicquam in contrarium ullo modo pactóve agant. Volumus quoque omnes alias antea factas ordinationes & conſtitutiones, ſi qua in re huic adverſari videantur, caſſatas & abrogatas eſſe, quas etiam

nunc

nunc caſſamus & abrogamus, ne eædem, aut ulla reſcripta, commiſſiones, advocationes, juſſiones, & mandata illi contraria, à nobis aut aliis excogitata ſeu emiſſa fuerint, in executione horum quicquam impediant aut remorentur.

3. Cæterùm, ut rectè atque ex ordine intelligatur hæc Cameræ Judicii ordinatio, diviſa eſt in tres partes & tractatus. In prima quidem de perſonis: in altera de Jurisdictione: in tertia verò de proceſſu noſtri Imperialis Cameræ Judicii agitur. Diviſio ſeu partitio hujus ordinationis Judicii Cameræ in tres partes.

IN PRIORI PARTE HI SEQUENTES tituli continentur. Et primò de perſonis Judicii Cameræ.

TITUL. I. Quomodo Cæſarei Cameræ Judicii Judices conſtituantur: & quot eſſe debeant.
II. Sex circuli jus præſentandi habentes.
III. De qualificatione perſonarum Cameræ, Judicis, & Aſſeſſorum.
IV. Qui in diſcedentium Cameræ Judicis & Aſſeſſorum locum alii collocentur, ac quales eſſe debeant.
V. De inhabilitate Aſſeſſorum, & ut amoveri debeant.
VI. Cameræ Judicem & Aſſeſſores uni judicio huic devinctos eſſe atque incumbere.
VII. De venia abſentiæ Judicis Cameræ & Aſſeſſorum ſumenda.
VIII. De habitu ac moribus Aſſeſſorum.
IX. De Cameræ judicis officio in genere.
X. De Cameræ judicis officio in conſultationibus.
XI. De Cameræ judicis officio in judiciali audientia.
XII. Cui in Cameræ Judicis abſentia bacillus, Judicisque officium committendum ſit.
XIII. De Aſſeſſorum officio in conſultationibus.
XIV. De Aſſeſſorum officio in Judicio.
XV. Ut ſuſcipi debeat fiſcalis Cæſareus, ejusque Advocatus, ac de horum qualificatione.
XVI. De fiſcalis Imperatorii officio extra judicium & ſuorum deputatorum.
XVII. De Cæſarei fiſcalis officio in judiciali audientia.
XVIII. De perſonis advocatorum & procuratorum, quales & quot eſſe debeant.
XIX. Ut procuratores & advocati comparandi: quot item eſſe, & quas cauſas ſuſcipere debeant.
XX. De ſubſtitutis procuratoribus, & cauſarum traditione.
XXI. Ut Procuratores cum ſufficienti Mandato, ratificatione, & ejusmodi debeant eſſe proviſi.
XXII. De Advocatorum & Procuratorum officio coram conſilio.
XXIII. De Advocatorum & Procuratorum officio in Judicio.
XXIV. De Advocatorum & Procuratorum officio apud Cancellariam.
XXV. An partibus liceat privatos habere Procuratores.
XXVI De Cancellariæ Imperialis Judicii Cameræ perſonis, ac quomodo eæ ſuſcipiantur.
XXVII. De Adminiſtratoris officio ac conditione.
XXVIII. De duorum Prothonotariorum officio in conſilio, in Judicio, & Cancellaria.
XXIX. De Notariorum officio.
XXX. De duorum Lectorum officio.
XXXI. De Secretariorum, Ingroſſiſtarum, & Copiiſtarum officio.
XXXII. De Cancellariæ famulo.
XXXIII. De taxa emolumentorum Cancellariæ.
XXXIV. De officio Pedelli.
XXXV. De Tabulariorum ſalario deputato, & Magiſtri ipſorum officio.
XXXVI. De Cameræ Judicii tabulariis, & quomodo ſuſcipiantur.
XXXVII. De Tabulariorum ſeu nunciorum officio.
XXXVIII. Quo quiſque Tabulariorum modo proceſſus exequi, ac de eo referre teneatur.
XXXIX. De Notariis, quo modo executionem facere debeant.
XL. De Quæſtore ejusque officio.
XLI. De partibus ſeu litigatoribus pauperibus.
XLII. De Salario ac ſtipendiis perſonarum Judicii Cameræ Imperialis.
XLIII. De Imperialis Cameræ Judicis & Aſſeſſorum ſalario.
XLIV. De ſalario perſonarum Imperii Cameræ Judicii in Cancellaria.
XLV. De Cæſarei fiſcalis & fiſci Advocati ſalario.
XLVI. De ſalario Advocatorum & Procuratorum.
XLVII. De Judicii Cameræ Pedelli & nunciorum ſalario.
XLVIII. De Quæſtoris ſtipendio.
XLIX. De libertate, ſecuritate, & ſalvo conductu perſonarum Imperialis Judicii Cameræ.
L. De Viſitatione, Reformatione, & pœna perſonarum noſtri Imperialis Cameræ Judicii in genere.
LI. De pœna Aſſeſſorum, & qui contra eos ſententiarum promolgatarum ergò agi poſſit.
LII. De pœna Advocatorum & Procuratorum.
LIII. Mulctas pauperibus diſtribuendas eſſe.
LIV. De pœna perſonarum Cancellariæ.

LV. De pœna Tabnlariorum ſeu nnnciorum.
LVI. De pœna pauperum litigantium.
De juramentis Judicii Cameræ perſonarum & partium litigantium. Et
LVII. De Judicis Cameræ & Aſſeſſorum juramentis.
LVIII. De Adminiſtratoris jurejurando.
LIX. De Judicii Scribarum & Lectorum juramentis.
LX. De fiſcalis jurejurando.
LXI. De fiſcalis Advocati jurejurando.
LXII. Juramentum Advocarorum in Judicio Cameræ Imperialis.
LXIII. De Procuratorum jurejurando.
LXIV. De Advocatorum jurameoto.
LXV. Ut Procurarores juramentum calumniæ jurare teneantur.
LXVI. Ut Procuratores jurent, ſi taxatas expenſas medio juramento obtinere velint.
LXVII. Aliud juramentum.
LXVIII. Si principalis hoc juramentum ipſe præſtat.
LXIX. Sequitur juramentum, cum Advocatus Actoris articulos medio juramento exhibet.
LXX. Forma juramenti, ſi Actor ipſe articulos ſuos mediante juramento exhibet.
LXXI. Juramentum Rei ad Actoris articulos, ſi reus ipſe præſens eſt.
LXXII. Aliud juramentum.
LXXIII. Juramentum, ſicubi Advocatus Rei ad articulos actoris reſponſurus eſt.
LXXIV. Juramentum malitiæ, quod procurator in ſuam ipſius, ac partis ſuæ animam præſtat.
LXXV. Juramentum Curatoris ad litem.
LXXVI. Juramentum, ſi unus vel plures tutores & curatores dantur, quod procurator præſtat.
LXXVII. Forma juramenti Teſtium.
LXXVIII. Juramentum pauperum.
LXXIX. Judicii Cameræ Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiiſtarum juramentum.
LXXX. Pedelli juramentum.
LXXXI. Quæſtoris Judicii Cameræ juramentum.
LXXXII. Juramentum magiſtri tabulariorum.
LXXXIII. Juramentum famuli Cancellariæ Judicii Cameræ.
LXXXIV. Tabulariorum ſeu nnnciorum juramentum.
LXXXV. Juramentum Medici, Chirurgi, Barbitonſoris, aut aliorum in arte peritorum.
Ordinatio ac forma juramenti Judæorum.

TITULI SECUNDÆ PARTIS HUJUS ORDINATIONIS,
de pietate & Juriſdictione Imperialis Cameræ Judicii.

TITUL. I. Primùm de perſonis & cauſis, quæ non immediatè Imperio, ſed aliis judiciis ſubjectæ ſunt, & ad Cameræ judicium in prima inſtantia non pertinent.
De perſonis & cauſis Imperio immediatè ſubjectis, & in prima inſtantia ad Cameræ judicium non ſpectantibus. Ac primùm
II. Quomodo, & coram quibus judicibus Electores, Principes, & Principibus pares, mutuò ſeſe in jus vocare debeant.
III. Quomodo, & coram quibus judicibus Electores, Principes, horumq; ſimiles, prælatos, Comites, Barones & Nobiles Imperio immediatè ſubjectos in jus vocent.
IV. Quomodo, & coram quibus judicibus Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles, & Civitates in jus vocent Electores, Principes, horumque ſimiles.
V. Qui, & coram quibus judicibus Prælati, Comites, Barones, ac Nobiles, Imperio immediatè ſubjecti invicem ac mutuò ſeſe in jus vocent.
VI. Quibus ſumptibus Conſiliarii ſedeant, & quæ in conducendo fideque publica præſtanda partibus appellantibus, & ejusmodi obſervari debeant.
VII. Quomodo de Principatibus & Comitatibus &c. judicio litigari oporteat.
VIII. Qui, & coram quo judice ſpolii ſeu privationis ergò, citra pacis violationem, agi debeat.
IX. De perſonis & cauſis, quæ natura ſua, non attento eo, an Imperio immediatè ſubjectæ ſint, in prima inſtantia ad Imperialis Cameræ tribunal pertineant. Et primùm.
IX. Propter transgreſſionem Imperialis pacificationis in Cameræ Iudicio agi poteſt.
X. Quomodo contra eos, qui fractæ pacis, aut hujus violatoribus auxilio fuerunt, ſuſpecti, agi, & ad purgandum procedi debeat.
XI. De purgatione eorum, qui res ſuas doloſè alienant, aut ejusmodi bona ab aliis acceptant.
XII. Ut contra eos, qui bannitorum res, in eorundem utilitatem, acceptant, in Imperiali Cameræ Iudicio agi poſſit.
XIII. Ut contra caſtrorum communes inhabitatores (quos vulgò Ganerben appellant) ſi Bannitos ad ſe recipiunt, in Imperiali Cameræ Iudicio agi poſſit.
XIV. Contra eos, qui profugos ſubditos, adverſus eorum Magiſtratum receptant, in Cameræ Iudicio agi poſſit.

XV. Ut contra eas poteſtates, qui adverſus vagabundos milites aliis non præſtant auxilia, Cameræ Judicio agi debeat.
XVI. Ut expenſarum & damnorum ergò, ex cauſa conſervandæ pacis atque juſtitiæ paſſorum, in Cameræ Judicio agi poſſit.
XVII. De Imperialis Cameræ Judicii pietate & mandatis in pacifragos, contra quos auxilia ferri neceſſe ſit.
XVIII. Qui, & ubi pro abſolutione Banni agi debeat.
XIX. Quod adverſus Bannitorum, excepto eo ſi pacem fregerint, corpora & res in Cameræ Judicio agi poſſit.
XX. Quòd omnes & ſingulæ cauſæ caſuſque fiſcales coram Judicio Cameræ ventilari juſtificarique debeant: Et qui ſint ejusmodi caſus & cauſæ.
XXI. Quòd cauſæ controverſæ poſſeſſionis inter partes, quæ Imperio ſine medio ſubjectæ ſunt, coram Cameræ Judicio juſtificentur, & quomodo id fieri debeat.
XXII. Quòd pignorum & captivorum lites & cauſæ coram Judicio Cameræ agi poſſint.
XXIII. De mandatis, & in quibus caſibus eadem abſque aut cum clauſula juſtificatoria decerni poſſint.
XXIV. De relaxationibus juramentorum ad effectum agendi.
XXV. Qua via & ratione coram Judicio Cameræ ex lege diffamari agi poſſit. L. diffamari. C. de ingenuis manumiſſis.
XXVI. De cauſis, quæ ex denegata aut dilata Juſtitia Judicio Cameræ accreſcunt.
XXVII. Ut omnes perſonæ & cauſa, quæ immediatè Imperiali Juriſdict. ſubjectæ, nec ab illa per ſpeciales modos ſive tractatus, exceptæ ſunt, coram Cameræ Judicio proponi debeant.
XXVIII. De cauſis, quæ in ſecunda inſtantia per Appellationem, ad Cameræ Judicium perveniunt ſpectantque.
XXVIII. A quibus Judicibus, in quibus cauſis, & à quibus ſententiis ad Imperiale Cameræ Judicium appellari poſſit, aut non.
XXIX. Quomodo, & qua forma Appellationes ad Cameræ Judicium fieri debeant.
XXX. Intra quod temporis ſpacium quævis appellatio Imperiali Judicio Cameræ intimetur ac interponatur.
XXXI. Quomodo & qua forma Judices primæ inſtantiæ acta edere teneantur, & quòd propterea contra ipſos compulſoriales à Judicio Cameræ decerni, & ad pœnam earundem procedi poſſit.
XXXII. Quot perſonis interlocutoriæ & diffinitivæ ſententiæ concipi poſſint.
XXXIII. De vacantiis & feriis.
XXXIV. Judicium Cameræ porrò Spiræ haberi.
XXXV. Judicium Cameræ in recto ſuo curſu non impediendum ſeu remorandum fore.
XXXVI. De pietate reſervata providendæ ac declarandæ ordinationis Judicii Cameræ, quantum ad proceſſum ſpectet.

TITULI TERTIÆ PARTIS HUJUS ordinationis, de judiciali proceſſu.

TITUL. I. De Judiciali audientia, quo tempore, & quot diebus in ſeptimana haberi ea debeat.
II. De viciſſitudinaria audientia cauſarum ordinariarum & extraordinariarum.
III. Cauſæ extraordinariæ.
IV. Cauſæ ordinariæ.
V. Quot circulares quæſtiones ſingulis audientiis fieri debeant.
VI. Quid, & quomodo ad primam circularem quæſtionem latarum ſententiarum agi debeat.
VII. Quæ cauſæ in novis tractari agique debeant.
VIII. Quæ cauſę in præfixis agantur.
IX. Quid in ordinariis tractari conveniat.
X. Quomodo in duabus ultimis circularibus interrogationibus contumaciarum agi oporteat.
XI. Quę cauſę coram deputatis poſt Judicialem audientiam agentur.
De primę inſtantię terminis in Camerę Judicio. Et primò
XII. De primo termino quomodo, & quid in eo agi oporteat.
XIII. De ſecundo termino in prima inſtantia, quomodo & quid in eo tractetur.
XIV. De tertio termino, qui, quidve in eo agatur.
XV. De quarto termino, quomodo & quid in eo agi debeat.
XVI. De quinto termino, quomodo & quid in eo agendum ſit.
XVII. De ſexto termino, quomodo etiam & quid in eo procedendum.
XVIII. De ſeptimo termino, qui, quidve in eo tractetur.
XIX. De octavo termino, qui, quidve in eo agatur.
XX. De nono termino, qui, quidve in eo facere deceat.
XXI. De decimo termino, quomodo & quid in eo agendum ſit.
XXII. De undecimo termino, quomodo, & quid in eo tractandum.
XXIII. De verbalibus concluſionibus, quomodo, & quando illæ fieri debeant.

XXIV. De terminis in exceptionibus cauſam principalem remorantibus, & non protſus pertinentibus, quas vocant dilatorias.
XXIV. De primo termino in dilatoriis.
XXV. De ſecundo termino in dilatoriis.
XXVI. De tertio termino in dilatoriis.
XXVII. De terminis in finalibus exceptionibus, quæ vocantur exceptiones peremptoriæ.
XXVII. De primo termino in peremptoriis exceptionibus.
XXVIII. De ſecundo termino in peremptoriis exceptionibus.
XXIX. De tertio & aliis ſubſequentibus terminis peremptoriatum exceptionum.
XXX. De Reconventione, quomodo in ea procedi debeat.
XXXI. De terminis ſecundæ inſtantiæ, ſi de interlocutoria aut diffinitiva ſententia ad Imperiale tribunal Cameræ provocatum fuerit.
XXXI. De primo termino in ſecunda inſtantia, quomodo & quid in eo agi debeat.
XXXII. De ſecundo termino ſecundæ inſtantiæ, quomodo quidue eo tractari oporteat.
XXXIII. De tertio & aliis ſequentibus terminis ſecundæ inſtantiæ, qui, quid quuq; in illis agatur.
XXXIV. De nullitatibus & cauſarum nullitatibus, quomodo & qua forma in eis procedi, agique oporteat.
XXXV. Quomodo ad ſupplicationes in judicio agi conveniat.
XXXVI. Quòd etiam in actibus ſeu cauſis in ordinatione non expreſſis, dicti termini obſervari debeant.
XXXVII. Termini ſerventur ſub pœna.
XXXVIII. De moderatione ſtatutorum terminorum.
XXXIX. Quomodo non obſervari termini reintegrentur, coiterentur ac reparentur.
XL. De ſcriptis & verbalibus propoſitionibus & receſſibus, quomodo, & quo ordine ea fieri debeant.
XLI. De inobedientia comparentium partium, & prolongatione actuum earundem.
XLII. De contumacia & inobedientia non comparentium partium, & qui in eam agi debeat.
XLII. De non comparentis actoris contumacia in prima inſtantia.
XLIII. De non comparentis rei contumacia in prima inſtantia.
XLIV. De non comparentis appellantis contumacia.
XLV. De non comparentis appellati contumacia.
XLVI. Si contumax porrò compareat, quid fieri debeat.
XLVII. De ſententiis quomodo & intra quod tempus, per quot judices illæ pronunciari ac decerni debeant.
XLVIII. De executione rei judicatæ ac definitarum ſententiarum.
XLIX. Declaratio dictorum articulorum, ac alia proviſio de executione Imperialis pacificationis, & rei judicatæ promulgatarumque ſententiarum.
L. De expenſis judicialibus, taxatione & moderatione earundem.
LI. Quòd à re judicata latiſque ſententiis Imperialis Cameræ Judicii nec appellari vel ſupplicari debeat.
LII. De reſtitutione contra rem judicatam lataſque ſententias Cameræ judicii.
LIII. De reviſione actorum & rei judicatæ, promulgatarumque ſententiarum Imperialis Judicii Cameræ, adeoque de Syndicatu Judicum, & quid in eo geri ſervarique debeat.
LIV. Proceſſus aliis in caſibus de jure communi obſervetur.

PRIMA PARS ORDINATIONIS
IMPERIALIS JUDICII CAMERÆ, ET PRIMO DE PERSONIS JUDICII CAMERÆ.

TITULUS I.

Quomodo Judices Cæſarei Judicii Cameræ dentur & conſtituantur: & quot eorum eſſe debeant.

Prætor ſeu Judex Cameræ qualis vir eſſe debeat.
Aſſeſſores ſint numero viginti quatuor.

PRIMUM debemus ac volumus tribunali ſeu Judicio noſtro Cameræ rurſus honeſtum ac prudentem Judicem, ex principum Eccleſiaſticorum vel ſecularium numero, vel qui ad omne minus genere Comes ſit, aut Baro, idoneus, item peritus rerum Forenſium & expertus, & quidem ſecularis potiùs quàm Eccleſiaſtici ſtatus, ſi haberi poſſit, adjunctis ſibi numero quatuor & viginti Aſſeſſoribus, præficere, ex Regno Germaniæ delectis.

Æqualitas & tempus in præſentandis Aſſeſſoribus ſervanda.

2. Ut autem in conſtituendo ejusmodi Imperiali noſtro Judicio Cameræ æqualitas exiſtat, retineatur ac obſervetur, & ſinguli ſtatus, quando & quo tempore præſentare ſuos debeant, norint: Judex Cameræ, & viginti quatuor Aſſeſſores conſtituantur ac ordinentur, in hunc, qui ſequitur, modum:

3. Ac

3. Ac nimirum volumus quidem nos, tanquam Romanus Imperator, Cameræ Judicem, & duos ex Comitibus & Baronibus, quatuor item idoneas perſonas, videlicet duas, ut Romanus Imperator, ex Jureperitis, & alios duos ex nobilibus, ob noſtras hæreditarias, quas ſub Imperio, aut de Imperio tenemus ditiones, terrasque, & præterea pro hac vice ſex, nomine & ex parte ſex Electorum Principum, atque ex parte ſex Circulorum, duodecim ex Electorum Principatibus & Circulis, quorum media pars Juriſperiti, altera medietas ex Nobilibus qualificati atque idonei ſint, ut ſequitur, Aſſeſſores nuncupare & ordinare. Deinceps autem ac ſequenti tempore, quoties contigerit, unum aut plures Aſſeſſores, ut nunc per nos nomine & ex parte Electorum Principum ac Circulorum, nuncupatos & ordinatos, diſcedere: Tunc in eum eventum quidem Electores Principes & Circuli illorum loco alios per ſeſe, videlicet quisque Eccleſiaſticus Princeps Elector unum Jurisperitia & dignitate decoratum, ut prædictum eſt, ſeu ex nobilibus ſint, ſive non. Et quisque ex ſecularibus Principibus Electoribus unum ex nobilibus ſeu equeſtri ordine prognatum nuncupare ac præſentare debebunt.

4. Similiter quoque ſex illi Circuli, duodecim, ac ſinguli eorum binas perſonas, videlicet unam Juris doctrina & dignitate decoratam: alteram quidem ex nobilibus dare teneantur.

TIT. II.

Sex Circuli, qui jus habent præſentandi.

Nominatio ſex Circulorum, qui Jus habent præſentandi.

PRimus Circulus indicat Bambergenſem, Herbipolenſem, Æyſterum, Marchionem Brandenburgenſem, Burgravium Norimbergæ, Comites, Barones & Imperii civitates circùmpoſitas & locatas.

2. Secundus Circulus indicat Archiepiſcopatum Salispyrgenſem, Freiſingenſem, Ratisbonenſem, Paſſavienſem, principatum Bavaricum.

3. Tertius Circulus monſtrat Conſtantienſem, Auguſtanum, Epiſcopatum Churæ, Ducatum Wirtembergenſem, Marchiones Badenſes.

4. Quartus Circulus præbet Wormaciam, Spiram, Argentinam, Baſilæam, Abbatem Fuldenſem, Duces Iuannem & Wolffgangum Bavariæ, Lotharingiam, Weſterichiam, Haſſiam, Wederaviam,

5. Quintus Circulus exhibet Paderæ fontes, ſeu Paderbornenſem Epiſcopum, Leodienſem, Verdonenſem, Monaſterienſem, Ducem Juliacenſem, Bergenſem, & Clevenſem, Gellrienſem, Comites à Naſſau, Comites à Steynau, Comitem à Firnenberga, inferiorem Eiſſenbergium, inferiorem terram ad Moſamusque ad hunc circulum pertinentem.

6. Sextus Circulus oſtendit principatum Saxoniæ, Marchionem Brandenburgenſem, Brunſuicenſes, Turingenſes, Megaloburgenſes, Stetinenſes, Pomeranos, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, Bremenſem, Hyldesheymenſem, Halberſtatenſem, Merſeburgenſem, Neunburgenſem, Meichſnenſem ſive Miſniæ, Brandenburgenſem, Lubecenſem, Havelburgenſem.

7. Per hanc Circulorum partitionem ac civitatum nominationem nemini quicquam juris auferri ſeu prærogari debet: quinimò in ſingulis prædictis Circulis ii præſentare, qui jus præſentandi habent, eoque hactenus uſi fuerunt, poſſunt.

TIT. III.

De qualificatione & idoneitate perſonarum Judicii Cameræ, & Aſſeſſorum.

Judicium Cameræ eſt ſupremū tribunal in Germania.

QUandoquidem autem Judicium (noſtrum) Cameræ præcipuum ac ſupremum in Imperio tribunal exiſtit, à quo, juxta ordinationem noſtram, provocari ſeu appellari non debeat: tum & eo animo ſententiaque ſumus, ejusmodi Judicium quovis tempore aptis idoneisque perſonis cingi atque ornari: Sancimus ac volumus, ut Judex noſter Cameræ egregia atque decora ſit perſona, ex Imperio Teuthonicæ nationis orianda, cujus morem, conſuetudines, uſusque veteres ac laudabiles non ſolùm cognitos habeat, verum etiam ipſe per ſeſe prudens atque intelligens ſit, gnarus ac dexter ad Judiciales proceſſus dirigendos, partes item contendentes pro explicatione ac determinatione cauſarum fideliter promovendo. Et quidem alioqui talis eſſe debet, hacque virtute præditus, in quem omnes cæteræ perſonæ Judicii Cameræ ſuos conjectos atque intentos habeant oculos, eum metuant ac revereantur: quique eum ſe in adminiſtranda functione ſua, gerendoque munere præbeat, cui debitam reverentiam atque obſequium cæteræ perſonæ Judicii Cameræ ultrò præſtandum eſſe exiſtiment.

Judex Cameræ egregia ſit ac decens perſona, ex natione Teuthonia oriunda, conſuetudinum & morum paternorum gnara.

2. Aſſeſſores item honeſtæ vitæ, ſpectatæ integritatis, ac morum eſſe decet, legitimis & honeſtis parentibus prognatos. Ac cumprimis quidem duo illi Comites aut Barones idonei ita aptique ſint, ut alter abſentis Judicis Cameræ, aut feriò impediti locū quovis tempore tenere, atque officio fungi poſſit. Jam & Aſſeſſores juris ſcientia, inſtructi pariter & decorati, ſuo ſe nomini ſtatuiq; conformes gerant, locū ſuum teneant, ſint egregii, eruditi, docti, rerumque experti, idonei, prudentes, qualificatæ perſonæ, Teuthonica natione oriundi, cujus nationis morē, uſus, conſuetudines exploratas habeant: qui & propoſitas juridicas cauſas, resq; legitimas referre ſciant, qui antè quoq; in Univerſitatib. profeſſi aut prælegerint, aut quinquenniū Juri ſtuduerint, atq; advocationibus & practicis exercitati ſint,

 quàm

Aſſeſſores ſi titulo Juris non ſunt ornati, tamen jus calleant.

quàm in Aſſeſſorum numerum cooptentur. Alii verò qui ex nobilibus aſſumuntur, ſi qua fortè Juris inſignibus aut celebritate ornati non fuerint, tamen æquè etiam jus calleant, ac cauſarum Judicialium periti ſint & experti: non minus quidem quàm & illi ad referendum Judiciales cauſas apti atque idonei. Ubi autem tales præmiſſo modo ornati atque idonei haberi non poſſent, horum loco alii eruditi, decorati atque periti viri, pragmaticæque intelligentes perſonæ, etiamſi ex nobilibus non ſint, ut dictum eſt, recipiantur.

Judex & Aſſeſſores religioni Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ conformes ſe gerant.

** Hoc correctum eſt ita, ut utriusque Religionis, & veteris, & Auguſtanæ confeſſionis perſonæ præſentari ac recipi poſſint, juxta receſſum Auguſtanum, Anno 1555. & ibi factam ordinationem Judicii Cameræ.*

3. Speciatim verò ordinamus ac volumus, Judicem Cameræ & Aſſeſſores conjunctim ac diviſim, qui iſta vice & hoc tempore per nos tantùm, & deinceps per nos & Principes Electores & Circulos quovis tempore præſentabuntur ac ordinabuntur: Similiter & aliæ perſonæ Judicii Cameræ * religioni Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſe conformes gerant, nullique ſpeciali aut privatæ Sectæ adhæreant. Quòd ſi in hoc inobedientes inveniantur, quicunque is fuerit, habebit Judex noſter Cameræ, mandatum ac poteſtatem, illum illoſve de ſuo officio deponendi: quod etiam Judex noſter Cameræ, ad noſtram indignationem evitandam, ſtrenuè tenetur exequi.

Appendix Regis Ferdinandi in dicta Ordinatione Judicii Cameræ Regius.

Neutra verò Religionis partium Aſſeſſores ac Judicii Cameræ perſonæ, alter alterum ea propter aſpernetur, contemnatve, aut quicquam inſimulationis præſumat: quinimo benevolentiam, bonamque voluntatem utrinque alter alteri omnibus modis exhibeat, quò pacificè & tranquillè unà ſimulq; perſiſtere, commorariq; poſſint ac valeant.

TIT. IV.

Quis in diſcedentium Cameræ Judicis & Aſſeſſorum locum alii ſubſtituantur, ac quales eſſe debeant.

Quis ſit in decedentis prætoris locum ſurrogandus.

CUmque venerit uſu Cameræ Judicem noſtrum obire mortem, aut aliàs ſuum officium relinquere, nobis, aut, ſi peregrè extra Imperium fortè erimus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi per Aſſeſſores quantocyus ſignificari debet, ut alium ipſi, aut loco noſtro, dilectus frater noſter Rex Romanorum, Cameræ Judicem in demortui locum ſurrogemus. Ne qua verò medio tempore tribunal Cameræ remoretur ac feriatur: ſicubi defunctus Judex Cameræ ipſe, dum viveret, conſilio conſenſuque Aſſeſſorum neminem in ſuum locum deputarit, debent Aſſeſſores Comitum aut Dominorum alterum aliquem ex ipſis in Judicis Cameræ locum deligere, qui munus hoc, donec nos, aut frater noſter dilectus, Romanorum Rex, ordinaverimus, adminiſtret. Caſu autem, quo Comitum eorum aut Dominorum quiſpiam Cameræ Judicio aſſidens per nos aut dilectum fratrem noſtrum Regem Romanorum in Cameræ Judicem confirmaretur ac ordinaretur, tunc quidem ejuſdem Aſſeſſoris locus alio Comite aut Domino, per nos, aut nobis abſentibus, per dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, providebitur.

Aſſeſſorum miſſio & ſurrogatio quomodo fieri debeat.

2. Si quis Aſſeſſorum autem de ſuo aſſeſſionis ſtatu decedere volet, is Judici Cameræ & Aſſeſſoribus, id ſex menſibus antè denunciare & ſignificare debet, quàm diſcedat: interea hoc tempus ſex menſium poſt miſſionis petitionem nihilominus in ſuo Aſſeſſionis officio præſtare tenebitur: Niſi ante finem ſex menſium alius ſuum in locum præſentetur, qui diſcedentis locum functionemq; mox occuparet. Tunc in diſceſſuri voluntate atque arbitrio ſit, illi, qui ſuum in locum præſentatus ſit, ante finem ſex menſium cedere, aut tempus iſtud ſuum in officio permanere.

3. Quòd ſi aſſeſſorum quiſpiam, ut jam dictum eſt, morte, aliaſve decedat, Judex noſter Cameræ id quidem abſque mora Statui aut Circulo illi, à quo decedens obienſve Aſſeſſor datus aut nuncupatus fuerat, ſcripto denunciare ac ſignificare, adeoque eum Statum etiam aut Circulum requirere debet, ut juxta hanc ordinationem intra ſex menſes alium in ejus, qui obiit aut deceſſit, locum offerant ſeu præſentent, hac appendice, ſi qua id intermiſſum fuerit, quòd Judex Cameræ & Aſſeſſores effluxo illo tempore idoneam perſonam ad præſcriptum ordinationis hujus ſuſcepturi eſſent. Ad hanc monitionem ac requiſitionem idem Status aut Circulus in ejus, qui obiit vel deceſſit, Aſſeſſoris locum, intra ſpacium ſex menſium poſt factam ſignificationem, duas aut tres alias egregias, idoneas, peritas, & prædicto modo qualificatas perſonas præſentare debet. In qua præſentatione omnino etiam cautum volumus, ut eæ perſonæ non favore aut praxi machinationeque aliqua promoveantur, ſed ut qualitas ſolùm atque idoneitas perſonarum reſpiciatur, attendaturque.

Qualitas perſonarum præſentandarum & idoneitas attendatur, non favor.

Delectus præſentandarum perſonarum per Prætorem habendus.

3. Ex quibus hoc modo præſentatis Judex Cameræ & Aſſeſſores, unum Aſſeſſorem in demortui locum deligant cooptentque. Matura tamen ac diligenti facta percunctatione, quis præſentatorum ſeu oblatorum eruditiſſimus ac maximè ad iſtud Aſſeſſionis munus idoneus fuerit. Præcipuè autem, ut is, qui ab ipſis deligitur, in Academia ſeu Univerſitate profeſſus ſit atque prælegerit, aut ad minus ad quinquennium Juri ſtuduerit, & in cauſis Forenſibus ſeu Judicialibus Advocationes ac praxin exercuerit. Si talismodi forſan nullus inter eos reperietur, & præſentati alieni, ignoti, & ad Aſſeſſorium munus inepti reputentur, Judex Cameræ & Aſſeſſores (ſicubi necdum ſex menſium tempus effluxum eſſet) Statibus id aut Circulis, à quibus illi præſentati fuerunt, ſignificent, ac rogent, alios, idoneos ut præſentent, ſiſtantque.

Quid agendū, ſi tempus præ

5. At ſi qui prædicti Status aut Circuli in nominatione ac præſentatione talium perſonarum, ultra ſex menſium tempus factæ certificationis ſeu ſignificationis, aut intra hoc ſpacium non aptas

atque

Digitized by Google

atque idoneas ex præſcripto hujus ordinationis, qualificatas præſentare poſthabuerint atque ceſſaverint, Judex Cameræ & Aſſeſſores jam nunc atque deinceps unum ex Status ejusdem aut Circuli ditione, patriaque, ut præfertur, ſi qui in ea tales reperiantur: Aut ſi non reperiantur, ex proximis vicinis Circulis in demortui abſentisque Aſſeſſoris locum recipiendi facultatem poteſtatemque habeant. Ac ne Cameræ Judicio perſonæ quovis tempore deficiant, ordinationi huic deinceps rectè fiat ſatis, pareaturque.

6. Si contingat quoque, ut caſu prædicto, ubi duo aut tres in demortui locum præſentari debeant, unus tantùm præſentaretur, & is, ex præſcripto ordinationis hujus, aptus idoneusque inveniretur, Judici Cameræ & Aſſeſſoribus, hunc ipſum recipiendi ſit poteſtas.

ſentationis elabatur, nec idoneus reperiatur. Originarii an extranei ſint præferendi in officiis, Vide obſervat. Mynſingeri 30. Cent 4.

Unus tantùm præſentatus, idoneus ſi fuerit, recipiatur in Aſſeſſorem.

TIT. V.

De inhabilitate Aſſeſſorum, & ut amoveri debeant.

NEc prædicto caſu tantùm præſentatæ perſonæ, ſi ad Aſſeſſionis ſtatum & conditionem inepti reperiantur, admitti non debent, verùm etiam, ſi admiſſi receptique fuerint, ac poſtea in relationibus ac ſuffragiis dandis non ſatis eruditi, uſitati, & periti, aut alioqui vitæ non probatæ, aliave de cauſa reprehendendus quiſpiam eſſet, ac inidoneus, debebit per Judicem Cameræ & Aſſeſſores, mediantibus juramentis, rurſus amoveri.

2. Eundem verò inidoneum Judex Cameræ primùm in præſentia duorum aut trium Aſſeſſorum, & ſi non audierit, in conſpectu omnium Aſſeſſorum admonebit, ignaviam illi, imperitiam, & defectum ſuum aperiat, & commonefaciat, ſignificans ex præſcripto Ordinationis contra ipſum agi oportere. Itaque viam inveniat modumque, ne quod ſibi aut Judicio dedecus inde oriatur. Quòd ſi necdum reſipiſcit, aut vitio illo abſtinet, Judex Cameræ quovis tempore, communicato cum Aſſeſſoribus conſilio, Principi aut Circulo, qui huc illum provexerunt, ſignificet ac notum faciat. Tum idem Status aut Circulus Judicium Cameræ de alio apto atque idoneo intra præſcriptum tempus ſex menſium providebit, atque reſtituet. Si qua id minus intra præfixum tempus ſex menſium fieret, ac quidem omitteretur, ſanctionem præſcriptam, ut proximo articulo dictum eſt, ſequantur.

TIT. VI.

Cameræ Judicem & Aſſeſſores uni Judicio huic devinctos eſſe, atque incumbere.

ADhæc ordinamus & ſtatuimus, Judicem Cameræ & Aſſeſſores uni Judicio Cameræ incumbere, & ab omnibus aliis negociis, mercaturæ, aliarumque rerum, adeoque etiam advocationibus & conſiliis dandis aliis in Judiciis & cauſis prorſus abſtinere, neque porrò Commiſſionibus ex Imperiali noſtra Curia, aliàsve moleſtari debebunt.

ITEM ALITER.

2. Judici æquè atque Aſſeſſoribus injungimus hac conſtitutione, ut uni Cameræ Judicio vacent, incumbantque, nec aliis ſe rebus ullis intromittant: mercaturam non faciant, nec alia negocia tractent: litigatoribus in aliis Judiciis nullo pacto advocent conſulantve, quin ab his aliisque omnibus factis ſeſe abſtineant. Deinde & ex Curia noſtra Cæſarea haud ullis ſpecialibus commiſſionibus vel aliis negociis moleſtentur aut graventur.

3. In pronunciando quoque, Judicialiterque decernendo Iudex Cameræ & Aſſeſſores, neque in aliquo quæ dicta ſunt, aut dicentur, nec quidquam porrò, quam ad quæ devincti ſunt, obligentur aut impediantur.

TIT. VII.

De venia abſentiæ Judicis Cameræ & Aſſeſſorum ſumenda.

CUm hactenus Judici Cameræ & Aſſeſſoribus, præter vacantias quotannis ſex ſeptimanas privatis negociis dari abſentibus permiſſum fuerat, ſed compertum, ex eo magna incommoda ac impedimenta naſci: Ordinamus, eas ſex hebdomades ipſis decidi, quin porrò Iudex Cameræ, & Aſſeſſores ſe Iudicio ſubducere aut abſentare non debeant, nec abſque venia (quam Iudex Cameræ ab Aſſeſſoribus, & rurſus Aſſeſſores à Iudice ſumant) peregrè vel abſentes ſint, neque cuiquam Aſſeſſorum abſque legitimis cauſis, quas Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus quovis tempore indicabit, neque citra conſenſum & conſilium Aſſeſſorum abſenti eſſe liceat, aut venia concedatur. Hi tamen, qui in vacantiis ad ſententiam concipiendam minus præſtò ſunt, prærogativam aliquam ac libertatem præ cæteris habeant, atque in impetranda venia alios præcedant. Si autem venia alicui data plus tempore abſens eſt, id temporis quo longius abeſt, ad decurtationem ſalarii ſupputari, eaq; acciſio inter præſentes Cameræ Iudicii Aſſeſſores, quòd illo abſente ipſi onus laboremque ferunt, diſtribui partirique debet. Hæc contra nullæ commendatitiæ literæ à quoquam impetratæ, cuiquam proſint, abſenti ſcilicet nequicquam patrocinaturæ.

2. Et hæc quidem venia ſeu remiſſio præſente Protonotario danda eſt, qui tempus conceſſum ſpaciumque abſentiæ, ſimiliter & reditum diligenter notet, Quæſtoriq; quovis tempore indicet, qui Aſſeſſor illi, quantum temporis non conceſſi emanſerit, in pendendo ſalario decurtabitur, & quovis quartali, juxta ordinationem, inter alios, qui non fuerint eo tempore abſentes, diſtribuet.

3. Neque

3. Neque pluribus eodem tempore, & præſertim plus quàm duobus, tribus aut quatuor Aſſeſſoribus, abſentiæ venia concedatur.

Abſentis Aſſeſſoris acta, ſi res feſtinationem poſtulat, Aſſeſſorib præſentib. tradantur.

4. Tum & hoc caveat prævideatque Cameræ Judex, ſi cui veniam abſentiæ largiatur, an acta penes ſe habeat, quæ feſtinationem requirant, nec reditum ejus expectare queant, ut ea ab illo auferantur, atque aliis ad referendum tradantur, Aliis actis lectoribus interea, dum ille revertatur, commiſſis.

5. Quoniam verò Cameræ Judex caput eſt, quæ cauſæ omnes & negocia ex præſcripto ordinationis diriguntur ac perficiuntur: Ideoque maximum momentum in hoc uno ſitum eſt, ſibi quoque hanc ipſam prædictam legem abſenti rogatam putet. Habeat tamen præter ſolennem ſeu majorem vacantiam quotannis quatuor ſeptimanas, dum (rebus ita ſuis poſcentibus) Aſſeſſoribus qualibet vice indicatis ipſiſque ſcientibus & conſentientibus ſibi abeſſe liceat.

TIT. VIII.

De veſtitu, alioque habitu ſeu moribus Aſſeſſorum.

Veſtitu Aſſeſſorum ſit honeſtus decenſque vita, pariter & mores.

ASſeſſores, cùm à Cæſarea Majeſt. ab Electoribus, Principibus & Statibus ſacri Romani Imperii ad Celſitudinem Juſtitiæ ordinati ſunt, ac loco illorum conſideant, decenti veſtitu habituque ac aliis moribus & vitæ conſuetudine ita ſeſe honeſtè ac præclare exhibeant, ut nobis, Statibusque Imperii honori ſint decorique apud omnes in externa vita, quemadmodum & jure exiſtimari debebunt, & ſtatum eorum maximè decebit.

TIT. IX.

De Judicis Cameræ officio in genere.

Prætor ſeu Judex caput eſt Judicii.

QUandoquidem Cameræ Judex noſter, ut ſuprà diximus, caput eſt ejusque officii, volumus ipſum omnes cauſas, proceſſus, & negocia in conſultationibus, deliberationibus & Judicio, ac alias ex præſcripto hujus ordinationis dirigere & informare, ita ut hanc noſtram Judicii ordinationem certò ſciat, intelligat, ejusque plenè penitus atque expertus ſit: advertatque diligenter coram Judicio, in conſilio ac deliberationibus, aliasque fideliter, ut ea in omnibus articulis & punctis firmiter obſervetur, perficiatur, ac in contrarium illi nihil admittatur, aut præſumatur. Tenetur autem quovis tempore, mediante Juramento ſuo, Judicii perſonas negligentiæ, lapſuum, erratorum ac transgreſſionum ſuarum arguere, mulctare & punire, Mulctas quoque per Pedellum extorquere, nec ulla de cauſa remittere. Quin & ita ſuo fungi officio, ut ab Aſſeſſoribus, aliisque perſonis vereatur & colatur, ejusque mandatis legitimo metu ubique magis obſequatur.

Judex ab Aſſeſſoribus, aliisque Juſtitiæ miniſtris reverenter habeatur, & colatur.

TIT. X.

De Judicis Cameræ officio in conſilio ac conſultationibus.

Judicem decet providere, ut deliberationes, Relationes & ſuffragia ordine fiant.

PRimum, ut Cameræ Judex noſter quovis tempore cauſas, de quibus deliberandum, vel referendum ſit, quantum fieri poteſt, intelligat: tum & ſciat, qui Aſſeſſores in relationibus ac votis ſuis gnari ſint ac diligentes, nec ne, ſuum in eos exercens officium, ipſe quidem, aliique Comites & Domini, qui Judicis Cameræ loco in ſecundariis conſultationibus præſident, quovis tempore relationes & ſuffragia Aſſeſſorum diligenter attendant advertantque: eoque connitantur ac elaborent, ut ejusmodi relationes & ſuffragia ordine juxtà ac diligenter fiant. Ac ſi qua in his ignavia, confuſio turbatioque ordinis, aut ſuperVacaneæ diſputationes, ſuperfluæ allegationes ac repetitiones, quibus cauſæ differantur, & aliæ relationes impediantur, emergant atque uſurpentur, ne ea permittant, ſed ſuo in his officio utantur, ſemperque curent quo relationibus maturè locus detur, nec tempus conſultationis temerè ac inutiliter teratur ac pereat.

Cauſarum acta ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur.

2. Ut autem cauſarum, de quibus referendum eſt, acta inter Aſſeſſores majori æqualitate diſtribuantur, ac ordine referantur, nec mora non neceſſaria nectatur interveniatve, ordinamus atque ſtatuimus, ut prius acta, in quibus decernendum eſt, aut interloquendum, & in id quidem concluſum eſt, in Cancellaria maturè compleantur, ac ante proximum Judicialem diem quovis tempore ad referendum tradantur. Sed alia acta, in quibus ad diffinitivè pronunciandum, vel alias providenter interloquendum eſt concluſum, Cameræ Judex noſter ſingulis Sabbatis per lectorem inter Aſſeſſores in præſentia ipſorum ex ordine diſtribuat: prius quidem catalogo ſeu Regiſtro ſuo, quod ad manum habeat, perſpecto, ut deinceps ponetur; ut ab Aſſeſſoribus requirat, quam quisque cauſam habeat, præſertim verò ſi quæ brevi explicari non poſſit: cum medio tempore cum aliis diffinitivis non gravet aut impediat, ſed arduam illam ac prægnantem cauſam expedire potius ſinat, atque interea dum illa explicatur, interlocutorias tantùm, Decreta ac Receſſus referendos committat. Tum quoque juxta merita & conditionem cauſæ, ac qualitatem Aſſeſſorum eo modo diſtributionem faciat, ut non tantùm æqualitas, quantum fieri poteſt, & cauſa feret, inter Aſſeſſores obſervetur, & nullus præ alio multitudine cauſarum prægravetur: verum etiam ne partes in cauſis earum periculi-

Nemo Aſſeſſorum præ alio multitudine cauſarum ſeu actorum prægravetur.

periclitentur aut damnificentur remorenturve. Ratio autem cumprimis in ejuſmodi diſtributione habenda eſt veterum ac privilegiatarum cauſarum ſive interloquendum ſit ſeu diffinitivè pronunciandum, nimirum ut præcedant, ac præ aliis ad referendum committantur.

Veterum ac privilegiatarum cauſarum ratio habenda, ut præcedant.

3. Eò quoque Cameræ Judex noſter, quantum poſſibile eſt, conniti debet, ac reſpicere in ejuſmodi diſtributione, ut acta diffinitivè referenda his tradantur, qui prius interlocutoriè ſeu interloquendo illa retulerant.

4. Item Judex Cameræ acta, in quibus diffinitivè, aut aliàs ad interlocutoriam, quæ in arduis cauſis vim habeat diffinitivæ, concluſum eſt, quovis tempore duobus Aſſeſſoribus ad referendum tradat: & ſi primus, utpote referens, ea perlegerit, reddat Cameræ Judici: quæ tunc alteri Aſſeſſori idem Judex Cameræ ad correferendum præbeat, Lectis verò ſumma diligentia ab utroque, & referente & correferente, debet relatio ſimul conjunctim fieri: Et nulli Aſſeſſorum, præſertim eorum, qui novi ac recentes advenerunt, aut alioqui referendi conſuetudine non benè exercitati ſunt, abſque correferente ad referendum admittantur.

Graviorum cauſarum acta primum referenti, deinde correferenti tradantur.

5. Actis ad eum modum, quo diximus, reviſis atque relatis, non debent illa temerè à Cameræ Judice denuò ad referendum præberi, niſi res tam prægnans arduaque eſſet, cauſæque maximæ, ut neceſſe putaretur. Aſſeſſoribus tamen, qui Relationi interſunt, ſi quicquam dubii ſuboriatur, ut revidenda eſſe acta putent, & ſi quid aliud ſeciusve quàm relatum ſit, inveniant, id quidem in conſilio ſuffragiis ſuis ut indicent, non tantùm non ereptum aut præcluſum ipſis, verum etiam, ut ita faciant, injunctum eſſe debet.

6. Cameræ Judex noſter in eo quoque ſedulus ac diligens ſit, ut acta, Aſſeſſoribus ad referendum tradita, priusquam expediantur, citra ejus præſentiam in Archivum non ſeponantur recondanturque, aut à Lectore recipiantur.

Acta ad referendum Aſſeſſoribus tradita abſente Judice in Archivum, nõ à Lectore ſeponantur.

7. Utque Cameræ Judex quovis tempore ſciat, quæ penes Aſſeſſores acta ſint, quave ſedulitate ac diligentia quisque in referendo præſtet, duo Catalogi ſeu Regiſtra ipſius diſtributionis conficiantur, quorum unum Judex Cameræ, alterum Lector teneat, in quibus ea acta, quando quo tempore, & qua ſuper re concluſum, & cuinam Aſſeſſori ad referendum aut correferendum tradita ſint, conſcribatur ac conſignetur.

8. Cùm autem juſſerimus ac voluerimus, ut cauſæ, in quibus jam concluſum eſt, primùm, quantum fieri poteſt, decidantur ac pronuncientur, Cameræ Judex noſter, quoties in conſilio cauſa aliqua ad referendum proponitur, Catalogum ſuum atque Regiſtrum, (quod omni tempore conſultationum ad manus habere debet) inſpiciat, diligenterque advertat, ut hæc ita præſtentur, utque in veteribus cauſis primùm & antè quàm in novis concludatur, referatur, atque expeditio fiat: Sicubi etiam Aſſeſſor novam aliquam, in qua concluſum eſt, veteri præferendam eſſe duceret, nequaquam id concedere aut permittere debet, quinimo injungere illi atque præcipere, ut veterem prius in manus ſumat, cauſasque præbitas ordine quamque ſuo referat: Niſi idem Aſſeſſor vetuſtiores & antea concluſas cauſas ad correferendum reddidiſſet, vel nova illa concluſa, ſpolii eſſet, aut aliàs præ cæteris ex Jure & ordinatione hac privilegiata, aut per eundem Aſſeſſorem graves ac legitimæ rationes adducerentur, quamobrem eadem cauſa aliis antereferenda eſſet. Quæ res auditis rationibus, Cameræ Judicis aliorumque Aſſeſſorum judicio ſtabit, ac diſcutietur.

Prætor omni tempore conſultationum ad manus habeat Album ſuum ſeu Catalogum

Antiquæ cauſæ primùm expediantur.

9. Partibus item ac earum Procuratoribus importunè nonnunquam interpellantibus ac ſollicitantibus, Cameræ Judex noſter indicare non debet, cauſas earum ad referendum diligenti alicui, aut non diligenti referenti traditas eſſe: neque eisdem partibus ſpem præbere, cauſam alio quàm ſuo modo ac ordine referendam, ſe promoturum eſſe. Sed eo ſemper reſponſo uti, eoque oris habitu, ut inde, quiſnam referens ſit, aut quo tempore, quo item in conſilio cauſa aſſumpta ſit, litigatores ſuſpicari nequeant.

Prætor ſeu Judex litigatoribus non indicet, per quem aut quando cauſa referenda ſit.

10. Porrò ordinamus ut Aſſeſſores ſeu plures ſeu pauciores in Judicio fuerint, in duas aut tres diffinitivè conſultandi claſſes partiantur, inque ſingulis Aſſeſſores octo ac unus Comes ſeu Dominus à Cameræ Judice noſtræ ordinentur: reliquos autem Aſſeſſores ad fiſcales cauſas, & Judiciales receſſus, decreta atque interlocutorias uſurpet. In hac verò partitione ſingularem Cameræ Judex noſter diligentiam præſtet, ut referentes & correferentes, quantum fuerit poſſibile, uno eodemque conſilio conjungantur, ſervata ubique perſonarum æqualitate, nimirum ſic, ut ſeniores, periti, ac uſitati Aſſeſſores, & qui cæteris ſunt diligentiores, quive ſunt antiquæ Religionis, aut Auguſtanæ Confeſſionis, non ſimul eodem conſilio, ſed in duas illas aut tres deliberationum claſſes commiſceantur ac dividantur.

Binæ claſſes Aſſeſſorum conſtituantur, aut tres diffinitivè conſultantur.

11. Semel autem his claſſibus ſeu hac diviſione conſtituta, non porrò debet abſque certis cauſis & rationibus is ordo immutari, nec perſonæ ipſæ transferri, quin potius medium annum ad minus, aut tria anni quartalia, aut etiam ſicubi utile eſſe putatur, integrum annum obſervetur, ad præcavenda omnia in referendo obſtacula atq; impedimenta, quæ mutato deliberationũ ordine poſſent accidere.

12. Facta autem partitione hac, Cameræ Judex efficiat, ut manè deliberationis tempore quisque Aſſeſſorum ſuo loco, & non in communi conſultationum conclavi aut hypocauſto conveniat.

Ordo Aſſeſſorum deliberãtium ſemel cõſtitutus non facilè aut brevi debet immutari.

13. Judex quoque Cameræ, & Comites, ſeu Domini, qui conſiliis ac deliberationibus præſident, diligenter advertant curentque, ut debitus juſtusque relationum ordo ſervetur: præcipuè verò ut Aſſeſſores eo, quo ab initio conſederunt, ordine, donec alternatio conſiliorum fiat, quovis tempore conſultando conſideant, eoque ordine ſuffragia, vota, & relationes exequantur. Si quis Aſſeſſorum eo ordine non referret, ſeu relationem transgrederetur, à Cameræ Judice aut præſidente interpellatus, is omiſſæ relationis ſuæ rationem reddat.

14. Cau-

Supinus in officio & ignavus Aſſeſſor à Judice mulctetur.

14. Cauſa cognita, quam Cameræ Judex aut præſidens non probabilem aut ſufficientem putaret, idque ſemel atque iterum contingeret, ut Aſſeſſor ſuo in officio ignavus atque indiligens reperiatur, ex præſcripto ſanctionis hujus, (ut in Titulo ſuprà de inhabilitate Aſſeſſorum) contra illum procedat.

Aſſeſſoris diffinitivè referentis tranſpoſitio ad interloquentium claſſem.

15. Si quis Aſſeſſor inter ſecundæ aut tertiæ claſſis diffinitivè conſultores, ſuo ordine retuliſſet, ac præterea interlocutorias, Receſſus aut decreta penes ſe haberet concepta ac meditata, & ſuper quibus ad referendum paratus, & expeditus eſſet, hunc Cameræ Judex ſeu præſidens ea ex claſſe, ad Receſſuum conſultores tamdiu dimittat, donec illa perficiat expediatque: ac alium in ejus locum Aſſeſſorem, è Receſſuum conſilio in illud tempus in diffinitivè conſulentium claſſem transponat.

Judex Cameræ in referendo & vocando Aſſeſſores non impediat.

16. Item Judex Cameræ Aſſeſſores in relationibus, votis & ſuffragiis non impediat, advertat autem fideliter, ſeſe Aſſeſſores mutuò in relationibus diligenter ut audiant, ne quis alius vocem votaque interfando impediat, ut diverſæ opiniones atque informes contrarietates evitentur. Ne item disjunctim exurgant, circumeant, deambulent, aut de aliis rebus inter ſe colloquantur, ſeu legant, neque in referendo quicquam aliud inferatur, ſed iſti rei ſolùm ac diligenter incumbant.

Supplicationũ tractationi privatum tempus deputetur à Judice.

17. In concipiendis diffinitivis & interlocutoriis nullæ Supplicationes, aut aliæ cauſæ proponantur ſeu intermiſceantur: quin aliud conveniens ac certum tempus ſeu hora, a Cameræ Judice & Aſſeſſoribus ad Supplicationes & decreta ſeu Receſſus deputetur, ſeduloque provideatur ut expediantur, ne in triduum aut quatriduum differantur, aut negligantur.

18. Eſt & hoc Cameræ Judicis noſtri, operam dare & obſervare, ut ad ejusmodi Supplicationes, decreta illa, & receſſus per Notarium aliquem, & non per Aſſeſſores conſignentur, ſcribanturque.

19. Præſter hoc quoque Cameræ Judex noſter, ut quisque Aſſeſſorum ad horam conſilii, ſimiliter & Protonotarius ad conſultationem maturè adſit, nulla niſi legitima excuſatione admiſſa.

20. Item, ſi qua in cauſa concluſum eſt diffinitivè, aut alioqui magni momenti ſententia tractanda fuerit, Judex Cameræ Aſſeſſoribus, ut conſilium ſeu conſultationis locum egrediantur, non concedat, niſi ea ſententia jam concepta ac mox in conſilio palàm recitata perlectaque, & ſuum in Codicem relata, perque Referentem ſubſcripta fuerit.

21. Neque Cameræ Judex noſter permittat cauſas pleno omnium Aſſeſſorum conſilio, præter neceſſitatem, ac ubi cauſa id non ſummoperè poſtulet, deliberari, ubi & ſibi & Aſſeſſoribus non neceſſarium fore videbitur, utpotè infrà ſub Titulo, de Aſſeſſorum officio in conſultando, latius recenſebitur.

Acta abſentis Aſſeſſoris in Archivum reponantur, aut alii præbeantur.

22. Jam & hoc curet Cameræ Judex noſter, cùm venia Aſſeſſori alicui abſentiæ conceditur, ut acta, quæ penes illum erant, interea temporis in Archivum referantur, atque reverſo reddantur: At ſi inter hæc fortè una pluresque cauſæ fuerint, quæ feſtina explicatione indigeant, aut in quibus ad interloquendum decernendumve concluſum ſit, neque in adventum illius differri poſſent, ea quidem acta interea alii ad referendum præbeantur, quemadmodum antè ſub Titulo de venia abſentiæ Judicis Cameræ & Aſſeſſorum ſtatutum eſt.

Judex ad ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcẽda ſit attentior.

23. Eò autem Cameræ Judex noſter, aut ſuo loco præſidentes ad ſuffragia, voces votaque attentiores ſint, ut ſciant, an & quando votis collectis in conſilio, altera rogatione ſeu deliberatione circulati opus ſit: quandoquidem hæc ſecundaria quæſtio matura deliberatione fieri oportet, ac, auditis ordine Aſſeſſoribus etiam majoribus in prima votis, ſi ex re fore arbitratur, illa intermittatur, cauſa autem qua neceſſe non eſſet, tempus fruſtra atque inutiliter perdatur.

In ſuffragiis dandis brevitati non nimiũ ſtudendũ eſt.

24. Altera hac aut tertia interrogatione Judex Cameræ proſpiciat, ne Aſſeſſores in ſuffragiis, vocibus votisque dandis nimium brevitati ſtudeant, præſertim etiam ne illa, quæ prius ipſi aliive in deliberationibus ac conſultando propoſuerant, prolixè rurſus, & ad longum repetantur.

25. Acriter quoque & ſeverè Cameræ Judex noſter provideat, caveatque, ne Aſſeſſores in conſilio mutuis ſe conviciis aut criminationibus laceſſant. Quod ſi fieret, contra illos, qui morbo illi deditì ſunt, ſtudentve, ut quandoque contentiones emergant, litesve ſerantur, communicato cum aliis Aſſeſſoribus conſilio, officium ſuum exerceat, ac quovis tempore viam rationemque ineat, ne qua inter Aſſeſſores contentio diſcordiave exiſtat, quin potius comitas atque concordia retineatur & conſervetur, reſciſis omnibus ſimultatibus atque injuriis.

Legati & nuncii Statuum Imperii quomodo ſint audiendi.

26. Cum & hactenus Statuum quorundam tabularii & nuncii ad Cameræ Judicem & Aſſeſſores miſſi, in toto conſeſſu atque conſilio auditi fuerint, aliis per id tempus conſultationibus ac deliberationibus gravioribus impeditis, ac partium etiam cauſis remoratis: Sint porrò ejusmodi legationes ac nuncii, quantum fieri eſt poſſibile, & cauſæ patiuntur, ea diſcretione præditi, ut ſua mandata in ſcriptis proponant. Quòd ſi tamen noſtri, ac dilecti fratris noſtri, Romanorum Regis, Electorum, Principum & Statuum Imperii Legationes hoc pacto mitterentur, ut nuncia ſua, neceſſitate cauſæ ita exigente, verbo faciant, tunc quidem à Cameræ Judice & Aſſeſſoribus conſilio audiantur, ac ut par eſt decenterque reſponſa ſecum reportent.

Prætor album tractandorum negociorum penes ſe habeat, tribunal ipſum atque perſonas ejus concernentiũ: & quo tẽpore illa proponat.

27. Ne & non ſolùm partium, verum etiam Judicii neceſſariæ cauſæ in quoquam remorentur aut impediantur: & quæ quoq; tempore conſultata ac deliberata fuerint, etiam exequantur: volumus & mandamus, ut deinceps Cameræ Judex præter Catalogum actorum, de quo ſuprà meminimus, aliud quoq, Regiſtrum aut directorium habeat teneatq;, in quod omnes & ſingulas conſultationum cauſas & negocia, quæ officii ergò expedire tenetur, referat atq; cõſcribat. Præcipuè verò ſicubi extra partiũ

cauſas,

cauſas, aliæ tribunal ipſum, ejusq; perſonas concernentes in deliberationem ac conſultationem devenire neceſſe ſit, quas ſciat eo tempore, quo partium cauſæ per illas minus præpediantur, in conſilium adferre atq; proponere. Ac cùm de eiſdem cauſis ſemel deliberatum & conſtitutum ſit, ne deinceps memoria excidant, ac iterum poſt tempus aliquod de novo in conſultationem retrahantur, ſed confeſtim determinatione ſeu concluſione facta per Cameræ Judicem expediantur & exequantur. Cum primis autem Cameræ Judex diligenter annotabit, atq; in iſto elencho, ſeu indice, vel directorio ſuo conſignabit omnes cauſas, quæ ad referendum aut deliberandum ſemel propoſitæ fuerint, ſed poſtea propter abſentiam referentium Aſſeſſorum, aut alia impedimenta non continuatæ ac determinatæ ſint. Similiter ſi nonnunquam Aſſeſſores facta relatione cauſas in deliberationem trahunt, ne quæ eædem cauſæ poſtea pendeant ac negligantur, ita, ut de novo proponi eas ac referri neceſſe ſit, Judex Cameræ quovis tempore, quàm primum Aſſeſſores præſentes fuerint, aut impedimenta ſeu remoræ nullæ extiterint, in conſilio proferat, & Aſſeſſores ad procedendum & concludendum commonefaciat. Juxta poetam; Judicis officium eſt, ut res, ita tempora rerum Quærere: quæſito tempore, tutus eris.

TIT. XL.

De Judicis Cameræ officio in Juridiciali audientia.

PRincipio Cameræ Judex noſter, & Aſſeſſores initio Judicii talem modum formamq; conſtituant, quo in proponendis veteribus ſimul ac novis cauſis, Juridiciali audientia ordo certus ac ſectitudo conſervetur.

2. Cumq; hactenus in minimis actib. Judicialibus, ut in petitis delationib & terminis, &c. deliberandi ſpacium uſurpatum ſit, ac poſtea ad conſilium tractum, & deſuper conſultatum fuerit, ex quo ejusmodi actus accumulabantur, partes cauſæq; remorabantur, impeditis etiam diffinitivarum conceptionibus: Ordinamus atq; ſtatuimus, ut deinceps Cameræ Judex ad ejusmodi leves ac minimos Judiciales actus petitæ dilationis, & ſimilium, quando inſpectio Judicialis protocolli nulla ſequitur, neque dilatione aut deliberatione opus eſt, mox per ſeſe ipſe, aut conſilio proximorum Aſſeſſorum verbo decernat. In minimis cauſis & actibus Judex pro tribunali ſedens ipſe decernat.

3. Cùm & ſæpe contingit, ut per Procuratores plerìq; non neceſſarii Judiciales actus, aut ſubmiſſiones fiant, mutua quadam æmulatione, ne alter alterius voluntati morem gerat, aut quicquam concedat, (quamvis ut Juriſperiti ea ipſi & noſſe debuerint & evitare) Ad quæ prævenienda, reſciſſiſq; non neceſſariis decretis: ordinamus, ut deinceps quilibet Procurator protocollum ſuum Juramenti ſui revideat, nec ob id quenquam non neceſſarium actum Judicialem faciat: Quæ ut ita conſerventur, Judex Cameræ acriter attendat, ac illos in expenſis moræ de ſua crumena, & abſq; partium diſpendio, pendendis condemnet ac puniat. Procuratores ſua Protocolla inſpiciant.

4. In publica audientia Judex Cameræ ſtrenuè efficiat, ne quis clamor, vociferatio, aut verberatio à quoquam, quicunq; ille fuerit, ſuſtineatur, ſed audientia magnificè juxtà ac placidiſſimè, quò Procurator alter alterum mutuoq; ſeſe exaudire, ac Protonotarii dictata accuratius conſcribere poſſint, ſervetur, nec in neceſſariis propoſitionib. conſignandis Protonotarios obrui patiatur: Transgreſſores verò quovis tempore, ſecundum qualitatem delicti, irremiſſibiliter mulctentur. Protonotarii non ſunt dictatis Procuratorum obruendi, & habeat hic locum vetus illud, ſat citò ſi ſat benè.

6. Quoniam & in viſitationibus plerumq; compertum eſt, prolixas verbales propoſitiones, de cetera, receſſus & concluſiones, non minimam moræ ac prorogationum Juridicialis audientiæ atque proceſſus cauſam fuiſſe: itaq; Judex Cameræ, & Aſſeſſores porrò Procuratoribus ejusmodi verbales propoſitiones & non neceſſarios actus judiciales ſeu receſſus nullo pacto permittant, indulgeantve, quin protinus ipſo in Judicio ſeverè quovis tempore interſerantur, atq; injungant, ut ab ejusmodi ſeſe contineant, & quæ neceſſaria ſunt, in ſcriptis proponant. Prolixis Prolegomenis in Judicio abſtinendum eſſe.

7. Cumque in prioribus conſtitutionibus multifariàm cautum ſit, ut Procuratores dicacitate ac illuſionibus, adeoq; dentatis etiam & iracundis jocis ante Judicium coràm ordinatis Aſſeſſoribus, Cancellaria & Protonotariis abſtineant, ac neminem verbo vel ſcriptis impetant inceſſantve, ſed cauſas ipſas modeſtè, breviter ac utili ſermone ſcriptòve proponant: Volumus ut Cameræ Judex noſter hanc ipſam conſtitutionem ac ordinationem conſervet; & ſi quisquam Procuratorum monenti non paruerit, ſed coram tribunali, coramq; ordinatis Aſſeſſoribus, Cancellaria, aut Protonotariis immodeſtum ſeſe ac importunum, conviciando infamandove, aut alioqui indecorum ſe geſſerit, interloquatur Prætor, nec ferat, ipſumque delinquentem (prout infrà ſequetur de pœna Procuratorum) ut æquum eſt, puniat. Procuratores à procacitate verborum & convitiis ubique abſtineant. De eodem infrà meminit cap. 23.

IDEM ALITER.

Multoties jam antea quam in ſuperiorib. ordinationibus cautum ſit atq; prohibitum, ut ab intempeſtivis jocis, à virulentis ſalibus & ironiis Procuratores apud tribunal, coramq; Aſſeſſoribus, Cancellaria ac Protonotariis ſe temperent atque contineant, neminem verbo ſcriptove acerbè illudentes vel taxantes, ſed modeſtè ac breviter, abſque aliqua levitate, cauſas quisq; ſuas ſuoq; loco verbis decentibus, ac gravitati iſti convenientib. proferat, aut ſcriptis proponat: Injunctam eſſe noſtro Prætori volumus ſanctionis hujus cuſtodiendæ neceſſitatem, ut ſi quis Procuratorum adverſus hanc legem peccet, nempe in Judicio, ac Judicum conſidentium cœtu, coram Aſſeſſoribus, coramq; Cancellaria, aut Protonotariis cuiquam conviciando, atrocia aut futilia evomendo, aliâſve immodeſtè ſeſe ac turpiter gerendo, increpet ipſe Prætor, nec talia deſignantis parcat vel indulgeat, quin ea pœna, quæ eſt in Procuratores delinquentes mox infrà irrogata, mulctetur afficiaturque. Ex ordinatione Regis Ferdinandi.

8. Eò etiam Cameræ Judex noſter procuratores adigat, ut quovis tempore & hora Judicii, & ante publicationem ſententiarum coram judicio appareant, nec eo, abſq; venia, exeant, ſed in finem uſque commorentur, præſertim contumaciis, donec reproducant, interſint, atque in ordine ſuo ſtatione- Procuratores in tempore adſint Judicio, & abſque venia non exeant.

tioneque conſiſtant. Si verò Judicio eaeant, ne potrò nomine ſuo alii Procuratores ſub ſpe ratificationis, ut hactenus factum eſt, audiantur.

9. Quandoquidem & ſpecialis articulus in ordinatione infrà poſitus eſt, ne Procurator, qui ordinem in agendo actuq; præteriri ſuſtinet, poſtea aliis obturbet, aut propterea audiatur, donec ordo ad ipſum redierit: Volumus, ut ejusmodi conſtitutionem Cameræ Judex noſter deinceps obſervet, nec in Judicio quemquam Procuratorum niſi loco ordineque ſuo, audiat.

Tardè dictandum, nec feſtinandum. Nam ſat citò, ſi ſat benè. Feſtinandum lentè in dictando.

10. Cùm & Protonotarios deceat, omnia Procuratorũ verba dictataq; in Judicio notare ac protocollari, Cameræ Judex noſter quovis tẽpore Procuratores adigat, ut ab inanib. verbis, cauſæ nihil conferentibus, prorſus abſtineant, neq; dictatis obruant protonotariorum calamos, ſed quicquid propoſuerint, id diſertè, adeoq; maturè proferant, ut protonotarii dictata excipere ac protocollari queant.

TIT. XII.

Cui bacillus abſente Cameræ Judice, ac Judicis munus committendum ſit.

Abſente ipſo Judice, aut ægrotante, cui munus pronunciandi delegetur.

SI Cameræ Judex abſens fortè aut ægrotus, aut gravibus præpeditus ſeu diſtentus negociis fuerit, ut aliquanto tempore ſuo officio fungi, ac tribunali ipſe præeſſe non poſſit, poteſtatem ſuã conſenſu Aſſeſſorum uni Comitum aut dominorum, qui Aſſeſſores ſunt, aut ſi nullus eorum præſtò fuerit, alii Aſſeſſori, per Eccleſiaſticum aut ſecularem Electorem præſentato committat, ut junctis Aſſeſſoribus, abſente Judice Cameræ, aut etiam tribus aut quatuor illis abſentibus, nihilominus ſententias pronunciandi, aliaque ad ſe pertinentia faciendi eam poteſtatem habeant, ac ſi omnes præſentes eſſent, cauſis tamen Electores, Principes, & Principum ſimiles concernentibus, Judex Cameræ ipſe, aut eo abſente, Comitum aut Dominorum quiſpiam præſideat. Ac horum etiam ſi fortè nullus præſtò eſſet. Judex Cameræ in ejusmodi cauſis alii cuipiam Principi, Comiti, aut Domino ſuum locum deleget: qui Princeps, Comes aut Dominus tunc quoque juramentum conſuetum Judicis Cameræ præſtet, obligans tam diu illum, donec Cameræ Judicis officio perfungatur.

TIT. XIII.

De Aſſeſſorum officio in Conſilio.

Ex Jure ſcripto & conſuetudinario Imperii, ſententiæ concipiantur ac promulgentur.

ASſeſſores Cameræ Judicii noſtri nulla in cauſa quantumlibet exigua tantùm arbitratu ſuo, aut mediata ſingulorum æquitate, aut privata ſeu propria intentione, & non Juri conſona conformiq; informata conſcientia, quin potius ſecundum commune jus Imperii, patriæq; ſeu ditionis ordinationes, conſtitutiones, ſtatuta ac honeſtas conſuetudines principatuum, ditionum, & Judiciorum (cùm proponuntur) quemadmodum ex antiquo quovis tempore Cameræ Judici & Aſſeſſoribus injunctum, atque obſervatum fuit, vi ac præſcripto juramenti ſui, quod infrà ponetur, ſententias concipere ac promulgare tenentur.

2. Et in hoc Aſſeſſores ſe neq; metu, minis, vi, juſſu, negociis, aut aliis cauſis, per quenquam, aut quovis nomine id unquã fieri poſſet, impediri patiãtur: ſed univerſis, qua dignitate ſtatuve ſint, abſq; omni privata affectione mediante prædicto ſuo juramento, æquum jus dicere, atq; impartiri debent.

3. Si quoq; Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores viderent aut ſentirent, unum pluresve ex ipſis in conceptione ſententiarum aliter quàm nunc dicta ordinatio & juramentum ſibi injungit, ſe habere atq; exhibere, aut abſq; legitimis fundatis rationib. palàm in votis ſuis ſingularitati malitioſè plerunq; ac pertinaciter ſtudet, hunc ipſum apud ſe non ferant, ſed extra Judicium mittant ablegentq;, contra ipſum ex prædicta ordinatione ſub Titulo, de inhabilitate Aſſeſſorum, &c. agendo ac procedendo.

Aſſeſſores tantùm vacent cauſis ac deliberandis ſententiis, ab aliis negociis omnibus abſtinentes.

4. Aſſeſſores item ſuum quiſq; officium in conſilio, aliasq; tantùm ac unicè obeat, nec ullo alio negotio diſtineatur. In conſilio nihil faciat, ſcribat, legat, aut ſtudeat. quod ipſos ab inſpectione, relatione, diligenti audientia ac meditatione Judicialium rerum & Forenſium cauſarum impedire poſſit: ſed ſtudio Juris, relatione, ſuffragiis votiſq; dandis, ac conceptioni ſententiarum ſumma fide diligentiaque incumbant, quò partes promoveantur, & lites expediantur.

5. Sancimus quoque, ſtatuimus & volumus, Aſſeſſores deinceps ſpecialibus commiſſionibus ex Imperiali noſtra Curia, aut aliàs, nequaquam gravari aut moleſtari.

Mutuò ſeſe audiant Aſſeſſores in ſuffragiis ac relationibus.

6. Jam & in ſuis relationibus Aſſeſſores ſeſe mutuò diligenter audiant, nec alter alterum impediat, aut ſuo ſuffragio, voci votiſve obſtrepat: Nec disjunctim exurgant, circumeant, deambulentve, aut invicem aliis de rebus colloquantur, ne in relationibus quicquam in partium præjudicium ac damnum minus audiatur, aut negligatur.

7. Item nullus Aſſeſſorum ipſe ſeſe alteri ſuis relationibus ingerat, ſed ordinem, donec ſe contingat, expectet, niſi prius cauſas hujus attulerit, Cameræ Judicis & Aſſeſſorum cenſura expendendas.

8. Quiſque Aſſeſſorum item debita ac ſolita hora in loco conſultationis compareat, nulla re impeditus niſi legitima & ardua, ne qua ſua mora aut abſentia in conſilio relationes præpediantur.

9. Quò autem celebrius ac prudentius in conceptione ſententiarum agatur, ſtatuimus ac volumus, ut in omnibus gravioribus & prægnantibus cauſis inſpectio Actorum, aut Judicialium negociorum ad conceptionem ſententiarum neceſſariarum, ſemper ad minus duobus Aſſeſſoribus à Cameræ Judice noſtro committatur, quemadmodum ſuprà ſub Titulo de Judicis Cameræ officio in conſilio, &c. ſtatutum eſt: Ita nimirum, ut alter eadem acta poſt alterum, quantum opus eſt, inſpiciat perpendatque, ac dein Relationem actorum ambo faciant.

10. Porrò ordinamus, ſtatuimus ac volumus, ut in conſilio ad conceptionem diffinitivarũ ſimul cũ Comitib. aut Baronibus, non minus quàm octo: ad interlocutorias quatuor, quinq;, aut ſex, juxta earũ quantitatẽ & pődus: Ad Supplicationes quatuor: & taxationes expenſarũ tres aut quatuor Aſſeſſores dentur.

rentur. Quòd ſi grave quippiam aut dubii accidat, tunc alii partem, aut omnes, juxta qualitatem, magnitudinem & gravitatem cauſæ etiam vocentur, ac cum eorum conſilio concludatur: Siqueacc-cidat, ut Aſſeſſores in ſuffragiis utriſque diſtent, & duas in partes ſcindantur, aut fortaſſis ex octenis, ternis, arduis ac maximis de cauſis: diverſæ ſingulariſque opinionis forent, cauſa hæc ſeu punctus, de quo eſt diſſenſio, ad Judicem Cameræ, aliosque Aſſeſſores deferatur: Quorum Judicio ſtet, ad ejusmodi litigioſam cauſam ſeu punctum, juxta qualitatem, gravitatem, ac pondus ejusdem, aliquot ex Aſſeſſoribus deputari: aut verò eandem in altero diffinitivarum conſilio, aut ſicubi potius videatur, pleno conſilio proponi, relatione ea denuò audiri, deq; diffinitiva concordari. Quicquid autem in qualibet cauſa modo enumerato actum pronunciatumq; fuerit, ſit mum eſſe, roburq; habere debet, ac pro eo etiam cenſeri. Aliàs nulla cauſa, in qua ſecundum hanc ordinationem ſemel in deliberationibus & conſilio concluſum eſt, ſine graviſſimis rationibus aliud in conſilium ſeu conſultationem ullo pacto pertrahatur.

Cauſa ſemel deliberata non rurſus diſceptetur.

11. Referentes quoq; datis votis & facta concluſione ſententias antea publicè perlectas, ac priuſquam alia ad loca tranſeant, aliâve acta cauſasve proponant, ſubſcribere tenentur.

12. Poſtquàm accidit interdum, ut cauſæ, in quib. diffinitivè tractatum atq; concluſum eſt, referantur: ac in iisdem per Judices ſuper interlocutoriis, quæ diffinitivam præcedant, concludatur: Similiter in quibusdam cauſis, per partes tantùm ſuper interlocutoriis ſubmiſſiones fiant: tales interlocutoriæ tamen ejusgeneris conditioniſq; exiſtant, ut in relatione earundē Judices ſeſe diffinitivè, quæ iſtam interlocutoriam hac vel illa via ſequatur, uniri concordarię; poſſint: Ne qua autem utroq; caſu ejusmodi cauſæ de novo referantur, ac duplex labor operaq; impendatur: Ordinamus atq; ſtatuimus, ut ejusmodi cauſæ quovis tempore præſentibus octenis Aſſeſſoribus referantur, ac ſimul cum interlocutoria, diffinitiva quoq; eam interlocutoriam hoc vel illo caſu ſecutura concipiatur, & per Protonotarium protocollo ſuo inſcribatur, poſt finalem concluſionem publicanda.

13. Item ordinamus, ſi quiſpiam Aſſeſſorum aliquam partem affinitate, cognatione, aliasve (ut de Jure recuſari poſſit) attineat, aut iisdem in cauſis alteri advocavit, conſuluerit, aut alia via intervenerit, indicare id quidem Judici Cameræ & Aſſeſſorib. debet, ac ita ſe illa cauſa prorſus exuere: Si unus autem hæc pluréſve Aſſeſſorum poſthabuerint, Procuratorum erit eam propinquitatem Judici Cameræ opportunè atque ſecretò indicare, qui de ea re proviſionem faciat.

14. Quò item oblocutiones variæ ac ſuſpiciones præveniantur, ac evitentur, volumus, ne vel Cameræ Judex noſter, vel Aſſeſſorum quiſquam, vel Protonotariorum, Notariorum, aut Lectorum, aliquam partem, ullúmve Procuratorem, Oratorem ſeu Prælocutorem, Sollicitatorem, aut quibus aliis nominibus vocentur, domi ſuæ aut convictu ſecum habeat retineatve: aut alibi ipſe cum illis eodem convictu, iiſq; aliis quotidiè, aut ſuſpecta communitate ac familiaritate utatur: multò minus partes in Judicio Cameræ pendentes lites habentes, in familiam ſuam aut ſervitium ſuſcipiat, quin potius illis ſemper ſe exuat. Similiter quoque Procurator, Prælocutor, aut Advocatus Judicii Cameræ nullum Aſſeſſorem, Protonotarium, Notarium aut Lectorem domi ſuæ convictúve foveat, aut illorum convictu utatur, ut Judex Cameræ & Aſſeſſores noſtri omni ſuſpicione vacent, nulliq́ue eos recuſandi occaſio detur.

Suſpicionum omnijugenarum cauſæ & occaſiones Judicialibus perſonis ſunt vitandæ.

15. Aſſeſſores quoque in cauſis, quas antè advocarunt, quàm Aſſeſſores efficerentur, nequaquam advocent, aut alia via utendos ſe præbeant, eo tempore quo aſſeſſionis ſtatum retinent: quin ab advocationibus & conſiliis dandis abſtineant illiſque prorſus ſe eximant: niſi propriæ ſint ipſorum cauſæ, aut ſuorum affinium & cognatorum proximis gradibus conjunctorum, quibus adeſſe conſilio non prohibeantur.

Aſſeſſores non niſi proprias & propinquorum cauſas advocare debent.

16. Judex item & Aſſeſſores medio ipſorum juramento omnia quæ in conſilio, deliberationibusq́ue, quæq́ue ſuffragiis dandis, ſententiiſque ferendis aguntur ac pertractantur, perpetuò celent, nulli ea hominum manifeſtando, niſi per nos, aut dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem ſpeciatim jubeantur.

Deliberationes & conſilia ſunt celanda.

16. Item Aſſeſſores acta, Judicialiaque actitata, quæ ad referendum ipſis traduntur, domi coram miniſtris & familia non neglectim, ſed magis ſecretò ac benè cuſtodita habeant. Quin ab omnibus caveri decet, ne partes & Procuratores explorent, quinam referentes ſint, & quid in ſeſe ante publicationem contineant ſententiæ: Verùm Judex Cameræ, Aſſeſſores, Protonotarii, ac aliæ Cancellariæ perſonæ omnia conſilia penes ſe clàm ac ſecretò retineant.

Sententiæ ante publicationem celandæ. Litigatores pariter ac Procuratores ignorent, quinam referentes ſint.

17. Ne qua etiam cauſæ, poſtquam in iis diffinitivè aut interlocutoriè concluſum eſt, per referentes prorogentur aut differantur, ordinamus ac ſtatuimus, ut primùm ad minores actus Judiciales, utpote ratione termini, aut ſimilium, Aſſeſſores, quovis tempore ejusmodi relationes ultra diem unum, poſtquam acta eis tradita ſunt, non differant, ſed eas ante proximam Juridicam perficiant, ac deſuper Decreta publicari faciant: Si quæ verò aliæ interlocutoriæ fuerint, in quibus non modò inſpectione Judicialis protocolli, verum etiam actorum totorum aut particularium opus ſit, ea quidem Aſſeſſores ultra octiduum vel quindenam, aut ad ſummum menſem unum penes ſe non retineant, niſi Judicem Cameræ de magnitudine cauſæ certiorem faciant, aut rationes adducant, cur eæ cauſæ ſub hoc tempus referri nequeant. Quæ vero diffinitivæ ſunt, etiamſi cauſæ diſſimiles, nec certus in his per omnia modus ac terminus ſtatui poteſt: Volumus tamen, ut Aſſeſſores, quantum fieri eſt poſſibile, elaborent ac connitantur quamlibet cauſam intra ſemeſtre poſt finalem concluſionem, expediri ac terminari. Si qua verò magnitudo gravitasq́ue cauſæ non fert, aliave impedimenta obſtant, Aſſeſſores, quos penes ea acta ſunt, iſtud quidem Judici Cameræ indicare teneantur.

Properandum in minoribus actibus Judicialibus.

Diffinitivis mora indulgeatur conceditaturque.

18. Acta quoque Aſſeſſores, quæ ad teferendum traditaſunt, ante quàm telata fuerint, abſque Judicis Cameræ notinne præſcientiaque in Arehivum non reponant, reddantve: Æquè etiam cauſam nullam ad teferendum acceptent, petantve, niſi ea ex prænotione atque ſcienria Judicis Cameræ tradatur ac committatur.

TIT. XIV.

De Aſſeſſorum officio in Judicio.

Ingens cauſarum numerus & copia hoc tempore.

QUanquam in veteribus Imperii conſtitutionibus proviſum eſt, ut ſingulis diebus Juridicis, binis horis ante, & binis poſt meridiem præſentibus omnibus Aſſeſſoribus publicus Judicum conſeſſus ſeu Juridica andientia haberetur: Cognovimus ramen tantum cauſarum numerum jam copiamque obrigiſſe, ac in conſpectu & ante oculos eſſe, ut inde cauſæ non promoverentur, ſed potius præpedirentur, eò quòd Aſſeſſores antemeridiano tempore toto ad referendum cauſas indigeant, & omnium præſentia in Juridiciali audientia non ſit neceſſe Idcircò ordinamus & ſtatuimus, ut poſthac in publicatione ſententiarum apud Iudicem Cameræ Aſſeſſores omnes præſentes exiſtant: poſt publicationem verò ſententiarum, decretorum ac Receſſuum factorum in ordinaria audientia juxta Iudicem Cameræ octeni Aſſeſſores, inter quos unus ſit Comes aut Baro: deinde in audientia contumaciarum Comes aut Dominus: Et habita audientia duo aut plures Aſſeſſores deputentur ac ordinentur, qui Procuratores in cauſis infrà in tertia parte bujus ordinationis ſub Titulo, quæ cauſæ coram deputatis, &c. pertinentibus audiant, ac deſuper prout æquum eſt decernant: Priores autem Aſſeſſores egredientes, interea Supplicationes in conſilio expediant. Ubi autem nullæ Supplicationes, aut paucæ fuerint, taxationes expenſarum, aut alia minora decreta ſeu receſſus conficiant: Quovis tempore in ejuſmodi ordinatione eorum, qui in Iudiciali audientia conſident, in alteratione perſonarum æqualitate oneris ſervata, ne quis plus alio oneretur aut prægravetur.

TIT. XV.

De ſuſcipiendo Imperiali fiſcale, ac hujus Advocato, eorumque qualificatione.

Fiſcalis qualis eſſe debeat.

CÆterum ad conſtituendum noſtri Imperatorii Cameræ Judicii generalis fiſcalis officium, debemus ac volumus, aut noſtra in abſentia dilectus frater noſter Romanorum Rex, eidem officio quovis tempore honeſtam, eruditam & Jure decoratam perſonam, quæ norit atq; intelligat, quę ſint fiſcales cauſæ præficere, qui pro tempore Cameræ Judici noſtro, loco noſtro, ſui officii ergò aſtipulari jurareque debeat, tenore juriſiurandi infrà poſito.

2. Ipſi, aut nobis abſentibus dilectus frater noſter Romanorum Rex, volumus quidem memorato fiſcali ad omnes ſuas neceſſarias cauſas eruditam & idoneam perſonam, pro Advocato, quovis tempore adjungere, qui idem ſimile juramentum, ut deinceps ponetur, præſtet.

3. Quoniam verò Imperatorii noſtri fiſcalis & alius Procuratoris officium non benè invicem quadrant aut conveniunt, quòd Procurator privatorum, partium ſuarum ſecreta reticere: fiſcalis autem ratione ſui officii nonnunquam ea revelare ac juſtificare teneatur: Tum & quotidiè accidat, ut Procurator contra fiſcalem & fiſcum, cauſas privatorum defendat: Itaq; ordinamus, ut fiſcalis, ejuſq; Advocatus deinceps tantùm fiſcalibus cauſis incumbant, nec alias cauſas ſuſcipiant. Aeſi qua fortè fiſcalis ipſe ſuum officium expedire legitimis rationibus fuerit impeditus, ita ut Advocato ſuo illud committat, utatur quidem in fiſcalibus cauſis Advocato ſuo, & alio nullo Procuratore ſeu Actore.

TIT. XVI.

De Imperatorii fiſcalis officio extra Judicium, ac de ſuis deputatis.

DUo item Aſſeſſores quovis tempore per Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores fiſcali noſtro tanquam deputati adjungantur, ſine quorum conſilio, ſcientia, cognitione, ac voluntate fiſcalis noſter litem movere nulli debet: quin illorum conſilio ac voluntate faciat. Iidem deputati mediantibus eorum juramentis, quibus Cameræ Judicio noſtro obſtringuntur, optima, ſecundum id quod intelligunt, ſuadere, & quod ipſos juxta ordinationem hanc decebit, fideliter exequi teneantur, nec ſine gravibus cauſis mutentur aut alternentur.

Fiſcalis binos illos deputatos in omnibus audiat ſimul, & Advocatum ſuum.

Fiſcalis temere litem movens de ſuo ære pendat reſarciatque, ſecus autem, ſi malè informatus fuerit.

2. Quicquid autem per deputatos quovis tempore ex re fore, conſultumq; videbitur, & fiſcali ad proponendum agendumq; committetur, ei rei ipſe fiſcalis noſter ſub pœna Cameræ Judicis noſtri arbitraria, directè pareat & obſequatur, nulla in his omnib. malitioſa ceſſatione aut mora uſus. At præter horum deputatorum & Advocati fiſci conſilium nullam inceptare aut præſumere cauſam debet: Quod ſi faceret, partibusq; injuria litem moveret, in expenſis juxta æſtimationem Cameræ Judicis noſtri, de ſuo pendendis, condemnetur. Sed ſi cauſa præhabito conſilio, exq; mandato (ut præmittitur) tentata, ac nihilominus ex ſiniſtra forſitan informatione, aliiſve cauſis fiſcalis in juſtificatione illa decidat, tunc quidem juxta conditionem & qualitatem cauſæ, expenſarum ergò ex fiſco ſolvendarum, an non, cenſuræ atque arbitrio Judicis Cameræ ſtetur.

3. Cumq; accidat nonnunquam, ut cauſę fiſcales ante & poſt ſententias cum delinquentibus juxta qualitatem delicti atq; eorum etiam facultatum tranſigantur: Ordinamus, ſtatuimus, ac volumus, ne

fiſcalis

ſiſcalia noſter cum aliqua parte puniibili abſque ratione ac voluntate ſuorum coordinatorum Aſſeſſorum tranſigat, aut quicquam pacti ſeu conventi cum illis faciat, ulla via modóve.

Fiſcalia cum partibus ſine deputatis non tranſiget.

4. Jam & ſi cauſæ fiſcales ob principatus, Comitatus, dominatus, ditiones, civitates, caſtra, ſeu arces, aut ſimiles contingerent, de his ſine noſtra, aut nobis abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, præſcientia ac mandato prorſus nihil tranſigatur.

In gravioribus cauſis mandatum Imperatoris requiritur ad tranſigendum.

5. Imperatorius fiſcalis noſter ſolùm munus ſuum obeat, nec aliis cauſis ſe gravet, præcipua ad fiſcales cauſas in univerſum animadverſione diligentiaq; adhibita: Acquidem propterea in Imperio undiq; de fiſci noſtri commodis acrem indagationem ſuſcipiat, ac quovis tempore officii ſui in fiſcalib. cauſis, præſertim ubi ſeditio fortè in Imperio adverſus pacificationem noſtram contingeret, per ſeſe ipſe rationem habeat, & intro mittat, adeoq; etiam ſuo munere fungatur. Tum & pœnas mulctasque, nulla excepta, aut ſepoſita, maturè importet, qua in re ſibi Judex Cameræ & Aſſeſſores, ut decet, auxilio eſſe debent.

Fiſcalis ſit diligentiſſimus, præſertim turbulento tempore, & ſi qua fortè ſeditio in imperio exorta fuerit.

6. De quibus Imperialis fiſci noſtri emolumentis quovis tempore, quicquid ad inſinuationem fiſcalium proceſſuum, aliarumque literarum noſtrarum, explorandarumq; cauſarum fiſcalium operam paſſim inſumitur, ac alioqui omnia alia extraordinaria impenſa præſtentur ac ſolvantur: & deinde in viſitatione annua ordinariis Commiſſariis ac Viſitatoribus omnis accepti expenſiq; ratio juſta rectaque reddatur: Ac nobis poſcentibus, noſtriſve mandatariis quovis tempore Index ſeu Regiſtrum taliusmodi Rationarii præbeatur, & de reſiduo, quod ſupereſt, futuræ expenſæ fortè in annum reſerventur, reliquumque nobis, aut cui id aſſignaverimus, expendatur.

Fiſcales proceſſus ex fiſcalibus emolumentis ſeu mulctis ſolvantur.

TIT. XVII.

De Imperatorii fiſcalis officio in Juridiciali audientia.

ORdinamus & ſtatuimus, ut Imperatorius fiſcalis noſter in ordinaria audientia, in cauſis fiſcalibus quovis tempore, ſive in ordinariis ſive extraordinariis agendum ſit, admittatur, ac primùm ante alios Procuratores audiatur: Attamen agere in ſcriptis debet, ac in propoſitionibus verbalibus brevitati ſtudere, ſemperque ordinationi ſeſe, prout alii Procuratores, conformem gerere.

Fiſcalis conſtitutioni huic ſit ſubjectus & obſequens.

IDEM ALITER.

Itaque ut in publico Judicum conſeſſu & ordinaria audientia omni tempore tam in ordinariis quàm extraordinariis fiſcalis noſter ad cauſas ſuas fiſcales agendas admittatur, atq; in initio ante alios Procuratores audiatur, decernimus quoque & ſtatuimus: attamen in ſcriptis agat, detq; operam, ut in ſuis Prolegomenis non ſit verboſus, ſed omnino ſtudeat brevitati, & in omnibus aliis huic ſe ordinationi, quemadmodum & reliqui Procuratores, conformem gerat, & obſequentem.

Ex Ordinat. Regis Ferdinandi.

2. Quandoquidem autem cenſitorum aut contributionum cauſæ non in conſultationib. modò, ſed & in Judicio non exigua impedimenta ac remoras pariunt, Volumus ut in eis deinceps celerius quàm hactenus factum eſt, procedatur, utque Procuratores ad emiſſa inſinuataq; monitoria & proceſſus in termino non aliter quàm cùm judicant, monitoriis paritum eſſe, aut cauſas, cur id non fieri debeat, verbo breviter aut ſcripto proponere velint, audiantur: neq; ob id alius terminus eis aut dilatio concedatur. Ac in ejuſmodi quidem contributionum & cenſitorum cauſis ſingulis ſeptimanis binæ, ſeu ad minus una ſpecialis audientia Sabbatina ante aut poſt meridiem, prout deputati, & fiſcalis quovis tempore conſentaneum fore exiſtimant, habeatur.

TIT. XVIII.

De perſonis Advocatorum & Procuratorum, ut qualificati, & quot eorum eſſe debeant.

CUmque graves querelas acceperimus, pleroſque litigatores in eorum controverſiis per ineptos & indoctos Procuratores maxima detrimenta atque incommoda perpeſſos eſſe, duximus iſti malo quoque proviſionem facere: Statuimus ergò, ordinamus ac volumus, ut deinceps per Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores, plus quàm quatuor & viginti Advocati & Procuratores non recipiantur, & ut iidem antè per Cameræ Judicem & Aſſeſſores, quàm admittantur aut recipiantur, ſuæ eruditionis, qualificationis, reputationis, legitimæ originis, ac natalium, ſtatus, & morum ſeu converſationis ergò, & an in Jure decorati, & ubi locorum, probè examinentur, atque in his ſufficientes inveniantur & cognoſcantur.

2. Ac ſi quis receptus, & poſtea ineptus, ſocors atq; indiligens, aut alioqui inidoneus reperiatur, is quovis tempore per Cameræ Judicē & Aſſeſſores noſtros mittatur, ac alius in ejus locum recipiatur.

TIT. XIX.

Ut procuratores & Advocati conducendi ſint, quot & quas cauſas quiuque accepture poſſit ac debeat.

AMplius uno Advocato aut Actore ſeu Prælocutore, Judicio Cameræ addicto, & una in cauſa quælibet pars, non recipiat & conducet, quo & altera pars Advocatum & Oratorem habere poſſit, in qua re fraude nulla, dolóve uſurpetur. Itaque nullus Advocatus ſeu Actor cuiquam parti in ſuia cauſa conſulat, niſi eadem pars illum ſibi velit, aſſumatque Advocatum aut Oratorem.

2. Quandoquidem & quotidiè uſuvenit, ut Procurator alius Procuratoris Advocatus ſit, atq;

Actorum ſeu Procuratorum, & Advocatorum officia diſtincta ſunt, disjunctaq́; Procuratores item multitudine cauſarum utramque functionem haud benè obire queant, ordinamus atque ſtatuimus, ut deinceps nullus Procuratorum Advocati munus in cauſis, in quibus ipſe non eſt Procurator, ſimiliter nec Advocatus, qui Procurator non eſt receptus, Procuratoris munus arripiat. Et ſi qua partium Procuratori ſuo etiam Advocatum adhibere velit (quod cujusvis arbitrio relinquimus) poterit aliquem ex juratis Judicii Cameræ Advocatis, aliòve luci conducere. Tum & per Cameræ Judicem noſtrum acriter proſpiciatur, ne Procuratores partes inſtruant aut verbis confidentib. perſuadeant, ut nullum ſibi Advocatum aſſumant, verùm id quovis tempore liberæ partium voluntati atque arbitrio relinquatur.

Liberum ſit partibus ubi velint Advocatos ſumere.

3. Æquè non concedatur, velut hactenus factitatum eſt, ut Procuratores cauſas plures quàm peragi poſſunt, acceptent: Quin Cameræ Judex noſter quandoq; à Procuratoribus ea de re indaget, ſciſcitetur atq; exploret, mediisq; eorum juramentis, illis injungat indicare, quot quisq; cauſas habeat, & ſic quidem ad interrogata medio juramento ſuo veritatem reſpondere ac profiteri teneatur. Ubi comperierint aliquem fortè multitudine cauſarum obrutum eſſe, huic mandent, ejusmodi cauſas ſuas diligenter expediat, tamq́; diu, donec illæ expeditæ fuerint, alias novas abſq; præſcientia & conſenſu Cameræ Judicis noſtri & Aſſeſſorum nullas accepter, ne partes in controverſiis ſuis per Procuratores ob multitudinem cauſarum negligantur aut remorentur, ac cauſæ inter Procuratores aliquatenus diſtribuantur, adeoque magis hac via magisque promoveantur.

4. Procuratores item munera ſua officiaq; in Imperiali noſtro Cameræ Judicio rantùm obeant atq; expediant, à procuratione aliorum dicaſteriorum in civitate Spirenſi, & extrà, abſtineant, præter eas cauſas, quas antea procurarunt & advocaverunt. Attamen ſi novitii & recentes Procuratores, qui necdum pluribus cauſis prægravati ſunt, in aliis Judiciis quoq; exercere ſe noluerint, id quidem eis ex præſcientia & cognitione Cameræ Judicis noſtri, citra neglectum tamen earum cauſarum, quas in Judicio Cameræ habent, facere licebit. Nec debent porrò Procuratores in Imperii cauſis & negociis, & in Imperialib. conventibus atq; Comitiis ab aliquo Statu mandata acceptare, aut ſe Imperii aut aliis dieris, ſive ad amicabiles tranſactiones compoſitionesve, ſive ad Judiciales cauſas utendos præbere.

Pauperum cauſis Procuratores & Advocati dentur. Ait Mynſingerus Obſervat. 32. Centur. 4. Advocatos componendos eſſe ad ſuſcipiendas cauſas pauperum.

5. Ne quis item paupertatis ergò, Jure juſtitiave deſtituatur, Judex Cameræ pro tempore erit, cauſas pauperum de ſua egeſtate ac paupertate docentium ac teſtificantium, juramentumque paupertatis in modum ut ſequetur præſtantium, Advocatis & Procuratorib. ut conſilio illos operaq; ſua in Jure quàm rectiſſimè adſint, mandet atque præcipiat. Cui jam Advocato aut Procuratori tales cauſæ committuntur, tenetur ille ac debet eas ſub pœna privationis officii ſui, citra tergiverſationem, acceptare, & non minori diligentia quàm aliarum partium cauſas agere atque proponere, neque alii Procuratori obtrudere. Ac hæ cauſæ quidem pauperum partium inter Advocatos & Procuratores æqualiter diſtribuantur, ordine tali ſervato, ne quis præter alios in illis oneretur aut prægravetur.

TIT. XX.

De ſubſtitutis Procuratoribus, & cauſarum traditionibus.

Procuratores aliis non tradant cauſas abſque ſcitu Judicis, & conſenſu partium ſuarum.

CUm & hactenus Procuratores, ubi ceſſerint Judicio, cauſas ſuas aliis Procuratorib. ſuo arbitratu abſq; præſcientia partium, vi clauſulæ ſubſtituendi tradiderint: nonnunquam & cauſas acceptarint, quas poſtea aliis Procuratoribus totas commiſerint, ſumptu partium intolerabili: Idcircò ordinamus ac ſtatuimus, ne deinceps Procuratores Judicio Cameræ cedentes, aut cauſas ſemel acceptatas pecunia ſumpta, totas deponentes, præter notionem & conſenſum ſuarum partium alios ſubſtituant, aut aliis tradendi cauſas poteſtatem habeant: quin liberum partibus relinquant, in ſuis cauſis ſibi quos velint ſuo arbitratu Procuratores eligere.

2. Eventu vero ac caſu, quo Procurator venia Judicis impetrata, coram tribunali comparere, aut terminum ſuum reſpicere non poſſet, qui tamen ejus mandato accepto ad cauſam legitimaſſet: is ante & poſt litis conteſtationem unum aut plures Procuratores Judicii, in reditum ſuum ac præſentiam uſq; ſuo nomine ad cauſas agendas ſubſtituendi poteſtatem habeat. Quæ ſubſtitutio ſi in Cancellaria aut aliàs coram Protonotariis facta eſſet, poterit utique in Judicio per protonotarium ac ſubſtituros Procuratores ad quamque cauſam ſpeciatim commemorari ac repeti: at ſi non eſſet coram Protonotariis facta, copia ejus ad quamque cauſam reponi, atque etiam protocollari debebit.

3. Deinceps autem nullus Procuratorum alterius nomine ſub ſpe ratificationis ad agendum admittatur.

TIT. XXI.

Ut Procuratores mandatis, ratificationibus, aliisq́; modis proviſi ſint.

Procuratores ſufficientia habeant mandata agendi. Vide Mynſingeri Obſervat. 33. Centur. 4.

STatuimus & ordinamus quoque, ne quis Procuratorum aliquam cauſam agendam, aut in Judicio proponendam ſuſcipiat, niſi ſufficiens habeat mandatum: Si vero non ſufficiens habuerit mandatum, indicet id, ac caveat præter exceptionem aut diſputationem. Quod ſi non fecerit, taceat, ac cauſæ amplius ſe non intromittat.

2. Porrò ſtatuimus & ordinamus, quando Procuratores in Judicio comparent, reproducēdo Citationes, Inſtrumenta, Acta, & alia prioris inſtantiæ, ſeq; ad cavendum offerunt, quod iidem adcan-

tionem

tionem de rato, in præparatoriis Judiciorum usque ad conteſtationem litis admittantur, fidelem medio tempore navantes operam, à principalibus ſuis ratificationem priorum Actorum ſuorum conſequendam. Et ſi quis eorum in his ſupinus negligensque fuerit, is damna & expenſas in cauſam inſumptas de ſuo reſarciat ac ſolvat, nec ad ulteriores actus in cauſa principali, abſque permiſſione Judicii, admittatur.

3. Si verò Procuratores præſtita cautione abſque ulteriori mandato ac permiſſione litem conteſtentur, agantque, nec ante concluſionem cauſæ ſufficientem ratificationem pro ſe ac ſuis ſubſtitutis Procuratoribus, aliisque, qui eorum nomine egerunt, judicialiter exhibeant: hi non modò in expenſas judiciales, ſed & damna & incommoda cætera, quæ Judicio inde & partibus obvenerunt, prout de Jure, de ſuo rependenda atque perſolvenda condemnentur.

4. Si quoque dicti Procuratores generalia mandata procuratoria, aut alia ſcripta ac literaria documenta ſeu teſtimonia in cauſa aliqua exhibuiſſent, quibus & in aliis cauſis uti vellent: copias quidem conſonantes collationatasque eorundem mandatorum, ac literariorum documentorum ad eandem cauſam caſumque, ad quæ illis utuntur, deinceps quoque collationandorum ſemper exhibeant, & ad eam cauſam, in quibus originalia reproducta ſunt, in eorum terminis referant.

TIT. XXII.

De Advocatorum & Procuratorum officio coram conſilio.

PRIMUM, Procuratores deinceps in obtentione mandatorum ac Proceſſuum in cauſis, quibus viva voce appellatum eſt, qualitates ſententiæ, & de qua ſententia appellatum, an & ſumma pecuniarum ordinationi conſentanea ſit, in Supplicationibus indicare ac percenſere debent.

2. Nemo item Procuratorum de uno conſilio ad aliud ſupplicet, ſed quovis tempore ſupplicationes ſuas ad ipſum conſilium, in quo Judex Cameræ exiſtit, & non in particularia conſilia præſentet.

Supplicandū ad conſilium Judicis.

3. Item, ſi partium aliqua, ejusve Procurator, cui ſemel aut iterum proceſſus denegati ſunt, rurſus ex novis rationibus & cauſis, aut etiam alia via ſupplicandum ducat, priores quidem ſupplicationes unà cum earum annotatis Decretis, ſi ad manum habeant, ſi non, earum copias ſimiliter cum illa ultima Supplicatione exhibeant.

In Supplicationibus priora decreta comminiſcantur.

4. Si quis item pro Citatione, aliisve Proceſſibus contra Tutores & Curatores, hæredes, adjutores ſeu receptóres, adjutorum auxiliatores, & ſimiles ſollicitaret, eorum nomina in Supplicatione conſignet, nec ea, velut hactenus factitatum eſt, in executione nominanda reſervet. Jam & ſi Procuratores pro ſententia & decreto ſollicitare volent, ſcripto id, perque Supplicationes faciant, in quibus quo tempore, qua ſuper re concluſum, ac obiter quæ cauſa ſit, paucis verbis explicent, quò Judex Cameræ apud Aſſeſſores, quos penes hæ cauſæ fuerint, certò inquirat.

Nomina eorum, contra quos ſupplicatur, exprimenda.

5. Quisquis Procuratorum ad conſilium pro proceſſu ſupplicans cum eadem ſupplicatione, Mandatum ſuum, aut documentum dignum fide mandati partis ſuæ exhibeat, aut alioqui de rato, ut decet, caveat.

6. Neque nomine partium, quæ ipſæ non præſentes ſunt, ac ejuſmodi Supplicationes exhibent, Procurator ſupplicare, ſed ſe ipſum ut Procuratorem in Supplicationibus ſubſcribere debet.

7. Nullus item Procuratorum in cauſis ſemel introductis, ad conſilium pro Proceſſu, aut alio modo quàm pro ſententia ſupplicet, verùm in pendentibus cauſis quovis tempore, quicquid poſtulandum ac proponendum putet, id ipſum Judicialiter faciat.

8. Si quis Procurator aliquem Aſſeſſorum ex juſtis ac legitimis rationibus in cauſa quapiam ſuſpectum haberet, eas rationes ſuſpicionis Judici Cameræ opportunè ac ſecretò indicet, qui, ut antè ſtatutum eſt, ea, quæ decernit, præſtet.

TIT. XXIII.

De Advocatorum & Procuratorum officio coram Judicio.

ORDINAMUS ac ſtatuimus, ut deinceps quilibet Procurator ſingulis diebus Judicialibus ad quamque Judicii horam priusquam ſententiæ ac decreta publicentur, in Judicio compareat, inde abſque venia Judicis Cameræ non exeat, ſed ad finem usque in eo, ſuo ordine ac loco, conſiſtat, honeſtè ſe coram Judicio ex debito & juramento ſuo habeat, improbis ac turpibus moribus, verbis & actibus, abſtineat.

Procuratorū mores ante tribunal modeſti graveſque ſint & honeſti. De eodem ſuprà meminit cap. undecimo.

2. Quisque Procurator à jocis quoque & inutilibus ſermonibus coram Judicio & Judice Cameræ coram præſidentibus ordinatis Aſſeſſoribus Cancellariæ & Protonotariis ſibi temperet, abſtineat, atque caveat, neminem vel verbo vel ſcripto illudat: quin cauſas modeſtè, breviter ac utili ſermone ſcriptove proponat.

3. Item Procuratores deinceps ſub Judiciali audientia multiloquio inter ſeſe aut cum circumſtantibus abſtineant, diligenter ad cauſas & propoſitiones attendentes, ut quisque, cùm alius cauſam ſuam agit, eamque proponit, mox abſque commonitione ſciat ſuæ partis negocium, & ea quæ neceſſaria ſunt, & ad rem pertinent, in contrarium adducere.

4. Procuratores item, omnes ſuas materias actus & cauſas in ſcriptis proponant, inque exhibitione ſcripturarum aliud nihil quàm in hunc aut ſimilem modum loquantur, in cauſa inter A & B exhibeo iſtud ſcriptum, videlicet, libellum, exceptionem, duplicam &c. aliasque in litis conteſtationibus & concluſionibus iis verbis, quemadmodum infrà in tertia parte de proceſſu ſancitum eſt, utantur.

A prolixis Prolegomenis abſtinendum Procuratoribus.

5. Quandoquidem & prolixæ verbales receſſus ac propoſitiones ad aliud nihil, quàm ad protogationem Judicialium proceſſuum, ac remorationem cauſarum ſpectant: Volumus, ut Procuratores in omnibus ſuis actibus in univerſum ab illa ſuperfluitate caveant abſtineantque, & in ſcriptis quovis tempore ſua neceſſaria, ut prædictum eſt, proponant.

Dictata ad calamum tardè fiant, ut protocollari queant.

6. Si quid autem juxta ordinationem hanc verbo proponendum ſit, ita quovis tempore dictent ad calamum pennamve, ut Protonotarii (qui omnia illorum dictata & verba excipere tenentur) de verbo ad verbum protocollari ea atque conſcribere poſſint. Ab aliis nihil ad rem calamumque pertinentibus proloquiis, prorſus ſe contineant.

7. Ad hæc nullus Procuratorum alium in ſuo præcurrat ordine antevertatque, ſive ad ſententias in novis, præfixis, ordinariis, aut aliis interrogationibus agant, ſed ea qua conſiſtunt ſtatione, ordine, locoque ſinguli ſuas promant edantque propoſitiones.

8. Nec ullus Procurator alter alteri obſtrepet, aut ſermonem ejus interrumpat, ſed ſi quis in novis, aut alias ordinem ſuum prætermittit. nec agit: ea audientia, & tamdiu, donec ad ipſum ordo in iiſdem cauſis agendi redit, ab agendo ceſſet.

9. Jam & Procurator, ſi in ordinariis agitur, iis extraordinarias non immiſceat, ſed ordinem in extraordinariis, dum ad ipſum redibit, expectet.

10. Item cum aliàs nonnunquam per Procuratores haud neceſſarii actus fiant, per quos cauſæ tam in deliberationibus quàm coram tribunali ut plurimum remorantur ac præpediuntur: Cui vitio occurrendo ordinamus, ut deinceps quisque Protocollum ſuum, mediante juramento ſuo, reſpiciat, nec aliquem inutilem actum Judicialem faciat, ſub gravi Judicis Cameræ cenſura mulctaque.

11. Procuratores item nullas frivolas exceptiones, aut alios non neceſſarios actus proponant, vel in cauſis aliquam prorogationem quærant, ſed ex juramento ſuo & iſta ordinatione, cauſas promovere, atque in univerſum ſeſe coram Judicio in Judicialibus eorum proloquiis, actibus & proceſſibus gerant exhibeantque, quemadmodum infrà ſubtractatu, de Judicialibus Proceſſibus annotatum eſt: Et alioquin ſui officii ratio de Jure ab ipſis requirit, ſeque cumprimis decebit.

TIT. XXIV.

De Advocatorum & Procuratorum officio coram Cancellaria.

EX certis cauſis ordinamus, quòd Procuratores & litigatores ſeu partes ab Imperialis Judicii Cameræ Cancellaria omnes antigraphos ſeu copias atteſtationum petere ac redimere teneantur, easque ac alias quoque copias non à pauperibus litigantibus (quibus ejusmodi copiæ gratis ex Cancellaria porriguntur) aut à Procuratoribus adverſarii litigatoris deſcripturi.

2. Pari modo procuratores alias quoque copias ſeu antigraphos proceſſus, literas ſententiarum, & omne illud, quod deſcribi ſibi ac parari voluerunt, ſollicitaruntque, quovis tempore cùm paratum fuerit à Cancellaria ſine contradictione, ſineque eo quod Cancellariam ad litigatores, velut hactenus uſitatum fuit, amandent, redimere teneantur: perque Judicem Cameræ & Aſſeſſores ad hoc ipſum faciendum compellantur, quò maturam quovis tempore ſolutionem Cancellaria naneiſcatur.

3. Deinceps quoque Procuratores pecuniam à litigatoribus acceptam, & Cancellariæ debitam, non penes ſe retineant, ſed eam quovis tempore, virtute ac vi ſui juramenti, in Cancellariam repræſentare teneantur. Hoc autem quisquis prætergrederetur, adverſus eundem Cameræ Judex noſter ex qualitate transgreſſionis ad debitam pœnam procedat,

4. Et ſi Procuratores, partes eorum, ſeu litigatores, aut ſubſtituti ejusmodi aliasve copias, proceſſus & ſententiarum literas ſollicitent poſtulentve, aut alioqui in Cancellaria negocii quippiam habeant: tamen Cancellariæ cancellos poſitos, metasque non excedant, ne ſecreta Cancellariæ in præjudicium atque diſpendium litigantium explorent, neque Cancellariæ perſonas in ſcribendo, eorumque negociis, perturbent.

5. Similiter quoque Procuratores litigantes, aut ſubſtituti, ſeu quisquam alius, qui juramento actis non aſtrictus eſt, ad grammatophylacium ſeu Archivium, in quo Judicialia acta recondita conſervantur, non ingrediatur, ſed foris cum lectoribus, quæ habet neceſſaria, loquatur, efficiatque.

TIT. XXV.

An partes ſpeciales ſeu privatos prælocutores actoresve habere poſſint.

ITem ſi Principes, Prælati, Comites, Barones, nobilitas, aut civitates, per ſuos Advocatos aut Actores, quos ſecum adducunt aut mittunt: Vel alii per honeſtas & idoneas perſonas in propriis ſuis cauſis perorare, aut agere velint: habeant ejus rei poteſtatem, ita ut iidem ſtipulentur ac jurent de calumnia & malitia vitanda, prout de jure, quæ juramenta ſinguli litigatores, partesque aut eorum Actores ad partis adverſæ aut Judicis poſtulationem præſtentur.

De Im-

TIT. XXVI.

De Imperatorii Judicii Cameræ Cancellariæ perſonis, & quomodo eadem ſuſcipiantur.

POſteaquam multitudine perſonarum, litium, & cauſarum labor Cancellariæ tribunalis Cameræ multò excreverat, majorque etiam quàm antea futurus ſit: Ordinamus & volumus, ut per noſtrum cognatum Archiepiſcopum Moguntinenſem, ut Cancellarium, honeſta, diligens, prudens, docta, apta, & exercitata perſona, obedientiæ nomine commendanda, qui in omnibus Cancellariæ præſit, Adminiſtratoremque agat, tum & aliæ ſex honeſtæ perſonæ, quarum duæ Protonotarii, duæ Notarii, ac reliquæ duæ Lectorea Cameræ Judicii noſtri exiſtant, quovis tempore ſuſcipiantur.

2. Tum quoque duo Secretarii, duo Iogroſſiſtæ, tres Copiiſtæ, & ſamulus Cancellariæ per Adminiſtratorem ex ſcientia & voluntate amici noſtri Archiepiſcopi Moguntini quovis tempore ſuſcipiantur, ac rurſus mittantur.

3. Ex memoratis perſonis Judicii Cameræ Cancellariæ, Magiſter tabulariorum, & Receptor deligantur ac ordinentur.

4. Quò & eæ perſonæ Cancellariæ addictæ, magis moveantur & adducantur, occaſionemque ſumant ad præſtandum ſe in rebus ac operis ſuis diligentes atque idoneos, ſtatuimus, ordinamus & volumus, ſi qua præcedens perſona morte obiret, aliasve de Judicio decederet, ut proximè ſequens perſona, ſi apta atque idonea adhoc reperiatur, ſeque rectè geſſiſſet, in ejus locum provehatur, & pro hac altera quædam ſuſcipiatur.

5. Omnes autem memoratæ ac aliæ perſonæ Cancellariæ, nobis aut loco noſtro, Cameræ Judicii noſtro ſua juramenta præſtent, eidemque, ut aliæ Judicii Cameræ perſonæ, devinctæ ſint atque addictæ.

TIT. XXVII.

De Adminiſtratoris officio.

QUandoquidem Adminiſtratori Cancellariæ convenit, omnia negocia Cancellariæ dirigere, cum primis quidem & ante omnia quàm diligentiſſimè advertat, ut in perficiendis talibus Cancellariæ negociis, rectus ac integer ordo conſervetur, ac perſonæ operas ſuas gnaviter præſtent, utque debito ac conſueto tempore ſeduli in Cancellaria, & conſilio ſint, maneantque, ac quod quisque ex officio tenetur, aut aliàs ſibi per Adminiſtratorem in negociis Cancellariæ ex cauſis emergentibus & contingentibus præcipitur, maturè ac diligenter expediat perficiatque.

Ordo eſt omnibus in officiis optimus, & ubique ſervandus.

2. Præcipuè & hoc curare debet adminiſtrator, ut mox à qualibet die Juridica acta atque eorum protocolla, præſertim in quibus ad minora decreta ſeu receſſus dandos concluſum ſit, compleantur, neque id quemadmodum hactenus ſactitatum eſt, de una Juridica in alteram differatur: Curetque ut in ejusmodi complendis actis æqua diligentia adhibeatur, ne in ſupplendo quicquam omittatur aut negligatur. Actis verò completis, eadem ne remorentur, quin protinus deſuper ad referendum præbeantur.

3. Similiter ut Proceſſus ſententiarum, aliæque literæ ſedulò in Cancellaria ac primo quoque tempore conficiantur, nec partes in his diu remorentur aut ſuſpendantur: Adhæc Adminiſtrator ipſe aliis Cancellariæ perſonis quovis tempore, cùm neceſſe fuerit, in magnis ac arduis cauſis ſit adjumendo & quidem ad hæc aliaque dictanda concipiendaque in Imperatorii Judicii Cameræ negociis ante alios ſolers gnarusque eſſe, ſeque utendum præbere debet.

Adminiſtrator in arduis cauſis ipſe manū admoveat.

4. Adminiſtrator quoque, ſi præſens eſt, omnes ejusmodi Proceſſus, ſententiarum, & alias literas, quæ noſtro nomine & ſub Imperatorio ſigillo noſtro in Judicio Cameræ emittuntur, ipſemet revidere ac ſubſcribere teneatur.

5. Quantum ad Imperiale ſigillum noſtrum attinet, Adminiſtrator & alii, quibus ejusmodi Sigillum ab affine noſtro Archiepiſcopo Moguntino, tanquam Archicancellario, concreditum eſt, mediis eorum Juramentis, id ipſum benè cuſtoditum conſervatumque habere tenentur, eoque conniti, ne qua alias ad cauſas, quàm de quibus à Judice Cameræ & Aſſeſſoribus in Judicio aut conſilio cognitio facta eſt, uſurpetur.

6. Porrò Adminiſtrator quovis tempore ad lapſus, errata & defectus Cancellariæ diligenter advertat, & ſi quem defectum vel in perſonis, vel aliàs, ſit quicunque velit, quo labor, operæ, & negocia Cancellariæ remorentur aut præpediantur, cognoverit, eos quidem, quantùm poterit, emendet, atque amoveat: At ſi qua fortè id nequit efficere, Affini noſtro Archiepiſcopo Moguntino indicet, qui in hoc æquam animadverſionem adhibeat. Sicubi autem defectus illi ejus generis rarive fuerint, ut ad eos corrigendos communi reformatione Cancellariæ neceſſe ſit, ſive in Proceſſibus, taxis, aliisve, tunc conſilio Commiſſariorum & Viſitatorum, qui quotannis ad Judicii Cameræ inſpectionem ac viſitationem ordinabuntur, emendare illos atque reformare debebit.

Inſpectatores ſeu Viſitatores defectus quoque reformabunt.

TIT.

TIT. XXVIII.

De duorum Protonotariorum officio in conſilio, judicio, & Cancellaria.

PROTONOTARII officia ſua ſunctioneſque ipſi perſonaliter obeant, fideliterque perficiant, nec per alias perſonas, niſi ægritudine gravarentur, aut canſas legitimas haberent, quæ tunc ad exiguum tempus, cum venia & permiſſione Adminiſtratoris, ut ſuo nomine efficiant & provideant, curabunt: Ac deſuper ſtipulentur, jurent ac gerant ſeſe, quemadmodum Juſjurandum infrà poſitum præſcribet & explicabit.

2. Videlicet alter Protonotariorum manè ad horam conſultationis maturè ſit in conſilio, ſuffragia votaque Aſſeſſorum, & quid quovis tempore in cauſis maximè in quibus diffinitivæ concipiendæ ſint, concludatur, diligenter annotare, & ex eo quod majus ac melius eſt, antequam Aſſeſſores digrediantur, concipiat, ponatque, & Aſſeſſoribus ea prælegat, ac per referentes ſubſcribi faciat. Quòd ſi conſilium fortè in relationibus occuparetur, aut alias cauſas negociave præ manibus haberet, quibus ipſum non intereſſe oporteret tunc quidem ex præſcientia Judicis Cameræ de conſilio in Cancellariam abeat, ibi cum altero Protonotario rebus Cancellariæ incumbat ſtudeatque.

Tres libros habeant Protonotarii, ſeu Protocolla.

3. Præterea ſtaduimus & ordinamus, ex ſpecialibus cauſis nos ad hoc moventibus, ut Protonotarii Imperialis conſiſtorii noſtri Cameræ tres libros faciant, videlicet primum, Conſilii ſeu conſultationum Protocollum, in quod omnes ſententias, decreta, & receſſus, qui deinceps in Imperiali Judicio noſtro Cameræ exeunt, conſcribant, unà cum nominibus Aſſeſſorum ac Judicum, per quos ejuſmodi ſententiæ conceptæ atque ſactæ ſunt. Cumprimis autem ſicubi Aſſeſſores de ſententiis non concordarint, ſed differentes fuerint rationes cauſaſque moventes, ex quibus ſententia promanata eſt, ſimul cum nominibus eorum qui harum ſententiarum bona ex parte autores ſeu architecti fuerint, juxta conſignentur aut perſcribantur: Hæcque omnia, ut ſuprà dictum eſt, Protonotarii ex fide juramentoque ſuo in æternum ſecretò reſervent, ac nemini patefaciant: niſi per nos, aut eum, qui noſtro loco Imperii conſilio præſidebit, mandetur ac præcipiatur.

4. Secundò, Protonotarii & Notarii ſententias & Receſſus quovis tempore in conſilio factos, ex eorum conſilii Protocollo in ſpecialem librum ſcribant, atque ex eodem deinceps poſt meridiem ante audientiam dictatas, factas, & conceptas ſententias, quæ in eadem audientia publicandæ fuerint, denuò præſentibus omnibus Aſſeſſoribus perlegantur.

5. Tertiò, Omnes ſententiæ cujuslibet anni, totoque eo anno in Judicio promulgatæ per Ingroſſiſtam in ſpecialem quoque Codicem conſcribantur, hique libri ac Codices in Imperialis noſtri Judicii Cameræ Cancellaria retineantur ac conſerventur.

6. Quovis etiam tempore, cùm Aſſeſſori alicui venia abſentiæ largitur, per Protonotarium tempus datæ veniæ, quamdiu item abfuerit, & quando redierit, conſignetur, ac porrò quovis tempore Quæſtori indicetur.

Proloquia actusque ſinguli à Protonotariis conſignentur.

7. Cæterùm ordinamus, ut omnes propoſitiones, & quæ in Judicio dicta actaque fuerint, per Protonotarios, aut alterum ex eis, uno Notario adjuncto, ſumma diligentia conſcribantur, ſic, ut Acta & Judiciales actus ex utriusque Protocollis rectè completi, & ex eis Receſſus ſeu decreta concipi queant, utque Protonotarii & Notarii confeſtim poſt audientiam Protocolla conferant & concilient ſive concordent.

Errata Judici opportunè patefacienda.

8. Si quid Protonotarii in Protocollis viderint inveniantve in quo ſit erratum, ejus rei Judicem Cameræ & Aſſeſſores opportuna bonaque diſcretione commonefaciant, aliàs in deliberationibus ſeu conſilio ad ſententias aut decreta nihil obturbent aut interſentur.

9. Protonotarii item aut Notarii in Judicio conſidentes, quovis tempore minores ſubmiſſiones, in quibus inſpectio Actorum non eſt neceſſaria, ſpeciatim notent, ac ſequendi die eaſdem in conſilio Receſſuum ex eorum protocollis perlegant ac indicent, quò mox ſuper eiſdem ex Protocollo receſſus conficiantur, & in proxima audientia ſequenti publicentur.

10. Si Protonotariorum alter abſens, aut ægrotatione, aliaſve impeditus protocollationi ſeu dictaris in tribunali comparere non poſſet, tunc quidem per Adminiſtratorem alter Notariorum in illius locum deputetur.

11. Primum ac præcipuum Protonotariorum officium eſt in Cancellaria, ſententiarum, aliaſque rerum literas concipere ac perficere: Etſi quidem ingroſſatæ fuerint, eas revidere atque ſubſcribere quod munus ſuum, ſunctionemque quovis tempore fideliter expediant. Ut acta etiam quovis tempore maturè compleantur, catalogos ſuos atque Regiſtra, ſeu Indices diligenter conſervent, in quæ acta concluſa referant, eoſque indices Lectoribus tradant, admonendo, ut ex eis Acta protinus in Cancellaria compleantur & expediantur.

12. Protonotarii item, & qui in conſultationibus, eorum loco ſunt, Procuratoribus defectus & errata ſupplicationum, propter quæ petiti Proceſſus denegati ſunt, non indicent ſeu commonſtrent.

TIT. XXIX.

De Notariorum officio,

NOtarii ſuo officio ipſi perſonaliter eum diligentia fungantur, nulli ea abſq; magnis cauſis committant, ſeq; omnibus modis ita gerant, quemadmodum de Protonotariis ſuprà ſtatutum eſt.

De-

2. **Debent autem non in** conſilio ac deliberationibus tantùm, cùm huc vocentur, aut requirantur, ſed etiam in Judicio & Cancellaria quovis tempore, ad arbitrium & mandatum Adminiſtratoris omni modo ſe utendos præbere, velut de Protonotariis ſuprà indicatum eſt. Atque in iſtis ita ſe exercere & aſſuefacere, ut futuro tempore ad Protonotariatus officia provehantur ac uſurpentur.

3. Præſertim verò Notarii in cauſa concluſis acta maturè cum utroque lectore compleant: Bene item provideant, ut receſſus ſeu decreta facta cauſa ſpolii, purgationum, & executionum ante alias, quantum poſſibile, promoveantur, & ad referendum tradantur ac præbeantur.

TIT. XXX.

De utriusque lectoris officio.

UTerque lector Notariis in complendis ac perficiendis actis ſit adjumento auxilioque. Et cum cauſæ interdum in plures punctos partiantur, ac diverſæ ſubmiſſiones mutuò ſeſe ſubſequantur, lectores diligenter advertant, ſuper quo puncto quælibet cauſa concludatur, idque paucisſimis verbis ad acta notent, ad referentis informationem: Ad quemque verò punctum nihilominus ſua producta & Receſſus compoſitos atque ordinatos habeant. Et ſi Relatio in jam concluſis punctis in cauſa aliqua facta non ſit, ſequentes ſubmiſſiones referenti etiam reddantur, ut in eisdem ſubmiſſionibus ſimul unum cum altero cognoſcatur, decernatur, ac pronuncietur.

2. In lectoribus viciſſitudo ſervetur, ut alternatim, velut de eo inter ſe tranſigent, in audientia ſedeant, producta accepterent, conſignent, & ex more inſcribant. Etiam in omnibus cauſis ad decreta & receſſus, qui qualibet audientia fiunt, advertant, ſuper quo, & in quem finem cauſæ concludantur, qui ſtatus ſit, in quo conſiſtat concluſio, ad acta conſcribant, ut referentes eò ſeſe ſuamque deliberationem dirigere poſſint.

3. Cùm & perſpicuum ſit, lites cauſasque Judicii Cameræ ut plurimum auctas eſſe & accumulatas, & procul dubio cùm jam certus ſit locus deſtinatus porrò cumulari & augeri: Idcircò ex enumeratis cauſis ac neceſſitate ordinavimus, deinceps acta perpetuò & in univerſum duo in Archiva diſtribui atque reponi, ita ut primum Archivum contineat omnes, nec dum expeditas cauſas fiſci, mandatorum, fractæ pacis, violentiæ, & ſpoliatorum, tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium, omnium aut majorem partem ſuorum bonorum, poſſeſſionum, Jurium, & conſuetudinum &c. ſimplices querelæ, compromiſſorum aut conſenſuum ad Imperiale Judicium Cameræ: Invocationis Brachii ſecularis, aut executionum Eccleſiaſticorum, item executionum, compromiſſariarum ſententiarum, & aliorum quæ non per appellationem, ſed aliis modis ac viis illi accreverunt. Duo Archiva ſeu grammatophylacia habenda.

4. Alterum Archivum contineat Appellationum cauſas, & quicquid ad eas pertinet, ſive illis accidat, ut attentatorum, declarationum ob non paritionem compulſorialium & inhibitionum tum & omnium eorum executionum.

5. Ad hæc duo Archiva ordinati ſunt duo lectores, quibus ambobus acta ſimiliter concredita & commiſſa habeant, ac mutuò ſeſe & uterque alterum fideli ope operaque juvet, alterque alterius locum ac munus reſpiciat, ut omni tempore ac hora, ſi opus ſit actis in conſilio aut Cancellaria, nullus appareat defectus.

6. Uterque item lector ex juſtis ac moventibus cauſis ad ſuſpicionem vitandam, neminem Procuratorum, eorum ſubſtitutorum, aut aliquem, ad quem acta non pertinent, in Archivum introducat aut ingredi patiatur, ſed foris ſtare ſinat, & extra Archivum quæ opus eſt loquantur, agantve ſub pœna unius floreni, quoties id transgreſſum fuerit.

7. Cumque interdum à partibus litigantibus literæ, Acta, Regiſtra, & aliæ ſcripturæ, quorum ſua maximè intereſt ac refert, in Judicio producuntur, & quandoque in Cancellaria diſturbantur aut læduntur, quibus litigatores tamen alicubi nonnunquam opus habent: Sancimus, ut partes, contra quas ejusmodi documenta producuntur, poteſtatem habeant, eas literas & ſcripturas conſpiciendi ac pervidendi, ac ſuas exceptiones, ſi quas contra ocularem ſuſpicionem, aut defectum ſigillorum, ſignetorum aut ſcripturarum earundem habeant immediatè in Judicio proponendi: niſi Judex Cameræ ad hoc prolixius tempus conceſſerit, ac pòſt litigatoribus ſuæ originales literæ, ad ipſarum partium ſuorumque Procuratorum requiſitionem, reſtituantur: ita ut earum ſemper fide digna copia per lectorem alterum aut Protonotarium collationata, in actis & Cancellaria remaneat.

8. Utque pecunia deinceps, quæ nonnunquam ad Judicem Cameræ & Aſſeſſores deponitur, rectius cuſtodiatur ac conſervetur, ordinamus, ut ad ejusmodi pecunias per Judicem Cameræ & Aſſeſſores, ſpeciales arcæ ciſtæque ordinentur, & in Archivum collocentur, in quas jam depoſitæ pecuniæ, aut porrò deponendæ recondantur, ac benè conſerventur; Arcæ autem vel ciſtæ ejus ſint quatuor claves, quorum Judex Cameræ unum, & ſeniores Electorum Principum Aſſeſſores, ſecundum, circulorum Aſſeſſores tertium, & Adminiſtrator Cancellariæ quartum habeat.

TIT. XXXI.

De Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiſtarum officio.

SEcretarii, Ingroſſiſtæ & Copiſtæ, omni tempore, quicquid ipſis ab Adminiſtratore, Protonotariis, aut etiam Notariis ad ſcribendum, aut aliàs ab Adminiſtratore extra Cancellariam ad faciendum mandatur, cum diligentia, ut par eſt, ſcribant & expediant, eamque functionem ſuam per id tempus, quod ab Adminiſtratore conſtitutum fuerit, in Cancellaria manendo diligenter obeant.

TIT. XXXII.

De Famulo Cancellariæ.

FAmulus ſeu miniſter Cancellariæ in hoc ſedulus ac diligens eſſe debet, ut debito ac conſveto tempore Cancellaria & aperiatur & recludatur, adeoque rectè cuſtodiatur, intus foriſque ad Cancellariam advertat reſpiciatq; , ac quicquid quovis tempore ei præcipitur, diligenter exequatur.

TIT. XXXIII.

De taxa Cancellariæ emolumentorum accidentiumq;.

TAxa Cancellariæ emolumentorum ſequenti modo facienda & ſervanda eſt, videlicet, pro ſimplici citatione unus florenus, & quarta pars floreni: Cui inſeritur inhibitio, duo floreni, ac quarta pars floreni: Pro compulſoriali duo floreni, & quarta pars floreni, Pro litera Mandati tres floreni, & quarta pars floreni: cui ſi citatio inſeritur, quatuor floreni, & quarta pars floreni. Pro Commiſſione teſtimoniorum, aut teſtium examinandorum ſex floreni, & pars quarta floreni ſolvantur.

2. Item ſi quæ mandatoriæ, aliæve literæ Judiciali decreto dentur, aut aliàs ad requiſitionem ac neceſſitatem partium extra Judiciale decretum datæ emittentur, eæ quoque æquo tolerabilique modo ac Judicio Adminiſtratoris taxentur, nec partes iis graventur.

3. Cumq; hactenus à partibus Cameræ Judicii noſtri nonnunquam querelæ exortæ ſint, quod in cauſis, quibus contra diverſam partem in Jure victoriam obtinuiſſent, literas ſententiæ (quibus tamen non egerent) redimere, & quidem ad hoc gravibus expenſis per dicti Judicii noſtri Cameræ Cancellariam compulſi fuerint: Tum & ob id Judicialium expenſarum ſcedulæ quandoq; remoratæ, nec ad relationem ac taxationem redditæ, aut ſi etiam taxatæ, tamen debitæ executoriales non conceſſæ fuiſſent, per quæ partes in taxatione & moderatione expenſarum ac neceſſariis executorialibus præpeditæ, nec maturam condemnatorum ſolutionem conſequi potuiſſent: Idcircò ordinamus ac volumus, quò latæ ſententiæ cauſæ principalis & expenſarum ergò pariter ac pleoè exequantur, nec partes non neceſſariis expenſis prægraventur: ut deinceps nulla partium, literas ſententiæ, quibus non indiget, aut quas non petet, ac pro eis in Imperialis noſtri Judicii Cancellaria ſollicitet, redimere obſtringatur aut teneatur: quin cujusvis partis arbitrio ac voluntati liberæ, permiſſum ſit, literas ſententiæ ſumere, nec ne, neque etiam per detentionem expenſarum aut executorialium à Cancellaria cogantur: Verùm Lectores vi juramentorum ſuorum ejusmodi expenſarum ſcedulas in expeditis cauſis maturè tradant, ut taxentur, & condemnatarum pariter ac moderatarum expenſarum ergò executorialibus adjuventur: Atqui tamen cùm æquum ſit, Cancellariæ ob labores & operam in qualibet cauſa haberi rationem, ut æquam mercedem accipiat: Victores cauſarum, quibus expenſæ adjudicantur, in omnibus cauſis, in quibus nullæ ſententiarum literæ ſumuntur, teneantur ſe cum Adminiſtratore laborum ac operarum ergò ad ipſius taxationem (quam quovis tempore juxta magnitudinem & qualitatem, adeoque conditionem cauſæ ac partium, mediocri ac tolerabili modo faciat) priusquam expenſæ ad taxandum producantur, aut executoriales ex Cancellaria partibus concedantur, concordare. Et ſi qua expenſæ in noſtro Imperiali Judicio Cameræ compenſentur, ambæ partes ſimiliter ſe pari modo concordare teneantur. Ac caſu quidem, quo expenſarum ratione invicem ſeſe concordare non poſſent, & partes ob nimietatem ſeu immoderationem gravarentur, Cameræ Judex noſter, & Aſſeſſores ei liti modum ponent, qui cauſa cognita eam taxam moderabuntur, ſic, ut nemo cujusquam exactionis aut gravaminis ergò conqueri poſſit.

Expenſarum ſcedæ partibus expeditis cauſis tradendæ.

Sollicitatæ literæ & petitæ redimantur.

4. Quòd ſi partes ipſæ aut earum Procuratores literas ſententię in Cancellaria expediri cupiant ac ſollicitent, eas non, ut ſæpe hactenus factum eſt, relinquant, deſerantve, verùm in hoc caſu citra contradictionem obligentur illas accipere atque redimere, & ad hoc, ad petitionem Adminiſtratoris, per Judicem Cameræ & Aſſeſſores etiam compellantur.

TIT. XXXIV.

De Pedelli officio.

SImiliter Pedellus ſeu præco Cameræ Judicii noſtri quovis tempore ad fores conſiliarii hypocauſti ſedulò ac diligenter commoretur atq; expectet, illud debito ac ſolito tempore, ac alias

quoti-

quoties per Cameræ Judicem aut Aſſeſſores jubetur, aperiat ſeu recludat claudatque: Ac quicquid ei quovis tempore mandatur, fideliter juxtà ac diligenter expediat.

2. Pedellus conſilii ſeu conſultationum tempore, quando relationes fiunt, non diſcurrat, jam in conclave, jam extrà, ac aliàs in conſilii hypocauſto non ſit aut commoretur, ſed ubi in conſilium Supplicationes aut alia reddet, fores conſilii hypocauſti prius pulſabit.

3. Jam & in annunciatione Aſſeſſorum, qui ſingulis Judicii diebus in audientia conſeſſuri ſunt, rectum ordinem ſervet, ac ejus rei ſpecialem catalogum ſeu Indicem habeat, quo conſeſſus æqualitas retineatur, ac nemo ante alium prægravetur.

4. In Juridiciali audientia ad Procuratorum proloquia ſeu propoſitiones diligenter advertat, ac producta, & ſcripturas, quas exhibent, abſque mora ab eis accipiat, & lectori in audientia conſidenti porrigat, videatque, ut audientia aperta janua & tranquillè ſervetur.

5. Proclamationes, quæ quovis tempore judicialiter decernuntur, confeſtim, priuſquam circulariter ad ſententias ac decreta ſeu Receſſus interrogetur, per Pedellum loco conſveto, ac deſuper relationes fiant.

TIT. XXXV.

De Nunciorum ſeu Tabulariorum deputatorum, & eorum Magiſtri officio.

QUandoquidem nobis innotuit, aliquot annis in executionibus Imperialis Judicii noſtri Cameræ, literis, & Proceſſibus plures defectus, adeòque etiam tabulariorum indiligentiam extitiſſe, unde partibus non modica incommoda ac damna enata ſunt.

2. Tabularii quoque multum ac ſæpè quæſti, ſe contra priores conſtitutiones & ordinationes variis ac multis modis impeditos ac prægravatos fuiſſe, tum & ea quæ ipſos capere oportuiſſet, per alios intercepta ſint, aliisque perſonis, non iſto modo Cameræ Judicio conjunctis, attributa.

3. Cui obviando, & quò deinceps cum literis ac Proceſſibus à Cameræ Judicio exeuntibus, ſecurius certiuſq; agatur, executiones eorundem promoveantur, & tabularii ſuam conſtitutam mercedem habeant: ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ut Magiſter tabulariorum Proceſſus, cùm fuerint expediti, ad manus ſuas capiat, & tabularium eum, ad quem ordo pervenit, cum equo literis datis expediat, nec Procuratoribus permittat eos Proceſſus in Cancellaria relinqui ac negligi, aut eos etiam auferri, & ſuo arbitratu, velut hactenus factitatum eſt, contra ordinationem, quando, & per quem ipſis libeat, inſinuare.

4. Magiſter tabulariorum ſeu nunciorum quoque recto certòque ordine cum tabulariis utatur, ut æqualitas ſervetur, ac juſta diſtributio fiat, ne quis præ alio prægravetur, ei ve præjudicetur. Quando autem nuncium dimittit, omnes Proceſſus & literas, quas illi ferendas & exequendas committit, in Catalogum ſeu Regiſtrum conſignet, eui nuncius, quòd illa acceperit, in eodem Regiſtro ſubſcribat: tum quoq; à reverſo tabulario relationem audiat, eamque, ſicut uſitatum fuit, annotet, ſimul quo die redierit, cui quoque ſe nuncius ipſe, ut prædictum eſt, ſubſcribat: admonitusque ſtatim ejus quod reliquum precii de tranſportatis Proceſſibus ſupereſt, rationem reddat, atque in pixidem conferat, & inter tabularios antiquo more ſingulis anni quartalibus ſupputatione facta æquè diſtribuat.

5. Magiſter tabulariorum curet etiam acriter, ſi tabularius Cameræ à ſe cum literis & Proceſſibus expeditus ſit, & commeatum acceperit, ut idem protinus diſcedat, atq; ſuam functionem fideliter & diligenter obeat, nec, ut hactenus plerumque factitatum eſt, biduum, triduum, quatriduum aut octiduum etiam clàm alicubi deliteſcat.

Tabularii maturent iter.

6. Si quæ pars litigantium tamen, aut Procurator, obtentos Proceſſus per juratum Veredarium Cameræ noluerit inſinuari, ſed potius per Notarium, id ſibi ex iſta ordinatione permittatur, ut per publicum & fide dignum Notarium faciat.

Notariorum executio permiſſa.

7. Cumque ob ſocordiam & negligentiam Magiſtrorum, tabularii concordiis ex pixide privati, atq; illæ aliquanto tempore non exactæ fuerint, quod damno quidem diſpendioq; ſibi Imperiales tabularii Cameræ fuiſſe graviter quæſti ſunt, ideo ſentimus ac volumus; Magiſtrum tabulariorum de cætero ac deinceps ab omnibus qui ſuos proceſſus per Imperiales nuncios Cameræ exequi noluerint, ex veteri more concordias, videlicet de decem miliaribus quinq; batzenſes, aut aliàs juxta qualitatem cauſæ & facultatum cujuslibet, exigere, ferreque, nempe Magiſter tabulariorum ex conditione cauſæ & facultatum cujuslibet Proceſſus pro executione dirigi concedat, ac conſequenter eaſdem concordias diligenter annotet, & quicquid partes aut Procurator pro concordiis ſolverit, iſtud caput item, ſeu paragraphum per litigantes aut Procuratorem ſubſcribendum erit, in pixidem repoſita pecunia, ſingulisque anni quartalibus ſupputatione & diſtributione facta.

Concordiæ tabulariorum in pixidem conferendæ ſunt, ac poſtea diſtribuendæ.

8. Magiſter tabulariorum ſingulis Juridicis diebus ſit in audientia, donec ordo in novis circumducatur, & ſi qua comperiretur, proceſſum aliquem fieri, cujus executio non per eum, cui commiſſa fuerat, aut executionem facere permiſerat, facta ſit, id ſequenti die in conſilio ſine mora indicet.

Nuncius Cameræ non ſit pedeſter, ſed eques.

9. Cameræ item Imperialis Judex noſter & Aſſeſſores ex legitimis & moventibus cauſis deinceps non ſinant Imperiales proceſſus per tabularios ſeu nuncios pedeſtres inſinuari: niſi contingeret fortè, ut abſentibus equeſtribus & juratis tabellariis proceſſus decernerentur & expedirentur, quorum executio moram nullam ferret. In quo caſu liceat tabulariorum Magiſtro præſcientia quovis tempore Imperialis Cameræ Judicis noſtri & Aſſeſſorum pedeſtri nuncio juramento delato proceſſus inſinuandos committere.

Inſigne Imperialis Judicii (quod pixidem appellant) non uſurpent pedeſtres tabularii.

10. Procuratores quoque & partes pedeſtribus nunciis Imperialem pixidem vel argenteam vel æream, vel ligneam deinceps non affigant, à quo & pedeſtres tabularii caveant, ne à Procuratoribus, partibus, aut ipſi ultrò ſuſcipiant ferantve. Pedeſter autem viator ſi deprehenderetur, aut proderetur Imperiali ſigno ſeu pixide alio tradente uſus eſſe, contraque hanc ordinationem ſua ſponte deliquiſſe, transgreſſor tali pœna plectetur, ut aliis ſit exemplo.

11. Si quis autem Procurator aut litigator pedeſtrem tabularium abſque Imperialibus noſtris Proceſſibus cum epiſtolis ſeu Miſſivis aliisve neceſſariis rebus neceſſitatis ergò mittendum doceret, ac pro majori itineris ſecuritate mandatum ſuum hoc nuncio expediundum eſſe putaret, Procuratori id partibusve denegari non debet: hoc modo tamen, ut Procurator aut pars litigans Magiſtrum tabulariorum pro noſtra Imperatoria pixide ſeu inſigni requirat, qui in mandatis habebit cuilibet interpellanti ac requirenti Procuratori, partique unam communicare, ſed ut Procurator, pars litigans, aut Viator, ſeu pedeſter tabularius peracto curſo acceptam pixidem Magiſtro tabulariorum ſine mora reſtituat, & à ferenda ea porrò abſtineat.

12. Cumque hactenus variis lapſus, defectus & errata inter nuncios ipſos, internuncios & Procuratores, partes, aliasque in obeundo munere ſuo, aliisque modis acciderint, ex quibus Judicio & partibus non modica gravamina diſpendiaque extiterunt: Quæ ut in futurum, quantum poſſibile, præcaveantur, & quovis tempore in eis debita correctio adhibeatur: Adminiſtratorem Judicii noſtri Cameræ nunciis & nunciorum Magiſtro pro deputato conſtituimus & ordinavimus, qui poteſtatem ac mandatum habeat, eos errores & delicta pro tempore inter ipſos, aut inter ipſos & litigatores, aliòſve, ubi emerſerint, dirimendos: qui & omni diligentia ac ſeveritate efficiet, ut hæc conſtitutio ordinatióque, nunciorum Magiſtrum & nuncios concernens, præcipuè in miſſione ſeu ablegatione, executione, & relatione eorum obſervetur ac retineatur, omnesque defectus ob id deinceps evitentur, & delicta.

TIT. XXXVI.

De Nunciis Cameræ Judicii, ac quomodo ii conducantur ac ſuſcipiantur.

Qualis nuncius Cameræ ſeu grammatophorus eſſe debeat.

QUando non exigui momenti res eſt in noſtris Judicii Cameræ grammatophoris, tabulariis ac nunciis, quòd eis in relationibus eorum fides habeatur, ac deſuper quovis tempore Proceſſus adverſus inobedientes in contumaciam diriguntur: volumus ut deinceps Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores, neminem pro tabulario ſuſcipiant. aut aliquam pixidem tribuant & concredant, niſi prius bona habita perquiſitione, quòd dignus fide, probus, integer, & ad munus tabularii idoneus ſit, præcipuè verò ut mediocriter ſcribere & legere ſciat. Si qui autem, unus pluresve deinceps inepti offendantur, per Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores quovis tempore mittantur ab officio, ac deponantur, in quo nec favor, promotio, literaria commendatio, qualiscunque aut undecunque ea fuerit, reſpiciatur.

2. Poſtbac autem ſuſcipiantur duodecim tabularii, iique ſtipendia habeant, quemadmodum infrà de ſalariis nunciorum commemoratur. Et ſi ultra hoc duodecim pluribus quoque opus fuerit, Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores quovis tempore eus ſuſcipiendi habeant poteſtatem.

TIT. XXXVII.

De Tabulariorum ſeu Grammatophororum officio.

PRimum ordinamus ac ſtatuimus, ut omnes & ſinguli noſtri Cameræ Judicii jurati Nuncii equos habeant, ſeque & ipſos alant.

2. Tabulariorum autem quisque mediocriter, & quatenus eſt neceſſe, peritus ſit ſcribendi legendique, ita ut ſuas executiones ipſe intelligibiliter perſcribere poſſit.

3. Quemcunque item ordo excurſionis quovis tempore pertingit, is ante & poſt meridiem ad fores Cancellariæ operiatur & expectet, ut ſi contingat ſe cum Proceſſibus ablegari, non ſit neceſſe perquirere, aut poſt ipſum currere.

4. Et quemcunque tabularium iſto modo equitandi ordo pertingit, is ad profectionem ſive difficilis ſit nec ne, promptus ac voluntarius eſſe, eamque fideliter perficere atque abſolvere debet.

5. Quiſque tabulariorum etiam, cui equitandum ſit, antè ad profectionem ſeſe, quàm expediatur, præparet. Quamprimum verò à tabulariorum Magiſtro expeditus fuerit, abſque mora & confeſtim equitet, nec alios Proceſſus plures expectet, aut in alterum tertiúmve diem curſum protrahat: niſi manifeſtas & legitimas moræ ſuæ cauſas habuerit, ſibique à deputato commorandi venia concedatur.

6. Cæterùm volumus à nemine tabulariorum Imperiales Proceſſus aut literas ad exequendum acceptari, niſi eas ex Magiſtri tabulariorum manu, aut ex ſuo mandato acceperit, ac per ipſum ablegetur ſeu mittatur. Ablegatus quoque cum talibus Proceſſibus ſe catalogo ſive Regiſtro tabulariorum Magiſtri ſubſcribat.

7. Ac curſu quidem nuncii peracto, ubi redierit, potious ſe nunciorum Magiſtro ſiſtat, coràm compareat, ſeque videndum præbeat, relationem ſuam faciat, ſeque in Regiſtrum Magiſtri in quod ejusmodi executiones perſcribuntur, ſubſignet.

8. Pecu-

8. Pecuniam quoque, quam ex ordinatione hac pixidi inſerre tenentur, penes ſe non retineant, ſed mox tabulariorum Magiſtro ratione facta reſtituant, neque Magiſtrum verbis aut factis propterea, aut officii ſui ergò inceſſent aut offendant.

7. Similiter ſi quis tabulariorum pecuniam aut aliud à litigatoribus accepiſſet, Procuratoribus eorum perferendum, mox eam, quemadmodum accepit, reddat, aut initio acceptare deſinat.

10. Volumus quoque, ut tabularii iis locis, ubi executiones faciunt, modeſtos ſe ac morigeros habeant, neminemq; verbis aut factis onerent, offendantve. Et ſi qua fortè per illos, in quos exequuntur, aut eorum miniſtros immodeſta verba objicerentur, ipſi tamen contrà modeſtè ſe gerant, ac familiaribus verbis oſtendant, ſe hoc faciendi in mandatis habere: cui ſi non pareant, ſe pœnam ob id ſubituros eſſe noverint.

Modeſtia tabulariorum ubique ſervanda, præſertim apud exteros.

11. Jam & acris noſtra ſeveraq; voluntas eſt, ne Tabularii partes ultra ſtatutum debitumq; ſalarium in magno aut modico onerent, aut plus quàm ipſis debetur, extorqueant. Tum quoque in eos aut inter ſe ipſos aliquo emungendæ pecuniæ dolo aſtuve (quam finantiam appellant) in hanc vel illam viam formamve, ut excogitari poterit, non utantur: ſed quiſque ſua mercede, quæ ſibi conſtituta eſt, ut infrà de ſalario tabulariorum ſancitur, ſit contentus.

12. Alias quoque tabularii in executionibus juſtam adhibeant diligentiam, Proceſſus ſibi ad exequendum datos, illis, contra quos emittuntur, ſicubi commodè poterunt, ad manus, aut in eorum domicilia aut habitationes, aut alia ad loca in eiſdem Proceſſibus nuncupata, aut quemadmodum per Cameræ Judicem noſtrum, Aſſeſſores, aut deputatos juſſi fuerint, fideliter inſinuent, & exequantur. Ac de eo verum certamque relationem ipſi met faciant, eaque utriq; partium ad originalia & copias Proceſſuum ſcribant omnimodo, velut infrà diſcriminatim ſtatutum & ordinatum eſt.

TIT. XXXVIII.

Quomodo & qua forma quoque tabulariorum Proceſſus exequi, & propterea relationem facere debeat.

PRimùm ubi tabularius fiſcales, aut alios proceſſus, ex tabulariorum Magiſtri manibus accepit, & eo Electori, Principi, aut ſimili Eccleſiaſtico vel ſeculari inſinuari ablegatur: eò loci abſque mora concedat, ubi Elector iſte, Princeps, aut ſimilis ſuam tenet ſedem, ſuamq; communiter aulam habet, idque prius benè indaget, id ut verè ſciat, & non opinetur ſeu dubitet: & ſi eò loci Electorem aut Principem invenit, indicare ſe modeſtè decenterq; debet, ſignificando quòd Imperiales literas, aut Proceſſus, propterea que in mandatis habeat, eos ſuæ Electitiæ aut Principali gratiæ præſentandos. Et ſiquidem tabularius eundem Electorem ſeu Principem perſonaliter invenire & accedere poteſt, literas ei ſeu Proceſſus emiſſos coràm & ante oculos inſinuet, Originale, aut ſi plures inſinuationes faciendæ ſint, concordantem copiam ex illo præbeat, originale monſtret, legiq; ſinat. Si quo verò tabularius Electorem, Principem, hujusve ſimilem eò loci, ubi Curiam ſuam conſvetò habere ſolet, non repererit, aut cauſa moram ipſum perſonaliter accedere non liceat, tabellarius eo in loco conſvetæ aulæ familiæque, literas aut proceſſus Cancellario Magiſtro Curiæ, aut locum tenenti: aut ſi hi quoque abſentes fuerint, præcipuis aliis officiatis perſonis præſentibus, ac ut prædictum eſt, ſuam executionem perficiat.

Inſinuatio Electorib. & Principibus facienda, quid in ea obſervetur.

2. Sicubi & hoc ſibi denegaretur, aut eæ, ſimilesve officiatæ perſonæ non adeſſent, tunc quidem, & non antea, debet ac poteſt tabularius ejusmodi Imperiales literas noſtras ſeu Proceſſus minori alicui perſonæ de aulæ familia, aut portarum cuſtodi ejus loci præſentare; & ſi ab eo non recipiantur, tunc portæ adfigere, aut in foribus oculatim collocare ſeu ponere, nullaque via literas aut proceſſus rurſus ſecum deferre debebit. Cùm & interdum contingat, ut Elector aliquis, Princeps, hujuſve ſimilis non ſemper uno eodemque in loco, ſed nunc in hoc, nunc illo loco aulam ſeu Curiam ſuam habeat, quo caſu tabularius primùm benè ſciſcitetur atque exploret, ubinam locorum idem Elector, Princeps, aut ſimilis, bonam anni partem domui ſuæ Curiæque impendat ſeu commoretur, eumque locum accedat, & executionem ſuprà dicto modo faciat. At ſi tabellarius certò ſciet, Electorem, Principem, aut parem alio in loco Curiam cum familia tranſtuliſſe aut cepiſſe, ſuam executionem, ut memoratum eſt, eo ipſo in loco perficiat.

3. Si autem tabularius Electorem, Principem, huicve ſimilem extra conſvetam Curiam alieno in loco perſonaliter pertingeret, literas noſtras ac proceſſus illi coràm oculariter & perſonaliter inſinuet. Aliàs exceptis Electorum, Principum, aut horum ſimilium propriis perſonis, tabellarius hoc caſu, hocque loci, ubi Curia & Cancellaria non eſt, nulli alii, ſive Cancellario, Magiſtro Curiæ, locum tenenti, aut etiam Electoris Principiſve filio, conjugi, fratri, aut aliis, quicunque fuerint, Proceſſus præſentet, aut inſinuet.

4. Tabularius quoque in ſingulis his commemoratis caſibus, ipſe & ſub ſuo nomine ex ordine ad longum, quid egerit, quid reſponſi, aliùdve acceperit, ſuum nomen, annum, menſem, diem, ſimiliter & locum, in quo executionem fecit, nuncupando Electorem Principem, aut Principi ſimilem nomine baptiſmatis certo ad relationem ſuam ſcribat, juxtaque indicet ac recenſeat, an eo loci, ubi inſinuatio facta eſt, Elector, Princeps, aut ſimilis ſuam teneat ſedem, & conſvetam habeat Aulam: Ac eam quidem executionem non ſolùm Actori, à quo miſſus eſt, ſed & Electori, Principi aut ſimili, cui literas ſeu Proceſſus tradit atque inſinuat, ad originale aut copiam, quam illi offert, ſcribat, nec in his diligentiæ ulli aut labori parcat.

5. Secundò ſi tabulario Imperiales Proceſſus aut literæ contra Prælatum, Abbatem, Prælatam, Præpoſitum, Abbatiſſam & ſimiles exequendæ per Magiſtrum tabellatiorum præbentur ac committuntur, tabularius hunc Prælatum aut Prælatam in Cœnobio aut Monaſterio quærat, & ſi eos domi invenit, ejusmodi Imperiales literas ſeu Proceſſus prædicto modo illis coràm oculariter inſinuet ac præbeat. Sicubi autem Prælatus aut Prælata non adſunt, aut tabularius abſque mora ac ceſſatione longiore interpoſita perſonaliter eos habere nequit, tunc quidem literas aut Proceſſus Prælati vicem gerenti, Priori, Secretario, aut aliàs officiatæ perſonæ Cœnubii ſeu Monaſterii, & non aliis minoribus levibus perſonis præbeat, niſi illi quoque abeſſent, aut ejusmodi Proceſſus acceptare recuſarent, tunc cuſtodi portæ tradat, portæ adfigat, aut oculariter apud eam collocatas relinquat.

6. Si qua fortè tabularius Prælatum aut Prælatam extra Monaſterium vel Cœnobium perſonaliter pertingeret, poteſt eis ad oculos coràm & perſonaliter prædicto modo inſinuare. Præter autem Prælati aut Prælatæ proprias perſonas inſinuatio nemini, ſive ſit Prior, vicem gerens, Secretarius, aut alia quævis officiata perſona extra Cœnubium ſeu Monaſterium, fieri debebit. Tabularius quoque utrique parti executionem ex ordine ad Proceſſus, eorumque copias perſcribat, modo quo ſuprà ordinatum eſt.

Executio contra Comites & Barones quomodo facienda.

7. Tertiò, ſi contra Comites, Barones aut Dominos exeunt Proceſſus, tabularii eus exequantur, inſinuent, ac in executione & relatione agant faciantque omni modo quo ſuprà de Electoribus, Principibus, & ſimilibus ſtatutum cautumque eſt.

8. Quartò, ſi proceſſus contra Magiſtros civium & Senatum civitatis, aut oppidi exeunt, ac nuncio ad exequendum à tabulariorum Magiſtro traduntur, in eam civitatem aut oppidum nuncius eques proficiſcatur, ſeu equitet, & ſi qua Senatum aut conſulatum ibi congregatum invenerit, Proceſſus ſedenti Senatui inſinuet, originale, aut ſi plures inſinuationes facturus eſſet, copiam ex eo perlecto originali præbeat. Sicubi autem Senatus tunc fortè, quando tabularius in civitatem venit, non unà congregatus fuerit, neque diu morari nuncius poſſit, Magiſtro civium, proconſuli, aut vicem gerenti ſe indicet, petens ut aliquot de Senatu conſulatûve convocet: quod ſi ita fit, tabularius Magiſtro civium in præſentia horum conſulariom inſinuationem faciat. At ſi iſtud denegaretur (quod fieri non debet) Proceſſus civium Magiſtro ſoli prædicto modo inſinuet, tradatque. Et ſi is quoque acceptare recuſaret, tunc Proceſſus ante eum ponat, ac ita coram eo jacentes relinquat. Sed extra civitatem, ſi qua forte civium Magiſtrum & aliquos conſulares inveniret, tabularius eis Proceſſus non inſinuet, ſed eam executionem in oppido ac in civitate faciat, ut prædictum eſt.

9. Ac ita tabularius utrique parti executionem omni modo, ut ſuprà poſitum eſt, certò ſcribat, atque in ea nomen & cognomen Magiſtri civium & conſulatium, quos ad ſe vocarat, expreſsè commemoret indicetque.

Conſiſtorio ſeu dicaſterio alicui inſinuatio quomodo facienda.

10. Quintò, ſi quando tabularius tribunali ſeu Judicio alicui compulſoriales, inhibitiones, mandata, aut alios Proceſſus inſinuandos à Magiſtro tabulariorum accepit, eos toti Judicio nuncius, ſi qua ſimul fuerint, eo ipſo in loco inſinuet, reddendo originale, aut ſi plures inſinuationes faciendæ ſint, copiam ex illo, perlecto originali, præbeat. Si verò dicaſterium illud ſeu Judicium unà & ſimul congregatum non eſſet, eo loci tabularius, in quo idem Judicium ex more conſidere ac fieri ſolet, quærat de Prætore ſeu Præſide ejus Judicii, de Præfecto ſeu Amptmanno, Officiato, Magiſtro Scabinorum, Sculteto, aut Majore, ut de capite Judicii, quovis nomine, juxta conditionem cujuſq; loci vocetur: aut ſi is præſens non fuerit, quærat de vicem gerente, de ſeniore Judicii: Huic indicet, ſe Imperiales literas Judicio inſinuandas habere, cum petitione, ut duo, tres, aut quatuor Judicii ad ſe convocet. Quod ſi ita fit, tabularius huic quidem in præſentia illorum executionem ac inſinuationem faciat, ut ſuprà commemoratum eſt. Verùm ſicubi iſtud denegaretur, tunc Judici, Capitaneo, Sculteto, Majori, aut vicem gerenti Proceſſus tradat: aut ſi is quoque acceptare recuſaret, tunc quidem ante ipſum deponat, ac coràm jacere ſinat. Poſtea tabularius in ſua relatione, quomodo egerit, quid ſibi contigerit, adhæc nomen & cognomen Judicis, Præfecti ſeu Amptmanni, Officiati, Sculteti, aut Majoris, ſimiliter & Scabinorum, quibus inſinuatio facta eſt, manifeſtet, ac aliàs ſuam executionem ordine utrique partium ad originale & copiam conſcribat, modo, quo ſuprà ordinatum eſt.

Inſinuatio contra communitatem aliquam qui fieri debeat.

11. Sextò, ſi contra totam communitatem Proceſſus exeunt, ii civium Magiſtris & Senatui, vel ut prædictum eſt, per tabularium inſinuentur. Quando quidem autem in poteſtate nuncii non eſt, communitatem convocare, neque etiam veriſimile, ut ea ad ſuam petitionem congregetur, tabularius Imperiales literas ſeu Proceſſus duplicatas ad domum conſulatus ibidem, aut ſi in eo oppido domus conſulatus nulla eſſet, ad Parochialem Eccleſiam, aut alium publicum locum affigat, ac deſuper relationem ſuam, quomodo & qualiter eam executionem feciſſet, ut ſuprà dicto modo ordinatum perſcribat.

12. Septimò, Quando nuncius cum citatione, inhibitione, mandatis, aut aliis ſimilibus Proceſſibus, qui non adverſus Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Dominum, aut communitatem, ſed contra privatam perſonam exeunt, à Tabulariorum Magiſtro expeditur ſeu mittitur: tabularius eo loci, ubi is, contra quem Proceſſus exeunt, domicilium habet, aut familiam alit, concedat, diligenter de eo inquirat, & ſi ipſum habere poteſt, proceſſus ei emanatos in faciem inſinuet: originale, aut caſu, quo tabularius plures inſinuationes facturus conformem copiam tradat, atq; originale monſtret ac legat. Si verò tabularius citra moram ac ceſſationem partem ipſam habere nequeat, Proceſſus

Digitized by Google

ceſſus ad conſvetam habitationem ac domicilium privati hominis, non puero tamen, ſed uxori aliìve domeſtico, qui ephebiam exceſſiſſet, tradat, mandetque, ut properè matureque eos Proceſſus patrifamilias ac hero ſuo præbeat, aut certo internuncio tranſmittat ad præcavendum damna & expenſas, quæ inde aliàs ſequerentur.

13. Aſt ſi qua contingeret, ut nemo ejuſmodi Proceſſus à nuncio acceptare vellet, eos in habitatione illius ac domicilio depoſitos relinquat, idque præſente uno ex domeſticis ſeu familiaribus.

Proceſſus ad privati hominis domicilium relinquendi.

14. Quòd ſi domicilium præcluſum tabulario fuerit, aut non intromitteretur, nemóve ſe conſpici pateretur, tabularius unum atque alterum vicinum, quos fortè nanciſci poteſt, vocet, ac literas ſeu proceſſus ad domicilium collocet aut affigat: Si quis verò præſtò fuerit, nec aperiat, tunc literas ſeu proceſſus ante januam, feneſtras, aut alium in locum habitationis ponat aut figat, indeq; abeat.

15. Ac quidem ſic factam executionem ſuam tabularius ad originale aut copiam, quam parti, contra quam ejuſmodi proceſſus emiſſi ſunt, præbeat: Similiter & alteri parti, quæ proceſſus eos obtinuit, ac ſic quidem Actori & Reo, appellanti & appellato, quo die, menſe, anno, an item in faciem, aut domicilium, aut aliàs quo modo facta ſit, quiſnam proceſſus eos acceperit, tum & ejus nomen, adeoque illius etiam, cui inſinuationem fecerit, ac omnia ordine ſcribat, nulli parcens diligentiæ aut labori.

Domicilio præcluſo ad januam proceſſus ponat tabularius.

16. Octavò, ſi tabulario Edicta, Præſcriptiones, Banna, & ſimiles apertæ literæ ad inſinuandum committantur, tabularius iis in locis illos, quæ loca in eiſdem patentibus edictis & literis nuncupata ſunt, aut aliàs, prout à Cameræ Judice noſtro, Aſſeſſoribus, fiſcale, Adminiſtratore, aut Magiſtro tabulariorum juſſus ſit, publicè affigat & inſinuet, ſeque in eo rectè, & ut decet, integrè gerat. Ac ſi quà fortè nuncius ſufficientem informationem non habeat, quî ſe in inſinuatione gerat, priùs eam capiat, diſcatque, quàm diſcedat, ut error omnis evitetur.

17. Poſtquam tabulariis quibusdam hactenus uſitatum fuit, executiones eorum poſt profectionem, & cùm domum redierint, in præſentia Procuratorum, aut fortè etiam ex eorum informatione nonnunquam ſignare, mutare, & corrigere, aut hujusmodi executiones ſignari ac concipi paſſi fuerint, iſtud verò juramentis eorum adverſetur: arbitramur ac volumus, ut ſuas executiones mox ſimul ac factæ fuerint, dumque adhuc in itinere ſunt, & omnem actum in recenti memoria habent, ut nimirum facta ſit, conſcribant ipſi, nec per alium concipi, aut quomodo eæ concipi debeant, inſtrui ſe patiantur. Eamque executionem primam omnium, ac priuſquam alicui homini videndam præbeat, Magiſtro tabulariorum reddat, ſimul & quid egerit, feceritque, ac quid obtigerit, verbo referat atque commemoret. Quiſquis tabulariorum iſta omiſerit neglexeritve, ſeverè ob id ac graviter puniatur, modo quo infrà de pœna tabulariorum conſtitutum eſt.

18. Volumus quoque, ut omnes & ſinguli tabularii hanc noſtram ſanctionem in inſinuationibus Proceſſuum, & relationibus eorundem firmiter obſervent. Si quis eam verò in uno aut multis punctis exceſſerit, nec illi conformem executionem fecerit, ejus executio quidem & relatio non acceptetur, & tabularius eam executionem aut inſinuationem (caſu quo citata perſona non compareret) denovo rurſus propriis ſumptibus & impenſis, ac citra præjudicium partis, facere compellatur.

TIT. XXXIX.

De Notariis, qualiter ipſi exequantur.

CUm vigore hujus noſtræ ordinationis, uti præfatum eſt, Proceſſus Imperialis Cameræ Judicii noſtri non ſolùm per juratos nuncios, ſed & publicos Notarios inſinuari poterunt: in hujuſmodi autem inſinuationibus, quæ quandoq; hactenus per ignotos, aut forſitan inidoneos Notarios factæ, quotidiè exceptiones & contentiones inter partes, in detrimentum ac læſionem cauſarum, obortæ, cauſæ non minimum remoratæ ac præpeditæ fuerint: Cui obviando ſancimus, ac ſtatuimus, ne porrò aliquis Notarius in executionibus Proceſſuum admittatur, niſi prius documentum ac teſtimonium fide dignum à ſuo Principe, Domino, Communitate, aut Magiſtratu habeat, quòd fidelis & legalis, ac pro tali habitus ſit, tum & manum atque Signetum noſtro Imperiali Judicio Cameræ tranſmittat, ac in Album, Catalogum ſeu Rotulum, in quod omnes Notarii, qui jam dicto modo teſtimonia habent, conſignentur, ipſe quoque inſcribatur ac conſignetur. Si quis verò documenta ſeu teſtimonia proferre non poſſet, ſi tum à Judicio Cameræ examinari ſe feret, ac ſi quidem approbaretur albo ſeu rotulo quoque inſeratur, ac porrò admittatur: Volumus & hujus rei ergò ſpeciale Edictum in Imperio publicare ac evulgare, quod iſta omnia latius in ſe continebit.

Notarii publici etiam inſinuare Proceſſus & exequi poſſunt.

2. Cùm & huc uſque præter memoratos Notariorum defectus compertum eſt, eos non officii Notariatus modò, ſed & ſollicitationum, procurationum & ſimilium in iis cauſis, in quibus pro Notariis ſeſe utendos præbuere, functionibus actibuſq; ingeſſiſſe, quod Juri adverſatur, partibuſq; mirum in modum præjudiciale ac oneroſum exiſtit: huic quoq; rei obviando volumus præter iſtud Edictum, omnibus Notariis ſub expreſſa pœna injunctum atque mandatum eſſe, ſuam ſe deinceps intra functionem atque officium ut contineant, & in cauſis, quibus ut Notarii interfuerunt, à ſollicitationibus, procurationibus & ſimilibus prorſus ac penitus abſtineant.

3. Ac debent Notarii, qui Imperiales literas noſtras, Mandata & Proceſſus, ad partium requiſitionem exequendos ſuſcipiunt, in inſinuando, tradendo, aut affigendo ejusmodi Proceſſus, ſive ſint contra Principes, Prælatos, Comites, Dominos Reſpublicas, Communitates, ſive alias pri-

vatas perſonas, omni modo gerere ſeſe, habereque, quemadmodum ſuprà de tabulariis Cameræ in omnibus ejusmodi caſibus diſtinctè ordinatum & proviſum eſt. Tum & facta inſinuatione executionem ei parti, cui inſinuatio facta eſt, cum mentione ſeu nomenclatura diei, menſis & anni ad traditum originale ſeu copiam ſcribat, ac tum ſuper ejusmodi executione ſua inſtrumenta fide digna cum inſertione inſinuatorum Proceſſuum, atque commemoratione, quomodo & qualiter, quibus in locis, & quo die, menſe, & anno executionem fecerit, quidve ab eo, cui facta eſt executio, contigerit, reſponſum fuerit, aliaſve obvenerit, conficiat, neque ea parti ſolum, quæ tales obtinuit Proceſſus, ſed & alteri parti, contra quam iidem Proceſſus exierunt, ad ejuſdem requiſitionem tradat, impartiatque.

TIT. XL.

De Quæſtore & officio ſuo.

CUm Electores Principes & Status Imperii nobis humiliter complacendo, & ad ſacri Imperii utilitatem, Imperiale Cameræ Judicium noſtrum ſuis impenſis ac ſumptibus ſuſtinere ac conſervare conſenſerint, donec alia firma ejus conſervationis ratio, modusque invenlatur: Et ad receptionem taliusmodi pecuniæ receptore & expenditore opus eſt, ſtatuimus ac volumus, ut honeſta perſona pro Quæſtore per Status Imperii ſuſcipiatur, qui pecuniam à Statibus Imperii recipiat, ac illam in ſolutionem ordinatorum ſtipendiorum Judicii Cameræ Aſſeſſoribus & aliis Judicii perſonis exponat, ac de eo ordinariam juſtamque rationem reddat.

2. Jam & cùm Electores, Principes ac Status ſe memoratæ conſervationis atque pecuniæ conferendæ ergò invicem ſeſe concordarunt ac univerunt, eam deinceps ſingulis Francofordiæ nundinis pro medietate ſoluturos, ac penes Magiſtros civium ac conſularum civitatum Auguſtæ, Francofordiæ, Norimbergæ, aut Cameræ Judicii quæſtori abſque mora & contradictione deponere, qui & hujusmodi pecuniam recipiendi, & Status qui eam deponunt, quietandi, & civitates memoratæ ordinaro receptori aut Quæſtori ad debitam quietationem tradendi ac reddendi poteſtatem & mandatum habeant. Idcircò dictus quæſtor quavis annua viſitatione ordinatis viſitatoribus omnis accepti & expenſi probam ac integram rationem reddat, ac quovis debito tempore apud memoratas civitates aliasque diligenter percunctetur, ſi qua unus aut plures Status debitam contributionem, taxam ſeu quotam ſuam non depoſuiſſent, ac quos ſic inobedientes repererit, eos quovis tempore Imperiali fiſcali indicet, qui mox quoque adverſus eundem maturè procedet, & ad ſolutionem ejusmodi, prout de Jure compellat, tenore ac vigore memoratæ quotæ ſeu taxæ, quæ Quæſtori ac Imperiali fiſcali ex Moguntina Cancellaria traderur.

3 Quò item Judex Cameræ & Aſſeſſores quovis tempore ſciant, quot quantumq; pecuniæ depoſitum ſit, eoque maturius à Quæſtore quovis tempore de ſuo deſervito ſalario exolvantur: dicti civium Magiſtri & conſulares ſingulis & quibuslibet vicibus Quæſtori præter præſtationem depoſitæ pecuniæ, teſtimonium ad Judicem Cameræ & Aſſeſſores mittant, in quo mentionem faciant, quantum pecuniarum Quæſtori tradiderint, & quali moneta.

4. Qualem item pecuniam acceperit Quæſtor, eam ſimul cum teſtificatoria litera in arcam, quæ in Judicis Cameræ & Aſſeſſorum cuſtodia ſit, ſed Quæſtore ſolùm habente clavem, ſine mora imponat, & ad diſtributionem uſque & ſolutionem Judicii Cameræ perſonarum retineat.

5. Quæ autem pecunia contributionis ſeu taxæ hujus ergò Spiræ Quæſtori, aut in Imperiali Judicio Cameræ à Procuratoribus tradita fuerit, eam Quæſtor Judici Cameræ abſque mora Indicare debet, aut in præſentia ejusdem, aut alterius, cui id mandabit, ut arcæ ad hoc deſtinatæ injiciat, quemadmodum quovis tempore Quæſtor deſuper communibus Statibus debitum juramentum in modum, ut ſequetur, præſtabit.

TIT. XLI.

De partibus pauperibus.

UT pauperibus, quibus, ut dictum eſt, Advocati & Procuratores tribuentur, ac gratis inſervietur, via temeritatis & petulantiæ, qua nonnunquam ex quadam confidentia abutuntur, præcludatur, pauperille, priusquam admittatur, ſuæ paupertatis ac miſeriæ teſtimonium à Magiſtratu ſuo aut aliis fide dignis perſonis adporter, aut alioqui ad minus aliquo modo indicium ac ſignum paupertatis ſuæ exhibeat, ac deſuper juramentum paupertatis, quemadmodum infrà inter juramenta perſonarum Judieu Cameræ idem collocatur, juret: quo facto, ſibi Citatio, inhibitio, aut alii neceſſarii Proceſſus ad Petitionem ſuam decernantur: Veruntamen in cauſis, in quibus pauper ad Judicium Cameræ ordinaria via provocaverit, prius quàm ſibi memorati Proceſſus impartiantur, ad inferiorem Judicem compulſoriales dentur, exeantque, in quibus inferior Judex requiratur, pauperi, dum paupertatem juraverit, ad requiſitionem petitionemque ſuam, Judicialia acta hac vice gratis impartiat, cum reſervatione, *ſi pauper ad pinguiorem perveniret fortunam*, quòd tunc pro conſecutis actis, ut æquum eſt, ſolutionem præſtet, aut cum illo tranſiget.

2. Quæ acta quidem poſtea per duos aut tres Aſſeſſores inſpiciantur, ſimul & à paupere, ſi

quid

quid recens proponendum ducat, informatio, recipiatur, quam in ſcriptis per ſuum coordinatum Procuratorem factis exhibeat: Et ſi ex omnib. his non cognoſceretur aut reperiretur, quòd pauper iſte juſtam aut æquam haberet cauſam, tunc quidem Citatio aut Proceſſus porrò non decernantur, quin potius Judicio removeatur, ne pars ſua adverſa temeraria illa ac improba lite in diſpendia ac damna, quæ ſibi à paupere reſarciri nequeunt, perducatur, conjiciaturque.

3. Si quæ egens pars, pauperque aliquam Citationem aut Proceſſus obtinuerit, quibus majoris aut minoris ſtatus homini alicui, cui impenſas refundere non poſſet, temerè & iniquè circumduceret ac prægravaret: Volumus prætori Cameræ & Aſſeſſoribus eam poteſtatem datam eſſe, adque mandatum habere, eos, in quibus tanta temeritas ac petulantia inveniretur, nec damna expenſasque exolvere poſſent, carceribus conſtringi ac puniri, juxta quantitatem & conditionem perſonæ ac delictorum ſeu transgreſſionis.

TIT. XLII.

De ſtipendiis ac ſalario Imperialis Judicii Cameræ perſonarum.

QUò autem Cæſareum tribunal Cameræ noſtrum poſthac honeſtius ac durabilius conſpiciatur, ejusque ordinatio firmius, ſtabiliusque retineatur, ac de omnibus neceſſariis magis provideatur, Electores, Principes, & Status Imperii ex libera eorum voluntate atque arbitrio nobis humiliter complacendo, & in uſum utilitatemque ſacri Imperii invicem conſenſerunt, quòd Cameræ Judicium noſtrum deinceps de ſuo ipſi ære & pecunia, ſuisque impendiis & expenſis conſervare velint, interea cogitantes, rationemque invenientes, quo pacto conſervatio Judicii Cameræ abſque noſtro & Electorum Principum, & Statuum Imperii gravamine in futurum atque de cætero fieri poſſit.

2. Quicquid autem extra conſervationem & ſalaria Judicii Cameræ perſonarum ad alias neceſſitates Cameræ Judicii noſtri, & extraordinarias impenſas quovis tempore neceſſe fuerit, id quidem ex emolumentis fiſci noſtri præſtetur ac ſolvatur. Atque in eo id ſervetur, quemadmodum ſuprà ſub Titulo de Imperatorii fiſcalis officio extra Judicium, ordinatum eſt & conſtitutum.

TIT. XLIII.

De Imperialis Cameræ Judicis, & Aſſeſſorum ſtipendiis.

UT etiam Imperiale tribunal Cameræ, ad noſtrum ſimul & ſacri Imperii Teutonicæ nationis honorem, decus, ornamentum, & utilitatem, eò firmius ac ſtabilius ſit, & perſonæ ejus certiores, officiaque ſua & functiones melius rectiusque obire poſſint: ordinamus & ſtatuimus, ut Judex Cameræ & Aſſeſſores quisque ſecundum ſtatum & conditionem ſuam, ſuum habeat ſtipendium atque ſalarium. Idque hunc in modum ſervetur, nempe, ut deinceps Judici Cameræ, ſi Comes aut Baro eſt, duo millia; Comiti aut Domino, qui Aſſeſſor eſt, ſeptingenti: Ac Doctori, Licentiato, aut Nobili quingenti floreni, quemlibet florenum pro ſedecim batzenſibus, donec de æquali ac ſimili moneta in Imperio concordia fiet, computatum, reddatur ac ſolvatur: Stipendium autem Principis, ſi Cameræ Judex Princeps fuerit, ob altiorem ſtatum amplietur.

TIT. XLIV.

De ſalario Imperii Cameræ Judicii Cancellariæ perſonarum.

ADminiſtrator, aliæque Cancellariæ perſonæ ab affine noſtro Archiepiſcopo Moguntino Electore, tanquam noſtro, & ſacri Imperii per Germaniam Cancellario, ſtipendia ſua atque ſalaria capiant, eaq; proviſio in idoneis & gnaris perſonis fiat, ne ob ſalaria ſua mercedemque conqueri poſſint. Atque in Cancellaria & Judicio nullus appareat defectus. — *Archiepiſcopus Moguntinus Adminiſtratori ac Scribis Cancellariæ ſalaria præbeat.*

2. Tamen Adminiſtratori ob deputati munus atque officium, quod ipſi ex hac ordinatione præter Adminiſtrationis functionem commiſſum eſt, centum floreni, & Magiſtro tabulariorum pro mercede ſui officii ac Magiſterii tabulariorum, quod præter Cancellariæ munus atque officium ſibi injunctum eſt, triginta floreni, ſedecim batzenſium, præter ſtipendium, quod ex Cancellaria habent, per ordinatum receptorem & Quæſtorem ex conſervatione atque emolumentis Judicii Cameræ quotannis numerentur & exolvantur.

TIT. XLV.

De Imperatorii fiſcalis ac fiſci Advocati ſalario.

IMperatorius fiſcalis noſter habeat Aſſeſſoris ſtipendium. Et Advocato in fiſcalibus cauſis trecenti floreni per ſedecim batzenſes pendantur.

TIT. XLVI.

De ſtipendio Advocatorum & Procuratorum.

STatuimus, ordinamus ac volumus, ut deinceps Advocati & Procuratores in omnibus & ſingulis cauſis, quicquid eis per Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores taxando decretum fuerit, pro ſalario ac mercede contenti ſint, ne partes præterea onerent, nec aliquam pactionem cum eis propterea faciant, ne ullo quidem modo. Si quid verò à partibus præterea accepiſſent aut ſumpſiſſent, id eis reſtituant, hæcque ita ſe ſervaturos eſſe ſuis juramentis confirment.

2. Utque in ejusmodi taxa non ſolùm magnitudo & quantitas productorum, ſed etiam ac multò quidam magis diligentia & induſtria cujuslibet Advocati reſpiciatur, & ex æquitate taxa fiat: Volumus, ut deinceps per ambos referentes cujusvis cauſæ protinus inter referendum ſcripturæ & producta, quæ referuntur, taxentur, & taxa ad quodlibet productum per eos conſignetur ac perſcribatur.

3. In ejuſmodi taxa volumus quoque, ut Procuratoribus pro non neceſſariis verbalibus receſſib. atque proloquiis, ſive aliis actibus, qui huic noſtræ ordinationi adverſantur, nihil taxetur.

4. Ac pro qualibet taxa expenſarum Procuratores, quicquid à partibus ad cauſam pro mercede acceperint, ſub pœna viginti florenorum indicare teneantur.

TIT. XLVII.

De Præconis ſeu Pedelli Cameræ Judicii, & tabulariorum ſalariis.

PRæco ſeu Pedellus Judicii Cameræ quotannis quadraginta florenos pro ſalario, & denna proclamatione, præter alia accidentalia, unum florenum habeat. Sed in fiſcalibus proclamationibus vetus mos ac conſuetudo ſervetur.

2. Cuilibet ex duodecim illis juratis Judicii Cameræ tabulariis quotannis duodecim floreni de conſenſa & contributa Judicii Cameræ conſervandi pecunia: præterea & quavis vice, cum ſibi à Magiſtro tabulariorum Citationes Proceſſus, aut aliæ Judiciales literæ inſinuandæ committuntur, de octenis miliaribus, usque ad locum inſinuationis, & non in reverſione, unus florenus in ſedecim batzenſibus, adhæc de inſinuatione ejusmodi Citationis, ſi una tantùm perſona in ea nuncupata ſit, medius florenus: Si verò plures quàm una perſona, ſint quotquot præterea velint, in Citatione nominatæ fuerint, à primo loco ejus inſinuationis, ſi qua alia, præter unam, perſona in Citatione vocata ibidem habitans, de omnibus illis florenus Rhenenſis detur. Quòd ſi contingeret, ut multitudine perſonarum in Citatione nuncupatarum, non uno eodemque loco commorantium, tabularium cum eadem Citatione ulterius proficiſci oporteret, præter florenum Rhenenſem de quolibet loco, ad quem equitare ipſum inſinuationemque facere cogatur, quarta pars floreni Rhenenſis pro inſinuatione præſtetur.

3. Si quis tabulariorum una profectione, plures quam ab una litigantium parte Citationes aut alios Proceſſus ferret atque inſinuaturus eſſet, de quolibet litigantium, vi antè memoratæ ordinationis precium ei equitationis & inſinuationis pendatur ac præſtetur: Atqui tabularius tamen non amplius una equitationis pecunia cum omnibus inſinuationibus ſibi reſervare debet: Reliquam equitationis pecuniam, quam de aliis perlatis & inſinuatis Proceſſibus accepit, medio ſuo juramento, tabulariorum Magiſtro tribuere, reddereque teneatur. Magiſter verò tabulariorum eam ipſam pecuniam qualibet vice conſcribat & in arculam reponat, eandemque ſimul cum ea, quæ de concordiis in ciſtam confertur, ſingulis anni quartalibus inter omnes tabularios æqualiter diſtribuat, & cuilibet ratam quotamque ſuam tribuat.

4. Cumque vi hujus noſtræ ſanctionis quilibet tabularius executionem ſuam illi, contra quem Proceſſus Mandata emittunt, non ob oculos & in conſpectu ſolùm verum etiam ad conſuetum domicilium & habitationem, aliasque in omnibus caſibus citra quodque impedimentum aut remoram ullam facere poterit: atque ipſis (videlicet tabulariis) de executionibus præter equitationis precium merces ſua exolvatur: volumus, ut tabularii deinceps moræ longioris interpoſitæ ergò à litigantibus partibus nihil exigant: niſi ſpecialiter à partibus juſſi fuerint commorari, ſeu præceptum commorandi ab illis habuerint.

5. Tum & aliàs tabularii atque aliis modis litigantes præter illud ſibi conſtitutum & ordinatum precium atque ſalarium non onerent urgeantve. Quod ſi in aliquo aut pluribus tabulariis ſentiretur, experireturve, is, illive ob id cum privatione ſuorum officiorum aliisve modis (velut infrà ponetur) acriter atque ſeverè puniantur.

TIT. XLVIII.

De Quæſtoris ſalario.

ITem Cæſarii Judicii Cameræ Quæſtori quotannis ducenti floreni pro ſalario ſuo numerentur.

TIT. XLIX.

De libertate, ſecuritate, & fide publica, id eſt, ſalvo conductu perſonarum Imperialis Judicii Cameræ.

ITem Judicium Cameræ Spiræ ſervari debet, ubi Judex Cameræ, Judices, Advocati, Procuratores, Scribæ, Nuncii, & aliæ perſonæ ad Judicium Cameræ pertinentes, quamdiu ſua domicilia, familiamque iſtic ad Imperiale Cameræ Judicium noſtrum tenuerint, ſimul cum tota familia, omnibusque domeſticis ac commeatu ab exactionibus, datiis, vectigalibus, omnibusque gravaminibus, ac aliis quoque Jurisdictionibus immunes ſint ac liberi, nec in his à quoquam ulla via modove graventur, nec tamen hoſpites alant, aut mercaturam faciant, exerceantve, fraude remota: partes quoque & earum Advocati ſeu Actores nuncuve in Judicio Cameræ occupati, ſecuritatem fidemque publicam & ſalvum conductum habeant.

2. Item jurati nuncii & Notarii, executionem facientes per totum Imperium, adeoque in noſtris noſtrique dilecti fratris Romanorum Regis, & in aliis Electorum Principatibus, Comitatibus, ditionibus, ac poteſtatibus cujuslibet Electoris, Principis, Prælati, Comitis, Domini, & aliorum, fidem publicam, ſalvumque conductum, ſecuritatem, ac tuitionem habeant.

3. Omnes quoque & ſingulos Imperialia noſtri Judicii Cameræ perſonas in noſtram & ſacri Imperii tutelam, defenſionem ac tuitionem his mediantibus ſuſceptas volumus. Jam & omnibus Electoribus, Principibus, Statibus, & civitatibus, & præſertim illi loco vicinioribus, ubi Cameræ tribunal noſtrum, quovis tempore exiſtet ac ſervabitur, prædictas perſonas in ejuſmodi noſtra & Imperii defenſione ac tuitione manu teneri ac conſervari, his mediantibus, arctè & ſeverè injunctum & mandatum eſſe volumus publicè per præſentes.

TIT. L.

De viſitatione, reformatione, & punitione perſonarum noſtri Imperialis Cameræ Judicii in genere.

POrrò ac pro majori firmitudine hujus noſtri tribunalis Judiciique Cameræ, ordinamus, ſtatuimus ac volumus, ut deinceps quotannis Judicium Cameræ per noſtros, aut nobis abſentibus dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, atque etiam Electorum, Principum & Statuum ordinatos Commiſſarios & Conſiliarios ſingulis annis prima Maji eo in loco, ubi eſt ac ſervatur, viſitetur: Ad quam viſitationem egregios noſtros Commiſſarios, Et affinis noſter Archiepiſcopus Moguntinus, tanquam Archicancellarius ſacri Imperii ac prætor, ſuæ dilectionis, alius quoque Electoris, conſiliarium, ac utrerque unum, Ad hæc duo Principes, alter Eccleſiaſticus, alter ſecularis, quorum primo anno Eccleſiaſticus perſonaliter, & ſecularis conſiliarium unum: Secundo anno ſecularis in propria perſona, & Eccleſiaſticus conſiliarium unum, ac ſic deinceps ex ordine, quemadmodum illi in noſtro & Imperii conſilio ſuas voces, ſuffragia & Seſſiones habent: Similiter Prælati, Comites & Civitates ac quisque Status, unum conſiliarium ad hujusmodi annuam viſitationem ordinent. Electores quoque Eccleſiaſtici & ſeculares Principes, Prælati, Comites & civitates ad Archiepiſcopi Moguntini Archicancellarii requiſitionem ipſimet, ac ſui juxta ordinem ſeſſionum in Imperio ſuis impenſis compareant, ac ſuos mittant. Caſu autem, quòd præter viſitationem ipſis vi hujus noſtræ ordinationis aliquis Syndicatus aut Reviſio ſcripto ſignificaretur, tunc præcipuas, expertas, eruditas, idoneas atque uſitatas perſonas ad iſta mittant. Attamen ubi Principi, quem ordo pertinget, juſtis ex cauſis in propria perſona comparere importunum atque incommodum fuerit, concedatur ei alium Principem, qui viſitationi perſonaliter interſit, ſuum in locum ſurrogare. Viſitatio quotannis prima Maji fiat in loco, ubi Judiciū habetur.

2. Si qui verò dictorum Commiſſariorum die viſitationis dicto, propter corporis debilitatem & ægritudinem, quæ una ſolùm excuſare debet, non comparerent, nihilominus comparentes viſitando procedant, ac ea, quæ oporteat, quovis tempore pertractent, decernant & concludant. Ordinati commiſſarii à nobis ceu Romano Imperatore, atque ab Electoribus, Principibus & Statibus facultatem plenam poteſtatemque & mandatum habeant, quod ipſis quoque his mediantibus damus atque concedimus, Cameræ Judicium noſtrum de primo ad ultimum, aliasque in omnibus defectibus & lapſibus viſitandi atque in melius ſuo arbitrio corrigendi & reformandi. Quicunque verò ex Judicii Cameræ perſonis hujusmodi viſitationem, correctionem & reformationem recuſarent, aliasve apud illos ſuæ doctrinæ qualificationis, induſtriæ, integritatis & conditionis ergò inepti atque inidonei reperiantur aut reputentur, à primo ad ultimum, eum eosve, ſive nos, noſtrum fratrem Romanorum regem, Electores, aut Circulos attingant, amoveant: & nobis, fratri noſtro Romanorum Regi, Electori, aut Circulo, per quos amovendi, dati eſſent, ſcribant atque ſignificent, alias idoneas perſonas in amotorum locum, juxta dicti Judicii Cameræ ordinationem ac præfatam factam reformationem, præſentent.

3. Ac unaquaque vice, cùm viſitatio ſuſcipitur, in eadem hæc noſtra ſanctio & ordinatio obſervetur: hæcque una, & nulla alia, ſi qua prius aliis in Comitiis in Imperio publicata eſſet, ſequatur. Abrogatio priorum ordinationum Judicii Cameræ.

4. Si

4. Si quiſquam etiam Elector, Princeps, aut Status aliquem defectum, aut gravamen haberet, ſibi non Jure aut merito à Judicio Cameræ illatum, debet ac poteſt quiſque iſtud ſuum gravamen ordinatis Commiſſarii prima Martii transmittere & indicare: qui ſimul cum aliis viſitatoribus mandatum poteſtatemque habebunt ejusmodi corrigendi ac reformandi. Jam & ſi à perſonis Judicio Cameræ attinentibus, aut à partibus, earum Procuratoribus, aut nunciis in Judicio Cameræ negocia & cauſas habentibus, vis aut maleficia contingerent: Volumus ut Magiſtratus ejus loci illos mox comprehendi, ac quovis tempore Judici Cameræ ac Judicibus absque mora tradi faciant, quibus turris aut carcer deputabitur, in quibus ejusmodi delinquentes retineant, aut deinceps juxta patratum delictum puniant. Læſus autem à Judice Cameræ & Judicibus pro ſatisfactione adjuvetur, aut ſi cauſa pœnam corporalem ex poſcit, idque manifeſtum eſt, aut aliàs ex legitimis indiciis conſtaret, cujus quidem Judex Cameræ & Aſſeſſores attentam indagationem & explorationem habeant, tunc Magiſtratui dictæ civitatis reum, ut æquum eſt, ad juſtificandum ac puniendum committant.

IDEM ALITER BREVIUS.

Ex Ordinat. Regis Ferdinandi.

Ceterum ſi qui Cameræ Judicio addicti, aut ipſi etiam litigatores, horumq́ actores, vel nuncii delinquerent, ſeu crimina perpetrarent: nos quidem Magiſtratus ejus loci permittimus, & poteſtatem facimus, mox illos apprehendendi, ac Prætori Judicibusq; Cameræ quovis tempore abſq; mora tradendi deſtinato ipſis carcere, in quo delinquentes ſeu malefactores illi detineantur ad pœnam ex qualitate delicti infligendam. Ac læſo, Prætor Judicesque cauſa cognita dent operam, uti ſatisfiat. Ubi autem delictum capitalem requirit pœnam, & eſt notorium, aut alioquin ex legitimis conſtat indiciis, quo de prætor graviter, ritè recteq; inquirat, Magiſtratui ejus civitatis præcipiat juſtam malefactorum pœnam infligi.

TIT. LI.

De pœna Aſſeſſorum & quomodo contra ipſos læſarum ſententiarum ergo agi poſſit.

Reviſio actorũ & Syndicatus, ac quæ malè judicantium pœna.

QUi & qua forma contra Judices, iniquas aut nihili ſententias ferentes per reviſionem actorum & Syndicatus agatur, & qua pœna plectantur, infrà in tertia parte bujus ordinationis ſub Titulo de reviſione actorum, ordinatum eſt, cautumque.

2. Tum quoque ut adverſus Aſſeſſores ſuæ inhabilitatis, inidoneitatis aut indiligentiæ ergò agi debeat, ſupra ſtatutum eſt, ſub Titulo de inhabilitate Aſſeſſorum.

TIT. LII.

De pœna Advocatorum & Procuratorum.

QUandoquidem in hac noſtra ſanctione non ſemel neque uno in loco, ſed aliquoties cautum eſt, quomodo Imperatorius fiſcalis noſter, & alii Advocati & Procuratores coram Judicio, in Cancellaria, atque in judicio, præſertim in eorum verbalibus propoſitionibus & actibus, ſcripturis ac terminis, exhibitione productorum ſub certo numero exhibitione ſuorum mandatorum, aliisque ſcripturis, conteſtatione litis, verbalibus concluſionibus, aliasque aliis omnibus propoſitionibus ſe gerere atque habere debeant: Tum & quomodo, quando, & quo ordine hæc omnia fieri, ac præcipuè ut ab inutilibus, ſuperfluis, non neceſſariis verbis in prologuutis ſuis abſtineant, mutuò ſeſe non ſugillent, vel ſcripto dictove illudant, ſed honeſtate modeſtiaque coram Judicio utantur. Quò autem his omnibus rectius certiusque pareatur, ſtatuimus & ordinamus, ſi quis unus aut plures inter eos in prædictis & aliis caſibus hanc noſtram ordinationem in uno aliove puncto non obſervaverit, ſed contrarium illi quicquam præſumpſerit, egeritque, is quocunque tempore, quotiescunque contigerit (niſi juxta conditionem & qualitatem delicti vi hujus ordinationis & juris communis in graviorem pœnam incidiſſet) in uno floreno mulctetur, neque actus ſuus recipiatur, ſed manifeſtè rejiciatur, nihilque pro eo taxetur, aliasve ex forma & qualitate delicti puniatur.

2. Præter hæc omnia Cameræ Judici noſtro & Aſſeſſoribus reſervatum, ſuæque poteſtati atque diſcretioni relictum ſit, quemlibet Advocatum & Procuratorem exceſſus ſui, aliusve delicti cauſa in Judicio aut extra, adeoque pœna Juris, gravi mulcta, aut obcluſione aliquot diebus in conclavi ad hoc ordinato, ita tamen ut accedi interpellarique poſſit, aliasve turre, ſeu ad tempus aut perpetua privatione ſui officii, amotione mutationeque ſtationis ſeu loci in ſtatu procuratorio, ex æſtimatione Judicii, punire.

Clientes Procuratoribus mulctas non rependant.

3. Quisquis Procuratorum prædicto modo punitus, medio ſuo juramento, quod Judicio Cameræ præſtitit, à ſuo Clientulo aut parte eam mulctam ſibi reddi reſtituive nequaquam petat: aut ſi qua etiam ſibi offeratur, quacunque forma aut via id fieret, non acceptet.

TIT. LIII.

Pœnas pecuniarias ſeu mulctas in pauperum uſum dandas eſſe.

Partibus pauperibus mulctæ ſubveniãt.

SAncimus, ordinamus atque ſtatuimus, omnes pecuniarias pœnas, mulctasque, de quibus ſuprà mentio fit, deinceps ad uſum opemque partium pauperum, quæ pro inſinuatione ſuarum Citationum

cationnm & aliorum Proceſſuum, tabulariis mercedem dare non poſſunt, eisdem, aliasque ex Judicii præcepto, expeodantur.

TIT. LIV.

De pœna perſonarum Cancellariæ.

SI quæ noſtri Imperialis Cameræ Judicii Cancellariæ perſonæ, ſuis officiis non fungerentur, ſed in his ordinationem excederent, eæ juxta magnitudinem & qualitatem ejusdem, per Adminiſtratorem, aut ſicubi magnitudo delicti expoſcit, etiam per Judicem Cameræ & Aſſeſſores puniaotur.

TIT. LV.

De pœna Tabulariorum.

SI vel ipſe tabulariorum Magiſter, aut tabnlarii in officio ſno ceſſaverint, nec eo probè functi, ſed noſtram hanc ordinationem uoo aut pluribns articulis transgreſſi fuerint, oec cuſtodierint, præcipuè autem, ſi ultra id quàm conſtitutum eſt exigendæ mercedis partes oneratint, aut aliquod lucrum ſeu lucroſam praxim quæſierint, aut aliàs ſe oon iotegrè geſſerint, ii per Cameræ Judicem noſtrum, conſilio ac deliberatione Aſſeſſorum, aut ſi fortè delictum, exceſſus & transgreſſio levis fuerit, per deputatum ex qualitate facti, turre, aut depoſitione officii, aut aliis viis modisque irremiſſibiliter atque ſeverè puniantur.

TIT. LVI.

De pœna pauperum partium.

QUomodo in partes pauperes animadverſio fieri debeat, atque temeritas earum retundi punirique, ſuprà ſub Titulo partium pauperum cautum eſt.

DE JURAMENTIS CAMERÆ JUDICII PERſonarum, & partium in illo agentium.

TIT. LVII.

De Imperialis Cameræ Judicis & Aſſeſſorum juramentis.

CAmeræ Judex (noſter) & Aſſeſſores ſinguli, priusquàm eorum quisqnam ſuſcipiatur, juramentum ad Deum, * ſanctumque Evangelium præſtent, Imperiali Cameræ Judicium fideliter ac diligenter ſe gubernaturos, & juxta commune jus Imperii, juxtaqne legitimas, honeſtas, & patriæ ordinationes, Statuta, & conſuetudines Principatuum, Comitatuum & Judiciorum, quæ coram ipſis propoſita fuerint, ſublimi juxtà ac humili, in quantum optimè ſapiant, ſentiant atque intelligant, æqualiter judicaturos nec ulla de cauſa in eootrarinm acturos eſſe. † Neque à partibus aut quoquam alio, ob quamcunque cauſam Jndicio vertentem aut pendentem, munera, dona, aut commoda aliqua per ſeſe, aut alios, qnomodo id ab hominibus excogitari poſſit, vel ipſi accipiant, vel accipi ſinant. Nec privatam ſeu ſpecialem partialitatem vel adhæſionem aliquam in ſententiis ferendis daodisve præſumant, quærant, venentur aut aucupentur. Nec quoque alteri parti conſilium dent, vel cautelam præmonſtrent: quinimò quodcunque in conſultationibus, deliberationibus, & cootroverſiarum ventilationibus ſeu diſceptationibus tractatum fuerit, iſtud omne nec partibus ipſis litigantibus, nec cuiqnam alii manifeſtent patefaciantve ante vel poſt ſententiam latam. Nec lites etiam qnascunque malitioſè differant aut prorogent. Adhæc porrò nullam omnino cauſam, quocunque nomine vocetur, exceptis fiſcalibus, vel ipſe Judex, vel Aſſeſſor, ſi ad eas ordinetur, ac eam, in qua ipſe de Jure pronunciare nequit, & à qua alioqui diſcedere debet, acceptet, aut conſulat, neque in omnibus punctis hujus juramenti ipſum aliud ullum juramentum, pactum ſeu obligatio impediat, absque dolo & fraude.

* Formam juramenti hanc. Ego Titius juro corporaliter ad ſancta Dei Evangelia, &c. ponit Roſredus in Conſtitutione Friderici Imperatoris, in principio, & extat in pervetuſtis Germanorum Legibus. Ergo non eſt nova forma.

† Clauſula elegans & vetus: Nec accipiam munera propter partes juvandas, vel ipſe ego, vel quiſquam alius mihi, vel aliô me conſcio, nô fraude, noo machinatione ulla, &c.

* Ex Caroli Ordinat. nam ſuperior formula eſt ex Ferdinandi, à quo hæc formula verborum, Adjuro Deum Sanctosque, &c. correcta eſt in hoc & ſeqq. juramentis, sic, ut deinceps adjurent Deū Sanctaque Evangelia, &c. in Comitiis Auguſtanis Anno 1555.

IDEM ALITER.

* *Præſes ſeu Prætor ipſe noſter, & Aſſeſſores ſinguli, priusquam eorum quisquam ad hanc judicandi provinciam ſeu munus admittatur ſuſcipiaturque, adjurent Deum ſanctosque, tribunal hoc noſtrum atque judicium, ſumma fide ac diligentia gubernaturos eſſe: ſecundum jus commune Imperii, ſecundumque honeſtas & legitimas cujusque regionis ditionisque obſervationes, conſtitutiones, ſtatuta & conſuetudines Principatuum, Comitatuum, ac tribunalium, in quantum coram ipſis propoſitum fuerit, ſublimibus perſonis juxtà ac humilibus, quantò melius ac rectius ſciant, ſapiant atque intelligant, æqua lance judicaturos eſſe, nec ab eo in diverſum ulla de cauſa pati ſeſe dimoveri. Nec à partib. litigantibus, aut alio quoquam, quacunq; de cauſa coram tribunali jam pendente, aut in futurū, accipiant munera, quidqnamve commodi, vel ipſi vel per quoscunq; alios, quantū id ab hominibus excogitari poſſit. Nec quærant ſibi partialitatē aliquā ſeu adhæſionē in Judicio obtinenda ſententia: nec*

conſu-

conſulant, caveantve litigatoribus. Quicquid etiam deliberando conſultandoque ſtatuetur, nulli litigatorum vel aliis patefaciant ante vel poſt latam vel ferendam ſententiam. Differenda quoque a ſententia cauſa maligno animo nihil attentent, præſumant, aut litem ullam exceptis fiſcalibus, ſic ubi ad has diſceptandas, decernendasq; fuerint accerſiti, conſilio ſuo adjuvent. In omnibus hiſce punctis & articulis jurisjurandi hujus, nullo alio jurisjurando vel pacto impediri ſe ſinant, non fraude vel machinatione ulla.

TIT. LVIII.

Adminiſtratoris Juramentum.

ADminiſtrator nobis aut noſtro loco Imperialis Cameræ Prætori noſtro ſtipuletur; & Deum ſanctumque Evangelium teſtetur, ſuo officio fideliter ſe functurum eſſe, ad defectus & errata Cancellariæ attentiſſimam adhibiturum curam & diligentiam, ac perſonas quantum poſſibile, aliaque emendaturum ac correcturum: Tum & quocunque tempore ſe operam daturum ac proviſurum, ut perſonæ ſua munia diligenter obeant atque perficiant: Sigillum noſtrum loco affinis noſtri & Electoris Archiepiſcopi Moguntini in bona cuſtodia habiturum, eoque ad nullas alias cauſas præter quàm ad eas, in quibus à Cameræ Judicio noſtro decretum eſt, uſurum, aut utendum permitti. Secreta ſitem Judicii res, negociaque, & quicquid in cauſis quocunque tempore conſulratur ac deliberatur, nemini ſe patefacturum, nec uni litigantium adverſus alteram ſuaſurum eſſe aut conſulturum: Nec munera donaque accepturum, aut in ſuam utilitatem ut ab aliis accipiantur laturum: omnino fideliter ac ſine dolo.

TIT. LIX.

Scribarum Judicii & Lectorum Juramentum.

ITem Protonotarii, Notarii, & Lectores, vel ipſi noſtræ Cæſareæ Majeſtati, vel Prætori Cameræ, noſtro loco ſtipulentur, & Deum ſanctumque Evangelium adjurent, ſe vices muniaque ſua fideliter præſtaturos, ſcribendo, legendo, literas & documenta ſeu teſtimonia, quæ Judicio exhibebuntur, fideliter in Judicio cuſtodituros a litigantibus partibus, nullique alii recluſuros, quicquid in cauſis, in conſultationibus ac deliberationibus Judicis & Aſſeſſorum tractabitur, ſecreta quoque Judicialium negociorum nemini manifeſtaturos, legi aut videri præbituros, nullam copiam exhibitarum literarum ac ſcripturarum litigantibus partibus tradituros, abſque permiſſione & decreto Judiciali: Nulli item partium adverſus alteram ſuaſuros; conſiliumve aut cautionem præbituros, nulla munera accepturos, aut ſuo uſui commodove accipi permiſſuros, prout ſenſus humani excogitare poſſint, ſed ſe contentos fore ſuo ſtipendio: ſine omni fraude.

2. Cumque in eo juramento ſit, ut de exhibitis literis ac ſcripturis contendentibus partibus nullæ copiæ citra permiſſionem & decretum Judicii dari debeant: atqui id decretum ſi in quavis cauſa obſervari deberet, maximam retardationem pariturum eſſet, moderatum eſt juramentum & declaratum hac forma, ut & Protonotarii citra Judiciale decretum ad juſſionem Prætoris Cameræ, omnium exhibitorum antigraphos ſeu copias partibus petentibus dare poſſint, quemadmodum id communia Jura quoque perhibent atque permittunt.

TIT. LX.

Juramentum fiſcalis.

FIſcalis promittat, ac Deum ſanctumque Evangelium adjuret, quòd omnes & ſingulas cauſas & negocia, quæ ſibi commiſſa ſunt aut committentur, vel quæ ſibi ut fiſcali obtingunt, ſuique officii nomine agenda ſunt, vera ac recta fide ſuſcipiat, in noſtram ac fiſci utilitatem, quantum maximè ſapit atque intelligit, diligenter proponat agatque, in iis nulli præ alio parcat (videlicet nullius reſpectu habito) ſciens prudensque nulla fraude injuriave utatur; nec aliquam doloſam prorogationem vel dilationem ad differendas protrahendasque cauſas quærat, nec cum litigantibus partibus conditionem aut pactum abſque ſpeciali cognitione ac mandato Prætoris Cameræ & duorum Aſſeſſorum ineat faciatve: ſecreta, informationes, juramenta, quæ in cauſis inveſtigat & explorat, in fiſci præjudicium damnumve non revelet, Judicium & Judicii perſonas honoret ac promoveat, coram Judicio honeſtate ac integritate utatur; ab ignominia atque injuriis inferendis ſub pœna ac æſtimatione Judicii abſtineat. Nec ſui officii & fiſcalium cauſarum nomine gratiave, munera aliqua donave, aut quicquam commodi ipſe aut per alios, prout humani ſenſus excogitare poſſent, ſumat, aut quenquam ſuo nomine accipere permittat. Tum & ſolas fiſcales cauſas reſpiciat expediatque, nec aliis ſe ingerat vel intromittat conſulendo agendove, & alioqui ordinationem hanc, quantum ad ſuum officium attinet, obſervet: omnia fideliter & abſque fraude.

TIT. LXI.

Juramentum Advocati fiſcalis.

SImiliter Advocatus fiſcalis ſtipuletur & teſtetur Deum ſanctumque Evangelium, quòd omnes & ſingulas cauſas & negotia ſibi à noſtro Imperialis Cameræ Procuratore generali fiſcale com-

Digitized by Google

miſſa aut committenda fuerint, vel quæ ſibi fiſcalis nomine obtingunt, & officii gratia agenda erunt, integra fide ſuſcipiat, ſibiq́ue commendata habeat: ac in noſtræ Cæſareæ Majeſtatis, fiſciq́ue uſum & utilitatem quantum optimè intelliget, ſentietq́ue, diligenter proponat agatq́ue, nulla aliqua fraude injuſtitiave ſciens aut prudens utatur, nec dolo moram dilationemq́ue differendæ cauſæ quærat, nec cum partibus aliquam conditionem, pactionemve extra ſpecialem cognitionem & mandatum noſtræ Cæſareæ Majeſtatis, ſeu nobis abſentibus dilecti fratris noſtri Regiæ Majeſtatis, aut generalis fiſcalis ineat faciatve: Secreta, informationes, & adjumenta, quæ in cauſa inveſtigat atque reſciſcitur, in damnum ſeu præjudicium fiſci non revelet, aperiatve. Judicium ac Judicii perſonas revereatur ac provehat, in Judicio integritate ac honeſtate utatur, ab ignominia atque injuria inferenda, ſub pœna ex æſtimatione Judicii, abſtineat: Omnia fideliter & citra fraudem.

TIT. LXII.

Juramentum Advocatorum in Judicio Cameræ Imperialis.

ADvocati Judicii Cameræ Imperialis jurabunt, quòd cauſas eorum, quorum patrocinium ſuſcipiunt, bona fide, ad ipſorum utilitatem prudenter diligenterq́ue tractabunt, nullam ſiniſtram machinationem, fraudem, dolumve in iis committentes, neque de quota litis, quam peragendam habent, paciſcendo, neque interpoſitis callidè conventionibus quicquam illicitè extorquendo: Sed nec ſecreta cauſarum, quæ litigantes partes ipſis ſunt commiſſuri, vel quæ ipſi in tractatione animadvertere poterunt, ulli hominum pandent: Honorem præterea Imperialis Judicii, & eorum, qui ei tribunali præſunt, præſidendo aſſidendoq́ue, ut par eſt, promovere, ac id omnibus modis cohoneſtare velint. Eò loci moderatè honeſtèque ſe gerentes, & ab omni intemperantia & conviciis, ſub pœna à Judicibus infligenda, pœnitus abſtinentes: Salarium etiam atque mercedem, ipſis juxta hujus Judicii conſtitutionem debitam, nullis pactionibus adaugebunt. Et ſi controverſia inter ipſos & litigatores ſuper mercede ſuboriatur, quicquid hoc cauſa à Judice, Prætore & iis, quos ex Aſſeſſoribus ſibi abſumpſerit, aut quibus hoc munus injunxerit, fuerit decretum, eo ſtare debebunt. Quin & patrocinia, quæ ſemel ſuſcepiſſent, ſine juſta cauſa & venia impetrata, non dimittant. Sed ad definitionem ſuſceptæ cauſæ in eiſdem perſeverant, in quibus omnibus dolus malus abeſſe debebit.

TIT. LXIII.

Juramentum Procuratorum.

PRocuratores, à Judicio ad tale munus ſuſcepti, gnari eſſe ac prudentes debent, noſtræ Cæſareæ Majeſtati, aut Cameræ Judici noſtro ſtipulentur, Deum ſanctumq́ue Evangelium adjurantes, ſe partium litigantium cauſis, quas agendas ſuſceperint, fideliter adeſſe velle. Ac quantum melius rectiusq́ue ſapiant, ſentiant atque intelligant, eas cauſas ad profectum & utilitatem partium cùm diligentia propoſituros & acturos, nec fraude aliqua in eiſdem dolòve malo ſcientes uſuros: nec moram aliquam dilationemq́ue malitioſam ad prorogandam protrahendamque cauſam quæſituros, neque partes litigantes ad idem faciendum quærendumve inſtructuros, nec conventionem pactionemve aliquam, luctoſamve conditionem cum litigantibus partibus, de lite cauſave, cujus in Judicio Actores & Procuratores exiſtunt, ut accipiant, inituros. Secreta item, ſubſtructiones & fulcimenta à partibus accepta, aut informationes cauſæ, ex ipſis animadverſa, in earum damnum & præjudicium nemini patefacturos, Tribunal & perſonas Judicii reverenter habituros ac promoturos, ſeq́ue illis coram decenter ac modeſtè geſturos, neminem dicacitate ſua jocòve laceſſuros, ſed omnem petulantiam linguæ intermiſſuros, partes litigantium, ultra, quàm conſtitutum eſt, precium, quodq́ue ex Judicii Cameræ ordinatione debetur, exigendo aut paciſcendo non gravaturos. Et ſi qua ob id controverſia inter ipſos & partes orietur, eam à Cameræ Prætore & Aſſeſſoribus, quos ſibi aſſumpſerit, ſeu quibus ipſe commiſerit, compoſitam, ratam habituros, nec cauſam ſuſceptam aut ſuſcipiendam abſque legitimis rationibus ac juris permiſſione dimiſſuros, quin potius in finem litis uſque partibus fideliter inſervituros eſſe: omni fraude excluſa.

TIT. LXIV.

Juramentum Advocatorum.

ADvocati Imperialis Cameræ Judicii noſtri, ſtipulentur, & Deum ſanctumq́ue Evangelium teſtentur, partibus ſe, quarum cauſas agendas ſuſceperint, fidos ac integros præſtaturos eſſe, in eiſdem quàm rectiſſimè prudentiſſimeq́ue poſſunt, in partium utilitatem diligenter acturos, ſcienter nulla fraude aut iniquitate uſuros, pactum nullum conventionemve de portione aliqua, litis cauſæve, cujus ſunt Advocati, expectaturos, ſecreta partium, & quæ celanda ſunt, conſilia, informationes, inſtructiones, adminicula, vel à partibus accepta, vel quæ ipſi ſua ſagacitate atque ſolertia ab illis hauriunt, in earundem præjudicium atque diſpendium ne-

mini patefacturos, Tribunal ipſum perſonasque reverenter habituros, promoturos, ac coram illis ſe decenter honeſtéque geſturos, rixas ignominioſas convitiaque, ſub pœna à Judicio cenſenda, omiſſuros, nec partes ultra mercedis ex ordine conſtitutæ præſtationem auctione pactioneve qualicunque gravaturos: ſi qua verò hujus gratia lis aliqua ſeu contentio inter ipſos ac partes contingeret, quicquid ibi à Præſide Judicii Cameræ Judicibusque, quos vel ſibi adſciſcet, vel ad eam controverſiam pacandam deputabit, diſcuſſum fuerit, ratum, gratumque habituros, neque cauſam ſemel ſuſceptam temerè, abſque legitimis rationibus, à ſe rejecturos, ſed ad extremum uſque, donec lis tota definietur, cauſis adhæſuros, omni fraude doloque malo ſemotis.

TIT. LXV.

Quomodo Procuratores juramentum calumniæ jurent.

JUramentum calumniæ Procuratoribus ſequenti forma prælegetur: Vos jurabitis Deum, ſanctumque Evangelium, in partium veſtrarum, veſtramque ipſius animam, quòd creditis bonam vos cauſam habere, quòd & nullam fraudulentam, non neceſſariam prorogationem cauſæ petetis. Ac quoties in Jure interrogati fueritis, veritatem non reticere: nec in hac cauſa cuiquam, præter illos, quos jura admittunt, quicquam dare aut promittere velitis, ut ſententiam conſequi ac obtinere poſſitis, omnia fideliter, & ſine fraude: Similiter & Principalis hoc præſtet juramentum.

TIT. LXVI.

Quomodo Procuratores jurent, ſi taxatas expenſas media juramento obtentas volunt.

ADjurabitis Deum ſanctumque Evangelium, in partium veſtrarum animam, quod in hac cauſa N florenos Rhenenſes, plus potius quàm minus Judicialium expenſarum expoſuerint, ac paſſi fuerint. Et in veſtram ipſius animam, quod hoc ita faciendi mandatum acceperitis & informationem: ſine omni fraude.

TIT. LXVII.

Aliud juramentum.

SUper reproducto mandato, in ejusdem mandatarii animam juro, quòd idem in hac cauſa. N. florenos Rhenenſes, plus potius quam minus, Judicialium expenſarum expoſuit ac paſſus eſt: In meam autem propriam animam, quòd iſtud hoc modo faciendi mandatum ab eo inſtitutionemque accepi: ſine fraude.

TIT. LXVIII.

Si Principalis ipſe hoc præſtet juramentum.

QUod in hac cauſa N. florenos expenſarum Judicialium expoſui atque ſuſtinui: ſine fraude.

TIT. LXIX.

Sequitur juramentum, cùm Actoris Procurator ſuos articulos medio juramento exhibet.

UT, Procurator jurabis Deum ſanctumque Evangelium, articulos per te in hac cauſa datos & exhibitos, in quantum partis tuæ factum concernunt, veros: In quantum verò alienos, ac factum alterius concernunt, credas veros ac probabiles eſſe.

TIT. LXX.

Forma juramenti, ſi Actor ipſe ſuos articulos mediante juramento exhibet.

QUod articuli meo nomine in hac cauſa exhibiti, quoad proprium factum concernunt, veri ſunt, & quoad alienum factum concernunt, credo eos veros ac probabiles eſſe: abſque fraude.

TIT. LXXI.

Juramentum Rei ad Actoris articulos, quando Reus eſt præſens.

ADjurabis Deum ſanctumque Evangelium, quòd ad partis adverſæ exhibitas & admiſſas poſitiones & articulos, & ad ſingulos quidem verè reſpondebis, an eos credas, aut non credas veros eſſe: abſque fraude.

TIT. LXXII.

Aliud juramentum.

QUod equidem ad omnes poſitiones & articulos à parte adverſa in hac cauſa contra me exhibitas, verè reſpondebo, an eos credam, nec ne: omni fraude ſemota.

TIT. LXXIII.

Juramentum, quod Rei Procurator, ad Actoris Procuratoris articulos reſpondens præſtet.

CEu Procurator medio juramento tuo, quod nunc præſtabis, ad articulos per partem adverſam in hac cauſa exhibitos, tibique redditos, mediantibus his verbis, quòd credas eos veros, aut non veros eſſe, reſpondebis: omni fraude excluſa.

TIT. LXXIV.

Juramentum malitiæ, quod Procurator in ſuam ipſius & partis ſuæ animam præſtat.

JUramentum malitiæ Procuratori ſequenti forma prælegetur: Jurabis in partis tuæ, tuamque ipſius animam, Deum ſanctumque Evangelium, ſi quidem iſtud ſalva tua conſcientia facere potes, quòd illa, quæ proponis ac petis, non fraudulenter aut malitioſè, nec ad differendam cauſam, ſed tantùm neceſſariò facis: & quòd hoc ita faciendi à parte tua informationem & mandatum accepiſti.

Forma juramenti de malitia.

TIT. LXXV.

Juramentum, quando cuipiam Curator ad litem datur.

JUrabis Deum ſanctumque Evangelium, quòd omnia & ſingula, quæ N. quibus Curator datus es, in propoſitis eorum cauſis, utilia ac neceſſaria ſint, ex meliori qua potes prudentia tua fideliter ages, propones & exercebis, veritate uteris, nec ab ea deflectes: ſi quid etiam inutile ac damnoſum eſt, præcavebis, non uſurpabis, aut uſurpari permittes. Et quicquid in hac cauſa ad tuas manus pervenerit, dicto N. omnino præſtabis. Abſque omni fraude.

TIT. LXXVI.

Juramentum, ſi unus aut plures Curatores dantur, & à Procuratore præſtatur.

TU N. de N. ut Procurator N. & N. ſuper tuo exhibito Mandato, nomine eorundem N. & N. in eorum animam promittens, Deumque ſanctosq; jurabis, quòd omnia & ſingula, quæ C. de D. relicto filio, cujus curam confirmari petunt, bona ac utilia fuerint, facturus ſis agesque, quæ inutilia ac noxia vitabis, omittes ac cavebis. Ejusdem adoleſcentis bona & perſonam, ad ſuam utilitatem meliori modo curabis: Inventarium ſuarum rerum & bonorum fieri facias, eorum adminiſtrationis & negociorum debito ac juſto tempore rationem reddi, unà cum plenaria traditione, ac redditione omnium eorum, quæ Curationis hujus gratia ad ipſorum manus pervenerunt, & ad adoleſcentem pertinebunt, & quæ illi debentur, aut aliàs omnia faciant, quod fidelium Curatorum eſt, ſub hypotheca & obligatione omnium ſuarum rerum & bonorum: abſque omni fraude.

Inventarium Curator faciat.

TIT. LXXVII.

Forma juramenti Teſtium.

TEſtabimini ac jurabitis Deum & ſanctum Evangelium, quod ad articulos in jure receptos, & in tota cauſa inter N. & N. velitis dicere, pro utraque parte, neutri ad beneplacitum vel invidiam, veritatem, quam de ea cauſa ſcitis, & memores interrogabimini; neque id intermitteris aut ſinatis propter aliquod munus, donum, commodum, emolumentum, favorem, odium, amicitiam, timorem, aut aliud quicquam, quod humani ſenſus excogitare poſſent: abſque fraude,

TIT. LXXVIII.

Juramentum pauperum.

JUrabis Deum ſanctumque Evangelium, quòd tam pauper ſis, nec in immobilibus aut mobilibus vel creditis tantum habeas aut poſſis, ut Cancellariæ pro neceſſariis literis, vel Advocato & Procuratori tuo de mercede ſatisfacias: Quòd etiam propterea res bonaq; tua fraudulenter nō alienaveris aut tradideris, & ſi cauſam tuam litemq; in Jure obtinueris, aut aliàs ad meliorem fortunam perveneris, quòd tunc cuilibet, id quod ſibi debetur, perſolves ac ſatisfacies: fideliter & ſine fraude.

Juramentum paupertatis. Clauſula, ſi pauper ad meliorem veniat fortunam.

TIT. LXXIX.

Juramentum Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiſtarum Cancellariæ Cameræ.

SEcretarii, Ingroſſiſtæ & Copiiſtæ in Imperialis Cameræ Judicii noſtri Cancellaria ordinati, nobis, aut noſtro loco Cameræ Judici noſtro ſtipulentur, & Deum ſanctumque Evangelium adjurabunt,

rabunt, quòd ſua munia officiaque ſcribendo, legendo, ingroſſando, deſcribendo ad mandatum Adminiſtratoris & Protonotariorum, attentiſſima fide & diligentia obibunt, fraude nulla in iis uſuri. Secreta Cancellariæ, ut conceptas ſententias, exhibita teſtimonia, protocolla, Judicialia acta & ſcripturas nemini publicare, maniſtare, legenda præbere, aut antigraphos ſeu copias dare, niſi permiſſione & venia Adminiſtratoris, Protonotariorum aut Notariorum, & propterea à nemine munus donùmve à quoquam exigere, petere, aut accipere velint.

TIT. LXXX.

Juramentum Pedelli.

PEdellus ſtipuletur ac juret, quòd Pedelli officio ſuo omni fide & diligentia fungatur, Imperialis Cameræ Judicem noſtrum, & Judicii perſonas honore proſequatur, ac promoveat: & ſi qua ſecreta conſilia audiret, intelligeret aut reſciſceret, ea celare ac nemini pandere: à partibus præter ſuam conſuetam ac debitam mercedem nihil accipere, & nulli parti in præjudicium & damnum alterius cavere, ſuadere, aut quicquam auxilii præſtare: ac alioquin omnia facere, quæ Pedellum facere decet: omnia fideliter & ſine fraude.

TIT. LXXXI.

Juramentum Quæſtoris Judicii Cameræ.

JUter Deum ac ſanctum Evangelium, te omnem diligentiam adhibiturum, taxas, contributiones ſeu quotas apud ordinatas civitates aut à Statibus depoſitas ſeu deponendas omnium minimis impenſis & maxima opportunitate quanto maturius fieri poſſit, ac tibi poſſibile erit ad manus tuas & ordinatam arcam exigas, acquiras, inferaſque, nec in his mutatione, mutuo ſenalia negotiatione utaris, ſed illas totaliter immutatas ad ſingulas diſtributiones, quæ tibi à Judice Cameræ & Aſſeſſoribus committentur, fideli cuſtodia inſimul retineas, & in dicta diſtributione eaſdem contributiones, taxas ſeu quotas juxta quartalia in auro vel moneta, prout illas acceperis, inter perſonas Imperialis Judicii Cameræ, ſingulaſque pro rata ſua proque ſalario ac mercede ſua diſtribuas, æqualitatem erga omnes ſervando. Ac quocunque tempore à Conſularibus ordinatarum civitatum, aut quibus aliis forſitan has taxas ſeu quotas commiſerunt, documenta ſufficientia, quid in auro & moneta in dictis taxis acceperint, ſumas, ac quovis tempore diſtributionis depromas. Et ſi quid præter memorata Cameræ Judicii perſonarum ſalaria, neceſſum fuerit in Judicii Cameræ uſum expendere, Judicis Cameræ & Aſſeſſorum mandato in ea re pareas, & in prædictis acceptis & expenſis ordinaria & juſta Regiſtra & computationes ſerves, ac de illis Judici Cameræ & Aſſeſſoribus probas ac diſertas relationes, rationeſque, quotieſcunque eas abs te exigent, facias: ac tuo officiu ad Imperialis Judicii Cameræ provectum & utilitatem omni bona fide, quanto melius prudentiuſque putes, præeſſe velis.

TIT. LXXXII.

Juramentum Magiſtri tabulariorum.

TAbulariorum Magiſter Judici Cametæ loco Cæſareæ Majeſtatis ſtipuletur, ac Deum ſanctumque Evangelium juret, ſe officio Magiſterii tabulariorum fideliſſimè functurum eſſe, tabularios unà cum Imperialibus Proceſſibus celeriter & maturè expediturum, Judicium, ejuſque perſonas honoraturum ac promoturum, aliaque omnia, ex ordinatione ipſum concernentis diligenter juxtà ac fideliter executurum: abſque dolo.

TIT. LXXXIII.

Juramentum famuli ſeu miniſtri Cancellariæ.

FAmulus promittat ac juret, quòd eo officio ac miniſterio in aperiendo ac recludendo, & ſervitiis Cancellariæ diligenter ac fideliter functurus ſit. Quicquid conceptarum ſententiarum, exhibitarum teſtificationum, Actorum, Protocollorum, Regiſtrorum & ſcripturarum ibi fuerit, aut ſi quid ſecreti ibi animadverterit, ac intellexerit, abſque venia & permiſſione Judicis Cameræ, Adminiſtratoris, Protonotariorum aut Notariorum nemini pateſacturus, aut legi permiſſurus ſit. Propterea nec quidem munus donùmve accepturus, aliaque facturus, quæ probum ac fidum Cancellariæ famulum atque miniſtrum decebunt, fideliter, & fraude ſemota.

TIT. LXXXIV.

Juramentum Tabulariorum Cameræ.

TAbularii, qui ad Imperiale Cametæ Judicium noſtrum ſuſcipiuntur, ſtipulentur, ac Deum ſanctoſque jurent, Cameræ Judici noſtro & Jodicib. inſervire ac obedire, ſua nuncia, Citationes, ac Judicii literas, quæ à Judice Cameræ, Judicibus, eorum deputatis, aut Magiſtro tabulariorum,

rum, quocunque tempore ipſis committuntur aot traduntur, fideliter ac matura diligentia expediant, ac perſonis, ad quas ejusmodi literæ ſpectaot & diriguntur, ipſis aut domi ſuæ, aut aliàs ex ordine Juris reddant atque inſinuent. Inſinuatioois diem & locum deſuper cooſcribant, Magiſtro tabulariorum fide digoam relatiooem, aliaque omnia faciaot, agaotque, quod eos vigore ac vi ordinationis facere æquum eſt: Ubique fideliter, & ſine fraude.

TIT. LXXXV.

Juramentum, quod Medicus, Chirurgus, Barbitonſor, aut alterius artis peritus, ſuper eo, quod ex peritia experientiaq; artis ſuæ novit atque intelligit.

JUrabis, quòd in hac cauſa, propter quam requiſitus es, quaotum experientia artis tuæ didiciſti, & corporalibus ſenſibus tuis percepiſti, nullius vel in favorem vel invidiam, nec ob odium, lucrum, amicitiam, aut donum, ſed tantùm ad promovendam juſtitiam, & prout cautam ipſe reperies, offendesque, veritatem dicere velis, & qoòd credas hoc ita ſe habere ac eſſe, ut te Deus, ſanctique adjuveot. Videatur Hippocratis Juſiurandum eleganttus copioſiusque.

TIT. LXXXVI.

Ordinatio ac forma juramenti Judæorum.

SI Judæo impooetur juramentum, priosquàm juramentum præſtet, librum præ manibus & oculis habeat, in quo divioa præcepta Moyſi io monte Sinai à Deo ſcripta, tradita ſunt, ac deſuper Judæus alloquatur ac adjuretur ſequentib. verbis: Judæe, ego te adjuro per unicum, viventem ac omnipotentem Deum, creatorem cœli & terræ, omniumque rerum, & per ejus Torach, legemque, quam ſervo ſuo Moyſi tradidit in monte Sinai, ut verè dicas & profiteatis, an præſeus hic liber, ſit is liber, ſuper quo Judæus Chriſtiano, aut Judæo verum, rectumque juramentum præſtare atque perficere poſſit ac debeat. Verba Judæo juraturo proponenda.

2. Si tunc Judæus ad ejusmodi adjurationem fatetur & dicit, eum librum eſſe: Chriſtianus, qui juramentum ab illo requirit, aut is, qui ſuo nomine joramentum illi defert, proponere tunc poteſt & prælegere hanc ſequentem quæſtionem & adhortationem, videlicet: Judæe, annuncio tibi verè, quòd nos Chriſtiani adoramus unicum, omnipotentem, & viventem Deum, qui cœlum & terram omniaque creavit, & quòd præter hunc, non Deum alium habemus, colimus, aut adoramus. Quod tibi ob hoc prædico, & hac de cauſa, ne putes excuſatum te coram Deo de perjurio, ſi exiſtimes nos Chriſtiános in vera fide non eſſe, ac Deos alienos adorare, quod nequaquam ſic eſt: ob id quoque cùm Netie aut Capitanei populi Judaici debuerint ſervare, quod juraverant viris ex Giſſan, qui tamen Diis alienis ſerviebant, quanto magis debes nobis Chriſtianis qui viventem ac omnipotentem Deum adoramus, præſtare & ſervare verum, & non fraudulentum juramentum.

3. Quamobrem Judæe abs te quæro, teque interrogo, ao eredas, Deo ignominiam atque blaſphemiam fieri, in hoc, ſi quis falsù juret, & perjurium faciat? tunc reſpondeat Judæus ſic:

4. Chriſtianus dicat, Judæe te præterea interrogo, an deliberato animo, & abſque fraude ac dolo malo, unicum, viventem & omnipotentem Deum invocare velis in teſtem veritatis, quòd io hac cauſa, ob quam tibi juramentum imponitur, veritatem dicere, nec ulla aliqua falſitate ſeu fraude uti velis quovis modo? dicat Judæus ita.

5. Quando hæc omnia facta ſunt, Judæus dextram manum ſuam ad juncturam oſque ponat in prædictum librum, præcipuè ſuper verba legis ac præceptorum Dei, quæ verba in Hebræo ſic ſonant: Loriſſa erſchen Adonay eloecha Laſchaff Kilo teoaqqe Adonay etaſcher iſſa erſchemo Laſchoff. Teutonicè: Ne effer nomen Domini Dei tui vanè, quia non iuſontem aut impunitum finet Dominus eum, qui effert nomen ſuum vaoè.

6. Tunc quidem deſuper, & priusquam Judæus juramentum perficit, Judæus Chriſtianum, cui jurameotum præſtare debet, aut ejus nomine eum, qui juramentum defert, præloquentem his verbis ſequatur:

7. Adonay, ſempiterne, omnipotens Deus, Dominus ſuper omnes Melachim, unicus Deus Patrum meorum, qui nobis ſanctum Torach dediſti, Invoco te, & ſaoctum nomen tuum Adonay, & tuam omnipotentiam, ut me adjuves confirmare juramentum meum, quod jam factu rus ſum. Et ſi injuſtè aut fraudulenter juravero, priver omni gratia æterni Dei, ac imponantur mihi (atque in me recidant) omnes plagæ, pœnæ, & coodemnatiooes, quas Deus condemnatis ac perditis Judæis impoſuit, ac anima mea, corpusque nullam partem promiſſionum habeat, quas nobis fecit, nec quoque partem habeam in Meſſia, aut in promiſſa terra ſanctæ ac benedictæ Patriæ. Forma juramenti Judæorum.

8. Spondeo etiam ac teſtor æternum Deum Adonay, quòd non deſiderabo, petam, aut recipiam aliquam declarationem, interpretationem aut abſolutionem à qooquam Judæo, aliòve homine ſi hoc meo juramento ounc præſtando quenquam hominum fraudavero, fallamve. Amen.

Forma juramenti Judæorum.

9. Poſtea juret Judæus, & reſpondeat Chriſtiano præloquenti hoc juramentum: Adonay Creator Cœli & terræ, omniumque rerum, meus quoque & hominum hîc aſtantium, invoco te per ſanctum nomen tuum, hoc tempore, pro veritate, pro qua N. me impetiit, ex hac vel illa cauſa, cui ob id, ac in eo nihil debeo aut obligor, nec ſum in hac cauſa ulla aliqua falſitate ſeu mendacio fraudeve uſus, ſed prout prædictum eſt, in principali cauſa, in debito, aut aliàs, quæcunque cauſa fuerit: ſic verum eſt, abſque omni fraude doloque & abſconſione. Ita oro me Deus Adonay adjuvet, & hanc veritatem confirmet. Si verò non rectè aut veritatem dixi in hac cauſa, ſed aliqua falſitate aut fraude in eadem uſus fui, ſim ego Heram ac maledictus in æternum. Si verò non rectè, aut injuſtè ago in hac cauſa, recidat in me conſumatque ignis, qui in Sodomam & Gomorrham recidit, omneſque maledictiones & plagæ quæ in Torach ſcriptæ ſunt. Nec me quoque verus Deus, qui folia & gramina, omniaque alia creavit, unquam auxilio ſuo adjuvet, in quibuscunque rebus & neceſſitatibus meis. Si autem veritatem ac rectè locutus ſum in hac cauſa, ita me adjuvet verus Deus Adonay.

SECUNDA PARS IMPERIALIS JUDICII CAMERÆ ORDINATIONIS,
DE POTESTATE ET JURISDICTIONE IMPERIALIS JUDICII CAMERÆ IN PRIMA INSTANTIA.

TITULUS I.

Primùm, de perſonis & cauſis, Imperio non immediatè, ſed aliis Judiciis ſubjectis, quæ ad Cameræ tribunal in prima inſtantia non pertinent.

INITIO ordinamus & ſtatuimus, ut omnes ſacro Imperio attinentes & ſubjecti, in ſuo ordinario jure patrio & Jurisdictione (exceptis caſibus, qui ex vi hujus noſtræ conſtitutionis ad Judicium Cameræ ſine medio pertinent) relinquantur & perſiſtant: ita ut quiſque eo in Judicio, in quo abſque medio habitat, & ad quod idem pertinet, conveniatur, ita quidem, ut ad interpellationem ac requiſitionem partis infra menſem jus ei aperiatur, ac procedatur ex ordine ejusdem Judicii pædanei, & conſuetudine, aliaque in his fiant & ſerventur, ſecundum cujusque Principatus, Comitatus, Dominatus, & Magiſtratus ſeu Superioris laudabile inſtitutum, & uſum, ſeu conſuetudinem. *Eccleſiaſtica pariter & ſecularia Judicia debent emendari ac reformari.* Debent autem nihilominus omnes poteſtates & Magiſtratus Eccleſiaſtici & ſeculares attentam habere curam atque efficere, ut abuſus & errores Eccleſiaſticorum pariter & ſecularium Judiciorum abrogentur, & in Judiciis ſecundum Jus commune ordine & formaliter agatur & procedatur, nec alter alteri in ſuo Proceſſu & curſu ſit impedimento, ſed in ſuo potius ordine unum quodque Judicium retineatur, ad multifaria incommoda, diſſidia, inconvenientia, ac nullitates Proceſſus inde emergentia, vitanda & præcavenda.

Ordo Judiciarius commendatur.

2. Jam & Imperiale tribunal noſtrum in prima inſtantia ſeu juſtificatione non debet ad cujusquam requiſitionem, Citationem decernere ſeu concedere contra eos, qui Cæſareæ Majeſtati noſtræ, & Imperio abſque medio non ſunt ſubjecti, ac aliàs ſuum ordinarium Judicem habent. *Citatio à non Judice impetrata nihil valet, ſed rejici debet.* Et ſi quis præter hoc talem Citationem impetraret, ea quidem cum omnibus, quæ ſecuta fuerint, annihiletur, ac velut inefficax & nullius momenti rejiciatur, niſi quis Pædaneum & inferius Judicium ordinarium pro juſtitia requiſiviſſet, nec illi infra menſem interpellationis factæ juſtitia adminiſtraretur, aut ſcienter recuſaretur, aut fraudulenter differretur. In quo caſu is, cui denegatur aut prorogatur Juſtitia, ejuſdem Judicii Pædanei proximum Magiſtratum & Dominum pro juſtitia adminiſtranda interpellet requiratque: & ſi ibi quoque, ut decet æquumque eſt, nihil impetrat, coram Cameræ Judicio noſtro quærat proponatque, ubi illi præſtabitur auxilium, eum in modum, ut infrà ſpeciali articulo, de denegata juſtitia, commemorabitur.

DE perſonis & cauſis Imperio immediatè ſubjectis, nec in prima inſtantia ad tribunal Cameræ ſpectantibus,

Et primum:

TIT. II.

Quomodo & coram quibus Judicibus, Electores, Principes & hi ſimiles mutuò ſeſe in Jure impetant.

ITem in juſtificatione Electorum, Principum, & ſimilium Eccleſiaſticorum & civilium, actionibus & impetitionibus mutuis, quas vel nunc habent vel habituri ſunt, ita ſervetur. Si qui ſpe-

cialia

tialia inter ſe, arbitrariaque ſeu compromiſſoria Judicia, aut peculiares juſtificandi modos conſtitutos habent, ut ipſi, ex eorundem præſcripto, mutuò utantur. Si qui verò talia nulla habent, agens Elector, Princeps, aut ſimilis, Electorem, Principem, aut huic ſimilem Eccleſiaſticum vel ſecularem, contra quem actionem ac petitionem prætendit, ſcripto requirat, eique actionem ac petitionem eo ſcripto denunciet, requirendo, ſe ob id illum in jus vocaturum eſſe.

Specialia & compromiſſoria Judicia ſunt ab hac ſanctione excepta.

2. Ad quæ requiſitus Elector, Princeps, aut ſimilis, Eccleſiaſticus vel ſecularis, in quatuor ſeptimanis proximis poſt ejuſmodi requiſitionem Actori quatuor regeores, Electores, Principes aut ſimiles, ita, ut media eorum pars, alterave Eccleſiaſtica ſit, altera ſecularis, non ex una familia nati, nominatim indicabit, ex quibus Actor unum ſibi eligat in Judicem, cui petitum Electorem, Principem, aut ſimilem reum in quatuor ſeptimanis poſt nuncupationem prædictam indifferenter certo ſcripto domi ſuæ inſinuet, ſignificetque, ac eum quidem utrinque tunc in duabus ſeptimanis proximis pro ſuſcipienda cauſa ac die dicenda rogent, quod ita idem acceptare ac proſequi tenebitur, uti Imperialis Commiſſarius vigore ac vi commiſſionis, quam nos ceu Romanus Imperator hoc mediante cuilibet factam datamque eſſe volumus. Idem quoque delectus Commiſſarius noſter maturè diem dicat, ad unam aliquam civitatum ſuarum vocando indifferenter, ſimulque adjunctis ſibi conſiliariis ſuis non partialibus cauſam, prout de Jure, audiat atque determinet: neutri tamen parti appellatione coram Imperiali Cameræ Judicio noſtro prærepta aut præcluſa, tenore articuli, de appellationib. recipiendis, vel non, infrà poſiti. Et ſi fortè delectus Commiſſarius ante obiret diem, quàm cauſa determinaretur, Actor ex reliquis tribus nuncupatis Electorib. Principibus, aut ſimilib. alium deligat, qui & ſuſcipere cauſam & proſequi tenebitur, tanquam Imperialis Commiſſarius, juxta prædictum articulum, ſuntque coram hoc producenda, quæ coram defuncto Electore, Principe, aut ſimili Judicialiter actitata fuere, ut in cauſa porrò agantur, fiantque ea, quæ de Jure fieri debebant.

Electorum & Principum inter ſeſe juſtificatio & Proceſſus.

3. Ac dictorum quidem Commiſſariorum ſinguli, ſuo ordine, ſi ad ipſum res cauſaque pervenerit, quàm maturiſſimè procedant, nec frivola fucatave exceptio aliqua locum habeat, vel uſurpetur, prætentetur aut admittatur: Si reſpondens autem ſeu Reus nominationem Electorum, Principum, aut ſimilium ſtatuto tempore non faceret, aut ea quæ ſuprà poſita ſunt, ſequeretur, Actori ad petitionem coram Cameræ Judicio noſtro maturè reſpondebit, ſtabitque.

Commiſſarii in cauſis maturè procedant, nec inanibus exceptionibus locum dent.

TIT. III.

Quomodo, & coram quo Judice, Electores, Principes, & his ſimiles, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, Imperio immediatè ſubjectos in jus vocent.

E Contra Prælati, Comites, Barones, equites, aliive nobiles immediatè Imperio ſubjecti, Electoribus, Principibus, aut ſimilibus Juri ſtabunt ac reſpondebunt, hoc modo, ut agens Elector, Princeps, aut ſimilis poſſit, Commiſſarium ſui ſtatus non partialem, & qui ultrà duodecim milliaria à reſpondente ſeu Reo non diſtet, acquirere, coram quo ex ordinationis tenore ſequente, videlicet, quomodo Electores, Principes & ſimiles petiti reique juſtificentur, procedatur. Aut is Elector, Princeps, aut ſimilis ab illis Prælatis, Comitibus, Dominis, equitibus, aut aliis nobilibus petat ſibi tres Electores, Principes, aut ſimiles, qui, ut ſequetur, non partiales, nec ab Actore ultra duodecim milliaria diſtent, nuncupetur, ex quibus agens Elector Princeps, aut ſimilis unum deligat, coram quibus tenore ordinationis agere atque procedere poſſit.

TIT. IV.

Quomodo, & coram quo Judice, Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles, & Civitates, Electores, Principes, & ſimiles in jus vocent.

PRimum, ſi Prælati, Comites, Domini, nobiles aut civitates, Electorem, Principem, aut ſimilem, Eccleſiaſticum vel ſecularem in jus vocare voluerint, quacunque de cauſa Actor Electorem, Principem, aut ſimilem prædictum requirat, ſibi jus coram conſiliariis ſuis dari dicique, tunc proximo ſequenti Menſe requiſitus Elector, Princeps, aut ſimilis coram ſuis conſiliariis in aula ſua, Actorem, indifferenter, pro Jure reddendo vocet, ac eo in termino aut alio Judiciali ſequente novem ſuorum conſiliariorum in Curia ſua in Jure Judices collocet, conſtituatque, ex nobilibus & doctis deſumpti indifferenter, ne tamen officiatus ille ſeu Amptmanus, qui in cauſa eadem contra Actorem de facto egiſſet, pro Judice locetur, aut conſideat. Ex quibus novenis conſiliariis unus, quem Reus pro Judice acceptare, præſente Actore, aut ſuo Procuratore octo illis conſiliariis juramentum deferat, & major ſeniorque ex octenis rurſus illi juramentum quoque deferat, in ejuſmodi cauſa juxta utriuſque partis propoſita, & in quantum optimè intelligant ſe juſtitiam adminiſtraturos, nullo propterea utentes dolo aut fraude, nec cujuſquam impedimenti reſpectu habito.

2. Iidem noveni conſiliarii liberi quoque ab omni juramento eſſe debent, in hac vel alia cauſa, quæ coram ipſis ventilantur, quamdiu indeterminatæ aut non diſcuſſæ pependerint, in quantum hæ ſtipulationes & juramenta Juri dicundo poterint eſſe remoræ aut impedimento. Agens quoque pars coram conſiliariis non reconveniatur, mutuove impetatur: Et Jus hoc quidem judiciumque ab ea Juridica die, qua cœptum & actio inſtituta eſt, medii anni ſpacio finiatur: niſi juridiciali dila-

tione ac decreto protogaretur, tamen intra annum ac diem terminetur. Elector autem Reus, Princeps, aut ſimilis Actori, & his quos ſecum indifferenter adducet, aut ſuo oomine mittet, ut Juridicis diebus interſint, ac inde ad tuta ſua loca & ſecura revertantur, pacem publicam & ſalvum conductum indifferenter ſcripto transmittere debebit.

Violatori pacis publicæ non detur ſalvus conductus.

3. Neque tamen Actur quenquam ſecum ducat, aut mittat, qui fractor eſſet ac violator Imperialis pacificationis noſtræ, aut ejusdem Electoris, Principis, aut ſimilis apertus hoſtis aut offenſor. Quòd ſi verò Elector, Princeps, aut ſimilis, Eccleſiaſticus ſeu ſecularis coram ſuis conſiliariis prædicto modo ſe Juri ſiſtere nollet, nec Actori, ut præfatur, juſtitiam adminiſtrare, permiſſum ſit Actori, eundem Electorem, Principem, & ſimilem coram Imperiali Cameræ Judicio noſtro, ex hac ordinatione Cameræ Judicii imperere.

Contentio inter Status Imperii, hujus ordinationis ergò.

4. Comque Prælati, Comites, Domini, Nobiles, & Civitates de hac juſtificatione erga Electores, Principes, & ſimiles graviter conqueſti ſint, tanquam ex eo non expeditum Jus conſecuturi, ac ideo pro ordinatione ac conſtitutione æqui ac maturi Juris vehementer inſtiterint & petierint.

Electores & Principes ſubmittunt ſe huic conſtitutioni, ut ſequitur.

5. Electores autem & Principes quanquam iſti jam pridem conſtitutæ ordinationi adminiſtrandi Juris, ſuæque libertati cedere, nonnihil gravabantur: ne tamen pro eo habcantur, tanqusm Jus fugiant vitentve, præjudicinm contra alios quærentes, aut ſubterfugia, condeſcenderunt in hanc cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordine, & civitatibus agendi Juris adminiſtrandique ſententiam, ſicque mutuò concordarunt, ut ſequetur.

6. Primùm, ut articulus de novem conſiliariis, velut præponitur, maneat, locumque habeat, hoc annexo, ut ex iis conſiliariis novenis, ad minus quinque ſint nobiles.

7. Secundò, ſicubi agenti parti non placeret coram tot conſiliariis agere, ut ex illis novenis, ſeptem, aut quinque eligantur, qui ſecundum memoratam ordinationem, ut novem illi agendi decernendique habeant poteſtatem.

8. Electores, Principes, & ſimiles in memoratis duobus caſibus, ſuis conſiliariis expenſas ſolvere teneantur.

9. Tertiò, Elector, Princeps aut ſimilis, tres Principes non partiales nominare poteſt, ex quibus Actor unum eligendi poteſtatem habeat, qui prædicto factæ ordinationis tenore procedat quoque & decernat.

10. Quartò, Etſi in eo Electores & Priocipes gravatos ſe prætendebant, tamen agenti parti permiſſum ſit, Commiſſarium non partialem, qui ad minus eminentis Prælati ſtatus ſit, aut Comes, à nobis, ſi in Imperio fuerimus, aut abſentibus oobis, à dilecto fratre noſtro Romanorum Rege, petere & impetrare, coram quo, tenore prædictæ ordinationis, procedatur.

11. Quintò, Actor reo novem honeſtas, non infames perſonas indicet, ex quibus Actor binas, econtrario Reus, ſi Elector, Princeps, aut ſimilis, fuerit, novem è ſuis conſiliariis, aut aliis nominet, ex quibus Actor tres eligat, qui quini in cauſa (teoore ordinationis de novenis conſiliariis præmonſtrato) Jure procedendi poteſtatem habeant.

12. Sextò, Actor debet ac poteſt binos non partiales honeſtos viros, ſimiliter reus Elector, Princeps, aut ſimilis, binos quoque è ſuis conſiliariis, aut alios aptos, ut ſuprà ponitur, ordinare, coram quibus in prima inſtantia, tenore prædictæ ordinationis, agatur ac procedatur. Et ſi qua iidem quaterni in ferenda ſententia differentes ſeu diſcordes fuerint, nec de ſuperiori, aut viro bono ex partium conſenſu invicem ſeſe unire poſſent: tunc quidem oos, aut oobis abſentibus, dilectus frater noſter Romanorum Rex, ad utriusque, aut etiam alterius partis petitionem & requiſitiooem, ſuperiorem virum bonum, non partialem dare ac ordinare debebimus: qui cui parti acceder, aut ſi ex gravibus cauſis ac ſalva conſcientia id facere non poſſet, ſingulariter quicquid ſibi ex ſcientia & conſcientia juſtum & æquum viſum fuerit, pronunciet, atque decernat, ita tamen, ut utraque partiom binos actus ſen producta ſuis ipſorum expenſis, & ſuperior, vir bonus communibus partium ſumptibus negocium perficiat.

13. Septimò, debet ac poteſt Actor ex Rei Electoris, Principis aut ſimilis conſiliariis, quinos eligere, qui vigore ac vi prædictæ ordinationis novem eorum conſiliariorum, pronunciandi ac decernendi poteſtatem habeant: Attamen ut Reus antequam Actor eos quinos (ut dictum eſt) eligat, binos aut ternos de ſuis conſiliariis, quibus in eadem cauſa uti vult, deligendi habeat poteſtatem.

14. Si verò Elector, Princeps, aut huic ſimilis non tantùm conſiliariorum in Curia ſua haberet, Actor ex Rei Officiatis, Advocatis, negociorum geſtoribus, Vaſallis, nobilibus, reliquum numerum ſupplere debebit.

15. Octavò, debet ac poteſt Elector, Princeps, aut ſimilis novem conſiliarios, ex quibus ad minus quinque nobiles ſint, nominare ac ſeſſioni dare. Coram quibus novenis cauſa principalis & executio in prima inſtantia audiatur, & in ſcriptis, quorum utraque pars non plusquàm quaterna faciat, agatur: Eaque ſcripta de quatuor ſeptimanis, ad alias quatuor ſeptimanas duplicata producantur, & ad ſummum in tertio ſcripto omnia ea quæ parti neceſſaria ſunt, exceptiones quoque, impugnationes, & quicquid pro Jure ſoo ac defenſione facere arbitretur, ingeratur. Quarto autem ſcripto utrinque concludatur, nec in eo quarto ſcripto ac ultimo utrinqoe, novi aliquid ingeratur. Si qua verò Judices in eo quarto ſcripto ex ſeſe cenſerent, æquumque putarent Actori ignoranti, nec in prioribus ſcriptis ea quæ haberet neceſſe, proponenti, non eſſe præjudicandum ea novitate rei in ultimum ſcriptum reſervata, non pronuncient. Quod ſi verò Actori ob itineris longitudinem prædictum tempus ad producendum ſcripta ſua anguſtum foret, Reus ad petitiooem Actoris adhuc quatuordecim

decim

Digitized by Google

decim dies ad quamlibet illorum productionem concedat. Tum & ſi altera partium neceſſe habet teſtes producere, peratque, ii per Commiſſarium utrinque electum examinentur. Atqui ſi partes in eligendo Commiſſario ſeſe unierint, utraque pars examinatorem ſimul cum ſcriba ordinet, qui ejusmodi atteſtationes recipiendi, audiendique ſacultatem habeant. Et ſi ita altera pars ſua teſtimonia vel atteſtationes prodncit, utraque partium pro defenſione aſſertioneque ſuarum productarum atteſtationum, ſeu teſtium excipiendi ac replicandi quatuor hebdomadatum proximarum, & non ultra ſpacium habeat, communicatis utrinque antigraphis ſeu copiis, ac ſic denique concluſum ſit finaliter. Utroque autem boc caſu major ac ſenior inter nominatos rei & conventi Electoris, Principis, aut ſimilis, præſente Actore aut ſuo Procuratore, de quolibet iſtorum octeoorum conſiliariorum, & quidem major ac ſenior inter octenos illos conſiliarios reciprocè juramentum exigant præſtentque, in hac videlicet cauſa juxta cujusque partis propoſita, & prout optimè ſentiat atque intelligat, pronunciet ac judicet, nulla fraude dolóve utens, nec quicquam impedire ſeſe permittens.

16. Iiſdem novenis conſiliariis quoque ſua juramenta per Reum in hac cauſa aut cauſis, quæ coram ipſis in Jure vertuntur, quamdiu indiſcuſſæ pepeuderint, remittantor, & ab illis liberi maneant, in quantum ea juramenta ſeu ſtipulationes Juri dicundo ſuerint remoræ aut impedimento.

17. Quòd ſi partes quidem in productione teſtium, ut præmittitur, pro Commiſſario habendo, ſi non concordare poſſent, utriuſque partis ordinati, Auditor & Scriba, ſenioribus prædictorum novenorum conſiliariorum ſtipulentur ac jurent, ut ſequitur, videlicet, ut in examine horum teſtimoniorum neutrales ſint, neutræ partium præjudicent, ſed hanc atteſtationem fideliter ac diligenter audituri atque conſignaturi, nec aliquem teſtium in ſua teſtificatione impediant. Tum & hujusmodi teſtium dicta neutri partium manifeſtent, quin potius clàm & ſecretò eſſe velint: & prædictis novenis conſiliariis, ut Judicibus, ſub ipſorum, nempe duorum examinatorum, ſigillis obſignata tranſmittant, ſine fraude. Actor quoque, ſi Prælatus, Comes, Baro, eques, nobilis, aut civitas extitit, ut dictum eſt, in his duobus præcedentibus articulis, Electori, Principi, aut ſimili, ot reis ad eorum reconventionem, ſeu mutuam petitionem non teneatur: Verùm & prioribus articulis reconventio locum habeat.

19. Ut viſom fuerit atque placuerit agenti parti, ex prædictis octenis viis unam poteſt eligere, quamcunque voluerit, eam Elector, Princeps, aut ſimilis acceptare ac ſequi debebit, tenebiturque.

20. Et hæ quidem formulæ juſtificationis Prælatorum, Comitum, Dominorum, oobilium, & civitatum omnimodo, ut ſuprà conſtitutum eſt, locum etiam habeant in civibus, ruſticis, & aliis ſubditis contra Principes, & ſimiles, atque (ut prædictum eſt) ſerventur.

TIT. V.

Quomodo & coram quibus Judicibus Prælati, Comites, Barones & Nobiles, Imperio immediatè ſubditi, invicem in Jure conveniri debeant.

Reus tres Principes nominatim indicat, ex quibus Actor unum eligit.

E Contrario ſi Prælatus, Comes, Dominus, nobilis aut cliens ſeu vaſallus adverſus Prælatum, Comitem, Dominum, Nobilem, aut alium Nobilem immediatè Imperio ſubditum, actionem & petitionem habet, Reus tenebitur ad Actoris requiſitionem & inſinuationem tres Electores, Principes aut ſimiles non partiales, nec ultra duodecim milliaria diſtantes nominare, ex quib. Actor unum eligat, qui conveniente loco diem dicat, cauſam cognoſcendi audiendique, & ex ordinatione (quemadmodum ſuprà proximo articulo in verſiculo incipiente, Tertiò, ut Elector &c. conſtitutum eſt) agat atque procedat. Aut ſi id quidem acceptare nollet, Commiſſarium non partialem à nobis, ſi in Imperio erimus, aut abſentibus nobis, à dilecto fratre noſtro Romanorum Rege impetrabit, coram quo ſecundum prædictam ordinationem, quo modo Electores, Principes, & ſimiles in Jus vocentur, conſtitutum eſt, procedatur.

x. Aliàs Imperio non immediatè, ſed aliis dominis ſubjectus, aut iis de cauſis, quæ Electoris, Principis, aut Domini cujusdam Juriſdictioni abſque medio ſubjectæ ſunt, ſub ordinario ſuo Judice, vi & tenore ordinationis permanere ac ſtare Juri debet.

TIT. VI.

Quomodo in expendendo aut ſumptibus conſidentium conſiliariorum, in ſalvo conductu partium, appellationibus & aliis ſervari debeat.

Appellandi facultas ſeu poteſtas libera utrique parti conceditur.

IN omnibus prædictis articulis utrique partium ad Imperiale tribunal Cameræ appellandi facultas data ſit, prout in præmiſſa ordinatione novenorum conſiliariorum, aliasque continetur, ac cuique Imperio ſubdito permiſſum eſt. Ubi autem ſic à latis ſententiis ad Judicium Cameræ appellatur, coram eodem Judicio Cameræ nova nulla proponantur aut producantur, niſi à partibus per juramentum, quod Judici Cameræ ipſæ, aut ſui legitimi Procuratores faciant, obtenuerint, quòd iſta in prima inſtantia neſciverint, aut non potuerint exhibere ſeu producere, quodque exiſtimet, hæc nova producenda ad obtinendum Jus ſuum conferre. Et ſic quidem in omnibus prædictis juſtificationibus primæ & ſecundæ inſtantiæ procedatur, agatur, & ſervetur, ut antè de petitis Principibus reis conſtitutum eſt.

2. Electores, Principes, & ſimiles conſiliarios ſuos eò promoveant quoque, ut ſe de cauſa ut præ-

fatur,

fatur intromittant, atque in ea decernant, idque impenſis ac ſumptibus ſuis. Adhæc Actores, & quos ſecum indifferenter adducunt, pace publica & ſalvo conductu quantum opus eſt tueri debent. Tamen ſuo ſibi cuilibet Electori, Principi aut ſimili, etiam Prælatis, Comitibus, Baronibus, equitibus, aliisque nobilibus, ſicubi ſpecialia pacta, conventa, conſuetudines, aut uſus cum ſuis nobilibus ſubditis & incolis conſtitutos habeant, jure, extra prædictos articulos, ſalvo ac integro.

TIT. VII.

Quomodo pro Principatibus & Comitatibus &c. in Jure agatur.

Cauſæ principatuum Imperatori & Regi reverſantur in Imperio juſtificandæ.

SI quæ cauſæ inciderent, Principatus, Ducatus, Comitatus &c. concernentes, qui ab Imperio infeudantur, & ab altera parte mediante Jure auferentur per diffinitivam, Horum ſententiam nobis, aut ſi abſentes erimus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, citra tamen aliarum cauſarum hujus ordinationis præjudicium, reſervatam volumus, nec eas quidem extra Imperium Teutonicæ nationis trahentes.

TIT. VIII.

Quomodo, & coram quo Judice ſpoliorum cauſa, communem & publicam pacem non lædentia, agatur.

De ſpoliis & ſpoliatis præter publicæ pacis violationem læſionemque factis.

QUandoquidem communium ac levium ſpoliorum ergò, quæ non vi, violentove facto, ſed tamen contra Jus fiunt, nec Imperiali pacificationi, ejusve pœnis aut cohertionibus ſunt ſubjecta, multijugi errores contentionesque ſacro in Imperio contingere poſſent, Electores, Principes, & communes Status, ac abſentium nuncii, conſiliarii, & Legati, rectè in memoriam revocarunt pro conſervatione firmæ pacis & æqui Juris maximoperè neceſſarium fore, ſpoliatis in ejusmodi caſibus maturè juſtitiam adminiſtrari, ut ſi qua immeritò ſpoliati eſſent, protinus ſua recuperarent, prout iſta in communi ſcripto Jure ſalubriter proviſa ſunt.

2. Ad promovendam igitur provehendamque æquitatem ac celerem juſtitiæ adminiſtrationem, Electores, Principes, & ſimiles, Prælati, Comites, Barones, Domini, & civitates, nobis honorificè juxtà ac humiliter gratificantes, modos eos ac formulas juſtificationum, qualiter ex in Imperii & hac Judicii Cameræ ſanctione propter ipſos conſtitutæ ſunt, in his cauſis communia & levia ſpolia concernentibus, aliquatenus ſuſceperunt, eaque aliquantò arctius contraxerunt, & æqua compaſſione erga ſpoliatos ejusmodi juſtificationum modos formulasque eò direxerunt, ut ſpoliatus æquo Juris auxilio ad juſtam reſtitutionem ſuorum maturè pervenire poſſit, ut ſequitur.

Omnes ſpoliati agere poſſunt, ſublimes ac infimi.

3. Sic deinceps aliquis Elector, Princeps, aut ſimilis Imperio immediatè ſubjectus, alium quempiam Eccleſiaſticum aut ſecularem Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Dominum, nobilem, civitatem, civem, aut colonum: Aut ſi quis Elector, Princeps, aut ſimilis, alterius Electoris, Principis, aut Status ſubditos, aut quempiam ſuorum ſubditorum ſub ſe ipſo habitantium ſive Eccleſiaſticus ſive ſecularis ingenuus, aut non ingenuus, nobilis aut non nobilis fuerit, in aliquo bonorum ſuorum, qualicunque nomine vocetur, nullo excepto, aut poſſeſſione ſua ſpoliaverit aut privaverit.

Matura fit ſpolii expeditio.

4. Spoliatus Elector, Princeps, aut ſimilis Principi, contra ſpoliatorem, ſicubi ſui ſtatus fuerit, ea juſtitiæ conſequendæ forma modoque, inter Electores, Principes aut ſimiles juxta Imperii ordinationem facto, utantur: matura tamen ejusmodi expeditione ac determinatione, velut infrà recenſebitur & commemorabitur. Si autem ſpoliatus fuerit Prælatus, Comes, Baro, nobilis, civitas, civis, ruſticus, aut ſubditus Eccleſiaſticus ſive ſecularis, poteſtatem habeat formulam unam earum, quas Electores, Principes, & ſimiles Principi, ut præfertur, contra Comites & nobilitatem ſuſceperunt, ſuo arbitratu eligendi: Quam viam etiam Electori, Principi, aut ſimili, à quo præmiſſo modo ſpoliatus eſſet, clarè ac differenter indicare ac petere debet, ſibi ſecundum eam electam viam modumque novenos illos conſiliarios, aut electas ordinatasve perſonas unà cum conſiliariis dari, ac ſeſſioni collocari.

5. Idem Elector, Princeps, aut huic ſimilis tenebitur, infra menſem proximè ſequentem, aut ſi legitima impedimenta haberet, ad ſummum infra ſex ſeptimanas, poſtquam ab Actore requiſitus eſt, Actori novenos ſuos aliosve conſiliarios, aut delectas ordinatasve perſonas ſimul cum conſiliariis juxta viam formamque ab Actore propoſitam ſeſſioni collocare: ita quidem ut Actor Judicium juſtificationemque ſuam infra menſis aut ſex ſeptimanarum ſpacium, ut ſuprà memoratum eſt, poſtquam ſpoliantem requiſivit, per obtentionem conſuetæ Citationis inchoare, ac deſuper procedere poſſit, prout de Jure.

Advocatos & Procuratores parti egenti dabit de ſuis Reus Princeps.

6. Quòd ſi Actor Advocatos & Procuratores ſibi acquirere, aut ob tenuitatem facultatum aliunde ſecum adducere non poſſet, Elector, Princeps, aut principi ſimilis, Actori ad requiſitionem ejus, idoneas, prudentes, eruditas perſonas ſub Electore, Principe, aut ſimili habitantes ad inſerviendum pro æquo & mediocri ſalario compellat, aut ſicubi paupertatem juraret, prout de Jure fideliter advocandum, procurandum & inſerviendum, ut decet. Quibus & Elector, Princeps, aut ſimilis juramenta ſua hoc caſu remittere debet.

Sumariè procedendũ in cauſis ſpoliorũ.

7. Confidentes verò, in ejusmodi cauſis communia ſpolia concernentibus, ſummariè ſecundum Juris ordinem procedant, & judicii juſtificationisque concluſionem maturent, ut Actor infra

anni

anni ſpacium, ab eo dum illis coram in Judicio cauſa cœpit pendere, finem, & ſententiam diffinitivam abaque omni impedimento & remora conſequatur.

8. Quòd ſi autem Actor ſpoliantem requirat, vigore ac vi prædictarum viarum ac juſtificationum, tres non partiales Principes nuncupandos, ex quibus unum ſibi Judicem deligat, ei Elector, Princeps, aut ſimilis Principi, ſuper eo requiſitus, absque recuſatione, pareat, & Actori tres non partiales Principes, juxta prædictam ordinationem, proponat, ac eum, quem Actor eliget, infra quatuordecim dies poſt ejuamodi electionem requirat ad cauſam in ſe recipiendam. In quo caſu, aut ſicubi Actor tenore jam dictæ ordinationis, Commiſſarium nactus eſſet, quod & ipſum ſibi liceat, tenebitur delectus Princeps aut Commiſſarius, Actori ad requiſitionem ejus infra menſis ſpacium Citationem decernere, cauſam Juri adhærere, eique, ut prædictum eſt, infra anni ſpacium pro finali determinatione auxilio eſſe.

9. Si & diffinitiva pro Actore contra Reum lata, & ab ea ordinario more non appellatum fuerit, nec Actur infra tempus Judicii Cameræ ordinationis vigore ſententiæ reſtitueretur, tunc ad interpellationem Actoris victoris per Imperiale Judicium noſtrum Cameræ ad juſtam executionem memoratæ ſententiæ procedatur, agaturque, Actorique auxilium præſtetur omni modo, ac ſi eadem ſententia in dicto Cameræ Judicio noſtro lata, promulgataque eſſet.

Victor non interpoſita appellatione ad executionem latæ ſententiæ procedat.

10. Verùm ubi reus Elector, Princeps, aut Principi ſimilis, in ſententia ſuccubuerit, & ab ea ordinario modo, prout de Jure provocaverit, appellationem ſuam in tribus menſibus à tempore ordinariè interpoſitæ appellationis computandis, Judicio Cameræ inſinuare, adhærentemque facere debebit, nec appellanti in ea ſecunda inſtantia novi quicquam proponendi facultas concedatur, niſi præſtiterit juramentum, propterea huic Cameræ Judicii ordinationi noſtræ ad ſæpedictas juſtitiæ formulas annexum & expreſſum, quin per dictum Cameræ Judicium maturè & absque remoratione procedatur.

11. Si autem prima in inſtantia contra Actorem pro reo pronunciaretur, Actori ad Cameræ Judicium, prout Juris eſt, appellandi, ſuamque appellationem proſequendi, libera poteſtas ſit, ubi quoque maturè & absque ceſſatione cauſa expediatur. Similiter tamen ſuam appellationem, ut prædictum eſt, in tribus menſibus inſinuare, ac pendentem facere debebit.

Appellandi ad tribunal Cameræ poteſtas ſit.

12. Quòd ſi verò contingeret, ut ſpolians Actori novenos, aut alios conſiliarios, ſeu electas, ordinatasve perſonas unà cum conſiliariis intra menſis ſpacium, aut caſu legitimorum impedimentorum in ſex ſeptimanis ad ſummum, uti memoratum eſt, non ſiſteret atque ſeſſioni daret: aut ſi delectus Princeps, aut impetratus Commiſſarius Actori ad ſuam requiſitionem in menſis tempore Citationem non decerneret, quò Actor ſtatuto eo tempore actionem ſuam inchoare poſſet: Aut ſi requiſitus Elector, Princeps, aut Status, Actori tres non partiales Principes protinus non nominaret: vel Actori ad ejus interpellationem nullos Advocatos ac Procuratores compelleret, tunc cauſa quidem ſimplicis ſpoliationis, uti præfatur, mox ipſo Jure ad Imperiale Cameræ Judicium noſtrum devoluta ſit, & Actori ad ſuam requiſitionem Citatio decerni, contraque ſpoliantem, qui in memorato Judicio noſtro Cameræ, hoc caſu, Juri ſtare tenetur, maturè & prout de Jure procedi debebit.

13. Similiter ſi eveniret, ut noveni conſiliarii, aut electæ ſeu ordinatæ perſonæ unà cum conſiliariis, aut Impetratus Commiſſarius vel delectus Princeps Actori infra anni ſpacium, poſteaquam appenſa Juri cauſa eſt, ad finalem declarationem & diffinitivam ſententiam non perduceretur, anno elapſo cauſa denuò Imperiali noſtro Judicio Cameræ ipſo Jure devoluta ſit, & ad requiſitionem Actoris per dictum Imperiale Judicium noſtrum Cameræ eo in ſtatu, quo prius quàm coram conſidentibus, aut impetrato Commiſſario aut delecto Principe cœpta fuerat, reaſſumi debebit. Conſideores quoque, aut Commiſſarius, aut delectus Princeps teneantur, ad interpellationem Actoris omnia Judicialia acta in ſex hebdomadibus ad ſummum edere ſpoliantis impenſis.

14. Ubi verò in his moras necterent, Imperiale noſtrum Judicium Cameræ compulſoriales decernat, ſubque pœnis Juris compellat ad ejusmodi Actorum editionem, ut ſuprà dictum eſt, porroque maturè procedat ne Actor in longum remoretur, quin potius maturam juſtitiam conſequatur, prout in ejuamodi ſpolii caſibus ac privationibus æquum & juſtum eſt.

15. Cæterùm, ſi Prælatus, Comes, aut nobilis quispiam Imperio immediatè ſubjectus, Electorem, aut Principi parem, Eccleſiaſticum vel ſecularem, alium ve Prælatum, Comitem aut nobilem, Imperio quoque absque medio ſubjectum, ſuis rebus bonisve absque vi, communique publicæ pacis violatione privaret, ſpoliaretve: Actor ſpoliantem Jure convenire poteſt, ac ea Judicii juſtificationisque formula uti, quam Imperialis ordinatio conſtitutioq; memoratis Electorib. Principib. & ſimilibus contra Prælatos, Comites, & Nobiles: & Prælatis, Comitibus atq; Nobilibus reciprocè ac mutuò differentes

rentes

renter præſcribit. Proceſſus tamen omni modo inſtituatur, maturè item procedatur, actorique infra annum expeditio fiat: aut ob moram cauſa ad Imperiale Judicium Cameræ devolvatur, quemadmodum de his ad longum hic ordinatum eſt, & conſtitutum.

Simplicium ſpoliorũ cauſæ corã ordinariis Judicib. explicentur.

15. Si qua verò inter Electoris, Principis aut Status cujusquam ſubditos, ſub quibus utraque partium habitarent: aut inter ſubditos, quorum Actor ſub uno, Reus verò ſub alio Electore, Principe, aut Statu habitaret, lites & controverſiæ emergerent, dictorum ſimplicium ac levium ſpoliationum gratia nullam pacis violationem habentium, eæ in prima inſtantia coram ordinariis Judiciis determinari & expediri debebunt, prout de Jure.

Spoliatis ante hanc conſtitutionem nihil præjudicatur.

16. Si quis ante hoc tempus ſpoliatus, & nondum reſtitutus eſſet, ſive ſit in publicæ pacis læſionibus, aut generalibus levibus ſpoliis, ei præjudicatum nihil, ſed reſervatum ſit, actionem ſuam & reſtitutionem debito more modoque petere ac terminare, reſervata tamen reo defenſione & exceptione ſua.

DE PERSONIS ET CAUSIS, QUÆ SUA NATURA AC PROPRIETATE, non attento eo, an immediatè aut absque medio, Imperio ſint ſubjectæ, in prima inſtantia ad Imperiale Judicium Cameræ pertinent. Et primum:

TIT. IX.

Quod ob transgreſſionem Imperialis pacificationis coram Judicio Cameræ agi poſſit.

Publicæ pacis Wormatiæ facta conſtitutio, An. 1521.

POſteaquam antea quoque in Conventu noſtro Wormatiæ, Anno viceſimo primo celebrato, matura deliberatione habita, unanimique conſilio noſtrorum & Imperii Electorum, Principum & Statuum generalem & communem publicæ pacis conſtitutionem fecerimus ſub magnis quidem & gravibus pœnis, eamque poſtea ſequentibus, & præſertim in his Comitiis Auguſtæ, quibusdam neceſſariis additionibus & declarationibus ampliaverimus ac declaraverimus, modo ejusdem conſtitutionis publicæ tranquillitatis prioribus noſtris & Imperii Receſſibus, ac huic quoque inſertæ expreſſo. Ut igitur eadem firmiter teneatur & exequatur conſtitutio, neceſſariam quoque proviſionem cautionemque fecimus, quo modo contra fractores, violatores, & transgreſſores illius, non ſolùm in recenti facto per defenſionem, verùm etiam per denunciationem, declarationem, & extorſionem pœnarum, aliasque agi & procedi debeat, omni modo prout ſequetur, videlicet.

Publicæ pacis læſio quomodo fiat.

2. Si quis ſublimis aut humilis ſecularis ſtatus, quicunque is ille ve, unus an plures fuerint, contra unum pluresve articulos in memorata ſtipulataque noſtra publica pacificatione poſitos egerit, feceritve, aut agere facereve quid conatus fuerit: aut ordinationem ac obligationem dictæ noſtræ publicæ pacificationis in uno aut alio articulo contempſerit, ei non paruerit, aut pareri operam dederit, effeceritque, ſed in eo deſes, ſupinus, vecors, ignavus & negligens comperiatur, is illique & facto & Jure in pœnas violatæ pacis, præcipuè in noſtrum & ſacri Imperii bannum ac proſcriptionem unà cum aliis pœnis jam inciderunt, eum, eosque etiam ſicubi delictum hoc & transgreſſio notorium & publicum fuerit, eas in pœnas incurriſſe his mediantibus declaramus. Quodque contra eum eosq; denunciationibus, declarationibus ejusmodi executionis ac extorſionis pœnarum per nos, noſtrumque dilectum fratrem Romanorum Regem, aut Imperiale noſtrum Judicium Cameræ, ad interpellationem & requiſitionem læſæ partis, Imperialis fiſcalis noſtri, aut ultrò, ſuique officii gratia ſeverè & irremiſſibiliter procedatur, ac prout de Jure agatur: Quampiimùm quoque is aut illi pacis fractores ita per nos, dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, aut Imperiale noſtrum Judicium Cameræ prævia Citatione aut vocatione in dictum Bannum ac proſcriptionem declarati fuerint, ejus aut eorum corpora & bona publicè omnibus liberè permiſſa ſint, nec quisquam temerè agere ſeu delinquere in eis violandis & prehendendis poteſt. Tum & omnes obligationes, ſtipulationes & fœdera ipſos concernentia, ex quibus actiones habere poſſent, erga obligatos, invalida ſint ac mortua. Feuda quoque quibus transgreſſor uſus fuerit, ad Dominos recidiſſe, tranſiiſſeque debent, quamdiu vixerit pacis violator, ſe aliosque feudi hæredes eisdem non inveſtiri, nec portionem ſuam aut uſum fructum concedi. Attamen dominus feodi uſum fructum eorundem feudalium bonorum, in quantum ultra neceſſarias expenſas annuè ſupererit, Actori aut læſis ad æſtimationem Judicii Cameræ reddere atque perſolvere teneatur, quamdiu violator pacis vixerit, aut donec idem pacifragus cum læſo ſe concordaverit, cauſamque tranſegerit. Læſis autem ſuisque conjunctis & auxiliatoribus medio tempore, ac priusquam declaratio ſequatur, contra eos ipſos paciatores ac pacifragos, ſuosque aſſeclas, auxiliatores, & receptores defenſio ſua ac perſecutio in recenti facto, aut cum amicos & auxilia ſua habere queat. Idque omne Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii ſignificandi, perſcribendi, ac inſinuandi poteſtatem habeat, non prohibitum, ſed potius reſervatum eſſe debebit.

3. Et ſi contingeret, ut quispiam contra hanc noſtram publicam pacificationem alium cum armata militia & exercito violenter invaderet, debemus nos ac volumus tunc, aut abſentibus nobis dilectus frater noſter Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum Judicium Cameræ, ad requiſitionem ejus, qui invaſionem metuit, & ſe ad Jus juſtitiamque refert, aut Imperatorius fiſcalis noſter, iis qui

iis qui in aggreſſura & expeditione eſſent, ſub pœna Banni ac præſcriptionis inhibere, ab armis & facto violento ſeu impreſſione ut deſiſtant, ac æquo Jure juſtitiaque contenti ſint.

4. Quod ſi verò is, iive, quibus ſic inhibitum eſt, inobedientes fuerint, mox Imperatorius fiſcalis noſter contra eos inobedientes ad declarationem ſuper prædicto Mandato ſine mora procedat: Eosque inobedientes per nos, dilectum fratrem noſtrum Romanum Regem, aut Cameræ Judicium noſtrum in Bannum aliaſque pœnas publicæ pacis, ut decet, decernemus ac declarabimus.

Declaratio contra inobedientes per fiſcalem Cameræ.

5. Nibilominus quoque nos, dilectus frater noſter Romanorum Rex, aut Cameræ tribunal noſtrum, contra omnes & ſingulos auxiliatores eorum, qui, ut dictum eſt, in armis & expeditione violentæ impreſſionis ſteterint, generalem revocationem ac miſſionem ſub pœna Banni maturè evulgabimus ac publicabimus: Similiter & alios confines ac vicinos pro conſervatione, ut prædictum eſt, requiremus ac invitabimus, illi aut illis, contra quos impreſſio & aggreſſura ſuſcipitur, auxilio venturos defenſionemque & ſuppetias laturos fore.

Generalis revocatio & miſſio mittum ſub pœna Banni maturè facienda.

6. Volumus quoque, ſi quis Eccleſiaſtici aut ſecularis ſtatus, quisquis ille fuerit, contra publicam pacem læſus, vi oppreſſus, aut ſuis bonis, quocunque nomine vocetur, nullo excepto, violata pace privatus ſpoliatúſve fuerit, ejus læſi ſpoliatíve arbitrio ac voluntati relictum eſſe, patratorem & pacis fractorem ſuper pœnis Juris & noſtræ pacificationis conjunctim aut diviſim, ſimul, & ſuper vi violentiaque, læſione & ſpoliatione unà cum prædictis pœnis aut ſuper quolibet ſingulatim coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ accuſare. Ad quæ ſibi per Judicem noſtrum Cameræ & Aſſeſſores maturè Jus debitum juſtitiaque adminiſtretur. Citra tamen Imperatorii noſtri fiſci, ejusque Juris, patratæ pœnæ nomine præjudicium.

7. Sique hoc modo coram noſtro Judicio Cameræ vis illatæ aut privationis ergò pariter & ad pœnam actitatum fuerit, & accuſatus pendente & nondum finita lite in fata concederet, ante vel poſt litis conteſtationem: tunc inſtantia Judiciumque memoratæ læſionis aut ſpoliationis gratia, ad hæredes accuſati & ſucceſſores perveniat ac delabatur: & hæredes teneantur iſtud Judicium, inſtantiamque eo in ſtatu, uti repererint, continuare, & quicquid deſuper in Jure decretum pronunciatumque fuerit, expedire, aut aliis viis modíſve cum Accuſatore tranſigere.

Violatæ pacis actio tranſit ad hæredes lædentis.

TIT. X.

Quomodo contra eos, qui de fracta pace, aut quòd fractoribus pacis clandeſtina auxilia tulerint, ſuſpecti ſunt, agatur, & ad purgandum procedatur.

SI quis ex Electoribus, Principib. Prælatis, Comitibus, Dominis, nobilitate, civitatibus, aut aliis quacunque dignitate ſint aut conditione, Eccleſiaſtici aut ſeculares, aut ſui, adverſus hanc publicam pacificationem, clàm captivus abduceretur, retineretur, aliis venundaretur, traderetur: caſtrum, civitatem ac domicilium clanculum irrueret: injuſtis, fraudulentis cædibus, latrociniis, incendiis, aliisque viis in corpore ſuo aut bonis contra Jus, faſque & noſtram publicam pacificationem læderetur, aut vi obrueretur, quamcunque via modoque id fieret, nec patratores manifeſti, neque accuſator eos tales eſſe, probare vellet aut poſſet, ſi tamen ex legitimis, gravibus & ſufficientibus indiciis ſuſpecti eſſent, aut de eo publica vox & fama, aut ex ſimilibus indiciis aliquis ſuſpectus foret, quòd ejusmodi patratoribus & offenſoribus, contra dictam publicam pacificationem, auxilium, ſuppetias, opem, aut hoſpitium, tranſitum, cibum, potum, aut alia adminicula præbuiſſet aut feciſſet, eos domi ſuæ detinuiſſet, neque id tamen palam aut manifeſtè conſtaret: Volumus, quò in hujusmodi ac ſimilibus caſibus Accuſator ad accuſationem ſuam, & Reus ſive accuſatus ad proſecutionem ſuæ nocentiæ aut innocentiæ maturius, minoribusque impenſis pervenire poſſit, læſo licere, poteſtatemque factam eſſe, eum, qui de facinore, aut auxilio, aut quòd ad ea conniviſſet, ſuſpectus ſit, coram ſuo, hoc eſt, ſuſpecti ordinario Judice, ſive coram nobis, dilecto noſtro fratre Romanorum Rege, aut Imperiali noſtro Judicio Cameræ, ſe ut medio juramento purget, in Jus vocandi: Ita tamen ut Judici, quem deliget, prius articulatim ſignificet, quibus ex cauſis violatorem ſpectum habeat. Et ſi Judex cauſas & indicia ſuſpicionis relevantia, & cauſæ conferentia ac admittenda putet, decernat citationem, cui articulos ſuſpicionis inſeret, ac ſuſpectum ad certam diem citet, vocetque, ut ſi non fuerit Elector aut Princeps, perſonaliter compareat, ad articulos ſuſpicionis in Jure reſpondeat, ſeque deſuper coram & perſonaliter medio juramento purget, ſuamque innocentiam ſic patefaciat. Simul & cum iſta Citatione, ſuſpecto, noſtro loco & ſacri Imperii nomine ſalvum conductum pro ſe ac ſuis quibuſcunque, quos ad eam diem ſecum adduxerit, indifferenter & abſque fraude, dictam diem adeundo & ab ea recedendo ad loca ſua tuta præſtabit in ſcriptis. Quæ Citatio quidem, caſu, quo in conſpectum citati & ob oculos, aut conſvetam ad habitationem ſeu domicilium pervenire, aut inſinuari non poſſet, duobus aut tribus locis, ubi citato procul dubio innoteſcet, affigatur, ad quam etiam citatus, ſi non eſt Elector aut Princeps, perſonaliter, ſi autem Elector eſt aut Princeps, per ſuum legitimum Procuratorem ſeu mandatarium comparere, & ad articulos reſpondere debebit. Et ſi eos negaret, ſi tunc pars accuſans ſuſpicionem per ſufficiens Indicium publicam vocem, famam, aut unicum teſtem, qui de facto, auxilio, ope, aut quòd conniviſſet, teſtaretur, indicat: Aut ſi ſuſpectus tenuis & humilis ſtatus, & accu-

ſans ſublimis & honeſta perſona, fide digna, ſtatus, conditioois, vitæque integræ & psobatæ ſiserit, & ſic psopoſitoa articulos, quòd veros credat, juramento adfirmaret, ac confirmaret: tuuc ſuſpectus teoebitur, eique decreto injungatur, perſonalites ſeſe per juramentum pusgase: niſi Jsdex ex iſtia cauſis in Jure propoſitis moveretur, ad dandum commiſſarioa, coram quibus ſuſpectus domi ſuæ, aut aliàs opportuno loco juramentum purgationis perſonaliter præſtaret, ad quod his mediantibus admittendus erit. Si verò commuoitas Eccleſiaſtica vel ſecularis hoc modo in Jua vocaretur, duæ pattes conſulatus ejusdem communitatis coram Commiſſasio propterea otdinando, perſonaliter, prout ex Juris otdine decet, jurare debebuns. Et ſi quæ in hia aliquot ſpeciales perſonæ conſulatus ſuſpectæ per Accnſatorem nominarentus, eæ inter memoratas duas partea quoque ad jurandum tecipiantur & admittautur. Si quæ verò ejusdem civitatis aut Communitatis privatæ ſeu ſpeciales perſonæ, ſive io conſulatu, ſive extsa fuerint, ſuſpicione laborarent, cum iis, velut cum aliia privatis perſonia prædicto modo agatur ſetveturque. Et ſi accuſatus tantoperè ſuſpectus fuesit, ut etiam compurgatoribus opua ſit, diſcretioni Judicis ſter, an ei illos imponat nec ne. Qui jurent ſe credere, huoc vel eoa, qui ſe mediante juramento purgatunt, & excuſarunt, rectè juraviſſe. Qua purgatione ſacta à ſuſpicione vacare liberque eſſe debet, & utrunque juramentum rectum verumque putari, donec accuſatua in Jure de facto convictus fuerit. Tunc debet ac poteſt contrà convictum tanquaio ſacti reum, ac perjurum ad pœnam, aliaſque ut juſtum eſt, procedi agique.

2. Si verò Accuſatus purgationem aut excuſationem aliqua via modòve recuſaret, ſive ad Citationem & dictam diem perſooaliter abſque fide digna demonſtratiooe legitimi impedimeoti non compareter, tunc quidem ejus, de quo ſuſpectua aut accuſatua eſt criminis teua habeatur ac decernatur. Accuſatori etiam, aut Imperiali noſtro fiſcali Citatio, ad videndum & andiendum ejusmodi facti ergò in Bannum ac pœnam publicæ pacificationis incidiſſe, declarari ac denanciari, impartiatur, & ſuper eo ulterioti probatione accuſati ſacinoria (niſi accuſatus ſuam innocentiam psoponera vellet, in quo audietur) in pœnam noſtræ pacificationis declaserur, dennocietur, aliasque in hoc, ut æquum eſt, procedatur, agatutque.

3. Et ſi psopterea in Bannum declaretur, debemus oos, & quiaquam Elector, Princepa, Comea, Dominus, Poteſtas, Magiſtratus, aut alius ſcieoter eum in Curia aulàve, domo aus aliàs oon fovere, ſuſtinera, colligere, hoſpitióve ſuſcipere, cibum, potúmve non psæbere, clàm palamve: quinimò eum tempose, quo Bannitua proſcriptuſque eſt, vitare, pro infami reputare & ſervare, & ab omnibus contra ipſum talitat agi, qualiter vigose ac tenora conſtitutæ publicæ pacificasionis decebit.

Teſtimonium noo comparentis ad probandum impedimentum requiritur.

4. Si ia verò tali modo, ut præfarus, citatus, seſpectu corporis ſui, aliaſve notia legitimiſque cauſis perſonaliter comparete nequiret, de ſuo aut proximè vicino Domino aut Magiſtratu fide dignum teſtimonium ſub ejuſdem Magiſtratus Sigillo, Judici tranſmittat, atque ſic ſuæ abſentiæ & non comparitionis cauſas & excuſationes proferat, ad quas Judex ei ulteriores dilationes (ſi qua forrè ſpes eſt, impedimentum brevi ceſſaturum aſſe) admittat, ſtatuatque. Quod ſi non brevi ceſſavarit, juxta ordinationem da Commiſſatiis ſupradicto modo in cauſa procedat, agatque.

Juramenti præſtatio per Procuratorem ſit in animam Principis.

5. Quòd ſi ſuſpectus fuerit Electos aut Princeps, is poterit ejusmodi juramentum coram Judice pes ſuum legitimum Advocatum, qui ad minus ex nobilitata ſit, in animam ſuam præſtari committeta.

6. In his quoque cauſis ſummatiè, ſecundum Imperii conſtitutionem da fracta violataque paca, ſamper psocedatur.

7. Debebimus noa quidem ac potasimus, dilectua item frates noſtas Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum Judicium Cameræ, non ſolùm ad implotationem pattium aut Imperialia noſtri fiſcalis, verùm etiam ex proprio motu, atque officio, ejuamodi purgationem & excuſatinoem proponere, eamque illis, qui prædicto modo ſuſpecti fuerint, præſtandam imponere, quemadmodum de his omnibus ſpecialis articulus in pacificatione noſtra perhibebit.

8. Unicuique, qui alium non ſuppetiarum modò & auxilii lati, ut ſuprà dictum eſt, ſuſpecti, verùm atiam quòd reus ſit, accuſare, idque crimen probase vult, reſervatum aſſa debet, coram Imperiali ooſtro Judicio Cameræ aut aliis ordinariis Judiciia, quò ejuamodi cauſæ ſpectant, intentare, ubi maturè etiam juſtitiam conſequatur.

9. Si quis autem alium abſque legitimis cauſia in ſuſpicionem traheret ac diffamaret, oec ſuſpicinnem tamen jure proſequeretur, ia, qui, ut jam dictum eſt, in ſuſpicionem traheretur, poteſtatem habeat, eum, à quo in ſuſpicionem trahitur, coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ, aut ſuo ordinario Judicio propteraa impetere, ubi etiam maturè juſtioam conſequatur. Nulli poteſtari ſeu Magiſtratui his mediantibus derrahentes, quibus poteſtas eſt, contra eos, qui maleficii ſuſpecti ſunt, agendi ac procedendi, prout ſingulis in locis conſuetum eſt, & uſitatum.

TIT. XI.

De purgatione eorum, qui bana ſua fraudulenter alienant, aut qui ejusmadi bona ea mado acceptant.

ITem declaramus ordinatnus, ſtatuimus ac volnmus, pro conſervanda aa exequenda noſtra publica pacificatione, ſi quia, qua dignitate, ſtatu aut conditione eſſet, ax legitimis indicius in ſuſpicionē veniſſet,

veniſſet, quòd caſtrum, civitatem, munitionem res aut bona fraudulenta intentione, in ſuam utilitatem & commodum vendidiſſet, alienaſſet, mutaſſet, aut alicui tuitionis ſeu defenſionis nomine, aliôve modo tradidiſſet, quo colore aut forma id factum eſſet, ac tunc quidem publicam pacem transgrederetur, ac frangeret, nos, dilectusque frater noſter Romanorum Rex, ſeu tribunal noſtrum Cameræ, officii gratia, vel ad implorationem læſæ partis, aut Imperatorii fiſcalis noſtri, poteſtatem ac facultatem habebimus, venditorem & emptorem, alienatorem, tradentem & acceptantem, aut defenſorem Dominum, qui jam dictæ fraudis, dolique ſuſpecti eſſent coram nobis omni modo, ut in præcedenti articulo continetur, citandi, vocandi, ſcriptóque accerſendi, ad ejusmodi fraudem expurgandam. Et ſi is ſive tali modo ſcripto vocati perſonaliter non comparerent, aut purgationem non facerent, propter eam inobedientiam & contumaciam vigore ac vi memorati articuli contra eos agatur ac procedatur.

TIT. XII.

Quòd contra eos, qui bannitorum bona, ad bannitorum utilitatem acceptant, in Imperiali Judicio Cameræ agi poſſit.

SImiliter ſtatuimus, ordinamus ac volumus, his mediantibus ſeverè mandantes, ſi quis declaratus bannitus aut paciſragus bona ſua alicui Principi, Magiſtratui, communitati, aut aliis tuitionis defenſioniſque nomine, offerre ſeu tradere vellet, aut traderet, ea bona ab iis Principibus, Magiſtratibus, Communitate, aut aliis non acceptentur, aut ab ipſimet in bannitorum aut paciſractorum utilitatem recipiantur: Si verò id ita fieret, declaramus, decernimus, ordinamus ac volumus ejusmodi traditionem aut acceptationem declaratis bannitis aut paciſragis nihil prodeſſe, nullóque uſui aut utilitati fore, eoſque Principes, Magiſtratus, communitates per id de facto in Bannum, aliasque pœnas contra paciſragos ſtatutas, incidiſſe, Atque ita per nos, noſtrumque dilectum fratrem Romanorum Regem, aut noſtrum Judicium Cameræ denunciabuntur ac declarabuntur.

Lædentis ſeu violatoris bona ſua alienantis, non ſunt acceptanda aut defendenda.

TIT. XIII.

Quòd contra plures ac diverſos unius caſtri poſſeſſores (vulgò Ganerben) qui bannitos in id caſtrum receptant, coram Judicio Cameræ agi debeat.

CUmque in noſtra publica pacificatione articulus, quo cavetur, ne communes unius caſtri hæredes ſeu poſſeſſores, bannitos aut paciſragos ad communitatem ac Jus, quod cum illis habent, admittant, velut dictus articulus publicæ pacificationis perhibet: Volumus, ordinamus, ſtatuimus & declaramus, ſicubi commones hæredes, bannitos aut paciſragos, ſua parte communis ſuſtentationis aut Juris uti frui ſinant, & in hoc inobedientes fuerint, per eam inobedientiam in pœnas hujus noſtræ pacificationis conſervandæ ac declarandæ incidiſſe, ac præterea in bannum ac pœnas pacificationis per nos, noſtrumque dilectum fratrem Romanorum Regem aut Cameræ Judicium noſtrum declarandos ac denunciandos eſſe.

Receptores in pœnam violatæ pacis incidunt.

TIT. XIV.

Quòd contra eos, qui profugos hoſtes ſubditos contra Magiſtratum ſuum receptant, coram Judicio Cameræ agatur.

QUandoquidem multifariam in Imperio contigit, ut aliqui leves ſubditi ob delicta, à Dominis & Magiſtratu ſuo obeant fugiantque, ut Jus ita juſtitiamque evitent: aut aliàs iniquè dominis ſuis aut eorum ſubditis minentur, & in prætenſa cauſa ſua ordinario æquoque Juri ſtare nolint, his obviando ſancimus, & ſtatuimus, ut deinceps nemo eos ſciens promoveat, foveat, ſuſtentet, domo hoſpitióve ſuſceptet aut conducat: Verùm Magiſtratus, ſub quibus ejusmodi profugi ſe ſuſtentant, ubi tales minas ſentiant aut intelligant, eos obligent, & in ſtipulationem accipiant ordinario Juri coràm eorum Magiſtratu ſe ſiſtendos, & à factò abſtinendos fore. Tum & Magiſtratus alter alteri contra ejusmodi profugas perſonas expedito Jure ac minoribus expenſis ſubvenire debent, contra quod iidem profugi minantes nullam libertatem, tuitionem aut defenſionem habeant, niſi quòd Domini ſeu Magiſtratus pacem publicam & neceſſarium conductum adverſus vim violentiamque ad ſiſtendum ſe Juri præbeant, ſimul & maturè illis juſtitiam adminiſtraturi. Quicunque verò Magiſtratus contra hæc aliquem foveret, conduceret, nec Juri, ut prædictum eſt, obligaret ſiſteretve, ubi requiſiti eſſent, is unà cum foto ac conducto pro paciſragis habeantur, contra quos coram nobis, coram dilecto fratre noſtro Romano Rege, aut noſtro judicio Cameræ ad pœnam publicæ pacificationis procedatur, agaturque.

Profugi ad Jus ordinarium ſuſtinendum compellendi ſunt.

TIT. XV.

Quòd contra Magiſtratus, qui adverſus vagos & errones milites, aliis non ſunt auxilio, coram Judicio Cameræ agatur.

QUòd ſi in futurum accideret, ut in cujusquam noſtrorum Electorum, Principum, aut aliorum Statuum, Eccleſiaſticorum vel ſecularium, Principatu, ditione, civitate, aut territorio alieni milites equeſtres aut pedeſtres, ſeu ſingulatim ſeu turmatim catervatimve, aliaſve aliquanto in numero, præter Electoris, Principis, aut Domini cujuſque loci voluntatem ac permiſſionem commorarentur aut vagarentur, Elector, Princeps aut Status, in cujus Principatu, ditione, aut territorio ejusmodi milites congregarentur, eos interpellari faciat ac requirat, cuinam domino adducantur. Et ſi nos, aut dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem nuncuparent, ejusque teſtimonium aliquod fide dignum habuerint, obſequenter ſuis impenſis commeari patiantur: Si verò nullum dominum aut defenſorem indicare poſſent, aut etiam indicarent dignum fide, ſed non ſimul quoque indicarent, eum talem militiam populumque militarem ex noſtra permiſſione, aut manifeſtis neceſſariis cauſis ducere: tunc quidem Elector, Princeps, aut Status, in cujus Principatu, ditione aut territorio exiſtunt, omnem adhibeat diligentiam, factionem eam copiaſque erronum diſſindere, ut vel ſingulatim vel catervatim diſcedant, diſjiciantur que. Si qua verò per ſeſe illud efficere non potis eſſet, proximè vicinos Electores, Principes aut Status mox requirat, ſibi juxta numerum ac vim congregatæ militum erronum turbæ, populique militaris copias, cum equeſtribus ac pedeſtribus potius veniat auxilio: tum & ſi opus ſit, tela & machinas admoveat, bombardas quoque tormentaque bellica pariter ſecum adferat, hujusmodi errones & Cates, ut prædictum eſt, verbo & facto dirimendos, ac præter cujuſpiam incommodum, damnumve extra ditionem, quantum eſt poſſibile, exturbandos. Capitaneos verò ac Duces, ubi præſtò fuerint, aut aliis porrò in locis reperiantur, atteſtandos, non modò pauperibus ſubditis damnum datum ut reſarciant, verùm etiam, ut iidem ceu autores ſeditionis, debita pœna plectantur, fideliter mutuò adjuventur. Idque Elector, Princeps, aut Status ad requiſitionem, ut ſuprà dictum eſt, ſuiſmet impenſis ita perficere debebit ac tenebitur, ad præcavendam noſtram & Imperii gravem indignationem, adeoque ſub mulcta pœnaque pecuniaria, quadraginta marcarum auri puri, nobis irremiſſibiliter pendenda. Quam pœnam quoque Imperatorius fiſcalis noſter ab inobedientibus, ut decet, exigendi his mediantibus poteſtatem habeat: ac nihilominus Elector, Princeps, aut Status, qui pro auxilio ſibi ferendo, tuitioneque facienda interpellaſſet, poteſtatem habeat, inobedientem propter ſuamet, ſuorumque ſubditorum accepta damna coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ Jure convenire, ubi ille inobediens etiam reſpondere debebit, taliaque damna, juxta æſtimationem ac moderationem dicti noſtri Judicii Cameræ refundere ac reſarcire tenebitur. Porrò etiamſi militaris turba ex enumeratis juſtis cauſis toleraretur, tamen Capitanei pro commeatu ſolvendo obligentur, & quidem ad id juramento aſtringantur.

TIT. XVI.

Quòd pro impenſis ac damnis ad conſervandam pacem & juſtitiam inſumptis coram Judicio Cameræ agatur.

Violator damnum rependere læſo tenetur.

SI quis pro conſervatione pacis, & executione juſtitiæ, alieni, vigore ac vi publicæ noſtræ pacificationis, ſuppetias opemque tuliſſet, & propterea damni quicquam, impenſarumque impendiſſet, pacis turbator aut violator ea reſarcire atque rependere debebit, ſitque in poteſtate auxiliantis violatorem, mox ad refuſionem damnorum & expenſarum requirere, aut ad æſtimationem noſtri Judicii Cameræ ſub pœna Banni iſta ab eo exigere; in quo ſibi Cameræ prætorium noſtrum maturum auxilium citra recuſationem præſtare debebit.

TIT. XVII.

De Imperialis Judicii Cameræ poteſtate ac mandato ob pacifragos, adverſus quos grandi auxilio opus fuerit.

SI Bannitus caſtrum aliquod munitionemve habeat, quæ Actori tradi non poſſit, aut Bannitus favore amicitiaque adeò foveretur ſuſtineretur que, aut qualitas negocii talis eſſet, ut grandi aliquo auxilio & exercitu opus ſit: Aut ſi quis in noſtra pacificatione complecteretur, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis eſſet, Eccleſiaſticus ſive ſecularis, ab alio quodam, quem pacificatio noſtra non complecteretur, vi, armis, bello, peteretur, accuſaretur, aliaſve læderetur, offenderetur, aut facinoroſos pacis turbatores domi foveret, receptaret, opem ſuppetiaſque ferret, omnia hæc à læſis damnumque patientibus, aut ab Imperiali noſtro prætore Cameræ, ad nos, aut dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, deferantur, in iis porrò quicquid juxta conditionem cauſæ ac tenorem noſtræ pacificationis utile fore cenſetur, acturi.

TIT. XVIII.

Quomodo, & quo loco pro abſolutione banni agatur.

ITem qoisquis ſic delinquendo in pacificationem noſtram ut præponitur, Baonum incideret, ab Imperiali Judicio noſtro Cameræ, aut à nobis, ſeu dilecto fratre noſtro Romanorum Rege, habita informatiooe, per Cameræ Judicium noſtrum, & ooo aliàs, cum conſenſu ac voluntate læſi, abſolvi debebit, niſi jure ſeipſe extricaret.

2. Si & is, qui ob violationem publicæ pacis, aut ob aliud delictum, in Bannum deveniſſet, cum parte adverſa tranſactionem & concordiam peteret, ſed cum ea tamen concordare non poſſet, ac ſic quidem pro abſolutione adipiſcenda inſtaret: ad noſtram & dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Judicii Cameræ (quocunque in loco Bannum factum fuiſſet) ſententiam ac moderationem ſtabit, an & quomodo idem à Bannn redimatur, & qua forma ſui delicti, damnorum paſſorum, expenſarum, intereſſe, & aliarum actionum ſeu petitionum parti adverſæ, & Imperiali noſtro fiſco emendam ac recompenſationem facere debebit. Et ſi ſic decretum deſuper fieret, & Bannitus illam pœnam, ad quam ex decreto damnatus erat, ſolviſſet, tunc quidem, & non antea, à Banno abſolvatur. De bonis item propriis & feudis Banniti fiat ac ſervetur, quemadmodum in noſtro & Imperii Jure communi, & publicata pacificatione eo loci fuſius ordinatum eſt & conſtitutum. Non tamen Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores in magnis & arduis pacis perturbationibus ac violationibus, ex quibus majora mala ſequi poſſent, ad conſervandam noſtræ Majeſtatis juſtam reputationem, abſolutionem Banni, niſi ex noſtra, aut nobis abſentibus dilecti fratris noſtri Romanorum Regis præſcientia, notione, ac voluntate admittere debebunt.

TIT. XIX.

Quòd contra Bannitorum, excepta pacis fractione, corpora & bona (aliàs in Regio vulgari, res bonaque) coram Judicio Cameræ procedi poſſit.

ITem declaramus ſtatuimus, ordinamus ac volumus, velut quoque in Comitiis Friburgi declaratum & conſtitutum fuerat, ut Actor, ad cujus implorationem aliquis (debiti, inobedientiæ, aut alterius rei nomine, pacis fractionem non tangentis) coram Cameræ Judicio noſtro in Bannum deveniſſet, Jus ac poteſtatem habeat, ejus Banniti bona coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ ut ſpecificentur, inque ea immittatur, petendi. Quem etiam Cameræ Judex noſter judiciali decreto in Banniti bona immittet. Ac quilibet Princeps, Magiſtratus, aut communitas, ſub quibus idem Bannitus reſidet, aut ſua bona ſita ſunt, ad Cameræ Judicis noſtri decretos Proceſſus, Actori, Banniti facultates & bona concedere, nullum impedimentum facere, ſed potius tueri ac defendere debebunt. Si quæ autem feudalia eſſent, eorum annuum uſumfructum dominus feudi, quantum inde præter impenſa reſultaverit, Actori tribuat præbeatque, quamdiu in Banno Bannitus perdurabit. *Comitia Friburgenſia allegantur.*

TIT. XX.

Quòd omnes & ſingula cauſa caſusque fiſcales coram Imperiali prætorio Cameræ juſtificari debeant, & qui hujusmodi caſus cauſaque ſint.

POſtquam in noſtro & Imperii Jure, conſtitutionibus & ordinationibus cautum & expreſſum eſt, quæ cauſæ & caſus ad Imperialis fiſci noſtri juſtificationem ſpectent: ſancimus, ſtatuimus ac volumus, ut ejusmodi caſus omnes per Imperatorium fiſcalem noſtrum, conſilio, præſcientia ac voluntate, duorum illorum Aſſeſſorum, tanquam deputatorum quocunque tempore coram Imperatorio noſtro prætorio Cameræ in Jus vocentur, ac vigore Juris communis & Judicii Cameræ ordinationis tractentur.

2. Ac primùm, videlicet ſi quis adverſus Auream Bullam, aut noſtram publicæ pacis conſtitutionem agat, aut agere præſumat ſive conetur: aut aliàs noſtris aut Imperialis noſtri Judicii Cameræ mandatis non debitè pareat, fiſcalis noſter contra eum ad pœnam pacificationis publicæ, aut aliam pœnam coram prædicto noſtro tribunali Cameræ procedere debebit.

3. Item ſi quis in ſolvenda ſacri Imperii conſtituta contributione, taxa, & quota moraretur, contra eum ſimili modo per Imperatorium fiſcalem noſtrum coram Judicio Cameræ, ut par eſt, procedatur, agaturque.

4. Quoniam item nos cum Electorib. Principib. & Statib. ſacri Imperii præſentibus Comitiis, de Politia, reformatione & ordinatione concordavimus, & quidem typis excudi & in Imperio publicari fecimus, ſubque annexa pœna ſervari mandavimus: Idcircò volumus, ut fiſcalis noſter,

 vigo-

vigore ac tenore ejus politiæ & ordinationis, contra transgreſſores quocunque tempore, ut decet, ad pœnam inſertam coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ agat & procedat.

5. Porrò, ſi quis auxilio, conſilio, aut deliberationibus Turcarum, aut aliorum, qui de facto, aut alio modo adverſus Chriſtianitatem, & Imperium Teutonicæ nationis intereſſet, ii ab Imperio excludantur, res & bona eorum confiſcentur, hocque modo palàm publicentur, & per noſtrum fiſcalem, ut decet, Juri ſiſtantur, arripianturque.

6. Item nullus debet vigore Imperialis noſtræ conſtitutionis, quam pridem adverſus Anabaptiſtas in Imperio publicavimus, & aliquot in Comitiis renovavimus, alterius ſubditos & attinentes, qui Anabaptiſmi ergò à Dominis & Magiſtratu ſuo abierunt aut profugerunt, fovere, recipere aut promovere: Sed quàmprimum is Magiſtratus, ſub quo ille profugus latet, hanc tranſgreſſionum cognoſcit, contra eundem profugum tenore prædictæ Imperatoriæ conſtitutionis ſeverè agat, nec porrò ſciens ſub ſe commorari patiatur, ſub pœna Banni. Et ſi quis hanc noſtram ordinationem & conſtitutionem ſciens prudensque tranſgrederetur & non ſervaret, contra eum debet ac poteſt coram Imperatorio noſtro tribunali Cameræ ad bannum præſcriptionemque agi & procedi.

7. Si qui autem retincti clam & neſciente Magiſtratu ſub eo laterent, non debet is Magiſtratus ob id periclitari, aut Proceſſibus obrui, ſed prius per fiſcalem noſtrum admoneri.

8. Quandoquidem & præcipuè in publica pacificatione noſtra hîc Auguſtæ ſancita, cautum eſt, ut Magiſtratus alter alteri adverſus vagabundos milites & errones concurſum & factionem præſumentes, & miſeram plebem prægravantes, adeſſe debeat, ſub pœna quadraginta marcarum auri puri nobis pendenda, fiſcalis noſter eam pœnam ab inobedientibus coram noſtro tribunali Cameræ, ut par eſt, exigendi poteſtatem habeat.

Contra ſecreta Weſtphalorum Judicia, eorumque ſcabinos fiſcalis procedat.

9. Velut item propter ſecreta Judicia & liberos ſcabinos in Weſtphalia, in quibusdam Imperialibus receſſibus ſpeciales conſtitutiones, quid de iis agi oporteat, ſub decem marcis auri puri, aliisque pœnis, factæ ſunt, Imperatorius fiſcalis noſter quocunque tempore ab iis, qui talibus delictis pœnam inciderunt, medietatem Imperatorio fiſco noſtro debitam exigere debebit.

10. In genere autem ultra memoratas, etiam aliæ omnes cauſæ caſusque, qui vigore noſtri & Imperii Juris communis, conſtitutionum & ordinationum, Imperiali fiſco noſtro debentur, aut ab Imperatorio fiſcale noſtro juſtificandi, defendendi, aut tuendi ſint, per eundem fiſcalem noſtrum coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ abſque medio quocunque tempore proponantur, juſtificentur, cui & quocunque tempore per Judicem Cameræ & Aſſeſſores maturè, ut par eſt, juſtitia adminiſtretur.

TIT. XXI.

Quòd cauſæ controverſæ aut litigioſæ poſſeſſionis, inter partes Imperio immediatè ſubjectas, coram Imperiali prætorio Cameræ juſtificentur, & quid in his obſervari debeat.

Controverſæ poſſeſſionis cauſa utrinque coram Judicio Cameræ juſtificentur.

CUmque ſæpenumero in ſacro Imperio contingat, ut controverſæ poſſeſſionis ergò lites, & aliquando turbæ motusque & diſcordiæ oriantur: ei rei obviando ſancimus & ſtatuimus virtute præſentium, ſi qui porrò duo aut plures ſacro Imperio abſque medio ſubjecti differentes & diſcordes fierent propter poſſeſſionem bonorum quorundam aut Juris, ita, ut uterque ſe poſſeſſorem controverſæ ſeu litigoſæ rei aut Juris jactitaret, ejusque legitimas cauſas aut indicia haberet, tunc quidem ambæ partes pro finali determinatione coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ compareant, ac litem hanc controverſæ poſſeſſionis ibi finaliter de Jure componi ſinant, nec propterea aliqua partium adverſus aliam vi factóve contendant aut offendant, nullo modo: Nec quicquam interea dum Judicio pendent, cuiquam partium de ſua poſſeſſione imminuatur vel etiam accreſcat.

2. Quòd ſi inter partes quoque, qui non immediatè Imperio ſubjectæ ſunt, poſſeſſionis ergò, controverſia exiſteret, & bona, ſeu Jus poſſeſſionis (ut ſuprà ponitur) quam propter lis eſſet, non ſub uno Domino aut Magiſtratu ſita eſſent, ſic ut utraque pars putaret aut prætenderet, ea bona & jura ſita eſſe ſub ſuo, aut ſui domini ſive alterius diſtrictu. Ob hanc litem quoque partes coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ diſceptent, & ut præfertur, agant. Ubi autem cauſa controverſæ poſſeſſionis coram Judicio noſtro Cameræ determinata fuerit, & partes ob eadem bona ſeu Jura, alias contentiones & actiones ſe habere præſumerent, coram ordinario Judice hæc, talium bonorum & Juris ergò, erunt controvertenda ac quærenda. Si qui verò aliqui Status eſſent, qui alias quasdam in hujusmodi diſſenſionibus pactiones aut compromiſſa haberent, ea ſerventur, nec per hæc abrogentur.

3. Sique in memorato caſu inter partes abſque medio ſubjectas Imperio, poſſeſſio vel quaſi ex juſtis rationibus dubia, & periculoſæ factiones, aut ſeditiones inde emerſuræ eſſent: Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores mandatum & poteſtatem habeant, ad implorationem partium, aut per ſeſe ex officio poſſeſſionem ſequeſtrandi, aut quaſi poſſeſſionis gratia loco ſequeſtrationis utrique parti inhibendi, ut ab illa abſtineant, ac protinus ſummariè abſque Judiciali Proceſſu, aut alia prolixa ventilatione cauſæ, decernendi, utri nam parti poſſeſſio vel quaſi tradenda, aut inhibendum ſit, ab illa, donec finaliter ex Jure decernatur, in poſſeſſorio aut petitorio, abſtineat. Quod ſi fiet, neutri partium iſtud quidem in ſua poſſeſſione quicquam in Jure præjudicet.

TIT.

Digitized by Google

TIT. XXII.

Quod ob ſpolia & captivos coram Judicio Cameræ agatur.

CUmque non ſolùm in memorato caſu, ſed ex hoc etiam, quòd mutuæ fiant comprendinationes, alterque alterum captivum ducit, ex quibus factis plerunque motus ac ſeditiones in Imperio oriuntur. Cui obviando ſtatuimus & ordinamus, ut deinceps in hoc caſu, cum aliquis Imperio immediatè ſubjectus per ſe aut ſuos, alium quempiam, qui Imperio ſimiliter ſubditus eſt, aut ſui comprehenderent aut captivarent, qualicunque de cauſa (exceptis tantùm maleficiis) id contingeret, quòd tunc ad implorationem ejus, qui ipſe, aut ſubditi ſui ſic ſpoliati, comprehenſi aut capti ſunt, patratori ſeu facinoroſo per Imperiale Judicium noſtrum Cameræ, ſub annexa pœna, & ſine clauſula juſtificatoria mandetur ac præcipiatur, absque mora ſeu aliqua contradictione ſpolia intercepta ut reſtituat, & captivos ad veterem conſuetam aſſecurationem de non vindicando, non aliter tamen quàm ut ſe rurſus ſiſtant, ubi de jure id decretum fuerit, libertati concedat, appenſa Citatione ſtatuto tempore coram Judicio Cameræ compatendi, primùm, ad docendum, an ejusmodi mandato paruerit, deinde Jus ſuum ſpoliationis aut capturæ coram Judicio, ut par eſt, propunat: aut ad videndum & audiendum in pœnam ſe emiſſi Mandati propter ſuam inobedientiam per ſententiam mediante juſtitia declarari ac pronunciari. Et ſic quidem cauſa coram noſtro Judicio Cameræ cùm propter ſpoliationem, pignorationes, comprehenſionem, & capturam, tum & propter commiſſam pœnam, caſu, quo Mandato non obediretur maturrimè in Jure expediatur. Quòd ſi verò comperiretur pars agens injuſtam cauſam fovere, & ſpoliationem ſeu pignorationes & capturam per reum Jure factam fuiſſe, ſpolia aut captivi, quos ad Imperialis noſtri Judicii Cameræ mandatum reſtituit aut liberavit, unà cum expenſis & damnis perpeſſis redhibeantur ac reſtituantur, ſeque rurſus captivi ad ſiſtendum compellantur. Utrique parti tamen Jure ſuo in cauſa principali loco debito (prout de Jure fieri debeat proſequendo) reſervato.

Spolia & captivi immediate reſtitui mandentur.

TIT. XXIII.

De Mandatis, & in quibus caſibus ea ſine aut cum clauſula juſtificatoria decernantur.

CUmque in Cæſareo Jure noſtro rectè ordinatum ſit, ac proviſum, in Judicialibus cauſis non ab executione & Mandatis inchoari: ſtatuimus, ordinamus ac volumus, coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ, Mandata non aliter, niſi cum inſertione clauſulæ juſtificatoriæ, per quas adverſariis, contra quos ejusmodi mandata emittuntur, præſtituitur cauſas, quare locum non habeant proponendi, & in cauſis quidem ac inter partes ad noſtrum tribunal Cameræ pertinentibus decernantur: niſi cauſa & res, propter quam Mandata decerni petita ſint, per ſeſe de Jure & conſuetudine prohibita eſſent: Et ſicubi talia patrarentur, etiam absque omni ulteriori cognitione pro puniendis aut iniquis habeantur: aut ſi ita fortè imploranti parti tale gravamen imponeretur & injungeretur, quòd poſt factum recuperari non poſſet, aut ſi cauſa adverſus Rempub. foret, nec moram pateretur. Nam in his & aliis caſibus, in quibus vigore Juris à præcepto absque cauſæ cognitione inchoari poterit, per noſtrum Judicem Cameræ & Aſſeſſores Mandata absque clauſula juſtificatoria decerni, & absque ulteriori contradictione aut impedimento proſequi poſſunt ac debent. Et ſic contra eos, qui ejusmodi Mandata transgrediuntur ad inſertam pœnam, ut par eſt, procedi agique. Sicubi verò in memoratis caſibus voluerit ea pars, contra quam talia Mandata decernuntur, poſt executionem eorundem, aut ſi ob inobedientiam ſeu contumaciam ſuam in pœnam Mandati declarata ſit, poſt refuſionem ac ſolutionem ejusdem conſtitutæ pœnæ in contrarium quiddam, quod proſit, & ad rem faciat, adducere, ad hoc ipſum eo in loco, quo id ordinariè ſpectat, admittatur. E contrario quoq; & ipſa adverſa pars in Jure audiatur, & ad utriusque partis propoſita quod æquum & juſtum eſt, decernatur. Quicquid autem ad executionem latarum ſententiarum, & literas executoriales, pertinet, in his ſecundum Jus commune, & noſtram ſanctionem, quemadmodum infrà in tertia parte conſtitutum eſt, agatur.

Ab executione & Mandatis non eſt inchoandum.

TIT. XXIV.

De relaxationibus juramentorum ad effectum agendi.

QUandoquidem & hoc nonnunquam evenit, ut delinquentes ex culpabili cauſa cautionem de non vindicando præſtent, & poſtea per Judicem Cameræ & Aſſeſſores ad effectum agendi abſolvantur, & ſic Magiſtratum petulanter inceſſantes in Judicio circumagant atque damno afficiant: Quod ut in melius reformetur, ac motus aliquis adhibeatur, ſancimus & ſtatuimus, ut Iudex Cameræ & Aſſeſſores deinceps eum, qui cautionem vindictæ præſtitit ad effectum agendi non abſolvant, aut contra eos, quibus cautio ea facta eſt, Citationem aut Mandatum non decernant aut emittant: quin ei potius Magiſtratui ſcribant, Actoris que poſtulata ſignificent, & cauſæ, propter quam fiat, probabilem ac ſolidam informationem requirant. Tum ſi qua compertum fuerit ex ea informatione purè & clarè, agentem ob patratum facinus aut delictum comprehenſum fuiſſe, aut

Cautio de non vindicando ex juſtis cauſis præſtita ſervetur.

aliàs punitum, & ſic meritò cautionem de non vindicando præſtitiſſe: Judex Cameræ & Aſſeſſores deſuper præterea nihil decernere, ſed agentem eò adducere debebunt, ut cautionem factam præſtet, teneatque. Aliàs verò, ut ſi quis contra Imperii pacificationem & ordinationem ad vindictæ cautionem præſtandam cogeretur, poterit vigore Juris & juxta Imperii ordinationem deſuper agi.

TIT. XXV.

Qua forma coram Judicio Cameræ ex l. diffamari agatur.

L. diffamari, C. de ingenu. manu. coram Cameræ Judicio venit diſceptanda: in quâ vide Blaren tractatum. De actione injuriarum ad revocationem ſeu reclamationem inſtituta facit Mynſing Obſer. 96. Cent. 2 & in quibus locum habeat hæc lex, tradit idem Obſ. 78 Cent. 2 De Proceſſu Schurpff. Conſil 34 Cent. 1. & Joan Ferrar. lib. 3. de Judicior. præexercitamentis.

CUm & per Proceſſus, ex l. diffamari cauſæ grandoque in Judicium deducantur, ita ut pendeant, deinde verò rurſus quieſcant, ac relinquantur, tum quoque partes contra noſtram & Imperii ſanctionem ſuo ordinario Judicio atque inſtantia excidant ac priventur: Proinde ſtatuimus & ordinamus, ut lex diffamari, coram noſtro tribunali Cameræ recipi ac uſurpari debeat, in violatæ pacis, injuriarum, & aliis ſimilibus cauſis, in quibus talis diffamatio fraudulenter, doloſè, aut alius vis modòve in alterius partis præjudicium & gravamen facta eſt, neque aliter, quàm cùm pars requirens perensque, & in cauſa principali rea exiſtens, nobis & Imperio alioquin immediatè ſubjecta, aut coram noſtro tribunali Cameræ, vi virtuteque noſtræ & Imperii ſanctionis, abſque medio in Jus trahenda fuerit. Ante etiam Judex noſter Cameræ & Aſſeſſores quàm ejuſmodi Proceſſus diffamationis ergò decernant, ſcripto, aut aliis fide dignis documentis & indiciis informati atque inſtructi ſint. Tunc quidem hujuſmodi Proceſſibus, decretis, ac diffamatione deſuper; ut par eſt, in Judicium perducta, diffamans, ſi diffamatus Cameræ Judicio in prima inſtantia immediatè ſubjectus eſt, aut alias cauſa de ſua natura eò ſpectat, coram eodem noſtro Judicio Cameræ: ſi qua verò diffamatus immediatè quidem Imperio, ſed in prima inſtantia tamen Cameræ Judicio non ſubjectus fuerit, coram Judice, quò ordinariè cauſa ſpectat, ſtatuto tempore actionem inſtituendi, hac appendice, ſi non faciat, perpetuum ſibi ſilentium imponi, ac alioquin vigore ac vi noſtri & Imperii Juris communis & ordinationis agatur ac procedatur. Si vero diffamatus Imperio non eſt immediatè ſubjectus, aut ipſe, cauſave, ſua natura eò in prima audientia non pertinet, ad interpellationem ac requiſitionem ejuſdem partis coram noſtro Cameræ Judicio contra diffamantem (non attento cuinam Magiſtratui ſit ſubjectus) nullus Proceſſus decernatur, ſed cauſa in utroque puncto & diffamationis & principalis ad ordinaria Judicia remittatur.

ITEM ALITER BREVIUS.

Et hoc eſt ex Caroli Ordinat. quum ſuperius ſit ex Ferdinandi.

Cæterum ex l. diffamari ejuſque Proceſſu, nonnunquam controverſia oritur, nec ultrà lis tamen progreditur, ſed inſtantia ordinaria exinde impeditur ac remoratur: Id circò ſtatuimus legem diffamari, ut pacis turbatores, ut injuriarum ac ſimilium delictorum autores uſurpari, qui dolo malo alios diffamatione ſua prægravant, eos nimirum qui iſtud conqueruntur, & Imperio ex præſcripto hujus conſtitutionis immediatè ſunt ſubjecti. Antè autem ſcripto aliquo aut argumento fide digno certi ſint & inſtructi Prætor & Aſſeſſores, quàm Proceſſum diffamationis cauſa decernant. Decreto autem Proceſſu, ac diffamatione in Judicium ex Jure adducta, ſicubi diffamatus Judicio Cameræ in prima inſtantia immediatè ſubjectus eſt, aut alioqui negocium huc ſua natura pertinere videtur: Contra verò ſi diffamatus, immediatè Imperio in prima inſtantia huic Judicio non eſt, ſubditus, remittatur ad ordinarium, ac certus diffamanti dies ad actionem ſuam proponendam præfigatur, cum hac appendice, videlicet perpetuum imponendi ſilentii, agendique prout de Jure. Si verò diffamatus Imperio non eſt immediatè ſubjectus, nec ipſe etiam vel cauſa huc ſua natura ſpectat in prima inſtantia, adverſus diffamantem in hoc judicio ad requiſitionem diffamati, cuicunque is poteſtati fuerit ſubditus, haud ullus decernatur Proceſſus, ſed in utroque puncto res hæc diffamationis tota ad Ordinarium rejiciatur.

TIT. XXVI.

De cauſis, quæ ob denegatam, ſeu prolongatam juſtitiam ad Judicium Cameræ devolvuntur.

Facit Mynſingeri Obſervatio 88 Centur. 1.

De juſtitia denegata ac prorogata querela.

Propinquum majus & ſublimius tribunal pro juſtitia adminiſtranda requiratur.

QUoniam in hac noſtra & Imperii ſanctione cautum eſt, ut omnes nobis & Imperio attinentes in prædictis juſtificationibus, deciſionibus & ordinario Jure conſerventur, ac quiſque coram eo Judice, coram quo in prima inſtantia ſtare Juri debeat, ſiſtatur, frequenter autem accidat, ut actoribus ejuſmodi Judiciis ac ordinario Jure uti volentibus, in ſtatuto tempore, ſeu præfixo termino, aliasve, ut æquum eſt, non auxilietur, aut juſtitia ſibi denegetur, aut fraudulenter differatur: Statuimus & ordinamus, ut cuique ad cujus requiſitionem, non ut debebit, auxilium præſtatur juſtitiave adminiſtratur, ſed notoriè perſpicueque denegatur, aut prolongatur, facultatem ac poteſtatem habeat propinquum altius tribunal, Magiſtratum, ſeu Dominum pro Juris auxilio requirendi, & ſi qua per illos quoque nihil obtinet opis, aut aliàs fortè eadem cauſa abſque medio ad noſtrum Judicium Cameræ pertineat, ad idem Judicium noſtrum Cameræ perducatur ac provehatur, ubi maturè juſtitiam & expeditè conſequetur.

Promotoriales à prætore Cameræ partibus datæ paſſim non ſunt receptæ.

2. Cumque hactenus in Iudicio noſtro Cameræ frequenter acciderit, ut partes promotoriales, ob id, quod ab Electoribus, Principibus, Statibus & aliis Magiſtratibus, vigore hujus noſtræ ordinatio-

dinationis juſtitia non eſſet adminiſtrata, à Cameræ noſtro Judicio obtinuerint, ac modo, quo debet, inſinuarint, cæterùm verò conqueſti fueriot, inſinuatione facta infra tempus ordinationis, ooo ſolùm nihil impetrarent, ſed & Notarii, in quorum præſentia Elector, Princeps, aut Status tenore promotorialium requirendus erat, præter jus & æqnum violenter invaſi, læſi, ac gravati ſint, ex quo conſecurum eſt, ur Notarii interdum ad ejusmodi requiſitionem urendos ſeſe præbere amplius noluerint. atque ſic miſeræ partes requiſitionem & denegarionem juſtitiæ probare nequiverint, juſtitia per hoc denegata. Quò antem huic ex æquo obvietur, nec miſeræ partes ſuperfluis impenſis, quas præter factam executionem ob novam illam requiſitiooem faciunt, prægraventur: quilibet Elector, Princeps, Status aut Magiſtratus, cui deinceps prædicto modo promotoriales denuncianrur, ac ſemel quidem inſinuantur, infra tempus earundem abſque ulteriori requiſitiune aut interpellatione agenti parti juſtitiam adminiſtrare, Judicem aut Juridicam diem nominare ac præfigere, aliasque tenore ac vigore promotorialium agere debebunt: Si verò hoc ita non fecerint, tunc agenti parti coram tribunali noſtro Cameræ, etiamſi nullum præterea documentum juſtitiæ denegaræ exhiberetur, juſtitia, ut par eſt, adminiſtretur.

Notarii plerumq. ob inſinuationes ſunt læſi.

Requiſiti promotorialibus Principes, ſi non juvent partes, cauſa devolvitur ad Cameræ tribunal.

TIT. XXVII.

Quòd omnes perſonæ & cauſæ abſque medio Imperiali juriſdictioni ſubjectæ, & ab ea per ſpeciales juſtificandi modos exceptæ, coram Judicio Cameræ proponantur.

POrrò ordinamus, ſtatuimus ac volumus, omnes & ſingulas perſooas cauſaſque Imperiali noſtræ juriſdictioni abſque medio ſubjectas, nec ſpeciales juſtificandi modos habentes, ab hac noſtra ordinatione, aut aliis Privilegiis, libertatibus, arbitriis, ſeu legitimis conſuetudioibus exceptos, coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ proponendas ac dijudicandas eſſe.

IDEM ALITER.

Ordinamus inſuper, ſtatuimus ac volumus, ut omnes ac ſingulæ perſonæ cauſæq́, Cæſareæ noſtræ Juriſdictioni immediatè ſubjectæ, ſimul & hæ, quæ nullo ſingulari Jure, vel Privilegio, vel libertate, vel arbitriis, vel conſuetudine aliqua legitima excipiuntur & explicantur, in Cameræ noſtro Judicio agantur ac juſtificentur.

Et hoc & ex Carol Ordinat. ſuperius ex Regis Ferdinandi.

DE CAUSIS SECUNDÆ INSTANTIÆ, QUÆ PER APPELLAtiones Imperiali Cameræ tribunali accreſcunt.

TIT. XXVIII.

A quibus Judicibus in quibus cauſis, & à quibus ſententiis ad Imperiale tribunal Cameræ provocari poſſit, nec ne.

NOn ſolùm à ſententiis, per inferiora ordinaria Judicia, Imperiali noſtro tribunali Cameræ abſque medio ſubjacentia, promulgatis, verùm etiam in juſtificationibus contra Electores, Principes, ſimiles Principi, Prælatos, Comites, Dominos, nobiles, per alios, aut inter ſe ipſos inſtitutis, cuivis parti litigantium quæ ſe per res judicatas, lataſque ſententias gravatam ſentit, ad Imperiale noſtrum tribunal Cameræ provocare & appellare permiſſum ſit, in modum, quo ſuprà de legitimis juſtificationum modis in prima inſtantia prolixius ordinatum cautumq́; eſt, reſervato tamen cuivis ſuorum Privilegiorum ac libertatum Jure.

De provocationibus & appellationibus. Gravato licet appellare ad Judicium Cameræ.

2. Cumq́ue hactenus Status quidam ſuos ſubditos, mediis juramentis & ſtipulationibus, eò adegerunt ac coëgerunt, ne ab eorum latis ſententiis provocarent minantes, ſi quæ partes præterea appellarent, eas tanquam perjuros punituros eſſe, quod non Juri tantùm adverſum, verùm etiam Imperiali noſtro tribunali Camæræ, ejusq́ue juriſdictioni comprimis nocivum. Idcircò volumus, ordinamus ac ſtatuimus, ne quis porrò cogatur ab appellando deſiſtere, aut ab appellatione facta ceſſare. Quod ſi fieret, obligationem eam per ſeſe invalidam fore, & partes gravatæ ad appellandum, & appellationem ſuam proſequendum nihilominus abſque ulla læſione honoris ſui Jus poteſtatemque habeant: niſi quis forrè ſciens prudensq́ue, non coactus appellationi renunciaret, aut vigore legitimi Privilegii Magiſtratus ſui aut Judicis, aut aliàs de jure appellare non poſſet aut deberet. Quo caſu quidem quocunque tempore per noſtrum Judicium Cameræ cauſa cognita decernatur, quicquid vigore ac vi Juris, noſtræque hujus ordinationis decerni, agiq́ue juſtum & æquum fuerit.

Nemo prohibendus eſt appellare ad Judicium Cameræ.

3. Jam & cùm ſæpè partes ex petulantia potius ac temeritate, ad remorandam & impediendam rerum judicatarum, latarumq́; ſententiarum executionem, & ut partem adverſam arte hac circumagendo ad paupertatem vel improbam transactionem adigant, aut quò diutius occupatis bonis eorumq́; poſſeſſione fruantur: quàm ex neceſſitate appellaverint: Cui obviando ſancimus ac volumus, ut Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores deinceps ad hæc diligenter attendant, & ſi comperiant hujusmodi temerarias ac frivolas appellationes, non modo appellatores in expenſas condemnēt, ſed & in

Temeritas appellantium eſt retundenda & punienda.

eoſ.

eoſdem (juxta conditionem & qualitatem cauſæ partiumque) legitimam Juris pœnam ſtatuant, exerceantque.

Cauſæ minores 50. flor. non admittuntur. facit Obſervat Myuſing. 89. Centur 3. Item ejuſdem obſervat. 40. Centur 4.

4. Speciatim autem ſtatuimus, ordinamus ac volumus, Appellationum cauſas minoris qu inquaginta florenorum pretii, ab Imperiali noſtro Judicio Cameræ ne recipiantur, nec per Judicem prioris inſtantiæ admittantur, quin ſententiæ, ad requiſitionem ac poſtulationem partium ab ipſo exequantur. † Veruntamen cauſæ injuriarum, in quibus ad palinodiam, id eſt, recantationem agitur, aliæque ad pecuniam, ſed non infra quinquaginta florenos per Actorem in ſua actione æſtimatæ, Juriſdictionem ejus, perſonales aut ruſticas ſervitutes, perpetuos cenſus & fructus aliaque ſimilia, certam æſtimationem excedentia, etiamſi minoris ſummæ quinquaginta florenorum fuerint, excipiantur. * Et ſi dubium inter partes inciderit, cauſam controverſam tantam ſummam non excedere, ſicubi tunc Judex prioris inſtantiæ, aut Cameræ Judex noſter ejus rei plenam notionem non haberet, aut in eo dubitaret, appellanti injungatur medio juramento, quod coram Judice prioris inſtantiæ, aut coram noſtro Judice Cameræ ante omnia præſtabit, obtinere, potius quinquaginta florenos de ſuo amiſſurum, aut tantum lucraturum, quàm quòd velit appellationis cauſam amittere, vel deſerere. Sic hoc præſtetur juramentum ab appellante, tunc quidem, & non antea, Judex prioris inſtantiæ deferet appellationi, & à noſtro Cameræ Judicio recipiatur. Attamen aliis benè impetratis legitimis Privilegiis inferiorum Judiciorum ad majorem ſummam quam quinquaginta florenorum ſeſe extendentibus, per hanc noſtram ordinationem nihil præjudicatum aut imminutum ſit, ſed ea unà cum appellationibus & admiſſione earundem obſervari & iiſdem conformia agi debeant.

† Cauſæ injuriarum, in quibus ad palinodiam agitur, recipiuntur, item ſervitutum & perpetuorum cenſuum

* Juramentum appellanti injungendum, & ejus formula.

In criminalib. cauſis nulla recipitur appellatio

Nullitas Proceſſus allegata audienda eſt.

Ab interlocutoriis factæ appellationes non recipiantur.

5. Quando item priſtinæ conſuetudini contrarium fuerit, in criminalibus cauſis appellationem admitti, ordinamus ac volumus, ut porrò in criminalibus cauſis corporalem pœnam infligentibus coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ nulla appellatio recipiatur, ſed in hoc vetus conſuetudo obſervetur. Veruntamen ſi quis coram noſtro tribunali Cameræ conquereretur, in cauſis criminalibus & corporalem pœnam concernentibus, ipſo non vocato nec audito, & ſic nulliter, aliasque adverſus naturalem rationem & æquitatem contra ipſum procederetur, ageretur, ac pronunciaretur, ideoque principaliter ſuper nullitate Proceſſus interpellaret, inſtaretque: ſi quidem tunc Judex, cujus actus pars prædicto modo inſimulat, noſtro Judicio Cameræ ſine medio eſt ſubjectus, interpellanti parti hujus nullitatis gratia Citatio decernatur ac Juris remedium impartiatur. Et ſi ex deductione cauſæ conſtaret, prædicto modo nulliter actum & pronunciatum fuiſſe, tunc quidem cauſa principalis ad ordinariam poteſtatem, formaliter ac legitimè in ea procedendum decernendumque remittatur.

† Gradatim fieri debent appellationes. pulchre facit ad hoc caput Obſervatio Mynſing. 55. Cent. 3.

6. Quemadmodum & quotidiè per non neceſſarias & temerarias appellationes ab interlocutoriis fraudulenter & ad remorationem Juris factas magnæ quandoque expenſæ & damna toleeantur, Judicium Cameræ porrò talium interlocutoriarum appellationes non recipiat, ſicubi gravamen appellationis per appellationem à diffinitiva in cauſa principali inſtaurari ac reſarciri queat, veluti de eo in Jure Cæſareo ordinatum eſt.

TIT. XXIX.

Qui, & qua forma appellationes ad Imperiale Judicium Cameræ fiant.

* Appellationes infra 10. dies fieri debent. Idem de Appellationis inſinuatione agit Obſerva. 44. Centur. 4.

Ultra decem dies appellandi ſpacium nullum detur. ad quod pulchrè facit Mynſingeri obſervatio 11. Centur 3.

NUlla † item appellatio à noſtro Imperiali Iudicio Cameræ recipiatur, quæ non gradatim facta ſit, & proximiorem Iudicem habeat: niſi proximus inferior Iudex appellanti manifeſtè juſtitiam denegaſſet, aut cauſæ conjunctus eſſet, aliaſve ex legitimis rationibus in cauſa Iudex eſſe non poſſet aut vellet.

* 2. Debent quoque appellationes de Iure infra decem dies fieri. Quandoquidem autem in ſacro Imperio ſæpe contingit, præſertim apud imprudentes & imperitos Iudices, ut poſt ſententiam latam parti ſuccumbenti præter illos decem dies jure ad appellandum admiſſos tempus prorogent. Volumus ut terminus decem dierum, infra quos ſuccumbenti parti de Iure communi appellatio conceditur, nulla via transgrediatur, prorogetur, aut decurtetur. Ac propterea nullus Iudex ad interpellationem ac petitionem partis longius ſpacium ſeu terminum quàm decem dierum deliberandæ appellationis dare ſive concedere debebit.

† Ab interlocutoriis vim diffinitivæ habentibus appellari poteſt,

† 3. Et ſi ab interlocutoriis, quæ vim habent diffinitivæ, provocaretur, appellans in ſcriptis ex intervallo, aut verbo incontinenti, veluti ab aliis diffinitivis appellandi habeat poteſtatem.

* Quomodo ſit, & quando appellandum in ſcriptis.

* 4. Si vero ab aliis interlocutoriis & gravaminibus, quæ medio appellationis per diffinitivam inſtaurari ac reduci non poſſent, appellaretur, ejuſmodi provocatio in ſcriptis, & cum deſignatione & indicatura cauſarum gravaminis fieri debet, attento eo, quòd eadem ex aliis cauſis juſtificari non poſſit.

† Coram fide digno & approbato Notario appellatio infacta admittatur.

† 5. Item debet quilibet, qui ſe per ſententiam gravatum ſentit, non tantùm coram inferiori Iudice, & in ejus præſentia, verùm etiam eo abſente coram fide digno & approbato Notario ad appellandum admitti. Atque inferior Iudex, cui talis appellatio, ut decet, inſinuatur, in datione apoſtolorum, præfigendo termino, aliasque, ceu ab eo ipſo appellatum ſit, ſe gerere debebit. Quòd ſi talis appellatio inferiori Iudici non inſinuaretur, ea nihilominus à noſtro Iudicio Cameræ recipiatur, tamen ſi inferior Iudex hoc caſu ad implorationem partis eum executione, aliasve in Iure procederet, id ipſum, quod ita per eum antequam ei per Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ inhibitum ſit, egerit feceritve, non pro attentatis cenſeri, nec appellans propterea ſuper attentatis audiri debet, ſed in puncto appellationis, ut æquum eſt, procedere cogatur.

6. Si

by Google

6. Si qua etiam inferiora Judicia ſpecialibus Privilegiis, quo modo & qua forma de eorum ſententiis appellari debeat, proviſa eſſent: volumus, ut appellantes, quibus ejusmodi libertates cognitæ ſunt, iiſdem etiam Judicibus & Notariis, coram quibus appellant, pateant & obſequantur. Quòd ſi verò ejusmodi libertates, & conſuetudines aliæ, utpote cùm Procuratores antequam eorum appellatio admittatur aut recipiatur, aurum ſive argentum præbeant, aut ſimiles conſuetudines, ei ignotæ atque incognitæ eſſent, nullum eorum appellationibus impedimentum adferre debebunt.

Privilegiis & libertatibus ſpecialibus in appellando parendum.

TIT. XXX.

Intra quod temporis ſpatium unaquævis appellatio Imperiali Cameræ Judicio interponatur ſeu intimetur.

NE quid autem diſcriminis vel periculi appellationibus coram hoc Judicio proſequendis contingat, liberum cuilibet appellatori permittimus, facta provocatione, petendi apoſtolos ſeu literas dimiſſorias, vel non petendi. Et ſi forſitan illas petiviſſet, ipſi autem petenti à prioris inſtantiæ Judicibus de refutatoriis vel Reverentialibus reſponſum eſſet, aut omnino nullas obtinuiſſet: tamen Appellans in unum, alterum, tertium, adeoque ſextum menſem, à tempore interpoſitæ appellationis computando, & non ultrà, quemadmodum Judices quovis tempore pro locorum diſtantia, proque cauſæ & partium qualitate ſeu conditione neceſſarium fore arbitrantur, appellationem illi ſuam interea Judicio Cameræ per extractionem, denunciationem, ac reproductionem Citationis terminum interponendi ac proponendi præfigant.

Interponendæ appellationis ſpacium eſt uſque in ſextum menſem.

IDEM ALITER.

UT & illi periculo, in hoc proſequendarum appellationum Judicio obvietur, licebit omnibus appellatoribus facta provocatione apoſtolos aut literas dimiſſorias petere, aut non petere. Et ſi caſus ita tulerit, ut eas à prioris inſtantia Judicibus petentes de refutatoriis, ſeu reverentialib. reſponſum tuliſſent, aut horum nihil obtinuiſſent, habebunt tamen ab interpoſita provocatione ſex menſes, & non amplius. Diem autem certam apellatori vel terminum præfigendo Judex pro locorum diſtantia, & perſonarum & negocii qualitate moderabitur: intereà appellationem ſuam huic Judicio per extractionem, inſinuationem, & reproductionem Citationis, interponendi,

In Caroli Ordinat. nam præcedens eſt ex Ferdinandi.

2. Quòd ſi verò procuratori apoſtolos petenti vel non petenti, Refutatorios item ſeu reverentiales: aut horum nihil obtinenti, à Judice nullus ſtatueretur terminus, habebit nihilominus ille ſex menſes appellationem ſuam prædicto modo Cameræ Judicio interponendi ac proponendi. At caſu quo propter locorum intercapedinem atque itineris longitudinem intra hoc ſex menſium tempus Citatio interponi & cum ſua executione reproduci non poſſet: Judex & Aſſeſſores interpellati, deque cauſa informari, iſtud ſex menſium ſpacium prorogandi ac dilatandi habeant poteſtatem.

De hoc §. Oldendorp in Exception.

3. Similiter ſi quis non coram Judice, ſed coram Notario & teſtibus appellaſſet, & appellationem ſuam Judici inſinuaſſet, prædicto modo ei tempus inſinuandæ appellationis per judicem de uno uſque in ſextum menſem dari ac præfigi debebit: Idque ſi per Judicem omitteretur, aut appellatio Judici non intimaretur, appellans ſex menſes, uti præfatur, habebit.

Tempus inſinuandæ appellationis in ſextum menſem prorogari poteſt.

4. Atque in prædictis caſibus pro ſingulo menſe triginta dies computentur.

Menſis pro 30. diebus computatur.

5. Ubi verò ſic in uno vel altero caſu appellans, his omnibus, ut ſuprà ponitur, non pareret, nec in ſtatuto tempore appellationem ſuam Judicio Cameræ per reproductionem emiſſæ & executæ Citationis in præfixo termino inſinuaret, pendentemque faceret, appellatio ſua tunc pro deſerta habeatur ac reputetur. Et appellatus, cui Citatio inſinuata eſt, coram Judicio Cameræ comparendi & ad deſertionem ejusmodi appellationis agendi ac procedendi poteſtatem habebit, ad quod etiam admitti debebit. Veruntamen ſi poſt deſertionem porrò etiam peteret latam ſententiam confirmari, in eo non audiatur, aliasque in executione latæ diffinitivæ ad Judices prioris inſtantiæ, ſicubi de Jure & vigore hujus noſtræ ordinationis ſuam ſententiam exequi poſſint, remittatur: Si non poſſent, tunc quidem Cameræ Judex noſter ad interpellationem partis etiam principalem ac diffinitivam ſententiam exequendi habeat poteſtatem.

Quando appellatio pro deſerta habenda.

6. Quandoquidem verò partes ſæpè ignorantiam noſtræ ſanctionis Judicii Cameræ, præſertim quidem præcedentis articuli, quomodo in cauſis appellationum & datione apoſtolorum agi debeat, queruntur: atqui talis noſtra ordinatio in ſuperioribus, ac hiſce Auguſtanis Comitiis more ſolenni coram Electoribus, Principibus, & Statibus publicè perlecta, atque in Imperio publicata eſt, ita ut neminem ejus ignorantia excuſare poſſit, Idcircò volumus, ut Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores non attenta partium prætenſa ignorantia, in hoc caſu eam conſtitutam & publicatam ordinationem obſervent ac retineant, deſuper pronuncient & decernant, nec per prætenſum alium aliquem uſum ab illa ſe abduci ſinant patianturve.

Ignorantia hujus conſtitutionis neminem excuſat. Auguſtana Comitia.

TIT.

TIT. XXXI.

Quomodo & qua forma Judices prioris inſtantiæ acta edant, & quòd propterea contra ipſos compulſoriales à Judicio Cameræ decernantur, & ad pœnam earum procedatur.

Pro actis prioris inſtantiæ habendis intra 30. dies inſtandum eſt apud priores Judices.

Compulſoriales contrà priores Judices procedendis actis ubi fuerit neceſſe dentur.

POrrò ad promovendas appellationum cauſas, nihilominus quoque appellans tenebitur, ſive reverentiales ei, ſive refutatorii, ſive nihil horum pro apoſtolis dabuntur, infra trigenta dies à ſ[illegible] appellatione, apud priores Judices aut eorum ſcribam pro conſcribendis expediendisque judicialibus actis, diligenter ſollicitare, & in hoc cautionem de legitimo ac condigno precio redimendorum actorum præſtare. Ad quam etiam Judices & Scribæ eorum abſque mora expedire illa pro precio æquo ac merito, eique præbere tenebuntur, ne appellanti propterea neceſſe ſit pro editione ac inſinuatione compulſoriales petere, quinimò pro maturiori expeditione cauſæ appellationis ſuæ illa obtineat, ne queri deſuper poſſit.

In Judiciis ſcripto agendū eſt.

2. Neque minus neceſſum fore atque utile exiſtimatum eſt, ut paſſim in aulis Principum, & in aliarum communitatum Judiciis ſcripto agatur, aut quæ verbo proponuntur, quocunque tempore accuratè conſcribantur, quò acta Judicialia in appellationibus ad Cameræ Judicium pervenientibus, & minori ſuſpicione & maturius haberi ac conſequi poſſint.

Acta integra cum mandatis inſertis perficiantur facit Mynſing obſer. 88 Cent 3.

3. Cùm & ſæpè in appellationum cauſis, quando acta prioris & aliarum inſtantiarum Judicio Cameræ offeruntur, priora exhibita aut reproducta mandata partium litigantium, non inſerantur aut reperiantur, per quod cauſæ mandatariorum ſeu Procuratorum differuntur, cui obviando volumus, ut acta non manca ſeu mutilata, ſed integra unà cum prioribus inſertis mandatis offerantur.

Pœna non ſcribentium acta integra.

4 Quòd ſi verò compertum fuerit, acta in hoc ſeu alio modo utique mutilata, aut in conſcriptione eorum erratum eſſe, Judices certè inferiores aut Scribæ eorum illa ſuis ipſorum expenſis præter incommodum aut damnum partium ad reintegranda, aut denuò reſcribenda, ac partibus plena & integra communicanda teneantur.

Dies menſis & hora latæ ſententiæ notanda.

5. Quando etiam Judices quidam immeritò, aut ex negligentia ſuorum ſcribarum diem Menſis & horæ latæ ſententiæ intermittunt: ordinamus ac volumus, ut Judices inferiores, a quibus ad tribunal noſtrum Cameræ appellatum eſt, diem menſis, & non à die Dominica ſeu feſto. Similiter quoque, quantum fieri poteſt, horam latæ ſententiæ, & omnia actitata differenter, diſcriminatim & clarè notent, & in actis conſcribant.

Acta non in membranis, ſed papyro ſcribantur.

6. Porrò, cùm hactenus Judices quidam inferiores conſueverint acta eorum in membranis ſeu pergameno conſcribere, ex quo multoties factum eſt, ut partes ducentos, trecentos, quadringentos florenos, aut ultra, pro actis redimendis expendere ſint coacti, cùm interdum cauſa principalis duplo non fuerit major: Proinde ordinamus ac ſtatuimus, ne deinceps ubique in omnibus Judiciis acta in membranis ſeu pergameno, ſed in papyro conſcribantur: aut ſi in pergameno ſcribantur, ne pluris quàm ſi in papyro ſcripta eſſent, taxentur, nec partes ſuperfluis propterea impenſis graventur.

Gallicæ linguæ acta in latinam convertenda.

7. Quandoquidem & ob Gallica acta interdum varia gravamina acciderunt, præſertim, quòd nonnunquam in translatione eorum erratum eſſet, ex quo non mediocria diſcrimina, dubitationes & ceſſationes in expediendis cauſis ſequebantur: Tum & quòd ejusmodi translatores non quovis tempore haberi queant, & perſonæ ob id Judicii, ubi ejusmodi translationes illis demandantur, in ſtataria opera, ordinarioque labore ſuo remorantur ac impediuntur, cauſæ ipſæ differuntur, partes quoque duplicibus impenſis prægravantur, quòd acta in Gallica lingua & redimere, & prætereà etiam translationem exolvere cogantur. Itaque volumus, ut deinceps inferiores Judices illis locis ejusmodi acta ipſi, aut per alios non partiales interpretes ſeu translatores linguarum peritos, è Gallica lingua in Latinam convertant. Ac ſic quidem acta translata edere, ac partibus communicare teneantur.

Interpretatio linguarum.

8. Cumque partes ſæpè queruntur, ſe in obtinendis actis priorum inſtantiarum per inferiores Judices in numerando actorum precio prægravari. Volumus ab illis acta coram ſe actitata ſic taxari, ne quis præter æquitatem deſuper queri poſſit.

Taxarum moderatio & conſignatio ab inferioribus Judicibus facienda.

9. Quoniam & non rarò partes ob taxas, non per inferiores Judices, ſed eorum Scribas & Actuarios adverſus prædictam ordinationem noſtram factas, gravantur: ſicque fit, ut pars ſuccumbens (quæ adverſæ parti ſuæ in noſtro Judicio Cameræ expenſas Judiciales ambarum inſtantiarum, adeoque etiam jam dicta acta ſolvere ex judicato tenetur) ejusmodi taxam moderari petat: nec quidem Iudex Cameræ & Aſſeſſores ſcire poterunt, an taxa per inferiores Iudices eo modo, ſicuti per partem victricem oſtenſum eſt, facta ſit: & propterea nonnunquam cauſa ad inferiores Iudices remittitur, executorialibus interea, donec de taxa conſtet ceſſantibus, per quod partes in executione obtentarum ſententiarum impediuntur ac remorantur: Itaque volumus, ſtatuimus & ordinamus, ut porrò Iudices inferiores eò videant, attendantque, ne partes ab ipſis appellantes nimia ac ſuperflua taxa actorum onerentur, eamque taxam ad acta aut circa finem eorum conſignentur ac deſcribantur.

Edictum generale contra inferiores Judi-

10. Quò item expenſis partium pro compulſorialibus, ad edenda acta parcatur, & maturius in cauſis procedatur: Volumus Imperiale quoddam ac generale Edictum ad Iudicii Cameræ attinentes

nentes & inferiores Judices, ſub pœna viginti marcarum auri puri publicare, videlicet, ut ad requiſitionem partium & cautionem æqui precii, acta properè, ac præter moram fraude aliqua flexam, formaliter ac plenaria inſertione eorum, quæ coram ipſis exhibita, actaque ſunt, ſive ſint mandata, ſive petitiones, actiones, reſponſiones, dictave teſtium, aliaque omnia in ſcriptis ſub fide ac teſtimonio Sigilli ſui, & dato diei, menſis & anni, ut par eſt, edant præbeantque. Similiter & Scribas ſuos eò adigant, adducantque, ut partium propoſitiones, & omnes actus, præſertim in cauſis, à quibus appellari poſſet, conſcribant.

Proces pro integris actis edendis.

11. Nihilominus poterunt etiam literæ compulſoriales ad poſtulationem partium, unà cum Citationibus contra Judices prioris inſtantiæ, & alios, penes quos ejusmodi acta Judicialia exiſtunt, decerni, ne ex horum penuria cauſæ præpediantur aut remorentur. Si quà verò iſtud non fieret, nec compulſoriales hujusmodi mox initio obtinerentur emitterentúrve: tunc Procuratores ex Juramento ſuo debebunt partes ſuas informare ſtatim ante, aut poſt executionem Citationis, ſive ad minus medio tempore ſtatuti termini apud priores Judices pro actis edendis inſtare, aut ſufficiens documentum, infra quod ſpacium temporis Judices illorum edendorum ſpem præbuerint. Quòd ſi verò iſta omnia negligerentur, tunc appellans ad ſummum in primo termino compulſoriales petere tenebitur: & ſi & hoc non faceret, confeſtim appellatus ad petitionem & interpellationem ſuam ab emiſſa Citatione abſolvatur.

Compulſoriales pro edendis actis præbeantur petentibus.

12. Quo & huic articulo pareatur, nec partes ab inferioribus Judicibus in retentione actorum iniquè circumagantur: volumus, ut quocunque tempore contra eos, qui ejusmodi Edicto noſtro aut editis compulſorialibus non paruerint, obtemperaverintque, coram Judicio noſtro Cameræ per partes ipſas, Imperialemque fiſcalem noſtrum ad pœnam mulctamque procedatur & agatur: In quibus etiam Cameræ Judex noſter, partibus & fiſcali noſtro debita declaratione ac extorſione pœnarum, prout de Jure juxtáque hanc noſtram ſanctionem auxiliabuntur. Simul & inferiores Judices in edendis actis ſupinos ac negligentes partibus damna & expenſas, in quas ob talem moram ac retentionem actorum inciderint, ex decreto Imperialis noſtri Judicii Cameræ refundere atque perſolvere teneantur.

13. Ordinamus quoque & ſtatuimus, appellationes in omnibus caſibus & cauſis de quibus hac ordinatione ſpecialis non eſt facta proviſio, prout de Jure communi obſervari.

TIT. XXXII.

Quot perſonis interlocutoria & diffinitivæ ſententiæ concipiantur.

A Quot perſonis quocunque tempore ſententiæ referendæ ſint & concipiendæ, ſuprà in prima parte ſub titulo de Aſſeſſorum officio in conſultationibus ordinatum eſt atque proviſum.

TIT. XXXIII.

De vacantiis & feriis.

VOlumus quoque, deinceps vacantias ſeu ferias obſervari, ut ſequitur.

Feriarum nomenclatura per totum annum.

2. Item à viceſima quarta die Decembris, uſque ad ſextam diem Januarii, incluſivè ſextæ diei.
3. Item in Bacchanalibus à die Dominica Eſto mihi, uſque ad Dominicam Invocavit.
4. A Palmarum die, ad Quaſi modo geniti.
5. A Dominica Vocem jucunditatis, uſque ad Dominicam Exaudi, ante meridiem tantùm, ſi quæ Juridicæ fuerint.
6. A Pentecoſtes vigilia uſque ad Dominicam Trinitatis, prorſus incluſivè.
7. Ab octava die Julii uſque in quartamdecimam diem Auguſti incluſivè.
8. Præterea omnes dies feriatæ in Dei ſanctorumque honorem bannitæ per integrum annum:
9. Alioquin exteræ vacantiæ, feſta Palatii, aut alia nova non bannita aſſumpta feſta, non obſerventur.

10. Quò item partes & earum cauſæ provehantur, volumus his mediantibus declaratum eſſe atque permiſſum, quòd tempore vacantiarum, aliaſve (exceptis tamen Dominicis ac aliis ſummis feſtivitatibus) Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores non ſolùm in conſilio referant ac ſententias concipiant: Verùm etiam Supplicationes acceptent, Citationes & Proceſſus decernant atque emittant.

Quid in feriis quoque Prætor & Aſſeſſores agant.

TIT. XXXIV.

Quòd Judicium Cameræ deinceps Spiræ celebretur.

QUandoquidem hucusq; plures ætate juxtà ac eruditione ſpectabiles viri, ut in Imperiali noſtro Judicio Cameræ conditiones accepiſſent, adduci non potuerunt, aut ubi accepiſſent, rurſus reliquerunt, propterea, quòd idem noſtrum Judicium Cameræ certo in loco conſtitutum non eſſet. Quò ergò tales perſonæ deinceps citius huc faciliusq; permoveri queant, & aliis, qui ad hoc munus inepti ſunt, non detur locus: cum Electoribus, Principibus & Statibus nos concordavimus, ac volumus, ut porrò Imperiale noſtrum Judicium Cameræ continuò Spiræ ſit ac obſervetur, nec aliò transferatur, niſi ex gravibus & legitimis cauſis, noſtra, aut abſentibus nobis dilecti fratris noſtri Roma-

norum Regis, atque Electorum, Principum, & Statuum ſcientia ac voluntate. Atqui tamen ſi vel peſtis vel lues graſſaretur, vel vis belli ingrueret, ita ut eo in loco tribunal & Judicium tutò celebrari non poſſet, facultatem habeant Judex noſter Cameræ & Aſſeſſores, Judicium aliò ad tutiora aptioraque luca transferendi, tamdiu donec peſtis, aut vis Martis deſevierit, & Judicium rurſus ſuu & conſueto loco celebrari poſſit.

TIT. XXXV.

Quòd Judicio Cameræ ſuus curſus rectus permittatur.

Meminit hujus §. Joan. Oldendorp in Exceptionum Enchiridio.

CUm à nobis vigore priorum Imperii ordinationum unà & Electoribus, Principibus ac Statibus conſenſum atque conceſſum ſit, imperiali noſtro Judicio Cameræ, non attenta aliqua reſtitutione, ſupplicatione, advocatione, aut alia ſuſpenſione ac remotatione, ſuus rectus ac minimè impeditus curſus permittatur, nec quicquam huic adverſum concedatur: cui & Electores, Principes, & communes Status ita ſe parituros receperunt, &c. Cùm idem ergo Judicium noſtrum ſuis & capue & membris, aliiſque attinentibus perſonis rurſus nunc magnificè juxta ordinationem hanc noſtram inſtantatum atq; conſtitutum eſt: Volumus, ut in jam dicto conſenſu illud ac conſtitutione, ſimiliter & executione ac firma manutentione ſeu conſervatione maneat atque perſiſtat, quemadmodum nunc denuò & de novo quidem iſtud per nos & Status permiſſum atque conſenſum eſt. Et ſi quid contrarium huic vel exiret vel impetraretur, idipſum nullius dignitatis, nulliuſque momenti ac nihili prorſus ſit, habeaturque, neque à Judicio Cameræ ullo pacto recipi debebit.

TIT. XXXVI.

Poteſtas reſervatur de ulteriori proviſione ac declaratione ordinationis Judicii Cameræ, facienda quantum ad Proceſſum attinet.

Reſervatio ulterioris proviſionis & declarationis hujus ſanctionis.

SIcubi fortè in hac ordinatione ob Proceſſus Judicii Cameræ dubium incidat, aut ulteriori proviſione opus fuerit, Judici noſtro Cameræ & Aſſeſſorib. mandavimus, quovis tempore, ubi neceſſarium fore exiſtimaverint, Proceſſus gratia hanc ordinationem noſtram pro ſua prudentia quantò rectius poterunt, declarent, emendent, ulteriorem proviſionem ac ordinationem faciant, eamque annuam viſitationem Imperatorii noſtri Judicii Cameræ obſervari jubeant, quæ tunc quidem unà cum aliis defectibus ordinatis commiſſariis & viſitatoribus proponantur, vel ut approbent, vel ut aliàs quæ facto opus ſint, ſtatuant.

SEQUITUR PARS TERTIA ORDINATIONIS JUDICII CAMERÆ, DE JUDICIALI PROCESSU.

TITULUS I.

De Judiciali audientia, quo tempore, & quot diebus in ſeptimana haberi debeat.

SAncimus, ordinamus, ſtatuimus, ac volumus, ut coram noſtro Prætore Cameræ & Aſſeſſoribus, tribus diebus in ſeptimana, videlicet, die Lunæ, die Mercurii, & die Veneris, iiſdem ſingulis diebus poſt meridiem, hora præfixa, & janua aperta Judicium & audientia habeatur: Et quidem in initio ſententiæ ac decreta ſeu receſſus cujuslibet audientiæ, ſicubi facta fuerint, coram Judice Cameræ, aut ejus locu coram Comite ſeu Domino ut præſidente, & omnibus Aſſeſſoribus publicentur: actum conſequenter ordinaria audientia coram Judice Cameræ & octo Aſſeſſoribus, atque audientia contumaciarum coram Comite aut Barone quatuorque Aſſeſſoribus ſervetur. Si quæ cauſæ verò à contumaciis proponendæ ſint, eæ coram duobus ad hoc ſpecialiter ordinatis ac deputatis Aſſeſſoribus proponantur aganturque, ut infrà ſtatutum atque ordinatum eſt. Hinc ſecludantur omnes feriati dies in honorem Dei, aut neceſſitatem hominum banniti ſeu conſecrati, in quibus nullum exerceatur Judicium.

Fiſcales cauſæ quando agendæ.

2. In hebdomade ſemel atque iterum fiſcalia Judicia ante vel poſt meridiem, prout quovis tempore noſtro Judici Cameræ & fiſcali, aut ſuis deputatis uſui ac opus fore videbitur, exerceantur, in quibus contributiones & taxæ cenſitorum, ac aliæ Imperii ferendi auxilii quotæ tractentur, modo quo ſuprà in prima parte hujus ordinationis (ſub Titulo de fiſcalis officio coram tribunali) conſtitutum eſt, cautumque.

TIT. II.

De viciſſitudine audientiæ, ſeu de reciproca audientia ordinariarum & extraordinariarum.

QUò autem cauſæ aliter, & juſto ordine agantur, ac cauſæ extraordinariæ, quæ vigore ac vi hujus conſtitutionis privilegiatæ ſunt, ante alias promoveantur: ordinamus & ſtatuimus, ut porrò audientiæ

dientiæ in ordinariis & extraordinariis per vices atque reciprocè fiant, ita ut diebus commutatis ac mutuis tractentur. Quoniam autem Procuratores hactenus ejusmodi commutationem ac viciſſitudinem nonnunquam per errorem prætergreſſi ſunt, Protonotarii ſingulis diebus Juridicis in Judiciale Protocollum ſuum conſignabunt, quibus in cauſis agendum ſit, idque omni tempore cùm quæſtio ſeu interrogatio circularis per Judicem Cameræ fit, in audientia publicè indicabunt.

Protonotariorum Protocollum indicet cauſarum audientias.

2. Hæcque viciſſitudo in tertia aut quarta interrogatione circulari, videlicet in præfixis, & ordinariis, ſimiliter & in contumaciis locum habeat: atqui in ſententiis & in novis citra diſcrimen cujuslibet audientiæ in ordinariis, & extraordinariis agi poteſt.

Ut verò ſciatur, quæ cauſæ extraordinariæ, quæve ordinariæ ſint, ſequetur earum differentia.

TIT. III.

Extraordinaria.

1. Nimirum, ſi quis proponat tribunal Cameræ non eſſe ſuum Judicium ordinarium, petenaſe remitti ad ſuum Judicem.
2. Item, ſi formalitas appellationis impugnetur.
3. Item, ſi pro edendis ac obtinendis actis, & pœnis compulſorialium agatur.
4. Item, cauſæ attentatorum & inhibitionum.
5. Item, cauſæ fractæ ſeu violatæ pacis.
6. Item, cauſæ violentæ ſpoliationis, appellatæ cauſæ ſpolii.
7. Item, ſi res, propter quas litigatur, propter dilationem & moram juſtificationis ſint perituræ.
8. Item, cauſæ, quarum mora ingens damnum exoriri poſſit.
9. Item, cùm Roruli dictorum teſtium producuntur, & contra eos ante publicationem agitur.
10. Item, ſi quis ſecundum aut tertium terminum ad probandum petat.
11. Item, taxatio Judicialium expenſarum & damnorum.
12. Item, ſi quæ pars nutrimenta ſua petat.
13. Item, cauſæ liquidationis & executionis ſententiæ.
14. Item, omnes cauſæ mandatorum pœnalium.
15. Item, cauſæ controverſæ poſſeſſionis.
16. Item, cauſæ legis diffamari.
17. Item, cauſæ relaxationis juramenti ad effectum agendi.
18. Item, cauſæ nullitatis proceſſus & ſententiarum.
19. Item, Tutorum & Curatorum petitio & adminiſtratio.
20. Item, ſi petatur ſequeſtratio in cauſis, quæ coram Judicio Cameræ alioquin non pendent.
21. Item, cauſæ in quibus petitur decreti interpoſitio.
22. Item, inſinuationes donationum.
23. Item confirmationes dotium.
24. Item exemplificationes Privilegiorum.
25. Item miſſio ex primo decreto.
26. Item miſſio ex edicto Divi Adriani.
27. Item ſi mulier ventris nomine in poſſeſſ. mittatur.
28. Item novi operis nunciatio.
29. Item cautiones damni infecti.
30. Item appellationum cauſæ, in quibus ob memoratas extraordinarias cauſas in prima inſtantia actitatum fuit.

TIT. IV.

Cauſæ ordinariæ.

OMnes reliquæ cauſæ, quæ ſub memoratis extraordinariis nominatim non ſunt comprehenſæ, ſive ſint ſimplicis querelæ, ſive appellationis, ſub ordinariis comprehendantur, atque in Judiciali audientia ordinariarum tractentur.

TIT. V.

Quòd interrogationes ſeu quæſtiones circulares in qualibet Judiciali audientia fieri debeant.

STatuimus, ordinamus, ac volumus, ut in quavis Judiciali audientia poſt publicationem ſententiarum & decretorum ſeu receſſuum ſex rogationes circulares fiant: Prima, an quis ad latas ſententias agere velit. Secunda, an quis aliquid in novis propoſiturus ſit. Tertia, ſi cui per ſententiam injunctum ſit, aut alioqui de proprio conſenſu agere debeat in præfixis. Quartò, ecquis ex ſacri Imperii conſtitutione acturus ſit aut concluſurus in ordinariis. Quinta eſt in contumaciis, videlicet, num quis cauſas, cur ad obtentos & præfixos in contumaciis terminos non agat, proponere aut concludere debeat. Sexta, an quis alterius inobedientiam ſeu contumaciam accuſandam putet.

Sex circuitus actuum ſeu circuli in audientia publica enumerantur ac deſeribuntur.

Quæſtiones circulares ex ordine ſunt agendæ juxta cujusque Procuratoris ſtationem.

2. Cumque hactenus Procuratores nonnunquam ordinem in proponendis eorum cauſis in prædictis interrogationibus, circularibus non retinuerint, ſed potius ejusmodi quæſtiones confuderint, ac ita non ex ordine; ſed confusè egerint, quamobrem cauſæ ut plurimum intricatæ ac impeditæ fuerunt: cui obviando volumus, ut deinceps quævis cauſa ſuo circuitu & quæſtione, ad quam pertinet, per Procuratores ex ordine & ſtatione cujusque agatur ac proponatur, nec concedatur, ut ejusmodi circuitus ſeu quæſtiones circulares confundantur, ac prædicto modo præter ordinem agantur.

Prætor curet ut à primo ad ultimum Procuratorem quæſtio circumeat.

2. Judex quoque noſter Cameræ ad hoc conniti debet, ut ſingulis audientiis & Juridicis diebus quantum fieri poteſt, ad minus ſuper ſententiis primò: & in novis ſecundò, ſimiliter in executionibus quintu circuitu ſeu quæſtione omnes Procuratores à Primo ad ultimum, ac ita quiſque ſua ſtatione & ordine audiatur: Et ſi qua in reliquis quæſtionibus circuiri non poſſet, ut ad minus in eodem circuitu ſeu quæſtione circulari Procuratores aliqui prædicto modo in actibus ſuis audirentur, ac ſequenti Juridica die quæſtiones rurſus à Procuratore, penes quem actus ſubſtitit, inciperentur, atque ita circumducto ordine ad finem uſque continuarentur. Ut autem & Judex noſter ſciat à quo Procuratore in qualibet circulari quæſtione inchoandum ſit, Protonotarii in ſua Protocolla, penes quem Procuratorem quovis tempore quæſtio hæſerit, conſignent, ac idem pòſt in Judicio indicent.

TIT. VI.

Quid, ac quomodo ad primam circularem quæſtionem ſuper ſententiis latis agi debeat.

In prima circulari quæſtione, nempe, ſuper ſententiis & decretis eodem die latis factiſque, quærendum agendumque quid ſit.

SEntentiis latis, Procuratores ordinem ſuum ſecuti, ad alias nullas ſententias ſeu decreta, quàm quæ eo die & in eadem audientia publicata lectaque fuerint, prima circulari quæſtione agant, aut ad agendum admittantur.

2. Volumus quoque, ſi qua deinceps Procuratoribus negocia ſeu literas, inſtrumenta, mandata, aliave latis ſententiis decretiſque data proponenda vel producenda ſint, ut in iis ipſis decretis ſimul & dies & tempus ſtatuatur, aut ſi id non fiat, ut Procuratores tempus ordinationis habeant, ac præterea ob non neceſſarias petitiones ſtatuendi temporis non audiantur. Niſi quis ex prægnantibus cauſis in tempore ordinationis agere, aut illud per ſententiam ſibi injunctam proponere non poſſet, tunc quidem ei, ulterius ſpacium in bujusmodi prima circuitione ſeu quæſtione petere licebit.

3. Similiter ſi partium aliqua per ſententiam ad probandum admittetur, ei mox à publicatione ſententiæ terminum probandi petere licebit.

Conteſtandi item, concludendi, &c. actus mox eo die præſtetur

4. Quòd ſi verò Procuratori, litem conteſtari, concludi, aut aliud quippiam eodem Juridico die agi per decretum injungitur, id quidem mox in ejusmodi circulo, aut poſtea in præfixis præſtabit.

5. Latis autem à Judicio Cameræ ſententiis, literæ dein ſententiarum aut alii Proceſſus poſt publicationem earum in Judicio per Procuratores non petantur; ſed eæ poſtea ad eorum requiſitionem ex Cancellaria Judicii Cameræ præbeantur.

TIT. VII.

Quæ cauſæ in novis tractentur.

IN novis, aliæ nullæ cauſæ præter recentea ac novas, & quicquid ad eas pertinebit, agi debent, videlicet, Citationum, inhibitionum, compulſotialium, mandatorum pœnalium, aliique ſimiles Proceſſus, Item mandatorum procuratoriorum, inſtrumentorum, appellationum, petitionum, executorialium, libellorum ſupplicationum, productionum actorum, & reproductionum eorundem. Item rotularum examinum. Item cùm appellans legitimè præpeditus, & propter nondum conſecuta acta ulterius ſpacium ac terminum ad producendum libellum & acta impertat, nec aliæ cauſæ actusve immiſceantur.

Conceſſum igitur ſit, in memoratis cauſis, ſive ſint ordinatiæ ſive extraordinariæ, citra diſcrimen cujuslibet Judicialis diei in novis agi.

TIT. VIII.

Quæ cauſæ in præfixis agantur.

CUm ſæpè accidat, ut Procuratoribus tempus ex ordine obtinentibus, & ſub idem tempus nihil agentibus, ulterius ſpacium & dilatio per ſententiam & decretum ſtatuatur, aut Procuratores ipſi inter ſeſe certum tempus agendi aſſumant atque in hoc conſentiant: Quicquid igitur Procuratoribus virtute ejusmodi latarum ſententiarum, aut proprii conſenſua, in ſtatutis aut ultroneis terminis, aut ſicubi eoa propter alia accidentia intermittunt, pòſt agendum fuerit, id quidem in ejusmodi tertia circulari quæſtione, videlicet in præfixis, agi ac proponi debebit. Sic ut deinceps ſemper poſt novas cauſas primus Procurator ordinis, eum præfixum, aut ultrò aſſumptum terminum incipiat, ac ita conſequenter deſcendendo ex ordine ad finem uſque verbales quoque concluſiones unà cum iisdem præfixis peragantur.

TIT.

by Google

TIT. IX.

Quid in ordinariis agi conveniat.

AT quiſquis Procuratorum pro cauſis agendis ſive concludendis tempus ordinationis acceperit, vel obtinuerit, ac ſic quidem eodem in termino hujus ordinationis acturus ſit, id quidem in hac quarta quæſtione circulari, quam vocant in ordinariis facere atque proponere debebit.

2. Tamen & is, cui præter illud ſpacium ordinationis, verbo ut concludat, per ſententiam injunctum eſt, aliaſve tenetur, poterit id quidem hoc circulo etiam conſequi atque perficere.

TIT. X.

Ut in duabus ultimis quæſtionibus contumaciarum agatur.

CUmque hactenus, ſimul atque ordinaria audientia finita fuerat, Judex Cameræ & Aſſeſſores egreſſi, ac duo tantùm Aſſeſſorum permanſerunt, qui audiendis contumaciis intereſſent, unde & confuſio ordinis oborta, & cauſæ nonnihil prorogatæ ac præpeditæ fuerant in contemptum ac dedecus Judicii. Itaque ordinamus, ut à ſervata ordinaria audientia, alter Comitum ſeu Baronum ad ſpeciales deputatos audientiæ contumaciarum, quorum deinceps quatuor ſint, loco Judicis conſideat, & cauſas contumaciarum coram quatuor illis deputatis audiat, ac ſuper ſingulorum propoſitis ac petitionibus, quantum fieri poteſt, juxta qualitatem & conditionem cauſæ pronunciet atque decernat.

Contumaciarum cauſæ & circuitus quondam duobus tantum adminiſtrabantur.

2. Ergo in contumaciis deinceps duo circuitus ſeu circulares quæſtiones fiant, modo ſuprà dicto: In priore quiſque Procurator, qui in eadem audientia, ad antea in contumaciis præfixos aliaſve obtentos terminos egiſſe debuit, cauſas, cur non egerit, ut infrà dicetur, proponere tenebitur: tum & hæc prima quæſtio ſingulis diebus Juridicis ſervetur, etiamſi rogationes illæ ordinariæ audientiæ ante hanc non finiantur. Altera verò rogatione cuilibet in obedientiam ſeu contumaciam alius, qui in termino ordinationis non egit, aut qui ulteriorem dilationem obtinuit, & intermiſſi actus in priore rogatione excuſationem nullam attulit, in modum ſequentem, accuſare concedetur: ita tamen ut paucis verbis indicet, quid is, cujus contumaciam accuſat agere debuerat.

3. Pro majori etiam declaratione, quomodo & quid in ejusmodi ambabus contumaciarum quæſtionibus, & circuitionibus agendum ſit: ſtatuimus, ordinamus ac volumus, ut deinceps ſinguli Procuratores ſuos terminos, in quo, juxta hanc ordinationem agere debent, obſervent: Quos ſi verò ob accidentia impedimenta non obſervaſſe parti adverſæ liberum ſit, in ſecunda & ultima circulari quæſtione ſeu rogatione contumaciarum, illius contumaciam accuſare. Si ad hæc accuſatus ulteriorem dilationem quàm ad proximam agendi non peteret, hæc illi pro prima vice per partem adverſam concedatur.

4. Quòd ſi is contumax ad priorem partis adverſæ implorationem, ulterius ſpatium ac dilationem quàm ad proximam peteret, legitimas cauſas unà cum excuſatione contumaciæ mox à facta imploratione paucis verbis adducet: aut ſi hoc ita non poſſet fieri, ſcripto proponendas ſe comparet.

5. Ad quas verbo ſeu ſcripto propoſitas excuſationes & cauſas pars implorans mox in eadem audientia abſque ulteriori ſcripto ac longa narratione per generalia agere, concludere & decretum deſuper expectare debebit.

Implorans generalia dicat, concludat & decretum expectet.

6. Quod ſi contingeret, ut accuſatus Procurator denuò terminis his ac dilationibus obtentis aut ſub id tempus, etiam ad prædictam ſubmiſſionem, decreto datum, ex legitimis juſtiſq; cauſis non poſſet agere, tunc quidem ſuas cauſas & excuſationes in termino, in quo egiſſe debuerat, in prima interrogatione contumaciarum ſcripto aut verbo proponere, parsq; adverſa deſuper omni modo, ut ſuprà dictum eſt, concludere tenebitur.

Rei Procurator non potens agere, cauſas det in ſcriptis.

7. Idem Procurator ſi ejusmodi cauſas & excuſationes ſuas in prima quæſtione contumaciarum non adferret, ac porrò adverſarius contra ipſum imploraret, tunc quidem irremiſſibiliter, pœnam ordinationis præſtabit, & nihilo ſecius ſuper utriusque partis ſubmiſſione ulterioris petitæ dilationis gratia decretum expectabit.

8. Si verò idem accuſatus, per decretum, aut de conſenſu adverſæ partis ultra hæc omnia, alias quoque prorogationes ac dilationes obtineret, easque etiam inanes ac fruſtrà præterlabi ſineret: in principali cauſa tunc quidem juxta ejus conditionem ad interpellationem partis adverſæ in contumacias decernatur, prout de Jure, reſervata quoque pœna ad æſtimationem. Niſi contumax intermiſſi actus ſui notorias & legitimas excuſationes haberet, quas rurſus quidem modo prædicto proponendas ſibi conceſſas eſſe volumus.

Ad dilationes accuſati fruſtraneas decernatur prout de Jure, niſi rurſus excuſationes legitimas adferat.

9. Ac debent Procuratores in tali audientia contumaciarum, non ſecus atque ex ſtatione & ordine quiſque ſuo audiri, ac mutuo ſuas quàm breviſſimè contumacias accuſare, & à non neceſſariis proloquiis & narrationibus, utpote enumeratione latarum ſententiarum & receſſuum abſtinere: Si verò ipſa neceſſitas omnino longiorem excuſationem exigeret, ad proximam iſtud in ſcriptis fiat, ac deſuper ab altera parte mox verbo concludatur, nec ulteriora ſcripta actuſve admittantur, ſub pœna mulctaque ordinationis. Cui pœnæ & is ſit ſubjectus, quisquis immeritò & contra hanc ordinationem alterius contumaciam accuſat, cùm Procuratores in his prædictæ ordinationi parere debeant.

TIT. XI.

Quæ cauſa coram deputatis poſt Judicialem audientiam agantur.

Bini Aſſeſſores deputentur, coram quibus leviores cauſæ actusq; agantur.

SEmper poſt habitam judicialem audientiam duo ex Aſſeſſoribus per Judicem noſtrum Cameræ deputentur ac ordinentur, ad Procuratores in ſuis proloquiis cauſarum coram deputatis, ut ſequetur, agendarum, audiendos, ſuper quibus levibus actibus iidem mox quoque, ut æquum eſt, decernant, aut deſuper in proximè ſequenti conſilio relationem faciant.

2. Primùm, cùm in agnitione ſeu recognitione Sigillorum, ſignorum Notariorum, manuum, aut aliarum ſcripturarum plerunque per Procuratores in Judicio non neceſſaria verba in diſpendium partium & prorogationem cauſarum profundantur: Volumus, ut ejusmodi inſpectio, ſeu recognitio Sigillorum, Notariorum manuum, & ſcripturarum, deinceps non in Judicio, ſed poſt audientiam coram deputatis fiat.

Commiſſarii probationum dentur coram deputatis.

3. Item ſi quis ad proſequendam ſuam decreto impoſitam ſibi probationem Commiſſarios petere ac nominare vellet, id per litigantes in eorum productis pariter cum aliis actibus, aut quidem coram prædictis deputatis præſente adverſæ partis Procuratore fiat. Et ſi qua utrinque inter ſeſe ſuper his concordare non poſſent, tunc alteri parti in ordinaria audientia ſuam exceptionem proponere concedatur, ac deſuper decretum promulgetur.

4. Cùm Procuratores indicare volunt, quòd in pendentibus cauſis partes eorum mortem obierint & in fata conceſſerint, aut in amicabili compoſitione ſeu transactione ſint, aut jam tranſegiſſent, non coram Judicio id, ſed inter ſe ipſos, aut coram deputatis facere debebunt.

5. Ut item in ordinatione alibi cautum eſt, ne ſecunda aut tertia dilatio abſque cauſæ cognitione, ac indicio ſufficientis diligentiæ concedatur: Volumus, quòd ſi Procurator juſtas illas petendi cauſas habuerit, id coram deputatis faciat ſimul, & quibus de cauſis in prioribus dilationibus probatio fieri non potuerit, declaret.

DE TERMINIS PRIMÆ INSTANTIÆ CORAM Imperiali Judicio Cameræ, ac primùm;

TIT. XII.

De primo Judicum conſeſſu ſeu termino, quomodo ac quid in eo agi debeat.

Citatio, Mandatum, Proceſſus breviſſima narratione proponantur.

IN primo ſtatuto Judiciali termino emiſſæ Citationis, in cauſis ſimplicis querelæ, Actor per ſe ipſe, aut ſuum conſtitutum procuratorem compareat, ac primò vel emiſſam Citationem, vel mandatum, aut Proceſſus cum ſua inſinuatione aut executione, abſque tamen nuncupatione ejus, qui executus eſt, ſimiliter & actionem ſuam ſcripto: Aut ſi per Procuratorem comparet, ſufficiens mandatum conjunctim ac ſimul paucis verbis præfando proponat atque exhibeat.

Quibus mediis & conditionibus Citationes, Mandata, & Proceſſus impetrentur.

2. Ac primùm quidem, quod ad Citationem, Mandata ac alios Proceſſus attinet, non ea antè emittantur, quàm per Prætorem noſtrum & Aſſeſſores ad requiſitionem principalis, vel ſui conſtituti Procuratoris, aut cujuſdam Imperialis Judicii Cameræ Jurati Advocati & Procuratoris, qui principalis ſui jura ac informationem penes ſe habeat: tum & cautionem præſtiterit, in primo termino ſufficiens ſe mandatum, & ſi ſit neceſſe, ratificationem anteactorum exhibiturum, decretum ſit, perque Notarium noſtri Judicii Cameræ, regiſtratum. Attamen cùm principalis Procurator, ſi non eſt juratus Judicii Cameræ Advocatus aut Procurator, pro Citatione ſupplicaret, ſollicitaretque, ea ſupplicatio per juratum Procuratorem aut Advocatum ſubſcribatur.

Cauſæ in Jus vocandi exprimantur in Citatione.

3. In quibus Citationum literis ac Proceſſibus, cauſæ, cur quis citetur, aut in Jus trahatur, exprimantur, ita, ut citatus aut reſpondens in præfixo termino paratus comparere: aut ſuum Procuratorem, quid ſuper re, cauſaque agat, informare poſſit, non neceſſarias dilationes cauſæ hac via reſecantes.

4. Cumque ex conſuetudine noſtri Judicii Cameræ in citatoriis literis numerus aliquis dierum, utpote, triceſima die poſt inſinuationem, &c. poni ſoleat, ſed contingat quandoque, ut plures quàm unam, perſonas cauſa concernat, non uno eodemve in loco reſidentes, quibus Citatio una die inſinuari nequeat: unde diſceptationes, dubia, & errores emergunt, ſi eodem die inſinuatio non fiat, videlicet, an dies Juridica poſt primam aut alias ſequentes inſinuationes computari debeat: Cui obviando volumus, ut deinceps eo caſu prolixus ſatis ac certus terminus in citatoriis literis ad æſtimationem noſtri Judicii Cameræ, in quo citati omnes comparere poſſint ac debeant, præfigatur: & omnibus illis, ut par eſt, præſentibus archetypis, id eſt, per originalia inſinuetur. Tum & cuilibet eorum pariformem antigraphum ac conſonam copiam, ſuper qua executio per juratum tabularium ſive Notarium, qui executionem fecit, conſcribatur, ac porrò archetypus vel originale per actorem cum executione in termino judicialiter reproducatur.

5. Ubi

5. Ubi hujuſmodi Citationes & alii Judiciales literæ à noſtro Judicio Cameræ hunc in jam dictum modum decretæ fuerint, eæ ſub noſtro nomine & titulo, ſubque noſtro Imperiali Sigillo exeant ac emittantur.

Imperiale Sigillum Citationibus & aliis Proceſſibus appendatur.

6. Cumque ita in una Citatione plures litigantium nominarentur partes, & in earum nomine omnium unus tantùm ſeſe intromitteret Procurator, non amplius uno ex illis, & primum quidem ſuo nomine nuncupet ac indicet, hac tamen appendice (& alii in Citatione expreſſi) inſcribat ac intituletur cauſam, eamque in ſubſequentibus Proceſſibus intitulationem primam cauſæ ad finem uſque, ac tamdiu, donec nominatus in lite fuerit, obſervet. Si verò Procurator non omnium nomine in Citatione nuncupatorum ſe intromittit, eos tunc, quorum nomine comparet, nominatim indicare poterit.

IDEM ALITER.

Nuncupatis autem in una Citatione pluribus litigantibus, quorum omnium nomine unus Procurator acturus ſit, is unum tantùm ex illis, primum videlicet nominatim indicare debet, cum hac appendice (& reliquos in Citatione nuncupatos cauſam intitulando, ac deinceps in Proceſſu ejuſmodi intitulationem ad finem, & quouſque nominatus ille in lite permanebit, retineat. Si quis Procurator autem non omnium in Citatione inſertorum nomine agere volet, eos quidem, quorum nomine comparet, nominatim indicare minimè prohibeatur.

Ex ordinat. Regis Ferdinandi.

7. Si quis Procuratorum etiam in cauſa pendente cujuſdam tertii nomine ſe Judicio ſiſteret, eam cauſam prima intitulatione indicet, & in hac ſubſiſtat ac commoretur.

Nomen cauſæ initio inditum retineat Procurator.

8. Secundò, quantum ad actionem pertinet, quam in primo termino Actor propoſiturus eſt, cujuſvis Actoris arbitrio liberum eſſe volumus, ſuam actionem vel articulatim componere, vel ſummariè proponere, & conſequenter, ut par eſt, in termino articulandi, articulatim exhibere, non quidem verbo, ſed in ſcriptis.

9. Tertiò, quod ſpectat ad Mandata procuratoria, quæ ambarum partium Procuratores exhibent, ea quidem non ad unum actum, ſed ad totam cauſam dari, nec alio modo tanquam ſufficientia, admitti debebunt.

Mandata procuratoria non ad unum actum, ſed ad totam cauſam dari oportet.

10. Quòd ſi Procurator quiſpiam virtute ac vi generalis Mandati, cujus originale jam antea in aliis cauſis exhibitum eſſet, ſeſe intromitteret, copiam ejus à protonotario aut Lectore collationatam producat, diem & cauſam, quando originale exhibitum ſit, conſcribat, eàque verbo ſeu ore tenus commemorare deſinat. Similiter quoque in Privilegiis, inſtrumentis, & aliis literis, quarum originalia in aliis cauſis prius exhibita fuerunt, obſervetur.

11. Caſu verò, quo Procurator prædicto modo non ſufficiens mandatum haberet, ſed à partibus alioquin juſſus eſſet, ſe de cauſa intromittere, is, ad pollicitationem ſuam, cautionemque, ſe mandatum certo tempore exhibiturum admittatur, in modum ut ſuprà in prima parte, ſub Titulo. Ut Procuratores ſufficientibus mandatis, ratificationibus & aliis modis proviſi ſint, ordinatum eſt.

12. Utrinque Procuratores in primo termino Mandata ſua exhibeant, & ad cauſam legitimentur: niſi Procuratori Mandatum, aliaque quæ in primo termino producenda erant, effluxo eo tranſmitterentur. In quo caſu idem Procurator non ſpeciale tempus ſeu terminum, veluti ad proximam ſumac aut petat, neque eam ob rem ſingularem aliquem Proceſſum ſervet: ſed potius ubi alioqui in cauſa vigore ordinationis acturus ſit, illa quoque producat.

13. Citatus verò ſi primo in termino, ut decet, non comparuerit, comparenti Actori proclamationem petere, ac deſuper in contumaciam procedere licebit, quemadmodum infrà de contumacia reſpondentis cautum eſt.

Reo contumace licebit Actori comparenti proclamationem petere.

14. Æquo modo reſpondenti licebit adverſus non comparentem Actorem procedere, veluti infrà de Actoris contumacia ſancitum eſt.

15. Nemo deinceps Procuratorum ejus nomine, qui Citationem aut Proceſſus obtinuit, ſe ante terminum Citationis judicialiter ingerat, nec, velut huc uſque factum eſt, de diligentia, nihil præterea agendo, proteſtetur, ſed terminum emiſſæ & inſinuatæ Citationis expectet, & tunc prout de Jure & vigore ordinationis agat.

16. Item quoque citati Procurator unuſquiſque faciat, niſi fortè terminus comparitionis ſibi certò conſtaret, nec pars adverſa compareret, ſed ipſi tamen veriſimile eſſet, terminum jam præ manibus fore.

17. Cumque hactenus ſæpe contigerit, ut in primo termino nec Actor ſeſe nec Reus judicialiter ſtiterint ſeu intromiſerint, ſed poſt dies aliquot tamen Actor comparuerit, & contra non comparentem Reum proclamationem petierit, ac ita ob circumductionem termini res ea in diſceptationem venerit atque dubitatum fuerit: Idcircò ſancimus ac volumus, ut deinceps, caſu, quo Actor ſecunda aut tertia Juridica die poſt effluxum terminum, ut prædictum eſt, compareret: & ad partis adverſæ petitionem non comparitionis ſuæ cauſas proponeret, admittatur, omni modo, ac ſi in præfixo termino comparuiſſet. Si qua verò plus tribus judicis diebus poſt præfixum terminum efflueret, nec ſe quiſquam Judicio ſiſteret, tunc quidem terminus pro circumducto habeatur, & emiſſa citatio intercidat.

TIT. XIII.

De ſecundo termino primæ inſtantiæ, quomodo & quid in eodem agatur.

QUanquam reus ſeu reſpondens hoc caſu, quo cauſa & actio citationi inſerta eſt, ſuper eadem benè deliberare, aut Procuratori ſuo informationem dare poteſt, ac propterea vigore Juris, &

pridem factæ ordinationis mox in primo termino reſpondere, & litem conteſtari debebat, tamen cùm iſtud hactenus in Imperiali noſtro Judicio Cameræ non ita uſitatum fuerit, neque obſervatum, quin potiùs & communiter in ſecundo termino ſactitatum: ordinamus & ſtatuimus: ſicubi poſt oblatiunem libelli, ſeu exhibitionem actionis reus non dilatorias aut alias exceptiones impediendi ſeu differendi Juris aut litis conteſtatioois adduxerit, tunc idem in ordinariis, duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia ad actionem reſpondere, ac litem conteſtari debebit.

IDEM ALITER.

Hoc eſt in Caroli Ordinat. antecedens autem ex Ferdinandi.

Et ſi eo caſu, cùm res & actio Citationi ſuerit inſerta, Reus & ſecum ipſe deliberare, & ſuum inſtruere poteſt Advocatum, propterea, de Jure ſimul & legibus olim latis, mox in primo termino reſpondere litemq; conteſtari debebat: Veruntamen quoniam id ita hactenus non in primo, ſed frequenter in ſecundo termino coram noſtro Cameræ dicaſterio uſurpatum eſt: Ordinamus & ſtatuimus, ſi propoſita actione Reus nullis dilatoriis aliiſve exceptionibus retardandi judicii impediendæque litis conteſtationis uti velit, in ordinariis ipſe duodecima, in extraordinariis ſexta audientia actioni reſpondere, litemque conteſtari teneatur.

2. Similiter, ſi juramentum calumniæ ab altera aut utraque parte exigatur, mox idem in hoc terminu, aut pòſt, cùm requiratur, etiam præſteiur.

3. Econtrà, Actor facta litiſconteſtatione, & juramento calumniæ præſtito, articulatam actionem ſuam loco articulorum repetat, aut ſi ejus actio non articulatim exhibita eſt, terminum ad proximam petat, qui illi quoque concedatur.

4. Cum & hactenus Procuratores in litiſconteſtationibus quandoque pluribus non neceſſariis ac ſuperfluis verbis uſi ſint, quibus Juridicæ audientiæ differebantur, & aliæ cauſæ præpediebantur: Volumus, ut poſthac quilibet Procurator, qui in his cauſis ſimplicis querelæ vult diffitendo ad actionem reſpondere, & litem negativè conteſtari, pluribus aliis verbis non utatur, quàm videlicet. In cauſa N. contra N. diffiteor actionem, peto ab ea me cum refoſione expenſarum abſolvi: Et his verbis lis quoque, etiamſi litis conteſtationis mentio expreſsè nulla fieret, ut conteſtata eſſe, ſervari atque intelligi debebit. Ex adverſo Actoris Procurator aliud nihil, ampliùſve voce verboque proferat, quàm videlicet: In jam dicta cauſa repeto articulatam actionem meam ſive libellum loco articulorum, peto, prout ibidem Aut ſi Actio non fuerit articulata, hunc in modum, in cauſa hac repeto actionem meam, ac peto terminum deinceps agendi juxta ordinationem. Ac quidem in utroque caſu, videlicet, ubi Actor articulatam actionem ſuam loco articulorum repetit, Reo ad reſpondendum, aut ſi actio non eſt articulata. Actori ad articulandum, ſpacium ad proximum terminum concedatur.

5. Verùm ſi Reus dilatorias, aliaſve exceptiones ante litiſconteſtationem producturus ſit, hos ſecundo termino faciat, agatque hoc loco, ceu infrà de dilatoriis ſpecialiter ordinatum eſt.

TIT. XIV.

De tertio termino, quomodo, & quid in eodem agatur.

Articuli additionales quando debeant exhiberi,

CAſu autem, quo Actor ſuam actionem non articulatim protulerit, aliaſve præter eam articulatam actionem additionales articulos producturus eſſet, id quidem in ordinariis duodecima, at in extraordinariis ſexta audientia poſt factam litiſconteſtatiunem præſtare atque efficere tenebitur.

2. Si quoque Actoris articuli oblatæ actioni conformes ſint, & ex eadem decerpti, aliaſque aliæ poſitiones & articuli à quacunque parte illi producantur, antea per procuratores ſupputentur ſeu quotentur, ne in reſponſionibus ad illos ſecuturis erretur.

3. Procuratores porrò, quantum poſſibile eſt, quantumque cauſæ ſufferunt, eò diligentiæ conitantur & elaborent, articulos ſimul * hoc in termino producendi, nec additionales additionalium, additionales ſupra additionales, & ſimiles, ut hactenus factitatum eſt, exhibendo, ad conſuſionem turbationemque proceſſus evitandum.

* al unn in ter.

4. Hoc modo ſi articuli ab Actore iſto termino producantur, reo ſpacium ad ulterius agendum ad proximum terminum ſequentem tribuatur.

TIT. XV.

De quarto termino, & quo modo, quidve in eodem agatur.

REus in ſexta audientia ſequenti in extraordinariis, & duodecima in ordinarii, poſtquam actio articulata poſt ſactam litiſconteſtationem repetita fuerit, aliaſve Actoris articuli deinceps exhibeantur, ſuas exceptiones contra articulos. ſi quos exhibere velit: ſin reſponſiones ſuas ſuper Actoris articulis, ac præterea ſuos articulos defenſionales, peremptoriales eliſivos, aut ſi quo alio nomine vocentur, prædicto modu ſupputatus ac quotatos exhibere tenebitur: Tum & juramentum articulorum ſi ab altera, aut utraque parte petatur, præſtetur, mediante quo, articuli & reſponſiones denuò repetantur.

2. Ac primùm quidem, quod ad exceptiones contra articulos attinet, cùm hactenus compertum ſit, eos magis ad protogationem, quàm ad neceſſitatem cauſæ quandoque exhibitos, & Judices

inutili inſpectione ac relatione totius cauſæ gravatos fuiſſe: Volumus, ut porrò Procuratores abſq; legitimis ac veris rationibus contra articulos non excipiant, aut ſi juſtis de cauſa excepturi ſint, oon id verbo, per generalia contra, ſed io ſcriptis cum perſpicua ſpecificatione, & adductis rationibus faciant, ſub pœna & uſitata mulcta.

3. Et ſi hoc pacto contra articulos exceptiones offeruntur, Actori ad eoſdem verbo concludere, aut ſi vult, io ſcriptis replicare, uſque ad ſextam audieotiam, & ioterea licebit, nec amplius ad ſcripto agendum admittatur, ſed mox ab exhibita replicatione utrinque eadem aut proxima Juridica concludatur.

Replicæ contra articulorum exceptiones conceduntur Actori.

4. Secundò, qood ad reſponſiones pertinet, cùm & harum gratia inter partes ſæpenumero, an ſufficientes ſint nec oe, contentiones oriaotur, per quas cauſæ io præjudicium partium remorantur: Vulumus, ut deinceps quælibet partium, vel earum Procurator ad omnes articuloa, qui noo ſint Juris, ſed facti, per verbum, credo, aut non credo, verum eſſe, abſque appendice ſeu additamento & præſertim abſque verbis, ot ponitur indifferenter, ac ad ſingulos ſpecificè io ſcriptis, attamen ſalvo Jure impertinentium &c. reſpondeat. Et ſi reſpondens aliquem articulum uoo in loco credit, & alio in loco ooo credit, articulum in ſoo reſpooſo diſtingvere debebit, ac ubi eum credat, aut non credat diſcrimioarim indicare, idque vigore Juris & jam antea Imperii ordinatioois conſtitutæ.

Quando reſponſiones fieri debeant.

5. Si verò hoc jam dicto modo, aliaſve ad unum aut plures articulos non ſufficienter reſpoodetur, alteri parti contra ejusmodi reſponſiones excipere, & ſuper quibus articulis oon ſufficieoter reſpooſum ſit, differenter indicare, mox à reſponſioonibus oblatis aot proxima ſive altera Juridica liberum ſit, ac permiſſum, ſuper quibus etiam abſque ulteriori replicatione decernatur.

6. Cumque ex negligentia Procuratorum, reſponſioonum ergò, plures non neceſſarii actus Judiciales, an ſufficienter reſponſum ſit nec ne, fiant: Procuratores reſponſiones, mediantibus eorum juramentis, inſpiciant, nec propterea oon neceſſarios actus Judiciales faciant. Super quibus & Judex Cameræ & Aſſeſſores atteotam habere diligentiam debent, ut hæc ita fiant, & traosgreſſores puniantur.

Procuratores tenentur reſponſiones inſpicere, ac ab inutilibus actibus ſeſe abſtinere.

7. Sed ſi contingeret, ut altera partium, quæ judicialiter ſemel comparuiſſet, & litem conteſtata eſſet, oeque præter id quod ex decreto ad hoc tenetur, reſponderet, ſed contumax foret, alterius partis articuli pro confeſſatis acceptentur, ac deſuper prout de Jure procedatur.

8. Tertiò, quod ad rei defenſionem attinet, quando vigore Juris ejusmodi defenſionales articuli, ſicubi Actoris articulis adverſantur, ante publicationem Actoris atteſtationum afferri ac probari debebunt. Veruntamen prætextu Juris hic nonnunquam non neceſſaria dilatio cauſæ quæritur, in eo, quòd tales articuli defenſionales tamdiu qoandoque, dooec Actoris teſtes examinati fuerint, differantur, ac tum demùm producantur, nimirum ad publicationem eorundem teſtium dictorum ita impediendam: Volumus, ut deinceps quilibet reſpondens ejusmodi ſuos contrarios defenſiooales articulos hoc in termino medianobus reſponſionibus, aut ad ſummum antè exhibeat, quàm Actori prima dilatio admittatur vel præfigatur. Idque ſi non faciat, ne porrò faciendi poteſtatem habeat: niſi per juramentum ſuum adfirmare poſſet, id ſe non fraude, neque ad extrahendam cauſam tamdiu diſtuliſſe, ſed nunc primùm de eo informationem accepiſſe.

9. Quod verò ad alios peremptoriales articulos attinet, eos reus ſeu reſpondens ſimiliter hoc ipſo in termioo conjunctim proponat, exhibeatque: at ſi qua verò legitimis ex cauſis id oon facere poſſet, ejus ſe in prima quæſtione contumaciarum excuſet.

10. Aliàs quoque in ejosmodi peremptoriis exceptionibus agatur ac procedatur, modo infrà, præſertim de peremptoriis, ordinato cautoque.

11. Porrò hoc in termino, aliaſque quaodocunque, cùm ſe partes ad probandom offerunt, utrique parti liberum ſit, mox Commiſſarios oominare, ac dilatiooem probandi petere, aut terminum ad proximam.

TIT. XVI.

De quinto termino, ac quomodo, quidve in eodem agatur.

FActa autem ad Actoris articulos reſponſione Rei, ſi Actor in eodem termino non ilicò Commiſſarios nuncupat, vel dilationem probaodi petit, in ſexta aodientia id poſtea coram deputatis, Judiciali audientia habita, illi, ut præponitur, concedatur.

Actori non ſtatim Commiſſarios nominanti, poſtea id facere concedatur.

2. Contrà quidem altera pars agendi, contraque nominatos Commiſſarios (niſi utrinque de his coram deputatis conveoeriot) excipieodi tempus, ſpaciumque io ordinariis, uſque ad duodecimam, & in extraordinariis uſque ad ſextam audieotiam: Actor etiam ex adverſo replicandi, tantundem quoque temporis, facultatem habebit.

3. Et ſi propterea ſubmiſſiones fierent, à Cameræ Judice & Aſſeſſoribus deſuper properè decernatur, Actoriq; ad æſtimationem Judicii ſuos articolos, ſi negati ſiot, probandi terminus aſſigoetur.

4. Cumque nuo minoris momenti res io Commiſſariis, qui à Jodice Cameræ & Aſſeſſoribus quandoque ordioantur, quàm io ipſo Judice ſita ſit: ordinamus porrò, neminem cujuscunque ſtatus ſit, in Commiſſarium dari, niſi ad hoc idoneus, aptusque exiſtimatus fuerit.

5. Jam & Procoratores noſtri tribunalis Cameræ, præſertim qui pluribus cauſis diſtenti fuerint, pro Commiſſariis ſe utendos non præbere, quin potius cauſas ſuas & partes coram Iudicio expedire debent.

Procuratores non ſunt Commiſſarii.

6. Quod

6. Quod verò ad dilationes probandi, & prorogationes earundem attinet, eædem ea conditione & qualitate cauſæ & partium æſtimentur ac moderentur, nec ulli porrò Procuratori ſecunda aut tertia dilatio, aut earum prorogatio absque cauſæ cognitione atque Judicio ſufficientis induſtriæ ac diligentiæ præbeatur. Atcum quarta dilatione obſervetur prout de Jure communi.

7. Ubi ſic partes ad probandum admiſſæ fuerint, ante exhibitionem ejusdem probationis, ad alias ſcripturas in Judicio producendas nequaquam admittantur, niſi ex prægnantibus legitimis cauſis, & ea Cameræ Judicis & Aſſeſſorum decreto hoc illis concedatur.

8. Actore ad nullam probationem ſe referente, aut Judice Cameræ & Aſſeſſoribus ea proceſſu & propoſitionibus cognoſcentibus, nulla probatione opus fore, Actor ad prædictos rei actus & acticata in ordinariis duodecima; & in extraordinariis in ſexta audientia, replicas ſuas, aliaque omnia quæcunque voluerit judicialiter exhibeat, ac protinus in iisdem ſcriptis concludat.

TIT. XVII.

De ſexto termino, ac quomodo, quidve in eodem agendum ſit.

Publicationem dictorum teſtium quando Actor petat.

EFfluxo tempore actori ad probandum dato, actor ipſe ſimul atque eum ordo tetigerit, publicationem dictorum teſtium ab ipſo productorum petat, aliaque Jura ſua & inſtrumenta exhibita, adverſæ autem parti eorundem copiæ dentur, & ſi vult contra ea aliaque omnia producta excipere, ſpacium ei ad proximum ſequentem terminum concedatur. Atqui tamen ſi ea pars mox generales exceptiones proferret, ulteriusve in ſcriptis contra agere non vellet, id quidem eodem, aut ſequenti termino facere poterit.

2. Caſu autem, quo Actori nulla probatio injungeretur, aut ea non opus eſſet, reus ſuper prioribus Actoris productis in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia concluſiones in ſcriptis proponere, ac deſuper utrinque verbo ſeu oretenus, ut infra ponetur, concludere debebunt.

TIT. XVIII.

De ſeptimo termino, ac quomodo, quidve in eodem agatur.

PRobatione judicialiter exhibita, reo contrà exceptio in ordinariis duodecima, in extraordinariis ſexta audientis, ab eo die cùm copiam dictæ probationis ex Cancellaria Judicii Cameræ ad diligentem ſuam interpellationem acceperit, concedatur, ſic tamen, ut ſi Rotulus & atteſtationes tantæ, aliasve qualitas & conditio cauſæ talis eſſet, ut reſpondenti longiori dilatione neceſſe foret, æſtimatione noſtri Judicis Cameræ & Aſſeſſorum ea præbeatur.

2. Quo item ſciatur, an, & quando Procuratores pro ejusmodi copiis in Cancellaria ſollicitatint, ac illas obtinuerint, Copiſtæ id quidem quovis tempore annotent, Quamprimùm & copiæ paratæ fuerint, Procuratoribus utrinque, tum & Protonotariis ad conſignandum quoque & relationem, ſi opus fuerit, faciendam indicent. Poſt hoc verò ſpacium terminus excipiendi, ut prædictum eſt, incipiat, curratque.

TIT. XIX.

De octavo Judicum conſiſſu ſeu termino, quomodo quidve in eodem agatur.

AD ejusmodi reſpondentis ſive rei exhibitam exceptionem, Actori deinceps in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia replicas ſuas, adeoque omnia producenda concedatur.

TIT. XX.

De nono termino, quomodo, quidque in eodem agi debeat.

EX adverſo Reus ſive reſpondens deinceps duodecima audientia in ordinariis, & ſexta in extraordinariis duplicas ſuas exhibere, & in iisdem omnia producere debebit.

TIT. XXI.

De decimo termino, quomodo & quid in eodem agatur.

DEſuper Actor poſtea in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia concluſiones ſuas in ſcriptis, absque tamen omni novitate, niſi ſi quod jam primum fortè compererit, idque mediante juramento ſuo confirmarit, exhibebit.

TIT. XXII.

De duodecimo termino, quomodo, & quid in eodem agi oporteat.

PAri modo reus ſuas concluſiones in ſcriptis, quibus & ipſe novi nihil, ut prædictum eſt, adferat, poſtea in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia exhibebit, aut ſuper Actoris concluſione mox verbo concludendi quoque facultatem habebit.

Ac qui-

Ac quidem ſcripto factæ concluſiones ordinariarum cauſarum in ordinariis, & extraordinariarum in extraordinariis, agi, ſed verbales concluſiones quocunque tempore audiri debebunt.

TIT. XXIII.

De verbalibus concluſionibus, quomodo, & quando eadem fieri debeant.

SIc rei ſcripto vel verbo in cauſa concluſione facta Actor ex adverſo ſuper verbali concluſione in eadem audientia, aut ſuper concluſionibus ſcriptis in eadem, vel pòſt in ſexta audientia, & interim quando libet, ſive in ordinariis, ſive extraordinariis verbaliter concludat.

2. Similiter ſi reus antea, ut præfatur, non verbo concluſit, mox quoque ad Actoris verbalem concluſionem & ipſe concludat; nec porrò ſpacium, niſi ad ſummum, ad proximam Juridicam ſumat petatve.

3. Ac utra partium concludendi hoc modo ſpacium ſumpſerit, ea quidem ad proximam præciſè in præfixis illam ita facere teneatur.

4. Si verò cuiquam Procuratori verbaliter concludi per decretum injungatur, abſque ulteriori dilatione eodem decreto in eadem audientia pateat: ſin cauſa habeatur pro concluſa.

5. Ac porrò ejusmodi concluſiones per Procuratores verbo fieri, nec ſcriptæ tanquam verbo factæ exhiberi debent aut recipi, tum & paucis verbis ejusmodi concluſiones, & abſque repetitione ejus quod jam antea per eos ſufficienter adductum eſt: aut illatione cujusquam novitatis, ſed his aut ſimilib. brevib. verbis, ac ſermonibus fiant, videlicet, in cauſa N. contra N. dico contra partis adverſæ actitata generales exceptiones, ac repeto priora acta mea, concludo pro ſententia decreto, &c.

6. Si quid autem novi in cauſa ante vel poſt hanc verbalem concluſionem acciderit, quod altera partium medio juramento ſuo adfirmarit, id ſcripto proponendi, & caſu, quo concluſum eſſet, reſciſſionem concluſionis, petendi libertatem habeat, perque Judicem Cameræ & Aſſeſſores deſuper decernatur, quod eſt Juris. Concluſionis reſciſſio.

7. Poterit & utraque pars, cùm per adverſam novi nihil adductum ſit, mox verbo concludere: quod ſi fit, adverſa pars quoque ſimiliter concludere verbo abſque ulteriori termino tenebitur, niſi aliquid novi, quod per juramentúm ſuum adfirmet, acciderit.

8. Si verò præter hæc, altera partium alteram præcipiti concluſione obtueret, id minimè permittatur, quin potius in his ordinatio conſervetur.

9. Nemo quoque, Procuratorum deinceps cum alio diffinitivè concludat, niſi prius utrinque Procuratores ſufficientibus mandatis in cauſa fuerint legitimati.

10. Tales autem concluſiones verbales ſive in ordinariis, ſive extraordinariis quocunque tempore fieri poterunt.

11. Si Procuratores in cauſa hoc modo concluſerunt, & præterea alios receſſus agant, in iisdem receſſibus priores verbales concluſiones non reticeſcant, ſed eos expreſsè indicent.

DE TERMINIS IN EXCEPTIONIBUS CAUSAM PRINCIPALEM differentibus quidem, & non perimentibus quæ appellantur Dilatoriæ.

TIT. XXIV.

De primo Judicum conſeſſu ſeu termino in dilatoriis.

QUod ſi reus poſt oblationem libelli, ſeu actione inſtituta, dilatorias aut peremptorias exceptiones in vim dilatoriarum propoſiturus eſſet, eas in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia, poſt inſtitutam actionem exhibeat.

In quo quidem termino omnes ejusmodi exceptiones conjunctim & ſimul in ſcriptis articulatæ coram Judicio producantur.

TIT. XXV.

De ſecundo termino in dilatoriis.

SUper quibus Actor audièntia duodecima in ordinariis & extraordinariis ſexta ſuas reſponſiones diſtinctè, aut caſu, quo tales exceptiones non diffiteretur aut negaret, ſed replicationibus impugnare vellet, tunc quidem ejusmodi Replicas ſuas articulatas, aut ſummariè, proponere teneatur.

TIT. XXVI.

De tertio termino in dilatoriis.

REſponſione Actoris ad exceptionales articulos rei facta, eos negando & diffitendo, ſi qui ſunt autem relevantes & admiſſibiles, Reus ad probationem eorundem admittatur, atque in his procedatur & agatur, ut ſuprà in cauſa principali expreſſum eſt & indicatum.

2. Si

2. Si verò Actor exceptionales articulos non diffitetur negative, ſed ex adverſo replicatorios articulos oblaturus eſt, Reus ad eosdem reſpondere ad ſicubi replica ſummariè facta eſt, duplicare hoc ipſo termino debebit, ſique ea replica negata fuerit, Replicans ad probationem ejusdem admittatur, & in hac probatione modus prædictus ſervetur.

3. Quod ſi Replicatorii articuli non negantur, tunc quidem ad eandem duplicam Actor confeſtim in eadem, aut poſtea in ſexta audientia, ſive ſit in ordinariis, ſive extraordinariis concludat, nec propterea ulteriora ſcripta admittantur.

4. Præſertim autem volumus, ut deinceps Procuratores cauſam principalem in dilatoriis aut declinatoriis, & ſic quidem ante litiſconteſtationem ad longum fruſtrà ne diſceptent, quin imò tantùm quod ad deductionem ejusmodi exceptionum neceſſarium fuerit, adducant.

5. Nullus item Procuratorum deinceps ſuper dilatoriis, aut competentia concludat, niſi utrinque ſufficientibus mandatis ad cauſam legitimati fuerint.

6. Et ſi facta concluſione ejusmodi exceptiones dilatoriæ determinatæ, & decreto reſciſſæ fuerint, mox deſuper in eadem audientia Reus abſque mora ſeu dilatione litem conteſtabitur: ſin pro conteſtata accepterur, ac porrò in cauſa procedatur modo ſuprà in cauſa principali dicto & conſtituto.

DE TERMINIS IN FINALIBUS EXCEPTIONIBUS, quæ vocantur Exceptiones peremptoriæ.

TIT. XXVII.

De primo termino in peremptoriis exceptionibus.

SI Reus finales & peremptorias, quæ antea reſciſſæ non eſſent, proponere vellet, eas lite conteſtata in quarto termino unà cum reſponſionibus ſuis ad Actoris articulos & in ſcriptis offerre debet, modo ſuprà in quarto termino cauſæ principalis dicto.

2. Tales autem peremptoriales articuli omnes in uno termino unaque vice ſimul dentur, niſi poſtea de novo aliquid emerſerit, aut parti innotuerit per juramentum affirmandi.

TIT. XXVIII.

De ſecundo termino in peremptoriis exceptionibus.

CUmque reſpondens, reusve hunc in modum exceptionales ſuos aut defenſionales articulos propoſuerit, ex adverſo Actor in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia ſuas reſponſiones, aut caſu, quo eos peremptoriales articulos non diffiteri, ſed replicationibus impugnare vellet, ſuas replicas, aliudve, quidquid contra ejusmodi peremptoriales articulos proferendum putet, hoc termino in ſcriptis exhibebit.

TIT. XXIX.

De tertio & aliis ſequentibus terminis in peremptoriis exceptionibus.

REſponſione Actoris ad ejusmodi peremptoriales articulos facta, illiſque negatis, ſi fuerint relevantes & admiſſibiles, reus ad probationem eorundem admittatur, hicque procedatur, ut ſupra de principali cauſa conſtitutum eſt.

2. Atqui Actor ſi tales peremptoriales articulos non negaſſet, ſed ex adverſo replicatorios articulos priori in termino protuliſſet, reus ad eosdem reſpondere hoc in termino tenebitur. Et ſi ea Replicatio per Reum negatur, replicans ad probationem admittatur, & in hac probatione prædictus modus ſervetur.

3. Si verò hi Actoris Replicatorii articuli non diffeſſi, ſed à Reo duplicæ ex adverſo datæ ſint, tunc mox quidem ad eas duplicas Actor in eadem, aut poſt ſexta audientia in extraordinariis, & in ordinariis duodecima audientia ſuas triplicas & concluſiones proponat, & utrinque verbo concludat, neutri parti facultate ultrà quidquam ſcripto proferendi conceſſa.

TIT. XXX.

De Reconventione, quomodo in ea procedendum ſit.

SI Reus Actorem vult reconvenire, eam reconventionem ſuam ante litis conteſtationem, aut poſtea ad proximam aut ſecundam proponat, in qua ſimiliter procedatur, ac termini per vices utque reciprocè retineantur: Quòd ſi verò ea reconventio deinceps, ſed ante concluſionem cauſæ tamen proponatur, tunc quidem ambæ cauſæ conventionis & reconventionis dividantur, ac quælibet per ſeſa ſola vigore hujus ordinationis peragatur.

TIT.

DE TERMINIS SECUNDÆ INSTANTIÆ CUM AB INTERLOCUTORIA ſeu diffinitiva ad Imperiale tribunal Cameræ appellatur.

TIT. XXXI.

De primo termino ſecundæ inſtantiæ, quomodo, & quid in eodem agatur.

IN prima Juridica emiſſæ Citationis præfixa, appellans ipſe, aut per Procuratorem ſuum, prædicto modo conſtitutum, quam conſtitutionem mox exhibeat, aliaſve in cauſa legitimandus, compareat, ac primùm Citationem, pariterque inhibitiones & compulſoriales, ſi quidem emiſſæ ſint, unà cum inſinuationibus, citra tamen nominationem ejus, qui executionem feciſſet, & præterea inſtrumenta appellationis, acta prioris inſtantiæ, ac ſtatim appellatoriam actionem ſuam conjunctim in Judicio proponat atque exhibeat.

2. Hæcque omnia, aliaque, ſi quæ partes in primo termino proponenda habeant, ſimul ut dictum eſt, & conjunctim proponantur, literis conſignentur, quomodo verò conſignentur, ac tenor eorum ultrà nec commemoretur nec repetatur. Appellans autem ſi acta eo in termino non exhibere poſſet, fiet propterea uti ſequetur.

3. Ac primum quidem, quod ad emiſſam Citationem, pariter & mandata, tum & quomodo procuratores ſeſe intromittant, ſpectat: hic fiat, prout ſuprà in primo termino primæ inſtantiæ ſancitum eſt.

4. Secundò, formalia Appellationis per productionem actorum, aut ſi coram Notario appellatum eſt, per inſtrumentum appellationis mox probentur ac juſtificentur,

Formalia appellationis quomodo probentur.

5. Itaque etiam appellans à Procuratore ſuo commonefactus tenebitur poſt interpoſitam appellationem protinus Judicem prioris inſtantiæ, pro actis, ut par eſt, requirere, cautionemque de juſto precio ſolvendo præſtare. Quòd ſi ea ad primum terminum non expediantur ac communicentur, documentum vel teſtimonium ſufficiens, infrà quod ſpacium illa reddendi ſpem Judex præbuerit, hoc in primo termino, aut ſi hæc omnia omiſſa fuerint, ad ſummum hoc primo termino compulſoriales obtinere & accipere debebit. Quod ipſum quoque ſi non fieret, aut alia legitima impedimenta juxta cenſuram Judicis, adferentur, ſtatim appellatus ad ſuam petitionem & inſtantiam ab emiſſa Citatione abſolvatur.

6. Si verò prior Judex, præter id quòd de actis requiſitus, ſibique compulſoriales inſinuatæ eſſent, acta plena & integra, quemadmodum vigore hujus noſtræ ordinationis decet, edere recuſaret, aut differret, tunc quidem Appellanti ad pœnam compulſorialium, aliasque contra ipſum agi & procedi permiſſum ſit, omni modo ut ſuprà in ſecunda parte hujus conſtitutionis ſub titulo, quomodo ad editionem actorum &c. cautum eſt & ordinatum.

Judex primæ inſtantiæ debet acta plena & integra edere. De quo vide ſuprà in 2. part. Titulo 31.

7. Et hic quidem de pœna, & editione actorum, quemadmodum in aliis cauſis extraordinariis, non attento eo, quòd cauſa appellationis alioquin ordinaria ſit, agere convenit.

8. Quòd ſi Procuratori appellantis ante primum terminum acta per inferiorem Judicem traduntur, ſimul cum iisdem ſuam appellationis actionem in primo termino, ut ſuprà dictum eſt, exhibeat. Sicque ea acta obcluſa acceperit, eadem mox ſimul atque acceperit, obcluſa & obſignata medio juramento ſuo ad Judicem Cameræ deferet, quæ tunc coram uno aut altero ordinato, præſente item Protonotario aut Notario, abſque læſione Sigillorum aperiantur, ac Procuratori reddantur, ut primo termino actionem ſuam ſeu libellum offerre poſſit.

9. Quòd ſi appellans primo termino non acta, ſed compulſoriales tantùm, aut documentum aliquod requiſitorum actorum proponat, tunc quidem ſpacium, uſque ad productionem actorum libellandi habebit, nec antè, libellationis ergò, contra ipſum proclamari debeat.

10. Ubi autem à gravamine aut interlocutoria non vim diffinitivæ habente, appellatum fuerit, appellans loco appellatoriæ actionis inſtrumentum ſuum aut ſcedulam appellationis verbo aut ſcripto repetat, ac paucis verbis petat decerni, nulliter aut iniquè dijudicatum, ac benè riteque appellatum eſſe.

11. Sed ſi à diffinitiva, aut interlocutoria vim diffinitivæ habente appellatum ſit, appellans actionem ſuam appellationis communi forma, aut deducendo gravamina ſua articulatim in ſcriptis proponat, in qua concludere & petere debet decerni, nulliter, aut iniquè dijudicatum, ac benè appellatum. Et ſi à diffinitiva appellatum ſit, partem adverſam, tenore actionis ſuæ, in prima inſtantia condemnari &c.

12. Jam & ſi pariter cum Citatione inhibitiones emiſſæ & inſinuatæ eſſent, appellans eas hoc in termino producendi, & ſi quid his adverſum factitatum eſſet, ad pœnam earum, uti par eſt, agendi, aut caſu, quo nulla inhibitio emiſſa, ſed alioquin aliquid attentatum eſſet, horum attentatorum gratia in ſcriptis agendi, petendi, ut ea caſſentur, abrogentur, ac revocentur, facultatem & poteſtatem habebit.

13. Tales autem cauſæ attentatorum & inhibitionum in extraordinariis, ut præmittitur, agantur, in quibus properè ac celeri pede progrediatur.

14. Quandoquidem verò hactenus eo, quòd cauſa attentatorum nonnunquam abſque cauſa Principis determinata fuerit, non minima mora dilatioque cauſæ conſecuta eſt, ordinamus & ſtatui-

mus, ut porrò cauſa attentatorum unà cum cauſa principali agatur, nullaque per aliam impediatur aut remoretur: niſi attentata fuerint manifeſta, aliaſve in continenti probari poterint, quo in caſu ea omnibus modis revocentur & abrogentur, aut ſi ad pœnam inhibitionis proceſſum vel actitatum fuerit, agatur ac decernatur quod eſt Juris.

15. Cæterùm appellato in hoc primo termino comparenti, ad ejusmodi appellantis propoſitionem agendi ſpacium ad proximum terminum detur, tum & ſi petat, acta ad exſcribendum communicentur, & tempus juxta qualitatem actorum eadem reproducendi ſtatuatur.

16. Et acta Procuratores quoque, cùm aliàs poſtea cauſam agunt & terminos ſervant, reproducere, nec propterea ſpeciales actus ſeu receſſus facere debent.

TIT. XXXII.

De ſecundo termino in altera inſtantia, quomodo & quid in eodem agatur.

HOc in ſecundo termino appellatus, ſi formalia appellationis impugnare, & contra devolutionem, aliaſve dilatorias exceptiones aliquis proferre vellet, in ſexta audientia extraordinariarum ſcripto articulatimque proponat, ſuper quo deinceps in Jure procedatur, quemadmodum ſuprà de dilatoriis in cauſis extraordinariis indicatum eſt & conſtitutum.

2. Præſertim autem hujusmodi exceptionibus contra appellationem aut devolutionem cauſa principalis non involvatur, nec inutiliter, aut non neceſſariò diſputetur.

3. Tum & Procuratores ſub pœna ordinationis, de in formalia appellationis non impugnent his aut ſimilibus verbis: Nego partis adverſæ appellationem: at ubi formalia exriterint, litem conteſtatam volo &c. Sed ubi appellationem diffiteantur aut impugnare volent, indicent cur non fateantur, aut quamobrem non integram & indignam cenſeant, nec obſcurè adeò appellationem inſectentur, ac litem deſuper conditionaliter conteſtentur, ſimulque Judicem Cameræ & Aſſeſſores ſuperflua inſpectione actorum aggravent.

4. Si verò appellatus tales ſimileſve exceptiones non haberet proponendas, & appellans formalia prædicto modo probaſſet, ac juſtificaſſet, appellatus in ſexta audientia, dummodò cauſa principalis eſt extraordinaria, aut ſi eſt ordinaria, in duodecima audientia, ad appellationis actionem reſpondere, ac litem conteſtari tenebitur.

5. Et hujusmodi quidem litis conteſtationes generalibus & paucis verbis fieri debent, nempe hoc modo. In cauſa N. contra N. diffiteor ac nego appellationis libellum ſeu actionem, peto pronunciari benè judicatum, & malè appellatum eſſe. Vel, peto ſententiam reformari, & decerni, hoc loco benè, at illo loco malè aut nulliter pronunciatum, cum refuſione expenſarum & intereſſe. Adverſus quæ appellans non amplius quàm his verbis proloquatur: Repeto articulatam actionem meam loco articulorum aut gravaminum, peto ad eorum tenorem pronunciari. Quòd ſi actio non eſt articulata, ſed communi generalique more propoſita, his verbis: Ex adverſo repeto meum libellum ſeu meam actionem appellationis, ac peto tempus ulterius agendi juxta ordinationem. Vel ſi appellans nihil novi adducere, aut probare, ſed mox ſuper actis primæ inſtantiæ concludere vellet, quod ei ſit conceſſum, id faciat his aut ſimilibus verbis, videlicet: Equidem contrà repeto meam actionem ſeu libellum appellationis, atque acta prioris inſtantiæ loco gravaminum, peto decerni, prout in appellationis libello ſeu actione petitum, remittens cauſam ad finale decretum.

6. Mox quoque juramentum calumniæ, ad partium ambarum aut alterius petitionem, non attento, an fortè idem juramentum in priori inſtantia quoque præſtitum fuerit, jurari debebit.

7. Ac lite ſic conteſtata, appellanti vel appellato, ſi appellans ſuper lite conteſtata mox concluſit, ſpacium tempuſque ad ulterius agendum concedatur.

TIT. XXXIII.

De tertio & aliis ſequentibus terminis in ſecunda inſtantia, quomodo & quid in eodem agi debeat.

SI partes in ſecunda hac inſtantia nihil novi adferunt, nec illud etiam, quod in prima inſtantia adductum eſt, probare volunt, appellans ſi lite conteſtata libellum, articulatamve actionem ſuam, aut acta prioris inſtantiæ non repetit, ſimulque concludit: poſtea in ordinariis duodecima, & in extraordinariis ſexta audientia, prædicto modo verbo concludendo aut ſuas concluſiones ſcriptas, & in iis omnia producendo admittatur. Econtrà appellatus ſimiliter confeſtim aut infra tantumdem temporis concludere debebit, nec ad ulterius ſcribendum admittatur.

2. Quòd ſi verò in prædicto caſu, quando partes nihil novi adſerunt, appellans mox â litis conteſtatione ſuum libellum, appellatoriam actionem, aut acta prioris inſtantiæ loco gravaminum repetit, ac deſuper concludit: appellatus in hoc termino ad ea reſpondere, omnia producere, & ſimul in ſcriptis concludere, aut verò protinus generali exceptione oretenus concludere tenebitur.

3. Caſu autem quo appellans, aut appellatus novi aliquid ſeu ulterius quàm in prima inſtantia productum fuerit, adducturi aut probaturi eſſent, aut alter illud, quod in priori inſtantia productum eſſet, latius fuſiuſq; deducere, & probare vellet: id ſcripto quidem per articulos hoc termino exhibere: aut ſi appellans ſuam actionem articulatam jam antea obtulit, & poſt litis conteſtationem

loco

Digitized by Google

loco articulorum repetit, appellatus deſuper hoc in termino reſpondere debebit: ac ſic deinceps in probationibus aliaſque procedatur, quemadmodum ſuprà in prima inſtantia expreſſum eſt.

4. Æquè, ſi altera partium peremptorias, aliasve exceptiones recens & de novo exhibere ac probare vellet, eo iis quidem, ut in terminis aliisq; ſervetur, veluti ſuprà de peremptoriis indicatum eſt.

5. Atque in his cauſis, cùm à diffinitivis aut interlocutoriis, vim diffinitivarum habentibus appellatur, eæ probationes, quotquot ad juſtificationem ac proſecutionem appellationis ſpectant, ac illæ quidem ſi non modò ex actis prioris inſtantiæ, verùm etiam ex novis rationibus eliciantur, admitti debent, ita tamen, ut novi articuli, actioni in prima inſtantia adducti conformes, & ex ea velut oriundi ſint, & non ad alias actiones aut cauſas, de quibus non eſt controverſum vel quæſitum, componantur.

6. Sed ſi prædicto modo partes nihil producturi aut probaturi eſſent, eis acta prioris inſtantiæ articulari non concedatur, quin potius in cauſa propere verbo ut concludant, injungatur.

7. Et quidem ejusmodi verbales concluſiones in hac ſecunda inſtantia, eo modo verbiſq; fieri debent; veluti ſuprà de verbalibus concluſionibus in prima inſtantia ordinatum eſt, eatenusque.

TIT. XXXIV.

De nullitate, & nullitatibus cauſa, quemodo & qualiter in iiſdem procedatur.

COmpertis quandoque nullitatibus Proceſſus acti, aut ſententiarum coram inferioribus Judiciis latarum: volumus, ſi quis coram noſtro Judicio Cameræ ejuſmodi nullitates prioris dijudicationis aut latarum ſententiarum propoſiturus ſit, id ille unà cum actione ſuper iniquitate, gravamine & injuſtitia ejuſdem ſententiæ, ſi quas habere præſumat, alternativè, & conjunctim proferat, petatque ſuper nullitate pronunciari. Quæ ſi fundata non fuerint, tunc quidem, & non antea ſuper aliis actionibus iniquitatis & injuſtitiæ prioris ſententiæ decerni &c. ne mora bifariæ, ſeu duplicis juſtificationis, quæ coram Imperiali Judicio noſtro Cameræ hactenus fieri conſuevit, reſcindatur, atque ita doloſa prorogatio evitetur. Et ſi Judex Cameræ & Aſſeſſores ejuſmodi prætenſam nullitatem non eo modo reperirent, ut per eam parti in cauſa principali irreparabilis injuria contingeret, priores Proceſſus aliarum informalitatum ergò ut nulli minimè rejiciantur, quinimò deſuper in cauſa principali id decernatur, quod eſt Juris.

IDEM ALITER.

Quoniam haud infrequenter & Proceſſuum, actorum, & ſententiarum in minoribus ſeu humilioribus judiciis latarum, factas eſſe comperiuntur nullitates: volumus, ut ſi quis ejusmodi prioris inſtantiæ, latarumve ſententiarum nullitates exiſtimet coram noſtro Cameræ Judicio proponendas eſſe, id mediante libello, ſeu actione ſuper iniquitate illa, gravamine, & injuſtitia earundem ſententiarum, ſi quam actionem habere ſe putet, alternativè ac ſimul offerre atque exhibere teneatur, petendo, ut de nullitate cognoſcatur ac pronuncietur. Ubi autem illa non habuerint locum, tum de actione iniquitatis prioris ſententiæ cognoſcatur, quo bina inſtantia ſeu juſtificationis in Cameræ Judicio hactenus conceſſa, mora reſecetur, ac ſic quidem dilationes decurtentur ac præcaveantur. Quòd ſi verò allegatas nullitates Prætor & Aſſeſſores non tanti eſſe momenti cenſerent, ut ex illis parti litiganti in cauſa principali irrecuperabile iniquitatis damnum daretur, utique Proceſſus antеacti propter alias informalitates, tanquam nulli, ſive nullitatis nomine, non rejiciantur, ſed nihilominus in cauſa principali quod æquum eſt & juſtum, decernatur. In Caroli ordinat. nam quod præcedit, eſt ex Ferdinandi.

2. Ac ita quidem nullitas, quæ incidenter, & non principaliter prætenditur, unà cum iniquitate pari paſſu in omnibus terminis proſequatur, eoque modo, ut ſuprà de cauſis appellationum conſtitutum eſt, procedatur: niſi ea actis prioris inſtantiæ manifeſta nullitas comperiatur, quæ in ſecunda inſtantia ratificari non poſſet, hic nimirum Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores etiam ante litis conteſtationem, & ex officio deſuper finaliter pronunciandi & decernendi facultatem & poteſtatem habeant.

3. Si qua verò à ſententiis non provocatum, ſed ſuper nullitate principaliter libellatum eſſet actumque, iis de, in extraordinariis, utpote in aliis ſimilibus cauſis ſimplicis querelæ procedatur.

4. Procuratores autem cauſas nullitatis, quarum gratia principaliter aut incidenter agitur, ſpecificè exprimere ac nuncupare tenebitur.

TIT. XXXV.

Quemadmodum ad Supplicationes in Judicio agi debeat.

SI pendente lite ac juſtificatione aliqua partium pro Citationibus, Inhibitionibus, Proceſſibus, aut aliis ſibi duceret ſupplicandum fore, id quidem in novis facere, adverſaque pars contrà proxima ſequenti Juridica paciformiter in novis agere debebit.

2. Et ſi propterea concluſiones fierent, ſuper iis ad ſummum deinceps ad ſecundam audientiam decernatur, neque longius prorogetur.

TIT. XXXVI.

Quòd etiam in actibus, in hac ordinatione non commemoratis, præfixi termini ſerventur.

ITem, ſi in cauſa quapiam aliæ exceptiones, aut neceſſarii actus quàm ſuprà nominati ſunt, ſub Judiciali Proceſſu contingerent, iidem juxta naturam conditionemque ſuam in ordinariis aut extraordinariis proferantur, atque in eadem ſupradicta ordinatione retineantur.

TIT. XXXVII.

Terminos ſervandos eſſe ſub pœna.

POrrò ordinamus ac volumus, ut quiſque Procuratorum in prolatione ac deductione cauſæ prædicta ordinatione in ſervandis terminis utatur, eoſdem tamen, poſtquam cauſæ ſemel introductæ ſunt, anticipandi facultatem habebunt, aliaſque ſinguli hanc ordinationem obſervent, ſub pœna floreni Rhenenſis, toties, quoties in illam deliquerit, ſolvendi.

TIT. XXXVIII.

De moderatione præſtatutorum terminorum.

Cauſarum diverſitas & qualitas facit ut, nonnunquam termini prorogentur ac differantur.

QUanquam hæc præſcripta ordinatio & conſtitutio in proponendis cauſis, & ſervandis terminis à partibus & eorum Procuratoribus acriter quidem & ſeverè obſervari debet, nihiloſecius tamen, cùm tanta ſit cauſarum diverſitas & conditio, nonnunquam ut termini partium decurtari ac reſcindi, aut etiam prorogari ac differri queant, Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores poteſtatem habeant, ad implorationem partium, aut per ſeſe ex officio, juxta conditionem, qualitatem & neceſſitatem cauſæ, actuum, & partium ſupradictos terminos moderandi, plures aut minores terminos atque dilationes dandi, ulterioraque ſcripta quàm hæc ordinatio præſtat, nominatim triplicas, quadruplicas, ac ſimiles, ſed certo numero & utrique parti æqualiter concedendi, Partibus quidem quòd hoc ita earum neceſſitas poſtulet, per juramentum adfirmantibus.

TIT. XXXIX.

Quomodo non obſervati termini emendentur, reiterentur, ac reparentur.

QUod ſi contingeret, ut Procuratores ſubſtantiales terminos, prout de Jure, & ſecundum hanc ordinationem tenentur, non obſervarent & omitterent, aut ordine quemque ſuo non obſervarent, aliaſve non formaliter agerent (à quo tamen ſub pœna ordinationis caveant) idque ſi ad vitandas nullitates emendare, corrigere, ac reſtituere vellent, iſtud quidem non faciant productione aut exhibitione priorum ſcriptorum, ſed paucis verbis terminos, non rectè ſeu prorſus non ſervatos, de novo & Juri & huic ſanctioni conformes ſervent, ac tunc quidem deſuper quicquid antea ab ipſis formaliter actitatum & propoſitum fuerat, obiter deinceps, ac breviter repetant, renovent, concilient, confirment, ratificent, ac tum in cauſa, ut par eſt, concludant.

TIT. XL.

De ſcriptis verbalibus proloquiis ac receſſibus, quomodo, & quo ordine fiant.

In ſcriptis agendum & proponendum.

SAncimus ac ſtatuimus, ut pro maturiori proſecutione cauſarum, ac certiori partium propoſitione dein per Procuratores omnes illarum materias & actiones, actuſque in ſcriptis proferantur, eædemque ſcripturæ per ipſos ſubſcriptæ duplicatæ exhibeantur, de quibus altera copia parti adverſæ, altera Judicio tradatur, nec alia quæcunque verbalis propoſitio, aliudve proloquium eis concedatur, quàm ſic, aut hunc in modum: In cauſa inter A. & B. hoc ſcriptum exhibeo, nempe, libellum, exceptiones, articulos, replicas, duplicas, &c. Ex adverſo & altera pars ulterius nihil loquatur, quàm brevibus verbis, copias peto, ac terminum ordinationis.

2. Quicquid contrà verò proferendum exiſtimat, hoc faciat in ſcriptis præfixo ſibi termino, aut anticipando terminum, & quidem antea, cùm libet, ſuo ordine. Nemini tamen hiſce non reſecatum volumus, Mandata, ſi pauciſſimis fieri poterit, impugnare, aut partes tranſegiſſe, aut vita functas eſſe, breviſſimè quidem coram deputatis ſaltem indicandam fore, ſigilla inſpicere, eaque recognoſcere, aliàve ſimilia agere & proponere. Et ſi Procurator huic adverſando, non neceſſarios aut longos receſſus ac verbales propoſitiones facere velle videretur, nequaquam ei concedatur, quin eæ in publica audientia, reſervata pœna, rejiciantur, neque pro iis Procuratori quidquam taxetur.

3. Quod verò pertinet ad actus ſcripto peragendos, iidem, ut libellus, exceptiones peremptoriæ, dilatoriæ, contra dicta teſtium, aliaque, item Replicæ, Duplicæ, Triplicæ, quocunq; nomine vocentur

rentur aut exhibeantur, certo numero articulatim aut punctatim exhibeantur: Atque iidem articuli principaliter ex facto, non ex Jure communi componantur, niſi quis Jus commune ex articulato facto emanans inferre atque indicare vellet, quod illi liberum fuerit, ita tamen ne jura acervatim & non neceſſariò citet, allegetve, ut hinc adverſario diſceptandi ac cavillandi anſa præbeatur.

4. Si & Procuratores certum illum & ſtatutum numerum in exhibendis ſcriptis exceſſerint, non recipiantur, quin ab actis arceantur ac ſeparentur, pœna ipſis inflicta.

5. Cumque frequenter accidat, ut Procuratores non priorum actuum memores, neque Protocollis & actis diligenter perſpectis, in Judicio ſe ad Judicialia Protocolla actave referant, volumus, ut Procurator in his ſupinus & injuſtus pœnam ſeu mulctam tranſgreſſæ hujus conſtitutionis pendat.

6. Jam & quiſque Procuratorum, à primo ad infimum in ea qua conſiſtit ſtatione agat, nec alter alteri in proponendo ſermonem præripiat, neque cauſas ordinarias & extraordinarias, aut alioquin ordinem circulariter procedendo confundat, ſed ſanctioni huic conſentanea agat, ſuas cauſas modeſtè, breviter, aptiſque verbis proferat, ac ita ſe in univerſum gerat, quemadmodum officii ſui ratio expoſcit, & ſuprà in prima parte hujus ordinationis ſub titulo de Procuratorum officio coram Judicio latius eſt demonſtratum.

TIT. XLI.

De contumacia partium comparentium, & earum ceſſationibus & moris.

SI parti alicui coràm exiſtenti, aut ejus Procuratori agendum ſit ex decreto, aut alioquin ſecundum hanc ordinationem agere reneatur, & negligens contumaxque fuerit, aliaſve mora longè circumducta agat, ad contumaciam & pœnas Juris communis pars poterit procedere, & contumax in expenſas damnaque paſſa condemnetur, quibus ad æſtimationem Judicis refuſis, tamen primùm ad ulterius agendum in eo ſtatu, quo cauſæ & Proceſſus exiſtunt, admittatur.

2. Si qua verò mora etiam in temerariis exceptionibus, culpa, negligentia, aut imperitia Procuratorum conſpiceretur, ipſi expenſas citra præjudicium partium perſolvere teneantur, cui Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores acriter & ſeverè inſiſtant.

DE CONTUMACIA ET INOBEDIENTIA PARTIUM non comparentium, & quomodo in ea procedatur.

TIT. XLII.

De non comparentis Actoris contumacia in prima inſtantia.

PRimum, ſi Actor, qui Citationem & Proceſſus obtinuit, in termino Citationis non comparet, rei nomine aut citati Actoris contumacia accuſetur, proclamatio petatur, & elapſis tribus Juridicis proximis à decreta proclamatione, peti poteſt, ſe à Citatione cum refuſione expenſarum & damnorum abſolvi, ad quam petitionem quoque per Judicem Cameræ & Aſſeſſores abſolvatur.

2. Quòd ſi Actor verò ſemel aut multoties Judicialiter comparuit, actionem inſtituit, & ante litis conteſtationem contumax erit, decreta & facta proclamatione, effluxiſque tribus illis Juridicis, liberum ſit reo, prædicto modo abſolutionem emiſſæ Citationis petere, aut litem ſuper inſtituta actione conteſtari, ac deſuper in cauſa principali, Judicio eò contendere, ut demùm ab illa abſolvatur.

3. Verùm ſi Actor, poſtquam cauſa per actionem & reſponſionem cœpta eſt, & lis conteſtata, contumax fuerit, ad interpellationem rei, tunc quidem Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores, ad finale decretum procedant, ac juxta qualitatem cauſæ pro actore aut reo decernant, pronuncientque quod juſtum erit, ita tamen, ne ſemper obediens & pars comparens, etiamſi ſuccumbat in ſententia, expenſas Judiciales refundere teneatur.

TIT. XLIII.

De non comparentis rei contumacia in prima inſtantia.

SI Reus in prima juſtificatione litis contumax fuerit, & ob id proclamatio ad interpellationem actoris decernetur, tum & poſt hanc tres Juridicæ elaberentur, Actori liberum ſit, permiſſumq; adverſus contumacem, & non comparentem reum ad excommunicationem Banni & ejus aggravationem, ſive ad immiſſionem bonorum juxta conditionem & qualitatem cauſæ, ex primo decreto, aut in negocio & cauſa principali modo ordinario ad finem uſque, quicquid in his actori conducibilius viſum fuerit, procedere. Quamcunque igitur viam hoc pacto ingredietur, eam ſibi Judex Cameræ & Aſſeſſores planam expeditamque reddent.

2. Attamen ſi Actor hoc modo ad Bannum contra contumacem proceſſurus eſſet, de novo illum, ut par eſt, videlicet ad videndum & audiendum ſe in Bannum, ejuſque aggravationem declarari, aut cauſas in contrarium allegari, citare debebit. Et ſi ſic quoque emanſerit, rurſuſque contumax fuerit, tunc primùm quidem, decreta & facta proclamatione, effluxiſque tribus illis Juridicis, poſtea excommunicetur, & in Bannum Imperiale declaretur.

Specificatio bonorum Banniti.

3. Declarato autem ſic reo ob contumaciam ſuam in Bannum, Actor juſque faſque habet Banniti res & bona c[illegible]ràm Cameræ Imperiali noſtro tribunali ſpecificè nominare, ac petere ut in ea immittatur: Super quo & Cameræ Judex noſter Judiciali decreto illum in bona Banniti immittat Ac quilibet Princeps, Magiſtratus, & communitas, ſub quibus Bannitus reſidet, aut bona ejus ſita ſunt, ad decretos Cameræ Judicis noſtri Proceſſus Actori, Banniti res & bona concedat, nec quidquam in iis impediat, quin potius ipſum protegat, tueatur ac defendat, in modum infrà de executione latarum ſententiarum ſancitum eſt. Si quæ verò feudalia fuerint, eorum annuua fructus, ſi quis præter impenſa reſtabit, Actori reddatur, quamdiu bannitus in excommunicatione erit.

4. Quòd ſi Actor verò hanc viam declarationis Banni, aliamque immiſſionis bonorum ex primo decreto omittendam, & in negocio cauſaque principali procedendum ducat, ad implorationem ejus facta proclamatione, effluxiſque tribus illis Juridicis lis in contumaciam pro conteſt[illegible]accepretur, ac terminus articulandi ad proximum præfigatur, tamen poterit mox abſque ulteriori dilatione oblatum libellum, ſicubi articulatus eſt, loco articulorum repetere, accuſando adverſæ partis contumaciam (niſi Judex ex rationalibus cauſis juxta qualitatem accuſati contumaciæ in proximam Juridicam rejecerit) ſtatimque petendo, ſe ad eoſdem articulos probandos admitti.

5. Tuncque Judex ad hanc implorationem, ſi modò ejuſmodi articuli fuerint admiſſibiles & pertinentes (ſuper quo primùm decernat) terminum probandi æſtimatione Judiciali aſſignet, ac ita actoris teſtimonia, aliaque propoſita audiat, in iiſque procedat & pronunciet. Si autem pro contumace judicatum fuerit, obedienti tamen actori expenſæ, damnaque paſſa refundentur.

6. Hocque caſu, ſi ſic in negocio principali procedatur, contumax tamen ante litis determinationem in expenſas & damna contumaciæ non condemnetur.

TIT. XLIV.

De non comparentis appellantis contumacia.

SI appellans emiſſa citatione non compareat, aut ſi ſemel cumparuiſſet, ante vel poſt litis conteſtationem fieret contumax, appellato concedatur, viis modiſque, ſuprà de Actoris contumacia in prima inſtantia poſitis, contra ipſum uti.

2. Jam & appellato, ſi appellationem prætendat, contra contumacem appellantem in Judicio non comparentem libellandi, ac deſuper prout de Jure procedendi facta ſit poteſtas.

3. Atqui in hoc caſu tamen appellatus, ubi ad contumaciam adverſarii agendum putaverit, primùm formalia appellationis ad fundandam Juriſdictionem probare, ac tunc quidem ſuam intentionem ac petitionem, ut ſuprà ponitur, ad hæc quoque acta primæ inſtantiæ exhibere debebit. Nec ſi quidquam novi exhibuerit, uno termino omnes terminos complexos ſervare, ac ſuper actis prioribus concludere poterit, niſi Judex contumacem ad proximam expectare velit, aut aliud quippiam decernat.

4. Appellatus verò, ſi quid novi forſitan producendum aut probandum putet, id fiat in modum ſuprà de rei contumacia expreſſum, cautumque.

TIT. XLV.

De non comparentis appellati contumacia.

Appellato contumace, quid appellanti concedatur.

SI appellatus non comparebit, ac contumax erit, appellanti concedatur, unam aliquam ex tribus illis viis, modiſque, ut ſuprà de rei contumacia ſancitum eſt, amplecti, in qua prædicto modo procedat, agatque.

1. Attamen ubi in negocio cauſaque principali in contumaciam procedere voluerit, eo modo fiat, utpote de appellato ſuprà proximè conſtitutum eſt.

2. Præſertim verò, ſicubi appellans ſuper contumacia adverſarii in principali negocio proceſſerit, proximo ſimul atque proclamatio ex ordine Judicii f[illegible]a eſt, termino formalia appellationis ſuæ probare ac juſtificare, poſtea libellum & actionem ſu[illegible] offerre, deſuper agere debebit, in modum ut ſuprà de appellato contra contumaciam appellant[illegible] expreſſum eſt.

TIT. XLVI.

Si contumax poſtea compareat, quid agendum ſit.

AT ſi contumax compareat, poſt unum atque alterum terminum, ſive ſit Actor ſive Reus, ad proſequendum cauſam Proceſſumque, ſtatu eo, quo ante finalem concluſionem invenerit, admittatur, audiaturque: tamen ad ſervatos terminos non acceſſurus, tum & obedienti parti omnes expenſas & damna propter contumaciam ſuam perpeſſa, ex Judiciali æſtimatione refuſurus.

2. Hæcque in univerſum ac omnibus & ſingulis contumacibus ſive per emanſionem, aut aliàs in principio, medio, & fine cauſæ contingant, perpetuò ita obſerventur. Si qua verò contumax poſt finalem concluſionem ſe ſiſteret, & concluſionem peteret reſcindi, non, niſi ex legitimis juſtiſque cauſis, pariterque cum refuſione expenſarum & damnorum, admittendus erit.

3. Si

5. Si qoiſ & ob contumaciam in Bannum Imperiale incidiſſet aut venisſet, cjusque contumaciæ ergò cum parte adverſa ad tranſigendum ſe componendamque offerret, ſed fruſtrà, ut qui amicabiliter cum illa tranſigere non poſſet, ea quidem contumacia, ac quomodo componenda ſit & emendanda, æſtimationi, & decreto Cameræ Judicis noſtri & Aſſeſſorum ſtabit. Et ſicubi poſt ejusmodi decretum contumax, id quod ſibi injunctum eſt, præſtiterit, à Banno rurſus abſolvatur ac liberetur, eique illud, quod vigore Banni ſeu proſcriptionis occupatum eſt, ea æſtimatione ac precio, quo illo tempore erat, exceptis tamen fructibus perceptis, reddatur, reſtituaturque.

Contumax bannitus, quomodo liberetur.

TIT. XLVII.

De ſententiis, quomodo, & quo tempore, & à quot Judicibus illæ promulgari ac publicari debeant.

CONſilio ac deliberationibus concipiendarum diffinitivarum unà cum Comitibus & Baronibus, non minus octo: & interlocutoriarum quatuor, quinque aut ſex: Taxationum expenſarum aut Supplicationum, tres aut quatuor Aſſeſſores interſint: Si qua verò dubia, aut difficultas incideret, aut in ferenda ſententia ſeſe concordare non poſſent: hic alii quoque vocentur, unaque eorum conſilio concludatur. Quicquid verò prædicto modo factum, decretumque fuerit, non ſecus, ac ſi ab omnibus Aſſeſſoribus pronunciatum, publicatumque eſſet, confirmetur, ratumque habeatur, omni modo, ut ſuprà prima in parte ſub Titulo, de Aſſeſſorum officio in conſilio, latius ſancitum eſt & ordinatum.

Sententiæ latæ, quando & quomodo ratæ ſint.

2. Abſentibus verò Cameræ Judice, aliisque aliquot Aſſeſſoribus, reliqui, eo numero, quo dictum eſt, concipiendi ſententias, promulgandi, & Judicialiter agendi eam facultatem habeant & poteſtatem, ac ſi omnes coràm, præſtoque eſſent.

Sententiarum ferendarum poteſtas penes quos ſit.

3. Porrò mandamus ac volumus, ut primò concluſæ cauſæ, primò etiam, quantum poſſibile, quocunque tempore Judicialiter diſcutiantur, dijudicenturque. Attentam verò in hoc curam diligentiamque adhibeat Cameræ Judex noſter, ut cauſæ fractæ pacis, ſpoliatorum, executionum, aliarumque privilegiatarum cauſarum ante alias provehantur, eæque, ad ſententias concipiendas, ac referendas diſtribuantur. Generaliter quoque omnes cauſæ, in quibus diffinitivè ſeu interlocutoriè concluſum eſt, debito tempore, jureque terminentur ac perficiantur, omnibus modis, veluti ſuprà in prima parte ſub duobus titulis, de Cameræ Judicis officio in conſilio, & Aſſeſſorum officio in conſilio, ordinatum atque ſtatutum exiſtit.

4. Concluſis ita conceptisque in conſilio diffinitivis & interlocutoriis, eædem præſentibus Cameræ Judice & omnibus Aſſeſſoribus, quotquot in audientia præſentes fuerint, publicari debebunt.

5. Ac ea quidem publicatio ſententiarum ex veteri more & conſuetudine aperta theatri janua fiat, ac tum protinus audientia incipiatur & ſervetur.

Publicatio ſententiarum tam diffinitivarum quàm inter locutoriarum.

TIT. XLVIII.

De executione rei judicatæ & latarum ſententiarum.

CUm quævis res judicata & diffinitiva ſententia, ſi non debitè exequatur, parum fructus conferat; ne ergò in executione rei judicatæ promulgatarumque ſententiarum defectus appareat, ac deinceps ſinguli ſui Juris atque juſtitiæ in Cameræ Judicio noſtro propiorem maturioremque executionem conſequantur, communicato junctoque cum Statibus conſilio, ſancivimus ac ſtatuimus, ſancimus, ordinamus, & ſtatuimus his mediantibus, ut cuilibet ad ſuam implorationem, qui rem judicatam, diffinitivam ſententiam & juſtitiam ibi conſequutus eſt ac obtinuit, contra partem in ſententia ſuccumbentem mandatoriæ literæ & executoriales ſub certa pœna, juxta conditionem & qualitatem cauſæ per Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores decernantur, medietatem fiſco, & medietatem parti vincenti ſolvenda poſt præſentationem harum Mandatoriarum literarum in N. ſpacio, eidem ſententiæ obtentæ properè pareat & ſatisfaciat. Executorialibus quidem hujusmodi emiſſis & inſinuatis condemnatos teneбitur in præfixo termino indicare atque oſtendere, an illis paruerit nec ne, cui & ulterius ſpacium ordinationis non præbeatur. Sique executorialibus ſtatuto tempore non paruerit, Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores ad implorationem vincentis partis actiones executoriales ſub pœna Banni ſeu proſcriptionis decernant, in quibus etiam partem ſuccumbentem, ſi & his non ſit pariturus, peremptoriè vocent, citentque certo die comparendi, ad videndum & audiendum ſe proſcribi, inque Bannum Imperiale, & pœnam in executorialibus contentam renunciari & declarari, aut cauſas allegandum, quamobrem id fieri non debeat.

Hujus §. meminit Oldendorp in exceptionum Enchiridio. Alias imploratur officium Judicis.

2. Si ergo pars ſuccumbens ſtatuta die cauſas proferret in Judicio noſtro relevantes, vincenti parti mox aut proxima audientiâ exceptionem ſuam ſcripto econtrà exhibendo, reſervatum ſit, & absque aliis ſcriptis aut verbalibus proloquiis ſuper eo decernatur quod juſtum eſt: niſi Judex Cameræ & Aſſeſſores ex compertis prægnantibusque cauſis ſub modo aliquo darent ulterius ſpacium producendi quidpiam & exhibendi.

3. Pars autem ſuccumbens ſi talibus mandatis non morem gereret, aut ſuæ exceptiones non relevantes cenſerentur, properè quidem vigore ac vi priorum Mandatorialium literarum in virtute ſua ac robore perſiſtentium in memoratam pœnam & excommunicationem Banni unà cum expenſis & damnis declarabitur.

4. Judicium item Cameræ ad ulteriorem implorationem partis vincentis pro graviori pœna contumacium & ſuccumbentium partium in proſcriptione ſeu excommunicatione Banni, ut par eſt, procedere, ac ob id neceſſarios Proceſſus decernere & impartiri properè & absque mora tenebitur.

5. Declarata verò hoc modo propter ſuam contumaciam in Bannum parte ſuccumbente, pars triumphans Jure, Banniti res & bona commonita Imperiali noſtro Judicio Cameræ ſpecificat, ſeque in ea immitti petet, quem etiam Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores Judiciali decreto in eas Banniti facultates & bona immittant. Tum ſi vincens præterea indicare ſuccumbentem Eccleſiaſtici aut ſecularis Electoris, Principis, Prælati, Comitis, Domini, communitatis aut alius cujusdam Magiſtratus ſubditum aut incolam eſſe, & ob id peteret eam poteſtatem ſeu Magiſtratum pro executore obtentæ ſententiæ Juris, pœnæ & Banni ſibi dari: hic nimirum Prætor Cameræ, Judiciumque, eundem eosve petitos in executores det, eisque mandet, ut ad perficiendam exequendamque obtentam ſententiam & commiſſam pœnam Banni auxilium præſtent. Ad quæ item poteſtas illa ſeu Magiſtratus, ſub quo Bannitus reſidet, aut facultates ſuæ poſſeſſioneaque & bona ſita ſunt, ſuper hujusmodi decretis Cameræ Judicii noſtri Proceſſibus vincenti, facultates & bona victi Banniti concedant, nullo facto impedimento, ſe potius tuitione opeque præbita. Si quæ tamen feudalia eſſent, eorum bonorum annuum fructum Dominus feudi, quantum ultra impenſa eorundem reſtabit, parti alteri reddet, tantiſper donec proſcriptus in Banno perſeveraverit.

6. Ipſa hæc poteſtas ſeu Magiſtratus Cameræ Judicio noſtro infra menſem, poſt earum literarum inſinuationem, proximum, reſpondebit, ita ut inde Judicium Cameræ clarè ſciat, an eadem poteſtas ſeu Magiſtratus in hoc parere velit, nec ne.

7. Quòd ſi ea poteſtas ſeu Magiſtratus ſub ſigillo ſuo, Cameræ Judicio, ſtatuto temporis ſpacio ſcripto ſe excuſaret, videlicet absque maximo diſcrimine, graviſſimisque de cauſis, quas reſponſo ſuo ad Cameræ Judicium inſerere ac indicare debebunt, contra ſuccumbentem, executionem ſe facere, ſive ad eam opem ferre non poſſe, ſoli id præſtare non cogantur.

Quando Imperator & Rex pro executione ſunt implorandi

8. Ac tunc quidem pars victrix nos, ſicubi ita viſum fuerit, & in Imperio Teutonicæ nationis erimus, aut nobis abſentibus, dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, pro majori auxilio & executione imploret, qua ipſum tam properè quàm per conditionem negocii cauſæque fieri poterit, impartiemus.

Excommunicatio Eccleſiaſtica quando Victori communicanda.

9. Et ſi qua nos, aut nobis abſentibus dilectus fra[illegible] noſter, Rex Romanus, aut Judex Cameræ & Aſſeſſores ad vincentis partis implorationem, uſui fore exiſtimaverimus, ut huic executioni excommunicatio Eccleſiaſtica adhibeatur, exerceaturque adverſus partem ſuccumbentem: tunc quidem ea ad pœnam & cohertionem inobedientis properè communicetur, attamen partis victricis, Bannum Imperiale conſecutæ, arbitrio voluntateque ſtet, dictam excommunicationem Eccleſiaſticam denunciandam petendi, nosque, aut nobis abſentibus, dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, aut Cameræ Judicium noſtrum, pro ulteriori auxilio executionis conjunctim ſeu diviſim petendi & impetrandi. Ac diligentiam adhibebimus à ſanctiſſimo Papa obtinendi, ut ejusmodi Bannum juxta Bullam Reinuodi ob id jam pridem emiſſam per Judicem Cameræ aut Aſſeſſores Eccleſiaſticus decernatur.

De hac re deliberabitur nunc rurſus in comitiis Auguſtæ.

10. Poſtquam autem in hac ſanctione Executionis non exprimitur, ſi pars inobediens & contumax, à ſententia cadens & ſuccumbens, extra Imperium, aut nullo ſub Electore, Principe, aut Statu Imperii reſidens, aut iis attinens, aut executio contra Electorem, Principem, Eccleſiaſticum, aut ſecularem, contra potentem communitatem, aut unum aut plures, qui executionem ſententiæ vi armisque repugnaturi eſſent, quo pacto ſervari debeat: Viſum eſt utile fore, uti nos, aut nobis abſentibus, dilectus frater noſter Romanorum Rex, in talibus appellemur, noſtroque arbitrio ac voluntati relinquatur, uni aut pluribus Circulis, quantum neceſſitas poſtulaverit, executionem mandare & perficere, &c.

11. Si quoque ad cujusquam partis obtentos Proceſſus in Judicio Cameræ factos, peracto tempore immediatè, adverſus aliquem, Judicio Cameræ ſine omni medio ſubjectum, ſed in aliena natione reſidentem, executio facta fuiſſet: ea tamen contra attinentes ſacro Imperio ob quamcunque participationem minimè uſurpetur, exerceaturque, priusquam generale edictum ſeu Mandatum ediderimus, ne attinentes Imperio, eò loci, contra quem Proceſſus obtentus eſſet, verſentur, negocia tractent aut commotionem ſeu participationem habeant. Tum & Imperii ſubditis ſpacioſus terminus ſtatuatur, eo loco decedendi & emigrandi, bonaque ſua alienandi. Itaque ſuprà proximè poſitus articulus tantùm de ante latis ſententiis in Cameræ Judicio præteriti temporis intelligendus erit, & non de futuris ſententiis. Quippe Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores contra eos, qui Imperio non ſunt ſubjecti, nec in eisdem confinibus morantur, deinceps nullos Proceſſus, absque noſtro, aut nobis abſentibus, dilecti Fratris noſtri Romanorum Regis, conſenſu emittere debebunt.

TIT. XLIX.

Declaratio priorum articulorum, tum & ulterior proviſio executionis Imperialis pacificationis, & rei judicatæ, latarumque ſententiarum.

Executio ſententiarum latarum certa ſit firmaque.

CUm & Executio publicæ pacis in communi executione Judicii Cameræ ad executionem ſententiarum latarum pertinente conſiſtat, ut ergo certa executio, firmiorque magis quam hactenus & Imperi-

Digitized by Google

perialis pacificationis, & ſententiarum latarum Imperiale Judicium noſtrum Cameræ conſequatur, communicato conſilio conſenſuque Electorum, Principum & Statuum prædictam ſanctionem ſeu conſtitutionem declaravimus & emendavimus, facientes id his mediantibus, ut ſequitur. Ac primò, Sicut in dicta Judicii Cameræ executione ordinatum eſt, ſi pars ſuccumbens ſub Electore aliquo, Principe, aut Statu reſideat, ut ad petitionem vincentis partis eidem Electori, Principi, aut Statui mandetur, obtentam ſententiam, admiſſam pœnam, & Bannum exequi: ita quoque contra Bannitos, qui ob pacem fractam, aut exceſſum ſanctionis in Bannum declarari, ac ſub Electore, Principe aut Statu habitarent (excepta immiſſione bonorum Banniti, quæ hoc in caſu non eſt neceſſaria) ſervetur: videlicet, ut idem Elector, Princeps, ſeu Status Bannum & commiſſam pœnam contra pacifragum aut violatorem ſanctionis, nempe, dum adhuc in Principatu aut dominatu præſens eſt, adverſus ipſum, ipſius corpus, facultates & bona: ſi verò extra ditionem fuerit, tantùm adverſus res, bonaque ſua exequi teneatur, his tamen appendicibus, nimirum ſuiſmet impenſis, abſque præjudicio & gravamine victricis partis, quod & Judicium Cameræ eidem Electori, Principi, aut Statui ad interpellationem victricis partis ſub certa mulcta, pecuniariaque pœna, juxta qualitatem perſonæ & cauſæ per dictum Cameræ Judicium æſtimandi, præcipiat, latam ſententiam, Bannum, pœnam & mulctam exequenda. Si verò his litigator non paruerit, Judex Cameræ & Aſſeſſores ad victricis partis aut Imperatorii noſtri fiſcalis implorationem, adverſus immorigerum Electorem, Principem, aut Statum ob memoratam pœnam Judicialiter, ut decet, procedant: nihilo ſecius tamen executionem mox ordine ſeu Circulo, ſub quo inobediens ille Elector, Princeps, aut Status reſidet, mandent ac præcipiant: qui ordo ſeu Circulus executionem etiam ſibi ſumere atque in ſe recipere, & partis victricis ſententiam, jusque prædicto modo exequi tenebitur. Ac ſi quid fortè ultra executionem ſententiæ factamque impenſarum moderatarum Judicialium ſolutionem, & conſecutæ pœnæ in bonis Banniti reſtaret, id quidem Elector, Princeps, ſeu Status, aut Circulus, qui executionem feciſſent, occupare ac uſurpare poterunt, tantiſper donec proſcriptus abſolutionem banni impetraverit, & expenſas propter executionem factas legitimè refuderit.

1. Jam & quanquam ſuprà cautum eſt, quòd ſi Elector, Princeps, aut Status ſub Sigillo ſuo ſe excuſaret, quòd executionem erga illum ſubditum non ſine maximo malo facere poſſet, eam tunc ſibi remitti: Volumus tamen hanc excuſationem porrò aliter non habere locum, nec recipi, præterquam in duobus differentibus caſibus, primùm, ſi executio contra civitatem aliquam, aut communitatem, quæ alicui Electori, Principi, aut Statui ſubjecta foret, aut ſub ipſo reſideret, cujus vim tamen arcere non poſſet idem Elector, Princeps, aut Status, neque etiam eſſet poſſibile Bannum contra ipſam exequi: aut ſi proſcriptus privata perſona eſſet, talem autem munitionem haberet, quæ ſine maximis impenſis debellari, expugnari atque evinci non poſſet, nec eæ impenſæ etiam à Bannito reddi reſarcirive poſſent. In quibus duobus caſibus, Electori, Principi, aut Statui, cui debetur executio, per ſe ſolum facienda remittatur, quinimò ea per Judicium Cameræ uni aut pluribus Circulis Imperii committatur, quemadmodum infrà latius deducetur.

2. Quippe in hujusmodi commemoratis duobus caſibus, aut ſi executio in Electorem, Principem, aut Statum, Eccleſiaſticum vel ſecularem, ſeu adverſus potentem communitatem, vel eum qui extra Imperium commoratur, nihilominus tamen Imperio ſubjectus foret, facienda erat: qui executioni ſententiæ & Banni (in quod Imperiale noſtrum Judicium Cameræ quemcunque ſub Imperio reſidentem, ad illud ve pertinentem, ubi neceſſe fuerit, pronunciandi ac declarandi poteſtatem habeat) vi armisque reſiſtere vellet: tunc quidem Imperiale noſtrum Judicium Cameræ executionem ſententiæ, pœnæ & Banni erga eum Electorem, Principem, Statum, aut communitatem, ſive eum, qui extra Imperium reſideret, ſed eidem ſubjectus eſſet, uni aut pluribus vicinioribus ac proximioribus circulis committat, qui porrò deliberaturi ſint, quomodo executio in proſcriptum ſeu Bannitum cum fructu & utilitate ſuſcipi queat. Huc quoque & alios, ſicubi neceſſe ſit, circulos conſcribere poterunt, nimirum ex ſingulis, duas perſonas certa die dicta conveniendi, qui circuli illis etiam in exequendo, prout melius deliberatum conſultumque fore videbitur, opem, auxiliumque laturi ſint.

3. Facta autem executione, boniſque Banniti occupatis executores confeſtim victrici parti obtentam ſententiam jusque exequantur, eum immittant, aut ne quæratur componant, refuſis omnibus adjudicatis & moderatis Judicialibus expenſis, mulctis & pœnis, in quibus omnibus etiam ſua poteſtas ſeu Magiſtratus victorem manutenere & conſervare debebit, nec aliquas expenſas in executionem inſumptas, illi vel aſſignabit vel ſupputabit.

4. At qui omnia alia reliqua Actoris bona immobilia & mobilia executores ad ſe recipere debent ac poſſunt, uti, frui, tantiſper donec proſcriptus ſeu Bannitus juſtam abſolutionem Banni ordinario modo conſequatur, pœna inflicta plenè ſolvatur, adeoque ipſis executoribus omnes, quantum fuerit poſſibile, expenſas hujus executionis ergò factas ſufficienter & ex integro reſtituat.

5. Caſu autem, quo prædicti Banniti facultates & bona tanti precii non eſſent, eove ſe extenderent, ut impenſæ ob executionem factæ, ex illis refundi, reſarcirive non poſſint: aut quicquam præter id, quod parti victrici debebatur, pendendum ac ſolvendum amplius reſtaret: omnes circuli ad requiſitionem eorum, qui executionem præſcripto modo fecerunt, ſuos huc mitti teneantur, impenſarum cauſa ac ſumptuum ergò, qui à Bannito inſtaurari nequeunt, rationem ineundi mutuoque ſeſe componendi, eosque inter Circulos omnes æqualiter dividendi, ne quis Circulus ante alios prægravetur. Eumque ſumptum Circuli abſque tergiverſatione ſeu recuſatione pendere, & contra contumacem per Imperialem noſtrum fiſcalem procedi debebit, pro juſta ſolutione præſtanda.

De molectis ſumptibus, & impenſis in executione Banniti factis.

6. Quòd

Juſſio & proviſio Imperatoris & Regis in executione gravi & difficili petenda & expectanda.

6. Quòd ſi quoque accideret, ut unus aut plures, aut etiam omnes Circuli (quod tamen fieri non debet) executioni ſeſe intromittere nollent, ſeque illi opponerent: Judex Cameræ & Aſſeſſores id ipſum nobis, aut nobis abſentibus dilecto fratri noſtro Romanorum Regi protinus ſignificent, legitimam in eo proviſionem facturis.

Cautionem ſtandi Juri conventus Actori præſtare tenetur.

7. Cæterùm, ſi quis alienus ab imperio, aliquem Imperio ſubditum coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ in Jus vocare ſeu Jure convenire vellet, conventus Actorem ad ſufficientem cautionem præſtandam adigat, veluti Jura id permittunt, ne in hujuſmodi caſibus extra Imperium, executionem facere ſit neceſſe.

TIT. L.

De judicialibus expenſis, taxationibus & moderationibus earundem.

JUdex Cameræ & Aſſeſſores in determinatis, expeditis & executionum cauſis ſingularem adhibeant diligentiam, ut expenſæ properè taxentur, quò partes condemnatorum pariter & expenſarum ſolutionem minori ſumptu ac uno executoriali conſequi poſſint, latæque diffinitivæ prædicto modo mature exequantur. Attentam quoque & accuratam lectores diligentiam adhibeant, ut concluſæ hujusmodi, determinatæ, & executionis cauſæ ad referendum citò tradantur.

IDEM ALITER.

In Caroli Ordinat. prius eſt ex Ferdinandi.

In definitis verò & executionum cauſis diligentiores ſint Iudex pariter & Aſſeſſores, ut facti ſumptus tempeſtivè æſtimentur, & litigatores ea quæ ſibi adjudicata ſunt, taxatis expenſis, ſimul & executoriales minimis impendiis conſequantur. Tum & definitivæ, ſententia lata, ut præſcriptum eſt, ritè recteque exequantur. Lectores autem præcipuè ſint & accurata in eo diligentia, ut ejuſmodi concluſæ, definita adeoque executionum cauſæ ad referendum ſtatim ac opportunè præbeantur.

2. Volumus quoque caventes ſupervacaneo labori & expenſis, ut porrò in omnibus cauſis & caſibus propter expenſas nullæ novæ citationes præbeantur aut accipiantur.

3. Adhæc Procuratores vi ſuorum Mandatorum, quæ in principali habent negotio, cauſaque, an fortè in iiſdem de expenſis & executionum cauſis expreſſa nulla ſit facta mentio, in hujuſmodi expenſarum & executionum cauſis ad agendum admitti debebunt: at ſi quis tamen expenſas medio juramento obtinere, aut pro iiſdem quietare vellet, expreſſo id non ſolum juſſu & mandato, verum etiam prius accepta partis ſuæ informatione faciat.

Expenſas eſſe deponendas ad Judicium Cameræ.

4. Sancimus quoque & ſtatuimus, ut pars ſuccumbens eas taxatas expenſas coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ deponere teneatur ac deinceps ſententiis expenſarum ſemper inſeratur, partem in expenſas condemnatam, eas parti victrici certo ſtatutoque ſpacio in Imperiali noſtro Judicio Cameræ ſoluturam eſſe.

6. Quandoquidem & plerumque coram Cameræ Judicio noſtro in cauſis appellationum, in quibus pronunciatum, prioresque ſententiæ confirmatæ exiſtunt, executio earundem ſententiarum, ſimiliter & taxatio expenſarum in prima inſtantia factarum expetitur, quamvis à quibuſdam hactenus dubitatum ſit, an hujuſmodi taxatio & executio priorum inſtantiarum ad priores Judices remittatur; Volumus tamen, ſancimus ac ſtatuimus his mediantibus, tales executiones, taxationesque expenſarum prioris inſtantiæ in omnibus cauſis, quæ per appellationem ad Imperiale noſtrum tribunal Cameræ devolventur, ibidem quoque fieri & exequi oportere.

7. Si quæ tamen appellationes coram iſto Imperatorio tribunali noſtro fierent, quæ poſtea desertæ aut alioquin iniquæ exiſtimarentur, ac ſic quidem ad noſtrum tribunal Cameræ non devolutæ eſſent, vel etiam admitterentur: In his expenſæ tantùm prætenſæ iſtius appellationis gratia factæ, coram noſtro Judicio Cameræ taxentur, Tum & alteri parti in executione earundem, ut par eſt, ſubveniatur. Cæterùm ob principale negocium & expenſas coram prioribus Judicibus factas, pars victrix priores Judices pro taxatione & executione (ſi eorum eſt iſta præſtare) ut decet requirere ac interpellare tenebitur.

Procuratores quas expenſas ſolvere teneantur, citra litigantium præjudicium.

8. Volumus item omnes ſimul & partes & Procuratores per hæc commonefieri, ut quicunque interlocutoriis victi fuerint aut ſuccubuerint, ob id ipſum & dilatam juſtitiam, prout de Jure, in expenſas & damna declarentur: Idque ſi temerè, utpote frivolis exceptionibus, culpa, negligentia aut imperitia Procuratorum factum eſſe, perſpectum fuerit, iidem Procuratores ea damna & expenſas, citra diſpendium, præjudiciumve partium, præſtare atque exſolvere teneantur.

9. Tum & Advocatis & Procuratoribus primùm producta & ſcripta ſua in relatione cauſæ, veluti ſuprà in prima parte hujus ſanctionis dictum eſt, aliaque opera & labor eorum in eadem taxa expenſarum taxetur, & taxa in ſententia expenſarum exprimatur. Idcircò quidem ante taxam expenſarum oſtendere debent, quid à partibus ad cauſam pro ſalario acceperint ſub pœna viginti florenorum.

10. Porro quoque ea taxa expenſarum per tres aut quatuor Aſſeſſores fiat, niſi expenſæ tantæ, aut cauſa adeò ponderoſa eſſet, ut Cameræ Judex noſter exiſtimaret, plures Aſſeſſores adhibendos eſſe.

Quòd

TIT. LI.

Quòd à ſententiis Imperialis Judicii Cameræ non appellari aut ſupplicari poſſit.

Hujus & infra tit. 53 mentionem facit Oldendorp in exceptionum Enchiridio

SAncimus, ſtatuimus ac volumus, ut à ſententiis per noſtrum Imperiale Judicium Cameræ latis ac pronunciatis nulla partium litigantium appellandi, aut ſupplicandi habeat poteſtatem: Si verò aliqua partium per ſententiam Imperialis noſtri tribunalis Cameræ gravatam ſe putaret, viam contra Cameræ Judicem noſtrum & Aſſeſſores Juris communis ac ſequentis conſtitutionis, de Reviſione & Syndicatu, ingrediendam illi reſervamus.

Reviſio actorũ & Syndicatus reſervatur litigantibus.

TIT. LII.

De reſtitutione contra ſententias Judicii Cameræ.

CUm & compertum ſit, quòd Procuratores reſtitutionem contra obtentas ſententias multifariam ſoleant petere, ad impediendam executionem ingens damnum victrici parti mirabiliter inferendo, accuratam igitur Prætor Cameræ & Aſſeſſores in his diligentiam adhibeant, & ſicubi comperiant, reſtitutionem calumnioſè aut fraudulenter, aliisve de cauſis jam antea in Judicio prolatis & deductis, aliasve ex novis illegitimis & inutilibus rationibus peti, non attenta hujusmodi petita reſtitutione, in executione prout de Jure procedant, Procuratorem & partes in his culpabilem in expenſas condemnantes. Si qua verò partium reſtitutionem ex legitimis, juſtisque cauſis petere ſatagent, id quidem *articulatim faciat, ut Judices vigore Juris agere poſſint.

* Conſulendus Oldendorp. in Exceptionum Enchirid.

TIT. LIII.

De reviſione & inſpectione actorum, ſententiarumque latarum coram Imperiali Judicio Cameræ, deque Syndicatu Judicum, & quid in hic omnibus agi obſervarique debeat.

QUo autem Cameræ Judex noſter & Aſſeſſores diligentiores ſint, cùm metuant, acta poſt ſententias latas revideri, nec quisquam a Cameræ noſtro Judicio injuria afficiatur: ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ſi qua partium deinceps putaverit ſe per Cameræ Judicem & Aſſeſſores gravatum, & injuſtam aut nullam ſententiam contra ſe latam & pronunciatam eſſe, & ob id cogitaret ad pœnam iniquorum Judicum, aut reformationem ac emendationem hujusmodi ſententiæ inſtandum, ei parti id conceſſum eſſe debuit, hoc modo, ut affini noſtro Archiepiſcopo Moguntino, ut Imperii Cancellario, noſtro loco, duobus menſibus ante primam Maij, quovis tempore, in ſcriptis ſignificet, Archiepiſcopus autem ipſe nobis, aut nobis abſentibus dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, Electoribus quoque Principibus, Prælatis, Comitibus & civitatibus ad annuam viſitationem ordinatis ſcribat: nobis item illisque indicet petendo unà cum noſtris aut dilecti fratris noſtri Romanorum Regis Commiſſariis, ſuos etiam præcipuos, peritos, aptos & eruditos conſiliarios mitti, in hujusmodi cauſis ſimul cum noſtris & dilecti fratris noſtri Romani Regis ordinatis Commiſſariis, tum & Præſidenti & Aſſeſſoribus, a quibus ſententia lata & promulgata eſt, omnia & ſingula acta ejus cauſæ diligenter revideri ac perſpici, & prout Juris & æquitatis fuerit, agi ac perfici. Quòd ſi verò ab eo tempore latæ ſententiæ ad primam Maij ſignificatio ea ante duos menſes non fieret, tunc proximè ſequentis anni duobus menſibus ante primam Maij fieri debebit. Si qui Judices, unus pluresve, quibus præſentibus talis ſententia eſt concepta, à Cameræ Judicio diſceſſiſſent, aut alioquin abſentes eſſent, iis Cameræ Prætor noſter & Aſſeſſores dictam diem denuncient.

Conſtitutio Imperatoria & Regia de revidendis actis, & reformandis ſententiis.

Viſitatio Judicii Cameræ annua ordinaria.

Commiſſarii Imperatorii aut Regii.

2. Ut autem hic partium calumniæ ac petulantiæ, qua ad turbandum magis Cameræ Judicium noſtrum, quàm cujusquam gravaminis reſpectu utuntur, obviam eatur, ac debito modo temeritas illa puniatur, eædem inſtantes partes antequam hujusmodi reviſio inſtituatur, ſummam pecuniæ, ex conditione & qualitate perſonarum & cauſæ, per ordinarios viſitatores æſtimatam, caſu quo ſententia lata juſta comperiatur, fiſco noſtro pro pœna, proque ſolvendis expenſis, quæ quocunque tempore ad hujusmodi Syndicatum & reviſionem exponuntur, deponant, proque ea ſufficienter caveant. Quæ reviſio actusque ſequenti modo inſtituendus erit.

3. Primùm, pars conquerens, ſi ita videbitur, cauſas gravaminis ſui, uno, & adverſa pars quæ ſibi neceſſaria fuerint, altero ſcripto, nec novi tamen quicquam in utroque ſcripto, ſed erratum tantùm ac refutationem ejusdem proponant, neutri parti ultrà ut ſcribat concedendo.

4. Super quibus tunc noſter, aut dilecti fratris noſtri Romanorum Regis ordinati Commiſſarii, item Conſiliarii unà cùm Præſidente & Aſſeſſoribus, qui hujusmodi ſententiam promulgarunt, mediantibus ſuis juramentis, quæ in acceptandis eorum officiis præſtiterunt, & Commiſſarii conſiliariique de novo ad eam cauſam modo quo infrà ſequetur, jurare debebunt. Primùm, omnia & ſingula Judicialia acta ejus cauſæ omni diligentia revideant, perſpiciant, ponderent, ac ruminent. Aſſeſſores quoque, qui eam ſententiam tulerunt, præſentibus illis, cauſas & fundamenta, ex quibus hujusmodi ſententia concepta eſt, commonſtrent ac indicent. Conſequenter autem ſoli conſiliarii remotis Aſſeſſoribus deſuper pronuncient, ac eam ſententiam, ſi juſtam comperiant, rurſus confirment: aut ſi quicquam à Judicibus omiſſum aut erratum ſit, aut eadem ſententia alioquin nulla, aut non conformis Juri, reſtaurent atque reformenr. Caſu autem quo ſententia ob negligentiam Judicum, ut nulla aut iniqua refor-

Commiſſarii Imperatorii ac Regii interſint reviſioni.

Nullitas, infirmitas & iniquitas in ſententia eſt attendenda.

reformaretur, parti depoſita ſua pecunia reſtituatur, & reformata hujusmodi ſententia in Cameræ Judicio noſtro exequatur.

5. Si qua verò talis nullitas aut iniquitas antè latæ ſententiæ, non dolo aut fraude, ſed tantùm omiſſione quadam, negligentia, imperitia, aut errore Procuratorum vel Judicum conſecuta eſſet, contra eos, in quibus hujusmodi lapſus & negligentia comperitur, per noſtros, aut dilecti fratris noſtri Romani Regis ordinatos Commiſſarios & Viſitatores, vigore ac vi prioris ſanctionis, aliasque prout jus & æquum fuerit, agatur. Cæterùm in ea lata ſententia quantum ad Judices pertinet, ſimiliter & cum aliis inferioribus Judicibus, a quorum ſententia ſupplicatur aut appellatur, ſervetur.

Judicum ſordes & corruptelæ.

6. Quòd ſi autem ex partium propoſitis, aut aliunde comperiretur, Judicum unum aut plures in ea cauſa propter munera, dona, preces, amicitiam, inimicitiam, aut alias ſimiles cauſas, nullam aut iniquam ſententiam protuliſſe; aut Procuratores ab adverſa parte, ſimiliter dona vel munera accepiſſent, ſeu aliis viis modisve prævaricati eſſent, aliasve in aperta fraude deprehenderentur: parti non ſolùm depoſita ſua pecunia & pœna reſtituatur, ſed etiam liberum relinquatur, illos propterea, ut decet, Judicio convenire, accuſare, contraque eos Judices ad Syndicatum, modo infrà poſito, procedere. Nihilominus per nos, aut nobis abſentibus per dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, adverſus eosdem Judices, aut per noſtrum Judicium Cameræ contra eosdem Procuratores propter hujusmodi admiſſam fraudem dolumque debita, commeritaque pœna proponatur.

Comminatio pœnæ Judicũ malè judicantium.

7. Caſu autem quo ſententia per ordinatos confirmaretur, ei, absque reluctando, contradicendo, appellando, ſupplicando aut revidendo ſtetur, eademque prior ſententia coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ promulgata exequatur amiſſaquærentis partis pro refuſione expenſarum & pœna temeritatis depoſita pecunia.

8. Quòd ſi reviſio forſitan tempore præſcripto ob non comparentes Commiſſarios aut Conſiliarios, ſeu quòd in hujusmodi reviſione non eſſent proceſſuri, ſuum progreſſum non haberet, Judex Cameræ, aut Præſidens, & Aſſeſſores ultrà ob id non aſtringantur ad remorationem, quin priorem ſententiam latam absque impedimen o coram Imperiali noſtro Judicio Cameræ exequantur.

Commiſſariorum, conſiliariorum, reviſorum & Syndicatorum juramentum.

9. Noſter quoque ſeu dilecti fratris noſtri Romanorum Regis ordinati Commiſſarii & conſiliarii, item reviſores aut Syndicatores juramentum ad Deum ſanctosque præſtent, quod in hujusmodi cauſa antea non dederint coſilia, quodque priores Judices in bonore habeant, omnia & ſingula priora Judicialia producta, acta, ac quæcunque per partes juxta noſtram ſanctiooem exhibita ſunt, omni diligentia adhibita revidere, proſpicere, ponderare, trutinare, cauſasque ex quibus prior ſententia lata eſt, a Judicibus audire, ac ſuper his omnibus ſecundum Imperii communia Jura, quàm rectiſſimè ſentiant atque intelligant, & non ex propriis, aut non ex Jure informatis conſcientiis æqualiter judicare ac pronunciare velint, nihil in diverſum moti aut abducti: nec à partibus aut alio quoquam in hac cauſa quicquam doni, muneris, commodive ſibi ipſi, vel per alios, ut ſenſibus humanis excogitari poſſet, acquiſituri, aut ut accipiatur conceſſuri, ſine omni fraude.

10. Si quæ pars vero exiſtimaret, aut ex reviſione, ut præponitur, conſtaret, dolo aut fraude, ob munera, dona, preces, amicitiam, inimicitiam, aut alias ſimiles cauſas nulliter & iniquè judicatum eſſe, ea partium, hoc caſu, quocunque tempore, non ſolùm reviſione, ut commemoratum eſt, utendi, verum etiam Judices prædicto modo delinquentes ad Syndicatum ſiſtendi facultatem & poteſtatem habeat, contraque eos vigore Juris, ut par eſt, agendi: hac forma tamen, ut pars talem Syndicatum proponens, affini noſtro Archiepiſc, Moguntino Electori, duobus menſibus ante primam Maij ſignificet, tuncque nobis idem Archiepiſcopus aut abſentibus nobis dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, Electoribus quoque Principibus, Prælatis, Comitibus & civitatibus, ad annuam viſitationem ordinatis ſcribat, nobis, illisque indicet, petendo, noſtros Commiſſarios, ſuosque præcipuos, expertos, gnaros, & eruditos conſiliarios mitti, in ea cauſa vigore Juris agendi, æquitatemque præſtandi, ac eum in modum procedendi, quo ſuprà de reviſione conſtitutum eſt, aliasque juxta hanc noſtram ſanctionem, & Imperii communia Jura, fieri decebit.

Archiepiſcopo Moguntino Electori, pars Syndicatum proponens duobus Menſibus ante primam diẽ Maji ſignificet.

TIT. LIV.

Quod Proceſſus in aliis caſibus prout de Iure communi ſervetur.

Jus commune habeat ubique locum.

SAncimus, ordinamus, ac volumus, ut in omnibus & ſingulis caſibus, de quibus ſpeciatim & expreſſè in hac conſtitutione Judicialis Proceſſus non eſt proviſum cautùmve, Jus commune locum habeat, cujus virtute agatur quoque & procedatur.

2. Hæc omnia & ſingula ſupraſcripta, nos, Carolus Imperator, & Ferdinandus Rex, cum Electoribus, Principibus, & Statibus inter nos mutuo ac reciprocè ita ſervanda, & exequenda univimus, concordavimusque. In cujus teſtimonium Imperiale noſtrum Sigillum ex vera ſcientia ad hanc ordinationem conſtitutionemque appeodi fecimus.

3. Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites & Domini, item Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, & ſacri Imperii liberarum ac Imperii civitatum nuncii & Mandatarii fatemur palàm, omnia & ſingula ſupraſcripta puncta & articulos ex noſtra vera notiooe & ſcientia, voluntate, & conſilio ſuſcepta, facta, erecta & concordata eſſe conſentientes in ea vigore ac vi harum literarum. In teſtimonium hujus, nos Dei gratia Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, Fridericus Palatinus Rheni, uterque Elector noſtro ac noſtrorum coëlectorum nomine. Nos Otto Cardinalis & Epiſcopus

pus Auguſtanus, Wilhelmus Palatinus Rheni, &c, noſtro & Eccleſiaſticorum ſimul ac ſecularium Principum nomine, Gervuigus Abbas in Weingarten, noſtro & Prælatorum nomine, Wilhelmus Truchſes Dominus in Walsburg, Comitum & Dominorum nomine. Et nos Burgimagiſtri & Conſulatus civitatis Auguſtæ noſtro & liberarum Imperii civitatum nomine, noſtra ſigilla ad hanc Judicii Cameræ ordinationem appendi fecimus. Datum & actum in noſtra & ſacri Imperii civitate Auguſtana ultima die menſis Junii, à Chriſti Domini noſtri nativitate Anno Milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo, Imperii noſtri viceſimo octavo, ac Regnorum noſtrorum triceſimo tertio.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI

Anno Chriſti 1548.

REFORMATIO ECCLESIASTICA,

Statibus Imperii in Comitiis Auguſtanis propoſita, & ab eiſdem probata & recepta, Anno Domini M. D. XLVIII.

CArolus Quintus, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, &c, Univerſis & ſingulis noſtris & ſacri Romani Imperii Electoribus & Principibus Eccleſiaſticis, N, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis, cujuscunque gradus, dignitatis & præeminentiæ exiſtant. Gratiam noſtram & omne bonum. Venerabiles Electores, Principes, & Conſanguinei noſtri chariſſimi, ac Honorabiles, devoti, dilecti. Gratiſſimum nobis fuit, placuiſſe Dilectionibus veſtris, & vobis conceptam Reformationem, ex qua diſciplinam Eccleſiaſticam, multis partibus deformatam, priſtinæ dignitati ac nitori reſtituere pro virili veſtra ſtatuiſtis: cupientes ea parte ſolicitudinis, quam ſuſcepiſtis è manu Domini, afflictis Imperii rebus ſuccurrere, & omni ſtudio ac diligentia collapſam pene Religionem erigere, ac confirmare. Quam veſtram voluntatem, egregiam ſane ac piam, ut perſpectam ante habuimus, & nunc libenter agnoſcimus, ita quoque deinceps in ipſa rerum adminiſtratione operam veſtram futuram ſtrenuam ac diligentem nobis pollicemur. Ideoque ne pius hic exercendæ Reformationis calor longa temporis dilatione refrigeretur, valde nobis probatur, quod in hoc ipſum de celebrandis Synodis Diœceſanis, ad feſtum Divi Martini diem proximum conſtituiſtis. Nam Provinciales ut ante Quadrageſimam omnes abſolvantur, videtur omnino neceſſarium, quod erit facile iis, quibus Provinciæ non ſunt amplæ, iis verò quorum Provinciæ latius patent, non ita difficile, ſi Suffraganei, & quos convenit intereſſe, in tempore admoneantur, & convocentur. Eam verò moderationem, quam quibuſdam locis adhibendam eſſe cenſuiſtis, quæ jam ipſi Reformationi appoſita eſt, nobis quoque eſt viſum, & rerum ipſarum conditioni, & temporibus his convenire. Quod verò petitis, ut literis noſtris agamus cum ſummo Pontifice, ut ſe ad progreſſum hujus operis ſancti ac neceſſarii, aliquot Reformationis locis accommodet, illis videlicet, ut Coadjutores qui examine explorati, indigni deprehendantur, ſummoveri poſſint, ut Beneficiorum & Epiſcopatuum pluralitas refrenetur, ut Præpoſituræ, & aliæ quædam Dignitates, Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, ad Articulum illum Reformationis revocentur, qui ſtatuit non niſi idoneos & examine probatos ad ejuſmodi Dignitates eſſe admittendos, ut locorum Ordinarii corruptos mores reformare, & exceſſus corrigere poſſint; non obſtante exemptione, aut privatis perſonis, aut Capitulis Eccleſiarum per Sedem Apoſtolicam conceſſa, aliiſque nonnullis. Nos quidem, quoad noſtra fieri poterit, diligenter agemus cum ipſius Sanctitate, ut in re tam juſta & neceſſaria, officio ſuo defungi velit. Datæ in Civitate noſtra Imperiali Auguſta Vindelica, die nono Menſis Julii. Anno à nativitate Domini, Milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo: Imperii noſtri vigeſimo octavo, & Regnorum noſtrorum trigeſimo tertio.

CAROLUS.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

V. A. Perrenot;

Jo. Obernburger. ſubſct.

FORMULA REFORMATIONIS PER CÆSAREAM MAJESTATEM STATIBUS ECCLESIASTICIS IN COMITIIS AUGUSTANIS AD DELIBERANDUM EXHIBITA, ET ab eiſdem probata & recepta.

Lectum Auguſtæ Vindelicorum, 14. Junii, Anno &c.48. pro Statibus Imperii Eccleſiaſticis.

UT abuſus & ſcandala, propter quæ Deus iratus ſeveriter adeo Eccleſiam ſuam caſtigat, tollantur, reformenturque Cleros & populus juxta ſacros Canones, traditiones majorum, & ſacræ ſcripturæ normam, (quantum ejus per hanc tempeſtatem fieri poteſt) donec Concilium generale diſſidiis & abuſib. modum ponat, inprimis neceſſarium eſt, ut redintegretur repurgeturque ordo Eccleſiaſticus, quo confuſo, indiſcreto & incerto, tota Eccleſiæ facies confuſa eſt, & variis jactatur modis.

CAP. I.

De ordinatione & electione miniſtrorum Eccleſiæ.

PRiuſquam admoveatur aliquis ſacris Ordinibus, diligenter inquirendum eſt de fide, de moribus, de ſcientia, & ætate Ordines petentis.

Ex Concil. 11. Tolet. Cap. 10.

2. De fide quidem propterea, quod qui rectam fidem non tenet, ad fidei Sacramenta jure admitti non debet. Itaque diligenter ordinandus examinari debet, de hæreſibus hoc potiſſimum tempore jactatis, an in articulis hac tempeſtate controverſis, hoc ſynceriter credat, profiteatur, & ſemper retinere velit, quod Romana Catholica, & Apoſtolica tenet Eccleſia. Nam de ſepultis hæreſibus, & nuſquam emergentibus inquirere ſpecialiter operæ precium non videtur. Expedit tamen ſimul explorare affectum, quo ducatur ad gradus Eccleſiaſticorum Ordinum petendos, & an propoſitum ejus pium, ſanctum & firmum ſit.

1. Timoth. 3.

3. Mores autem conſtare, & probari debent, fideli ac certo teſtimonio Parochi, Præceptorum & proborum virorum, apud quos majorem vitæ partem ordinandus exegit: cum beatus Apoſtolus requirat, *ut habeat teſtimonium bonum ab eis etiam qui foris ſunt, & ſit ſine crimine, irreprehenſibilis, juſtus, ſanctus, ſobrius, continens, pudicus, prudens, modeſtus, benignus, ornatus, non ſuperbus, non litigioſus, non iracundus, aut percuſſor, nec vinolentus, aut turpis lucri cupidus, &c.*

In concil. Rom. ſub Hilario Papa cap. 3. In Concil. Neocæſa. can. 11.

4. Scientia ſaltem explendis miniſteriis, ad quæ ordinatur, ſufficiens conſtare debet, non titulis, quos mercatus ſit quiſpiam in Gymnaſiis, aut ab aliis dignitatum & titulorum venditoribus, ſed diligenti ejus examinatione.

† Rigorem Canonum de ætate ordinandorum temperat neceſſitas. Gelaſi. in epiſtola decre. ad Epiſcopos Lucanos, Brutios & Siculos.

5. Licet autem Canones antiqui ſtatuerint, ut ante trigeſimum ætatis annum, nemo † in Epiſcopum vel Presbyterum ordinetur, miniſtrorum tamen inopia, poſt tam latam hujus ordinis ſtragem hodie poſtulat, ut qui alioqui dignus eſt, in anno vigeſimo quinto, ab hoc ordine non repellatur.

:: C Tāt Dam. dict. 18. 1. Timot. 5.

6. In his omnibus ſolerti cura advigilare debent Epiſcopi: :: Nam ad illos præcipue pertinet ordinandorum examinatio, dicente Apoſtolo: *Manus nemini cito impoſueris*, aut ſi per valetudinem & cauſas, Deo Judice (cui ſunt ordinationum ſuarum daturi rationem) dignas id nequeant, curent ſaltem per idoneos Vicarios & viros pios, ſacrarumque literarum, Canonum & traditionum Eccleſiaſticarum peritos fieri: Ne ſpectacula tantum inquiſitionum edantur, aut teſtimonia ſubornentur non legitima, nec idonea, * aut ſuperficialis tantum & perfunctoria fiat examinatio, ſed diligens & ſeria, cum proclamatione præcedente ad plebem Parochiæ, ubi ordinandus habitat, ſi commode fieri poſſit, nulluſque ſit ab examine illo liber.

* Ordinatos indignos abſque examine Eccleſia abjicit. Vide can. 9. concilii Niceni, & eundem allegatum in ſexto concilio Carthaginenſi.

†7. Ad Epiſcopatum nemo aſſumi debet, niſi ſit ſacerdos, aut promittat ſe velle gradus, quos nondum habet, omnes in proximis ordinationibus, abſque fraude, dilatione, aut tergiverſatione ſuſcipere.

8. Ad prælaturas ſoli digni atque idonei deſignandi ſunt & admittendi; qui idonei ſint examinatio probabit, ſi tales inveniantur, ut eorum comparatione, illi quibus præficiuntur, grex merito dicantur.

9. Ad Eccleſias Parochiales nemo provehatur, niſi ſciat & velit populum docere, & verbum Dei pro captu ſuorum prædicare.

10. Epiſcopi & Archidiaconi deſignatos, ſive per electionem, ſive per collationem, non prius inveſtiant, nec ad Eccleſiæ munera ſubeunda admittant, quam exploratum ipſis diligenti examine ſit, eos eſſe idoneos, & vocationi ſuæ pro virilibus ſe ſatisfacturos polliceantur.

† Diſtin. 60. Nullus in Epiſcopum. Ibidem: Nullus in præpoſitum.

11. Nulla pro examinatione exigatur pecunia, cum ad hæc tam neceſſaria officia habeant Epiſcopi, & ad quos examinatio pertinet, ampla ſatis ſtipendia.

12. In eis quoque qui ad Eccleſiaſticas dignitates, curas, vel beneficia per Coadiutorias aut reſignationes contendunt, eadem cura quæ in electione & collatione exigitur, eſt adhibenda; nec recipiendi aut admittendi ſunt hujuſmodi homines, niſi examinatione præſcripta comprobentur idonei, quales ſi non fuerint, qualecunque ſit reſignatum illud Beneficium, vacabit, & adſciſcendus erit alius in rejecti locum.

CAPIT. II.

De ordinum Eccleſiaſticorum officiis.

CUm duplex ſit poteſtas, una Eccleſiaſtica, alia Temporalis, quæ longo diſtant intervallo, Epiſcoporum Germaniæ pars maxima, præter Eccleſiaſticam, etiam temporali præditi ſunt. Eſt autem præpoſterum, & vocatione eorum indignum, res temporales ſpiritualibus præferre & rebus ſecularibus ſedulo intentos eos Principes tantum agere, curam vero Eccleſiaſticam omnem rejicere in Vicarios, dicentibus Apoſtolis: *Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Ita ergo eis vita inſtituenda eſt, ut appareat eos Epiſcopos potius quam Principes eſſe: & cœlum potius, quàm mundum hunc cogitare.

Actorum 6.
Ex Concil. 4. Carth. cap. 15.

2. Eſt autem proprium Epiſcopi officium, regere Eccleſiam Dei, quam ſibi Chriſtus acquiſivit ſanguine ſuo; ad quod pertinet paſcere oves ejus cibo verbi Dei, Sacramentis, & exemplis, confirmare baptizatos, examinare, & ordinare Eccleſiæ miniſtros, Synodos celebrare. Viſitare ſuam provinciam, & lupos ab ea abarcere. Quæ, ſi fidelis & bonus Paſtor eſt, per ſe potius, quàm per Vicarios, quantumvis pios & doctos, pro ædificatione Cleri, & populi ſui obibit, niſi aliqua legitima cauſa impediatur.

Actorum 20.

3. Debet igitur omnium ovium ſuarum habere curam, ſed præcipue cooperatiorum, per quos regit oves, & diſpicere, ut ſuum quiſq; munus fideliter in Eccleſia exequatur. Etſi enim omnes oves noſſe ſupra naturæ vires ſit, Compaſtores tamen, & in opere Dei Coadjutores ſuos ut cognoſcat, eſt opus, ut ſciat quomodo præſint, quid doceant, quomodo Traditiones & ritus Eccleſiaſticos ſervent, quomodo vivant, ædificent, an corrumpant gregem. Ex iis enim pendet diſciplina & ſalus populi. Sic poterit deſides & torpentes arguere, inutiles removere, & corruptores perniciosos & ſcandaloſos etiam plectere.

4. Pertinet quoque ad Epiſcopum ſolicitè invigilare, ne lupi gregem invadant, quibus ſeſe objicere pro grege fortiter & ſtrenue debet, eoſque abigere ac perſequi, nec ferre, ut doctrinis novis & peregrinis, aut per dulces ſermones corrumpantur, atque à veritate abducantur oves, pro quibus Chriſto daturus eſt rationem.

Johan. 10.
Hebr. 13.
Rom. 16.

5. Archidiaconus, quos alii Chorepiſcopos, alii Archipresbyteros, alii Decanos appellant rurales, quocunque cenſeantur nomine, in partem ſolicitudinis conſtituti ſunt & vocati, ut certæ regiunculæ Paſtoribus ſeu Parochis, ne in officio negligentes ſint, ſuperintendant. Horum eſt Synodis Epiſcopalibus intereſſe, referre & exponere illic ſuæ portiunculæ ſtatum, & una cum patribus conſulere ac decernere Synodalia decreta & ſententias, placita quoque Epiſcoporum publicare curæ ſuæ Parochis, & exequi, & præter Confirmationem & Ordinationem, & propria ſolius Epiſcopi munera, ea omnia præſtare in ſuo territorio, quæ in Diœceſi Epiſcopus (cujus ſunt oculi) ſolicitè invigilantes, ut ſi quid adverſus fidem pietatemque Chriſtianam emergat, Epiſcopo idipſum, ad quem cura prima pertinet, ſignificent.

Ex epiſt. decret. Leon. ad German & Galliæ Epiſcopos de Chorepiſcopis.

6. Parochi diſpenſatores ſunt verbi Dei, & ſacramentorum, qui ut fideles inveniantur, debent frequenter populum de his quæ ad fidem & religionem noſtram pertinent docere, eoſque inſtruere ut norint quid credere & quomodo converſari ac vivere in ſua quiſque vocatione debeant. Adminiſtrare quoque debent Sacramenta, & eorum gratiam myſticam exponere. Arguere eos quorum publica ſunt peccata publice, occulte vero delinquentes in privata confeſſione: & in omnibus ſe non ſegnes aut cæcos ſpeculatores exhibere: Ne ſint velut canes muti non valentes latrare, ſed quaſi tuba annuncient populo peccata, & ad converſionem & pœnitentiam eos adducant. Incorrigibiles vero & præfractos referre debent ad majores, vel publica ſatisfactione curandos, vel ab Eccleſia proſcindendos. Debent quoque parochi parvulos, quæ eſt pulchra Eccleſiæ portio, & apta diſciplinæ pietatis, non negligere: Sed eos ac rudes quosque ſuæ Parochiæ, certis temporibus inſtruere, & catechizare: ut diſcant Symbolum, Precationem dominicam, Salutationem angelicam, & Decalogi præcepta. Aut certe habere Sacellanum, aut Pædagogum, per quos officia iſta minora præſtent: Ut verò totam curam in Mercenarios rejiciant, Canones non permittunt.

1. Corinth. 4.
Eſaiæ 56.
Eſaiæ 58.

CAP. III.

De officio Decani & Canonicorum.

IN Collegiis ubi diverſi ſunt miniſtrantium gradus & ordines, Decanorum eſt exemplo ſuo præcedere, verbo monere & provocare Collegii ſui Clericos & familiam, ut ſuæ quiſque functioni graviter incumbat. Et eo, ad quem deſtinatus eſt loco, miniſtret in divinis, & Collegii rebus, neque enim ut torpentes vacent, ſed ut muneri ſuo ſatisfaciant, & vitam ducant appellatione ſua dignam, conſtat Clericos ordinari. Debet itaque Decanus continere Clericos, in decenti, ac ordinata officii divini perſolutione, in vitæ & morum honeſtate, in religioſo habitu, in diſciplina, in lectione & ſtudio ſacræ ſcripturæ, quo Pſalmodiæ, preces, officia divina, & Ceremoniæ ſtatis horis ad laudem Dei, & populi ædificationem, ſecundum inſtituta Patrum, digna Majeſtate perſolvantur. Inobedientes vero & ebrioſos, luxui indulgentes, Aleatores, Percuſſores, Scortatores, & officium negligentes, publice arguere, ſeveriter corripere, ſacris abarcere. Multare etiam proventu & diſtributionibus, pro exceſſuum gravitate, juxta poteſtatem, qua de jure & conſuetudine Eccleſiarum funguntur.

Ex Concil. Later. can. 7.

2. Scholaſticorum eſt docere indoctos, eoſq; in his, quæ ad pietatem & cultum Dei pertinent, erudire, aut curam hanc procurare. Præſertim verò juventutem regere, eiſque idoneos ac probos præfi-

cere Pædagogos. Sint Scholaſtici viri graves, qui juventutem Eccleſiæ miniſteriis deſtinatam in poteſtate habeant, & curent, ut ſub eorum diſciplina, doctrina, pietate, & morum honeſtate imbuantur, & caveant, ne emancipent, aut ad Capitula tales præſentent, quos propria vitia rejiciunt. Sic Cantorum eſt, modum dare eis, quæ in Choro canuntur, ac intonare. ſic Theſaurarii, ſic Succentores, ſic Vicarii, & reliqui miniſtri omnes, debent ſuo quiſque loco, quod eis ex nomine vel officio, vel præſidentium mandato incumbit, diligenter obire, quo decenter ac ordinate omnia fiant inter eos.

3. Canonici omnes debent in his, quæ ad cultum divinum, obſervationem Canonum, & mores bonos pertinent Decano ſuo humiliter obedire, divinis omnib. intereſſe, modeſtia, gravitate, pietate, eleemoſynis, & bonis exemplis populum ædificare. Non deambulare in templo divinorum tempore, nec confabulari, oculos habere pudicos, inceſſum minime faſtuoſum, Eccleſiaſticum officium, cujus gratia beneficium percipiunt, ultro, promte, & reverenter perſolvere ac adimplere: Ut dum ore canant, cantent & mente: Et ita ne videantur tanquam conducti mercenarii trahi, & pecuniæ potius quàm Deo ſervire, & magnarum diſtributionum tempora anxie, minorum negligentes obſervare, ac ſi ſtipendium præcedere officium debeat, & non potius ſequi.

4. Quo vero doctis & claris viris Collegia ornentur & vigeant, Decanus & Collegium ſtudioſos aliquos, qui ſpem bonam de ſe præbent, debent mittere ad Academias & Univerſitates celebres & Catholicas, ac ſtudiis eorum dare ſufficiens tempus, ac interim eos habere pro præſentib. in Collegio, aut ſane quantū pro victu & libris eis ſufficiat, ſuppeditare. Qua in re ſi negligentes fuerint, poterunt Epiſcopi authoritate ad hoc compelli. Curent tamen Eccleſiarum Prælati de iis qui ſtudiorum cauſa abſunt, diligenter cognoſcere. Et ſi comperierint eos negligentes, aut perverſis morib. deditos, ſumptus antea dari conſuetos, eis ſubtrahant, & in alios melioris ſpei juvenes, eoſdem transferant.

CAP. IV.

De horis Canonicis & Pſalmodiis.

De celebrat. Miſſarum can. Presbyt.

IN cultu divino poſt Miſſæ ſacrificium in Eccleſia primas tenent preces Canonicæ, in horas ſeptem diſtributæ, ad quarum obſervantiam, qui majoribus Ordinum gradibus ſunt initiati, ſeu de beneficiis gaudent Eccleſiæ, præcipuè obligantur, quo preces, laudes, & gratiarum actiones Deo pro Eccleſia, cujus ſunt Miniſtri, cum gravitate & decentia modulentur atque perſolvant, & in lege ejus nocte dieq; verſentur. *Ideo enim de Altari edunt & participant, quia Altari ſerviunt.* Præpoſterum eſt autem, & tam naturæ quàm dignitati ac inſtitutioni cultus illius divini contrarium, velle curam hanc ad poſtremos tantum Ordines aut conductitios Succentores rejicere.

1. Corinth. 9.

Ex concil. Agathen. can. 30.

2. Forma autem cantionum & precum illarum quondam ab antiquæ Eccleſiæ patribus, & poſtremu à beato Gregorio, aliiſq; Eccleſiæ Rectoribus purior tradita, ordineq; præſcripta eſt. Verum, ad hanc temporum vitio multa inepta, apocrypha, parumq; ad ſyncerum cultum pertinentia, non negamus irrepſiſſe. Quod ipſum & Breviariis (quorum uſus permiſſus eſt, propter eos, qui juſtis impediti negotiis, choro nequeunt intereſſe) uſu venit, quæ operæpretium erit, ut à viris doctis & piis (quos Epiſcopi interim in ſua Diœceſi ad hoc dare debeant) emendentur, & reducantur ad puriorem & antiquiorem ritum, nec tamen modus, quem nunc Eccleſiæ in precibus Canonicis ſervant, mutetur, ſed in locum eorum, quæ emendatione indiguerint, meliora & puriora reponantur, quo ſancta, authentica, & officio divino digna ſint omnia, quæ horis illis recitantur. Epiſcopis verò cura hæc relinquenda videtur, ut de hac re diligenter cogitent, ſi quid forte de Sanctorum hiſtoriis in eum uſum publicari poſſit, quo Eccleſiæ Germaniæ interim recte in lectionibus Matutinalibus uterentur, donec ea de re per Concilium generale ſtatuatur.

Ex concil. Mileviano. c. 12.

3. Expediret ad hæc frequentes earundem precum & Pſalmorum in una die repetitiones, memorias item quæ ſuffragia vocantur, quibus ad faſtidium uſq; pleriſq; in locis Sacerdotes gravantur tollere, quo prolixitas neminem ab illis quæ ſecundum feriarum & temporis curſum, dicenda erant, deterreat, aut ad ea impellat, quæ de Sanctis, breviore quidem compendio, at fructu nonnunquam minori, dicuntur. Horæ tamen Canonicæ integrè permaneant, ſublatis tantum acceſſionibus quibuſdam, quæ minus neceſſariæ videntur, idque auctoritate ordinaria Epiſcoporum, ita tamen ut voluntates fundatorum firmæ permaneant.

CAP. V.

De Monaſteriis.

EO maximè dolendum eſt, Monaſteria multa in Germaniis exciſa, & everſa, quædam etiam ſponte deviaſſe ab inſtituto, & vix pauca reſtare, ut olim integra, quod Monaſteria apud Patres noſtros officinæ erant, cultus divini, & pauperum quædam Cellaria, in quibus unius voti ac profeſſionis homines certis horis die noctuq; Deum Pſalmodiis & laudibus colebant, horas intercalares orationi, lectioni ſcripturarum ſacrarum, meditationibus rerum cœleſtium, & aliis ſtudiis piis & honeſtis dabant, Jejuniis ſe caſtigabant, & quod ſupererat, erogabant in pauperes. Quibus ſanè viis ad Evangelicam perfectionem contenditur. Hinc non modo leges, Canones, & ipſius naturæ jura, verum etiam tam neceſſitas publica, quam Monaſtici inſtituti Sanctitas efflagitant, ut reformentur & quantum fieri poteſt, reparentur & conſerventur.

Ex concil. Aurelianen. cap. 21. & habetur 18. q. 2. Abbates pro humilitate.

2. Igitur Monaſteria cujuſcunq; ſint ordinis, quæ ab inſtitutis ſuis degenerarunt, debent ſecundum Regulas quas profeſſi ſunt, abſq; omni perſonarum reſpectu, à Viſitatoribus ſuis reformari, & Monachi in obedientia & religione ſui Ordinis contineri. Repugnantes verò, & Reformationis impatientes, ſine exceptione ad eam ſubeundam cogi. Quod ſi Viſitatores ad hoc non ſufficiant, debent aut Ordinarii, aut Magiſtratus, vel Principis opem implorare.

3. Ad

3. Ad hæc debent Monaſteria opulenta reſtaurare apud ſe, intermiſſa ſtudia, præſertim ſacrarum literarum, ut habeant Monachi quotidie lectionem aliquam ſacræ ſcripturæ illuſtratricem, qua devotionem ſuam alant, ſeque ad pietatem continuam exerceant, & ſe ad prædicationem Verbi divini aptos efficiant. Ubi vero pauci ſunt Monachi, idemque inopia laborant, debens nihilominus unum vel duos mittere ad aliud Provinciæ ſuæ Monaſterium, ubi ſcholæ reſtitutæ ſunt, qui in literis ſacris ſimul & in religionis obſervantia, illic inſtituantur & proficiant.

4. Non exerceantur Monachi rebus prophanis, ſed in locis, ubi ſe Deo devoverunt, permaneant, niſi forte ad concionandum, vel ſacra peragenda, aut ad aliud Monaſterium à ſuis prælatis mittantur, aut ad curam animarum, ab ordinariis locorum evocentur, de conſenſu Prælatorum ſuorum, ſub quorum obedientia nihilominus manere debent, qui poſſint eos corrigere & revocare. Sic tamen ut Prælati ordinum, Epiſcopis in hac neceſſitate non deſint: Tempore vero quod eis à divinis & lectionibus reliquum eſt, ſemper pii & honeſti aliquid agant, ut eos ſemper inveniat Diabolus occupatos.

5. Non debent item Monachi, quamvis opulenti, & Regalibus dotati munificentius, ocioſos & vanos facere ſumptus, nec familiam ſuperfluam, nec equos, ad faſtum & pompam potius quàm ad neceſſitatem, Principum more nutrire, magiſque ſecularem quàm religioſam ducere vitam, ſed in humilitate vivere frugaliter, & quæ ultra neceſſitatem ſuperſunt, in pauperes & educationem ſtudioſorum, quo poſſint Eccleſiæ Chriſti olim uſui eſſe, utiliter expendere. Idque cum authoritate Ordinariorum loci, ſi illis ſint ſubdita Monaſteria, aut habeant jus viſitandi eadem. In cæteris fiat hoc per eorum Prælatos.

6. At ubi per hanc tempeſtatem vel exciſa ſunt Monaſteria, vel exhauſta Monachis & deſerta, debent Viſitatores initio duos aut tres bene inſtituros, ac probæ vitæ Monachos illò mittere, qui Monaſticen rurſus introducant, & quantum fieri poterit, omnia reſtaurent.

7. Monialibus continentiam profeſſis nequaquam Monaſteriorum ſuorum ſepta egredi liceat, De ſtatu regu-
ſed in eis latere debent, ac ſoli Deo pudicitiæ amatori, cui ſe conſecrarunt, quemque repudiatis hu- la. in 6 cap pe-
jus ſeculi amatoribus præoptarunt, ſe conſervare illibatas, nec item patere debet eis virorum con- riculoſo.
ſpectus, aut viris permitti, ut Monaſterium ingrediantur, niſi inevitabilia neceſſitas requirat. Ex con. Epaunen. Can. 38.

8. Cum non detur autem eis ſuaſmet res foris procurare, Oeconomum ſibi deligere poterunt fi- In Sext. de ſta-
dum, frugalem & honeſtum, qui debeat eis & Viſitatori quater in anno, & quoties poſcitur, reddere tu regul. c.
negociorum ſuorum rationem. Quod ſi inutilem eum, aut gravem, vel infidum experiantur, pote- Porro oe Mo-
runt eo amoto alium ſurrogare. niales.

9. Quæ vero continentiæ ſtudium ſectantur abſq; voti profeſſione, & vitam in Collegiis ducunt re- Ex con Mo-
ligioſam, quales vocantur Canoniſſæ, etiamſi non habeant (quam tamen decentiſſimum eſſet habere) gunt. can. 13.
menſam communem, ſed ſuam quæq; peculiarem, debent tamen commune habere dormitorium, ne Ex conc.
pudicitiæ inſidiatori Sathanæ detur occaſio, ad incontinentiam tentandam. Debent quoque à nimia Rom. ſub Eu-
exquiſito & procaci habitu abſtinere, nec ſeculariter comptis incedere veſtib. exculta, ſed in habitu genio a. Can. 3.
modeſto, mundo & caſto, ut ſint earum Monaſteria ſcholæ pudicitię, & virtutum, in quibus filiæ No- 1. Timoth. a.
bilium diſcant non laſcivire, non ſuperbire, ſed Deum timere, orare, & piis aſſueſcant exercitiis, ac mo- 1. Petr. 3.
ribus bonis: ubi voluerint, nupturæ in Domino. Talia autem Collegia, ſicubi in his virgines ob liberiorem vitam famam ſuam in periculum adducant, per Superiores & Epiſcopos reformentur.

CAP. VI.

De Scholis & Univerſitatibus.

SCholæ ſeminaria ſunt, non Prælatorum tantum & Miniſtrorum Eccleſiæ, verumetiam Magiſtratuum, & eorum qui conſiliis ſuis Reſpublicas gubernant, quæ ſi negligantur aut depraventur, neceſſe erit & Eccleſias, & Reſpublicas inde periclitari: propterea de earundem inſtauratione magna cura habenda eſt.

2. In primis igitur, ubi extant fundatæ authoritateque Ordinaria probatæ Univerſitates ſeu Academiæ, debent deſtinata Præceptorib. & ſtudioſis beneficia & ſtipendia, Privilegia item, & immunitates, atque exemptiones à vectigalibus, exactionibus, collationibus & oneribus publicis, tam diſcipulis quam Præceptoribus, ante omnia tuta conſervari, nec ab ullo hominum, quantavis poteſtate ſit præditus, infirmari, infringi, aut aliò converti, quam deſtinata ſunt. Quod ſi Proviſores Beneficia huc deſtinata, in alios contulerint, irrita debet haberi, & eſſe Collatio. Et qui damnum Univerſitati intulerint, ad ſatisfactionem compelli.

3. Curandum eſt in ſingulis Academiis, ut non niſi probati Autores in artibus & diſciplinis, auditoribus prælegantur, atque ut Doctores & Magiſtri, qui doceant juventutem probi ſint Catholici, & de Religione Chriſtiana bene ſentientes.

4. Ad hæc qui in numero Studentium volunt haberi, & privilegiis Univerſitatum frui, ac gaudere, non debent privilegiis & libertate ſua abuti, ſed ſub obedientia & diſciplina vivere Rectoris, qui eos delinquentes, & ſtatuta prætergredientes, præſertim rixantes, ſeveriter corripere, & pro modo delicti plectere debeat.

5. Nulla re magis Eccleſiæ, publicæque utilitati conſulerent, quàm ſi ſummus Pontifex, & Collatores ordinarii, ſecundum Concilii Baſilienſis placita, Academiis puriorib. & incorruptis poteſtatem facerent, ſignificandi eis ſubinde viros literatos, ad regendum Eccleſias idoneos, quos ipſi quibuſcunque aliis minus idoneis in Collatione Beneficiorum, & præſertim Parochialium Eccleſiarum præferrent, modò tamen perſonaliter illi non detrectarent reſidere.

6. Ubi fundatæ non ſunt, debent ſingula Collegia ſecundum Decreta Concilii Lateranen, ut parva fuerint vel magna, ita Scholas parvas vel magnas apud Collegia erigere, quibus præficiant Magiſtros & Pædagogos incorruptæ vitæ, à quibus tam pietatis Chriſtianæ prima principia, quam rudimenta literarum incontaminata adhuc, & quorum libet ſtudiorum capax juventus hauriat: atque ubi multus eſt adoleſcentum numerus, in claſſes dividi poterunt. Debet autem eis prælegi hoc tantum, quod innocentiæ illius ætatis conveniat. *Væ enim ei, qui ſcandalizaverit unum puſillorum, qui in me credunt*, ait Chriſtus. Idcirco ſedulo cavendum, ne prælegantur eis libri obſcœni, ſuſpecti, aut contagioſi, eorum qui perfidiæ ſuæ virus, religioniſque & pietatis odium teneræ Juventuti ſuis ſcriptis, quæ per hanc tempeſtatem edidere, inſtillant.

7. Sed ubi Collegia non ſunt, debent in ſingulis Civitatibus eſſe Scholæ, quarum Magiſtri boni, honeſti, & docti ſunt.

8. Præter P--dagogia verò, habeatur in Collegiis Theologus, qui certis horis interpretetur Biblia, ac de re Theologica doceat juniores Canonicos, Vicarios, & alia Collegii membra, ubi quiſq; ad lectionem, ſuæ profeſſioni & inſtituto congruentem, tenebitur comparere. Huic vero quomodo & unde providendum ſit de victu, in Concilio Lateranen. conſtitutum eſt: Ita nimirum, ut unius Præbendæ proventus ei, donec in docendo perſtiterit, aſſignetur, ſi ſufficiat. Sin minus, ut aliunde ſuppleatur, & tantum huic, quantum ſatis ſit, ſuppeditetur.

CAP. VII.

De hoſpitalibus pauperum, infirmorum & Peregrinorum.

SAnctorum Patrum conſtitutionibus olim ſancitum fuit, ut bonorum Eccleſiaſticorum pars quarta cederet pauperibus. Hinc apud Collegia, & Monaſteria antiqua, hoſpitalia extructa ſunt, quæ nunc paſſim, aut in uſus alios ſunt converſa, aut jacent neglecta, non ſine gravi impietatis piaculo. Veriſimile eſt, cum Eccleſiaſtici, Patres pauperum haberentur & eſſent, fideliterque bona commiſſa diſpenſarent, Imperatores, Reges, Principes, & locupletes homines, permotos, ut tam amplis prædiis Epiſcopos, Collegia, & Monaſteria ditarint. Debent igitur Epiſcopi Collegia, & Monaſteria, rurſus ædes illas ſicubi collapſæ ſunt, inſtaurare. Ubi vero extant, conſervare, redditus quoq; ad eas deſtinatos, ac olim ſeparatos, de quibus conſtat, in nullum uſum alium convertere. Qui ſi forſan cum cæteris redditibus, & bonis alicubi confuſi ſint, & hodie ignorantur, debet nihilominus ædibus illis, de omnib ad infirmorum curam pertinentibus, ex ærario communi Monaſterii vel Collegii ſufficienter provideri, idque pro diſpoſitione Epiſcopi, aut Ordinarii Eccleſiaſtici illius loci.

2. Sic etiam reliqui Ordines, qui Hoſpitalia habent eadem ſtudeant conſervare.

3. In ejuſcemodi Hoſpitalia recipiendi ſunt viduæ Orphani, & qui verè ſunt pauperes, & ad victum quærendum ſibi non ſufficiunt, & potiſſimum ejus loci, ubi Hoſpitalia illa ſunt conſtituta, Peregrinis verò pro refectione, non inhabitatione aut in pauperum illorum fraudem, patere debent.

4. Cæterùm, ſicubi Reſpublicæ Civitatum, Municipiorum, aut Parochiarum ſuis civibus aut etiam peregrinis hoſpitalia conſtruxerunt, quorum ſibi retinuerunt proviſionem ac diſpenſationem, curandum eſt, ut Adminiſtratores dent Proviſoribus à Communitate delectis, quater in anno rationem, ne & iſta, caſu ſimili quo illa, pereant, & pauperum res per fraudem diſtrahantur. Superiorum vero omnium inſpectio ad viſitationem pertinet Epiſcopalem, aut Prælatorum, quibus de conſuetudine ejus loci cura hæc incumbit.

CAP. VIII.

De diſpenſatione verbi Dei & officio Eccleſiaſtæ.

COncionandi officium ſibi aſſumere nemo debet, niſi vocatus, & Ordinaria Eccleſiaſtica poteſtate admiſſus, dicente Apoſtolo: Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Pertinet autem officium illud ad Epiſcopos & Paſtores, quibus animarum cura incumbit. His tanquam ſubſidiarii Cooperatores, quatuor mendicantium Ordines ad prædicandum verbum Dei adjuncti ſunt. Permiſſum quoque ipſis eſt accire ad hoc Vicarios Sacerdotes, ſeu Sacellanos, quorum interdum opera utantur. At non temere debent ignotos quoſque aut vagos Sacerdotes & monachos abſque Prælatorum ſuorum teſtimoniis, ſeu formatis, ut vocant Canones, admittere, multo minus ſuſpectos de fide, aut flagitioſos Sacerdotes, aut Monachos fugitivos, per quos populus eis creditus ſeduci ac corrumpi facilius, quam recte doceri, poteſt.

2. Ad verbi Dei doctorem ſeu Concionatorem pertinet, ut Evangelium & ſacras ſcripturas ſinceriter tractet & doceat, non ſecundum ſenſum quem prius conceptum ipſe ad ſcripturas attulit, ſed juxta ſenſum & interpretationem ſanctorum, & orthodoxorum Patrum. Ita enim nec ipſe errabit, nec alios in errorem ſeducet. Hinc Canones ſuadent, Sanctorum Patrum Homilias, ſeu Evangeliorum enarrationes in Eccleſia recitari, in anniverſariis quoq; ſanctorum Martyrum diebus licebit ſecundum Africani Concilii Canones, recitare eorum paſſiones poſt Evangelia, ſi tamen certæ ſunt, & à fide dignis ſcriptoribus proditæ.

3. In Concione nihil prophanum, incertum, fabuloſum, aut illo indignum loco adferatur, nihil ſuſpectum, nihil inconſtans, nihil niſi quod tota probat Eccleſia, & à Majoribus acceptum eſt, ut ſic forma ſervetur, ſecundum præceptum Apoſtoli, ſanorum verborum, & doctrinæ ſanæ, quibus ſancti Patres & Eccleſia Dei, quæ Columna eſt & firmamentum omnis veritatis, conſueverunt.

4. A quæ-

4. A quæſtionibus item difficilibus & perplexis Eccleſiaſtes abſtineat, non oportet enim ad ingenii & eruditionis oſtentationem prædicare; ſed utiliter pro ædificatione populi. Idcircò debet ſe demittere ad captum auditorum, & nunc Catechiſtam agere, nunc interpretem ſcripturarum, nunc vitiorum reprehenſorem, nunc Doctorem Myſteriorum, & ſapientiam loqui inter perfectos. Omnibusque omnia fieri ad omnes Chriſto lucrifaciendos.

5. Nec ſit contentioſa declamatio aut rixoſa (*contendere enim verbis*, inquit Apoſtolus *ad nihil utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium*) ſed modeſta, ſobria, ſeria, gravis, nervoſa, qua potens ſit exhortari doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere. Caveat quoque ſcurriliter calumniari, ſcommata & dicteria in alios jacere, ſuum expuere livorem, & ſubſilire, in compoſitis moribus geſticulari, concitare plebem in abſentes, Clerum vel Magiſtratum. Qui etiam ſi reprehenſione dignum aliquid admiſiſſent, non eſt tamen illorum cauſa ad plebis judicium referenda, quin potius contra in omni concione admonendus eſt populus, ut pro Clero & Magiſtratu orent.

6. Subinde quoties locus opportunus incidit, facienda Concionatoribus eſt mentio miſericordiæ, charitatis & bonitatis Dei erga nos, quo dubitantes & anxios, ad bene ſperandum & amandum Deum inflamment. Ita tamen ut etiam juſtitiæ ejus, qua pro benefactis cœlum, pro malefactis Gehennam & æternum ſupplicium reddit, non obliviſcantur, quo malos à peccatis deterreant, & ad reſipiſcentiam, eleemoſynas, ſatisfactiones, & opera pietatis inducant, ne ſint, quales Pſeudoprophetæ, de quibus apud Ezechielem dicitur: *Deceperunt populum meum dicentes: Pax, pax, & non eſt pax,* Ezech. 13.
& ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum abſque luto, & abſque paleis, & temperamento &c.

7. Frequenter etiam per hanc emergentium undique hæreſium tempeſtatem confirmandus eſt populus, Catholicæ fidei doctrina, ut ſuppullulantes zizanias vitare queant. Hortandus ut verbum Dei attentus audiat, ſed à Catholicis & ſynceris, ne ſub melle verbi Dei propinet adverſarius ei aconita. Inſtruendus de Sacramentis, & eorum Myſteriis, ut eis ſecundum Eccleſiæ traditionem, ad ſalutem ſuam religioſè utatur, ut Miſſæ officio libenter interſit, votis Eccleſiæ vota ſua conjungat, cum Sacrificium offerente Sacerdote, ipſe quoque mortem Chriſti pro peccatis ſuis, cordis urſum elevati manibus Patri offerat, frequenti confeſſione ſe expurget, corde mundo & avido ſalutarem corporis Chriſti cibum excipiat, diebus feſtis, ſanctis tantum incumbat operibus, Breviter ad omnia pietatis Chriſtianæ exercitia ipſum inſtruat & formet, inculcet quoque ſedulò Decalogi præcepta, eaque explicet. Ad quod etiam proderit Catechiſmum ſæpius relegere.

8. Ad poſtremum, & tamen ante omnia meminerit Eccleſiaſtes, ut exemplo Pauli caſtiget corpus ſuum, & in ſervitutem redigat, ne ubi aliis prædicaverit ſalubriter, eosque ad pietatem adduxerit, ipſe ſervus ſit ventris & peccati, ac reprobus efficiatur.

CAP. IX.

De adminiſtratione Sacramentorum.

Eccleſia quæ ſola Sacramentorum theſaurum à Chriſto accepit, novit etiam verum ac legitimum eorum uſum, cuſtoditque ſubſtantialia ipſorum immutata. Ceremonias verò, quas plerumque ſignificationis aut pietatis excitandæ gratia, vel ipſa inſtituit, aut ex Traditione Apoſtolica accepit, & orationes ſolennes, ac Ritus in adminiſtrando pro utilitate & ædificatione Eccleſiæ, mutare poteſt & ſolet, quam tamen poteſtatem nemo privatus ſibi uſurpare debet, ſed potius ſequi in omnibus receptam uniformitatem, tum ob reverentiam atque obedientiam, quæ debetur ſacris Canonibus, antiquis Traditionibus, & Imperatorum piiſſimorum legibus, tum ad confuſionem & Schiſmata in Eccleſia Dei vitanda, juxta illud Apoſtoli: *Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.*

2. Ne verò hæc tanta Dei beneficia, quæ ad omnium ſalutem à Chriſto inſtituta ſunt, ignorentur aut putentur otioſa eſſe ſpectacula, nec ſuo habeantur loco, vel etiam indigne tractentur, debet populus in eorum adminiſtratione (ubi commodè fieri poterit) frequenter etiam in concionibus, ubi inciderit locus, doceri, quid in Sacramenti cujusque collatione agatur, quis ſit ejus fructus, quid velint ſigna externa, quomodo Dei virtus præſens, inviſibiliter eis adſit, quomodo etiam dignè vel indignè percipiantur, & iis ſimilia.

3. Rectius in Eccleſia Occidentali Sacramenta lingua latina quàm vernacula celebrantur. *Conſervatur enim Myſteriis* (ut Baſilius ille Magnus ait) *ſilentio ſua auctoritas atque Majeſtas.* Quod autem putavit quidam omnium referre, ut Sacramentorum Myſteria, lingua omnibus intellecta, peragantur & adminiſtrentur, quo gratia DEI, quæ illic operatur, cognoſcatur ab omnibus, arbitramur hoc commodius fieri poſſe concionibus frequentibus, ad populi captum demiſſis, quàm paucis illis verbis, quibus in Sacramentorum celebratione Eccleſia utitur, iisdemque Myſticis & ſacratioribus, quàm ut à quovis è vulgo ſtatim intelligantur. Et ſanè ante viluiſſent vulgo Sacramenta, lingua vernacula celebrata, quàm ut ſuo habeantur loco, debitaque veneratione colantur, quippe quòd ea quæ captum, ingeniumque noſtrum excedunt, attentius miremur atque obſervemus: intellecta verò propemodum negligamus, attamen ut in Baptiſmo Abrenunciationes & Profeſſiones fidei, ſecundum antiquas Agendas, & in Matrimonio, ſicut hactenus conſuetum eſt, fieri in Eccleſia Catholica, conſenſus contrahentium, lingua vernacula requirantur, non improbamus.

CAP. X.

De adminiſtratione Sacramenti Baptiſmi.

QUemvis orationes illæ ſolennes & Ceremoniæ, quibus circa Baptiſmum Eccleſia utitur, non ſint Sacramento eſſentiales, non poſſunt tamen abſque gravi Sacrilegio contemni, nec omitti ſine Schiſmate, aut animæ periculo, niſi facultatem eripiat neceſſitas. Statim enim à tempore Apoſtolorum cœpit conſuetudo illa, quam Eccleſia huc uſque religioſè obſervavit, ut baptizarentur fideles in aqua, invocatione nominis Chriſti, ad baptizandum benedicta, & prius exorcizaretur, exſufflareturque contraria poteſtas, & ſignum crucis fronti baptizandi imprimeretur, aureſque ei aperirentur, ad audiendum deinceps verbum Dei, & ſal ſapientiæ ſignificativum ori injiceretur, & Diabolo per ſe, vel Sponſores ſuos abrenunciaret, profitereturque Symbolum Apoſtolicum, & in pectore, ac ſcapulis tanquam novus Athleta inungeretur, cui contra Diabolum pugnaturo, & cordis (quo creditur ad juſtitiam) conſtantiæ opus eſt, & corporis robore, ad mandata Dei opere implenda. Ac poſt immerſionem jam Chriſto incorporatus in vertice ungebatur, induebaturque veſte candida, cuſtodiendæ innocentiæ ſigno, atque ita præferebatur ei cereus ardens, tanquam per tenebres mundi in luce ambulaturo. Quibus Ceremoniis ſignificatur, quid tota vita exercere, meditari, cogitare, & operibus implere debeant Baptizati. Ideo ſæpius debent hæc populo exponi, ut profeſſionis ſuæ, qua Chriſto initiati ſunt, frequenter admoneantur.

2. Curandum eſt etiam, ut ſuſceptores ſeu Sponſores parvulorum ſint provectæ ætatis, in fide probe catechizati atque inſtructi, quo non ore tantum, ſed & mente ac ſeriò ad interrogata reſpondere, ſuum munus intelligere, & parvulos ubi adoleverint, in fide orthodoxa (ſi res poſtulat) inſtruere poſſint. Id enim ipſorum, quam pro parvulis baptizandis Deo & Eccleſiæ faciunt, ſponſio requirit.

CAP. XI.

De adminiſtratione Sacramenti Confirmationis.

EPiſcoporum eſt ad confirmandos baptizatos ſuam Diœceſin frequentius circuire, Myſterii hujus originem, & Chriſmatis arcanum, ſi non per ſe, ſaltem per concionatorem idoneum, populo exponere, pro captu tamen parvulorum, ut & ipſi hinc aliquid fructus percipient.

CAP. XII.

De Miſſa Ceremoniis.

CAnon Miſſæ, quem tot jam ſeculis retinuit Eccleſia Dei, nihil continet, quod non ſit conſonum iis, quæ è tempore Apoſtolorum apud Altaris Sacrificium ſupplicata, pronunciata, vel obſervata ſunt. Id quod liquet ex antiquorum veteris Eccleſiæ Patrum ſcriptis, in quibus ipſa Canonis verba alicubi eſt reperire, ut prorſus ſacrilegium ſit, eum vel damnare, vel authoritate privata immutare. Debet idcirco ille, quemadmodum hactenus factum eſt, in Miſſa religioſè ac ſubmiſſa voce (quo Myſteriis tam tremendis ſua conſervetur authoritas) pronunciari.

2. Quod ad reliquas Miſſæ partes attinet, etſi omnes illæ nihil ſint aliud quàm aut laudes Dei, aut preces Eccleſiæ, aut Lectiones ſacræ: Et ideo minime negligenter habendæ, tamen ſi quas novas Collectas, Sequentias, Præfationes, & id genus res vel indoctas vel incertis & apocryphis hiſtoriis innixas, aut Miſſæ ſacrificio parum congruentes recentior ætas invexit, tales omnes tollendas cenſemus, atque ad probatiſſimorum codicum fidem reſtituendas. Debentque Epiſcopi pro officio ſuo huic repurgationi, adhibitis ad eam rem viris doctis, dare operam, quo pure, emendata, certa, & ſolida exiſtant omnia, quæ in ſacratiſſimo illo officio dicuntur.

3. Epiſtolæ & Evangelia pro reverentia, quæ eis debetur, ſemper pronuncientur in Miſſa lingua Latina, Dominicis verò & feſtis diebus in Parochialibus Eccleſiis plebi lingua vernacula exponantur, ſive ante Sacrum ſolenne, ſive ſub ipſo, nec concionis tempore ulla Miſſa celebretur, qua populus ab auſcultatione diſtrahatur. Sed neque ſub Sacro ſolenni convenit, ut coram populo eodem legantur etiam Miſſæ ſpeciales, quibus huc illuc populus diſtrahatur, evoceturque, ut nulli Sacro ſatis intendat. Verum interim non minus curandum eſt, ne Sacrum illud protrahatur æquo prolixius, generetque potius faſtidium auſcultantibus, quàm devotionem.

4. Organa nihil laſcivum ſonent aut ſeculare, ſed quod ipſa etiam plebs intelligat religioſum ac pium eſſe. Et præſtiterit Symbolum totum cani, ſimiliter Præfationem, & orationem Dominicam, quam partem relinqui Organis, ſicut magno abuſu alicubi conſuetum eſt fieri.

5. Nec convenit, ut ſub elevatione ſacræ hoſtiæ cantentur Antiphonæ ad hoc Sacrificium non propriè pertinentes, quales alicubi dicuntur de pace, de beata Virgine, de S. Sebaſtiano, aut alio quopiam Patrono, quæ melius à Sacro peracto cantarentur.

6. Et fraternæ charitatis redintegratio, & pax nobis à Chriſto relicta poſcit, ut oſculum pacis, ubi mos ejus dandi exolevit in Miſſis ſolennioribus reſtituatur. Sic ut Imaguncula crucifixi Domini Pacificatoris omnium ab ore Sacerdotis, pacem populo imprecantis, ad aſtantes deferatur, quam ordine, in concordiæ & pacis Symbolum oſculentur omnes.

7. Docen-

Digitized by Google

7. Docendus item eſt populus frequenter de Miſſæ myſteriis, ut Miſſam audiens vota ſua ſacrificanti Sacerdori conjungat, & ad finem uſque, donec benedictiooem Sacerdotalem acceperit, perſeveret, ſæpiuſque communicet, ſi non ſemper externa ſumptione Sacramenri, ſaltem ſpiritualiter, deſiderio fructus Sacramenti & unionis cum Chriſto. Verum interim non minori diligentia monendi ſunt, ut qui peccati vinculo retinentur ligati, abſque abſolutione & veræ emendationis propoſito à Myſteriorum illorum divinorum perceptione abſtineant: palam verò criminoſi, & qui peccati certiſſimam oceaſionem dimittere nolunt, ſive Sacerdotes ſint, ſive Laici, omnino à communione abarceantut.

8. Similiter docendus eſt populus, ut quamvis in Miſſa piè orent pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, incommodiſque temporalibus vitandis, cavendas tamen eſſe omnes ſuperſtitiones, quales ſunt pulliceri alicui è certis Miſſis eertam fortunam, ſecuritatem in aggreſſibus temerariis, aut aliqnid hnjuſmodi.

9. Tametſi omnis Miſſa ſit officium publicum, & ad totam pertineat Eccleſiam, nemini tamen vetandum eſt ſua devotione privatim uti, & quod publicum eſt celebrare pro Eccleſia non publicè, modò cum gravitate omnia exequatur, & orationes ac lectiones ſacraa, clarè & diſertè pronunciet, ut poſſit à circumſtantibus audiri atque intelligi, & habeat (ſecundum ſacrorum Canonum ſanctiones) præſentes, qui Eccleſiæ nomine reſpondeant, ut verba quæ dicuntur, congruant etiam rebus ipſis. Curent etiam Epiſeopi, ut ignoti Sacerdotes, & qui publicis criminibus infames ſunt, aut ſolum quæſtum ſectantur, ad celebrationem Sacri hujus non admittantur.

10. Cum jubeant Canones Eccleſiaſtici vitalem hoſtiam ſervari, ut ſemper habeatur parata pro infirmis, quibus viatico illo opus fuerit, fides & religio noſtra prorſus exigit, ut in loco ſervetur honorato, cum perpetuo lumine, quo admoneamur eo loco præſentem eſſe illum, qui lucem habitat inacceſſibilem, quique tenebras noſtras illuminat.

11. Quando in ſolennibus Feſtivitatibus ad amplificandum cultum divinum, aut in magnis ſupplicationibus ad corda fidelium compungenda, circumfertur hoſtia illa ſalutaris, omnes ludi prophani, & qoicquid non valet ad veram devotionem excitandam removeatur, nec deferatur Sacramentum extra Eccleſiam, niſi graves cauſæ poſtulent, & ſint qui digno illud honore, tanquam verè præſentem Chriſtum proſequantur atque adorent. Sed & quando ad infirmos defertur, præferri debet lumen, & Campanella, ad dandum fidelibus ſignum, pulſari.

CAP. XIII.

De Sacramenti Pœnitentia adminiſtratione.

INfinitam peccandi licentiam Confeſſionis Sacramentalis neglectum conſequi plorum omnium vox eſt, & negari non poteſt. Quamobrem decernendum, quod & ab Eccleſia ſalubriter inſtitutum eſt, & à Patribus diligenter obſervatum, ut quotquot Chriſtiani nominis ſunt homines, ſaltem in anno ſemel peccata ſua Sacerdoti confiteantur, quod ſi recuſent facere, ab Eccleſia protinus ejiciantur. Etenim ut ſæpe confiteantur ii, qui ſæpius peccant, propria ipſorum ſalus efflagitat, eximiæque cujuſdam pietatis eſt, peccata ſtatim ut commiſſa ſunt lugere, confiteri, dignaque ſatisfactione mortificare.

2. Veteres rigidiori diſciplina Satisfactionem publicam exigebant. De quo Canones pœnitentiales adhuc extant. Verum ad ſeveras illas publicæ pœnitentiæ leges deſperamus, fide & charitate admodum languentem populum, hoc tempore poſſe reduci. Ergo quando hoc non datur, conſuetudini poſterioris ætatis inſiſtendum eſt, quæ obtinuit, ut confeſſis pro Satisſactione injungerentur orationes, eleemoſynæ, jejunia, & id genus opera pietatis, quibus ſcripturæ divinæ teſtantur, pœnam peccatis debitam dimitti. Nonnunquam graviores imponuntur, ſed occultæ afflictiones ad ſatisfaciendum, ſecundum pœnitentis facultatem, & peccatorum magnitudinem.

3. Quare prudentes oportet eſſe Confeſſores, qui norint diſtinguere lepram à lepra, & ita de peccatis inquirant, ne ſcandalizent puſillos, ita Satisfactiones injungant, ut ſint ſimul & medicinales, quibus animæ morbus curetur.

4. Quo verò quàm minimum retrahantur homines à Confeſſione, videtur nobis hoc tempore profectò expedire, ut confiteri volentes, ad unum ſolum cogantur, ſed ut pluribus (idoneis tamen) Sacerdotibus fiat abſolvendi poteſtas, etiam in caſibus reſervatis, quos adire ſit omnibus liberum. Idque pro arbitrio Epiſeopi, & Ordinarii loci.

CAP. XIV.

De Unctionis extremæ adminiſtratione.

PRo more, quem hactenus tota ſervavit Eccleſia, Sacramentum unctionis ſupremæ fidelibus impartiendum eſt cum Letaniis & orationibus, huic negocio congruentibus, quales ſunt illæ, quas à majoribus acceptas tota Eccleſia ſervat. Studebitque Sacerdos infirmum conſolari, atque à curia & deſideriis tranſeuntis hujus vitæ ad ſpem ſalutis æternæ erigere, Diabolum & terrores ejus non formidare, in Chriſti miſericordiam, qui novit figmentum noſtrum, & tulit iniquitates noſtras, pro quibus & mortem ſuſtinuit, tota mente ſperare ac fidere, atque ita confirmatum, cum benedictione Chriſto commendare. Nec abs te fuerit, ut rediens Sacerdos habeat oratiunculam ad comitantem multitudinem, qua infirmitatis humanæ admoneantur, & ut pro laborante in extremis ſtudeant ferventius orare.

CAP.

CAP. XV.

De Sacramenti Matrimonii adminiſtratione.

QUi Matrimonio jungi affectant, debent doceri, ut ſciant qua religione & fide nubatur in Chriſto, & clandeſtina illa, quæ carnaliter incitante ſola Venere, præter Eccleſiæ Chriſti ritum contrahuntur, non eſſe religioſa, & Chriſtianis digna Matrimonia, & quamvis illa (ubi contrahentes fuerint perſonæ legitimæ) ſint rata, veraque Matrimonia, non tamen ob id eſſe Deo grata, utpote gratia Sacramentali deſtituta, donec vitium ſuum emendent, & Eccleſiæ legibus ſubdantur. Ideo jungendi Matrimonio admoneri debent, ut Parentum & amicorum utantur conſilio, exemploque Thobiæ, jejuniis,& orationibus ſeſe præparent,ac commendent gratiæ Dei,qua quod reliquum eſt, vitæ deinceps peragendum erit. Neque enim poſſunt filii Sanctorum (ut in ſacris dicitur) ita conjungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum.

2. Nec debet Sacerdos Sacramento huic alicubi quàm in Eccleſia (quæ eſt propriùs Sacramentorum locus,benedicere, nec admittere, ſeu conjungere quoslibet ſibi oblatos, niſi quos poſt proclamationes, ut minimum tres, tribus diebus feſtis ſibi ſuccedentibus, ad populum in concione publicè factas,cognoverit nullis impedimentis irretitos, quosque examine facto, exploratum habeat, non cogi ad hanc copulam invitus à Parentibus vel cognatis,ſed animo jam libero appetere.

CAP. XVI.

De Ceremoniis Eccleſiaſticis.

CUm Ceremoniæ ſint pietatis incitamenta quædam & alimenta, quibus ſublatis, ipſa quoque frigeat, langueſcat atque emoriatur pietas, nulla unquam Religio absque Ceremoniis potuit conſtare. Idcirco Ceremonias Majoribus noſtris, hominibus religioſiſſimis uſitatas, retinendas,revocandaſque cenſemus. Non quidem propter ſpeciem operum, aut ſignorum externorum vim & meritum, ſed quod ad varios pietatis uſus valeant. Nec item,quod in ipſis fiducia ſalutis ſit locanda, ſed quia exercitia quædam ſunt, quibus corpus ſimul cum mente ad Deum, ſeu cultum ejus attrahatur.

2. Sic ſecundum doctrinam Apoſtolicam orant Viri nudato, Fœminæ velato capite, & genua in terram figimus, corpus cum ſpiritu humiliantes, & tundimus pectus, quod malefactorum conſcientia dolere debebat, & conteri.

3. Sic in terroribus ac periculis, inclamato nomine Chriſti, ſignamus nos ſigno Crucis, qua Diabolo in nos poteſtas imminuta ademptaque eſt. Idem ituri dormitum propter timores nocturnos facimus, & manè quoque ſurgentes, quò tota die à malis protegamur hoc ſigno muniti,quin Tertulliano teſte antiqui Chriſtiani olim ſive veſtes induerent, ſive deponerent, ſive domo prodirent, ſive aliud quid agerent, aut inceptarent, ad ſingulas actiones conſignarunt ſe cruce. Non poteſt enim negligere pietas vera Chriſti ſignum, aut à cogitatione ejus, quæ ſigno illo renovatur, eſſe otioſa. Sic cibum & potum ſumebant benedictione præcedente, memores illius Apoſtolici, *Sanctificatur per verbum Dei & orationem.*

4. Hinc & Aqua, & Sal,& Herbæ, & Agnus Paſchalis, & fructus novi, aliaque humanis uſibus neceſſaria (de quibus ad Adam, in quo peccavimus omnes, dictum eſt: *Maledicta terra in opere tuo*) benedicuntur & ſacrantur in nomine Chriſti, per orationem qua petit Eccleſiæ miniſter Sacerdos, ut Deus illa ipſa ad ſanctificationem, & ſalutis noſtræ profectum, potentia & bonitate ſua, contra adverſarias poteſtates, incantationes, Magias,fraudes,& machinationes inimici,qui nocere hominibus non deſiſtit, nobis concedat valere. Et valent utique fidelibus,ob benedictionem Sacerdotalem, per verbum Dei & orationem, quæ alioqui nullam adverſus ſpirituales nequitias, & poteſtates inviſibiles, in ſeipſis virtutem habebant, atque hinc adeo cum aſpergimur Aqua benedicta, oramus mente & habitu, ut à peccatis amplius lavemur: cum ſalem ſumimus exorcizatum, ut vitam nobis, & ſermonem omnem concedat Deus habere ſale conditum.

5. Cereos autem accendimus, in gloriam illius, qui lucem inhabitat inacceſſibilem, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed & Sanctos luminibus veneramur, quos vivere cum Chriſto in gloria, & in regione lucis prædicamus. At in fide defunctis cæteris,lucem ad ſepulturam præferimus, orantes, ut lux perpetua luceat eis.

6. Thura incendimus ſignificatione, quod oportet orationes & deſideria noſtra ſurſum ad Deum, cum odore bonorum operum, aſcendere.

7. Proceſſionum alias lætas ducimus in modum cœlaſtis cujusdam exercitus ordine compoſitas, de Chriſti gloria & triumpho exultantes & canentes. Qua de cauſa crucis ſignum & vexilla in aëra ſuſtollimus, ad ſignificandum aëreæ poteſtatis expugnationem. Alias agimus triſtes & ſolliciti in tribulatione, quam peregrini hoc exilium peragrantes patimur, veniam peccatorum, & miſericordiam pro vindicta ſupplicantes.

8. Conſecramus item Eccleſias, Altaria, calices, pallas, veſtes Sacerdotales, campanas, aliaque Eccleſiæ vaſa, quæ uſibus eximuntur civilibus ſeu prophanis, & miniſterio tantum Sacramentorum Chriſti aptantur ac mancipantur, ut ſciamus in Eccleſia, non niſi ſacris & divinis rebus vacandum, gratia Dei illic, ceu numine quodam, præſente, Campania verò ab operibus & negotiis ſecularibus,

nos

Digitized by Google

nos ad orationem, laudes Dei, & ſacra Myſteria invitati, cogitemuſque è tanto vaſorum apparatu & tot conſecrationibus, quanta reverentia Sacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, à rebus prophanis ſit ſecernendum, & dijudicandum.

9. De quibus omnibus debet populus ſedulò ac frequenter doceri, ne Ceremonias religioſiſſime inſtitutas, in abuſum, aut ſuperſtitionem vertant, ſed ad pietatem exercendam, ipſis utantur, utq; Proceſſiones rebus ſecularibus ac vanis præciſis ſint graves, ordinatæ, honeſtæ, ac Chriſtiana religione dignæ: reprobi verò, & quibus ſtudia iſta pietatis vileſcunt, redarguantur.

CAP. XVII.

De diſciplina Cleri & populi.

DIſciplinæ jam pars bona tradita eſt in deſcriptione officiorum. Etenim ut ſuum quiſque præſtet officium, præcipua eſt diſciplinæ Regula, hoc tantum reſtat, ut vitia quædam publica, quæ emendationem, Concilii definitione non expectata, requirunt, ſetexamus.

2. Contra ordinem & dignitatem Cleri cum primis ſunt luxus & avaritia, quas res etiam plebs execratione dignas in Clero ducit. Debet igitur Clerus à luxu prophano, faſtuoſo, carnali, prorſus eſſe alienus, & primum ſervare decorum in habitu, & inceſſu. Sit habitus honeſtus & ſimplex, non limbis, non ſciſſuris comptus, mundus tamen. Superior veſtis ſit talaris: nec incedant Clerici cum multi famulitii ſtrepitu, aut gladiis accincti terribiles, ſed venerabiles, qui aliter ſe contemptibiles reddunt.

3. Menſa quoque ſit frugalis, nec lauta nimium, nec ſumptuoſa, Pompoſus verò eſculentorum apparatus, & exquiſitæ ad luxum delitiæ, longus accubitus, & commeſſationes frequentes, deteſtandæ ac fugiendæ. Similiter infamis & ſacris literis damnata ebrietas, & ſtudium compotandi, atque ad æquales hauſtus provocandi, Cui Propheta væ imprecatur, *Væ* inquit, *qui potentes eſtis ad potandum vinum, & viri fortes, ad miſcendam ebrietatem.* Quin ſacris Canonibus decretum eſt, tales ab officio & beneficio ſuſpendere. Eſai. 5.

4. Porrò quis ferendum putet, ut ſcortationi Indulgeant, & adhæreant concubinis, qui ſacrificii & orationis, ad quam debent perpetuo eſſe accincti, cauſa, conjugio etiam alioqui honeſto & licito abſtinent? *Qui adhæret* (inquit Apoſtolus) meretrici, unum corpus cum ea efficitur. Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis? Quibus verbis ſignificat Scortatores à Chriſto excidere. Tantam ergò indignitatem in Clero, magna pœnarum ſeveritate veteres proſecuti ſunt. Concilium Neocæſarienſe, Niceno antiquius, ſtatuit Presbyterum, *qui uxorem duceret, ab ordine deponendum: Si fornicaretur autem, vel adulterium committeret, etiam extra Eccleſiam abjiciendum, & ad pœnitentiam inter Laicos agendam redigi debere.* Ut autem non ferant hæc ſecula tantam ſeveritatem, & ſit mitius agendum, Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus fornicationis, Adulterii, aut ſuſpectæ familiaritatis convictus, remota protinus concubina, primum non pœna pecuniaria, ſed ſuſpenſioné ab officio & beneficio ſecundum ſcandali gravitatem plectendus eſt. Qui ſi facinus non emendet, & iterum convincatur, plectatur ſeverius. Ubi verò apparuerit eum effrenem & incorrigibilem factum, & nec pudore infamiæ retineri, nec pœnis abarceri à ſcelere, in modum equi & muli, quibus non eſt intellectus, beneficio ſecundum Canones prorſus privetur. Sed & concubinas, quæ poſthac cum clericis cohabitare ſibi permiſerint, per excommunicationem ab Eccleſia & cœtu fidelium expellere oportet.

4. Et ne tantum dedecus Clericalem dignitatem amplius dehoneſtet, revocandi omnino ſunt in uſum Canones antiqui. Concilium Nicenum non permittit Epiſcopis, Sacerdotibus, Diaconis aut Subdiaconis habere domi ſubintroductam, ſeu extraneam fœminam, niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, aut tales quæ fugiant ſuſpicionem. Concilium Carthaginenſe tertium, cui Auguſtinus interfuit, extendit hunc Canonem etiam ad fratrum vel ſororum filias. Sic & Canon à Siricio latus, nullas fœminas Clericis permittit cohabitare, niſi ſanguinis neceſſitudine Clerico junctas. Verum ſuſpicionem non fugiunt juvenculæ, formoſæ, laſcivæ, cultæ, procaces, imperioſæ, ocioſæ, impudentes, curioſæ. Si admittitur ergò quæ ſuſpicionem fugiat, annoſa, quæ annum quadrageſimum ſuperaverit, ſtatæ formæ, verecunda, ſobria, pudica, inculta, laborioſa, ſevera, & quæ teſtimonio publico caſta eſt, vidua vel virgo ſenex, in miniſterium domeſticum aſſumi poteſt, & ne cum tali quidem familiaritas nimia eſt habenda.

CAP. XVIII.

De pluralitate Beneficiorum.

TOllenda eſt etiam ex Clero omnis Symonia & ambitio. Ac quia ſine gravi Eccleſiarum detrimento accidere non ſolet, ut aliquis plura quàm unum (maximè ſi Curata ſint) beneficia occupet, ſolus enim per omnes Eccleſias, ſi munere ſuo rectè & diligenter fungi velit, nec officium perſolvere, nec rebus earum neceſſariam curam impendere valet. Curandum eſt, ne quis plures quàm unam Metropolitanas, aut Cathedrales Eccleſias teneat, & ne Clerici ſinguli in poſtremum plura quàm unum beneficia acquirant, atque obtineant.

2. Sed quia tenuitas beneficiorum facit, ut eum eorum ſingula multis in locis Poſſeſſores ſuus alere, atque ſuſtentare nequeant, cauſam arripiant, cur plura beneficia coacervent atque poſſideant. Archiepiſcopi, aut certè Epiſcopi curent, ut per unionem, aut per aliam quandam viam, beneficiorum tenuior redditus ita augeantur, ut de ſingulis beneficiis ſinguli Poſſeſſores ſatis emolumenti pro munere

nere atque dignitate quiſque ſua habere poſſint. Nam ut ambitioſam plurium Beneficiorum cupiditatem quæ malam omnino ſpeciem habet, ex Eccleſia tollendam cenſemus, ita viciſſim miniſtris Eccleſiæ proſpiciendum putamus, ut habeant, unde commodè vivere poſſint: Dignus enim eſt operarius mercede ſua. Qua in re arbitramur eorum Beneficiorum, quibus cura animarum annexa eſt, cum primis rationem habendam eſſe.

3. In qua re hanc ſequantur rationem Archiepiſcopi atque Epiſcopi, ut ſi cenſus alicujus Eccleſiæ, pro veteri Præbendarum atque Beneficiorum numero, ad juſta Miniſtrorum emolumenta non ſufficiat, beneficia quæ nullam Eccleſiarum neceſſariam functionem habent, illis uniantur, aut Præbendæ ac beneficia ad pauciorem numerum redigantur, Donec è ſingulis Poſſeſſori cuique juſta emolumenta ſuppetere queant, ut cauſa non ſit, cur unus non uno beneficio ſit contentus.

4. Res enim ita conſtituenda eſt, ut non deſerat quiſque officium, propter quod datur beneficium. Sed in loco beneficii ſui, reſideat, ac Muneri Eccleſiaſtico, quod huic annexum eſt, ipſe diligenter incumbat, & cogitet, quanti ſit momenti vigilare pro animabus, & ab eis non diſcedere, pro quibus aliquando coram tribunali Dei rationem redditurus ſit. Intererit igitur non ſolùm Eccleſiarum, ſed etiam Poſſeſſorum, ſi plura beneficia curata jam obtineant, ut uno quod maluerint, eiſque ad juſta emolumenta ſufficiat, retento, cætera intra annum ſine ulla penſione reſignent. Sed ſi fortè de jure, quod ſe acquiſiviſſe putant, recedere nolint, imponatur neceſſitas eiſdem, ut diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ, Ordinario loci exhibeant, ac ſi legitima fuerit diſpenſatio, relinquantur illis beneficia. Ordinarius tamen loci juxta conſtitutionem Gregorii Decimi, in Concilio Lugdunenſi, quam

Tridentina Synodus.

etiam Tridentina Synodus innovavit, provideat, etiam per idoneorum Vicariorum deputationem & congruæ portionis fructuum aſſignationem, ut cura animarum beneficiis illis annexa, non negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequiis fraudentur. Atque ut hic iis qui jam poſſident & jus habent acquiſitum indulgendum videtur, ſub hac tamen cautione, quam Concilium Lugdunenſe præſcribit, ita in acquirendis beneficiis in poſterum coacervatio eorundem, atque pluralitas, de qua vetus eſt querela, eaque non injuſta, omnino debet vitari. Ac ne ſalubre inſtitutum Curiale turbent, huc ut accedat auctoritas ſummi Pontificis, quamprimum impetrandum videtur.

5. Debent etiam, qui incorporatas habent cum Decimis, & cenſibus Eccleſias quas velint retinere, non niſi idoneos, atque à ſecularibus & ſordidis negociis liberos Sacerdotes eis præficere, quibus de victu & veſtitu honeſto, & competentia juſta proſpiciant, qua in re, ſi fuerint negligentes, aut avari, Epiſcopi erit pro ſuo officio & removere ineptos, & idoneis de Eccleſiæ illius Decimis & juribus, quantum honeſtum eſt, decidere atque aſſignare, aut reclamantia Collegia vel Monaſteria ſuo jure (ob negligentiæ culpam) privare: Dignus enim eſt operarius mercede ſua. Et qui Evangelio ſervit de Evangelio debet vivere. Incumbit autem Parochis plus reliquis Canonicis & Sacerdotibus curæ & laboris.

6. Species alia cupiditatis eſt, ſi quæſtum ſecularem aut lucrum turpe ſectentur Clerici, & ſint uſurarii, negociatores, vel caupones, quæ vitia omnes Canones in Clero damnant. Quin & ſcriptura dicit: Nemo militans Deo, implicat ſe negociis ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probavit. Proinde nemo Clericorum amplius recipiat, quam dederit accommodato, *ſi pecuniam* (inquit Concilium Carthaginenſe) pecuniam, ſi ſpeciem, ſpeciem eandem, quam dederit, accipiat, nec ultra, aut *juſtum pro ea pretium*: ſecus facientes, fœneratores ſunt, ab officio & beneficio ſuſpendendi, excommunicandi, & ad Eccleſiaſticam ſepulturam, ſecundum Canones, non admittendi.

7. Nec licet mercaturas Clerico exercere, ut emat quæ poſtea vendat, nec item cauponem agere, ut domum ſuam vertat in œnopolium, ſeu tabernam publicam. Nec ſortilegiis; divinationibus, aut etiam venationibus indulgere. Quæ omnia ſacris Canonibus ſeveriter prohibita ſunt: in Capitulis diſciplinæ, in viſitationibus, & quoties deprehenduntur per Epiſcopum, Archidiaconos, Decanus, & eorum Officiales, punienda.

8. Sacerdotes item Nobilium & divitum Civium ſervitio, ſine Epiſcopi conſenſu & auctoritate ſe non ita mancipent, ut ſerviant in negociis prophanis, & à cura Sacerdotali alienis.

CAP. XIX.

De Diſciplina populi.

POpulus præter obedientiam, quàm Principibus & Magiſtratui civili debet, ad eam quoque quam Epiſcopis debet & Eccleſiæ Prælatis, ſine qua in diſciplina contineri non poteſt, redigendus eſt. Quin etiam lex divina exigit, *ut obediant Præpoſitis ſuis*, quorum eſt pervigilare, ut reddant rationem de animabus eorum, quo cum gaudio quod officii ſui eſt, faciant, & non gementes. Debet ergo populus Clerum, Parochos, & illis Superiores Ordines venerari, eorum facta non temerè judicare, nec adverſus Presbyteros ſuos contendere, aut duros vel refractarios ſe exhibere, ſed morigeros & obſequentes. Ad Chriſtum enim, cujus legatione funguntur, pertinet eorum tam contemptus quàm honor.

2. Diebus Dominicis & Feſtis conveniant populus ad divina, quæ in Eccleſia celebrantur. Concionem ſub ſilentio audiat, & memoriæ commendet, nec ſtrepitu aut deambulatione, vel Concionatorem, vel auſcultantes perturbet, Patres & Matresfamilias audita illic ſecum domum perferant, ſecundum quæ liberos & familiam inſtruant ad pietatem, doceant eos Deum, qui inſpector eſt omnium actionum noſtrarum, timere, eique ſalutem ſuam quotidie commendare, memoria retinere, ac frequenter recitare Symbolum apoſtolicum, Orationem dominicam, Salutationem angelicam, Præcepta decalogi, & quicquid ad virtutem bonosque mores pertinet: frequenter intereſſe divinis,

verbum

Google

verbum Dei attente audire, orare, Clerum & Magiſtratum honorare, erga omnes modeſtos & placidos ſe gerere, malam ſocietatem fugere, horrere à blaſphemiis, juramentis & execrationibus: non contendere, litigare, aut inſoleſcere, nemini injuriam irrogare, ſenioribus cedere, increpationes & caſtigationes æquanimiter ferre, vera loqui, mendacia deteſtari.

3. Ceremonias quoque pietatis Chriſtianæ, quales ſupra deſcripſimus, & inſtituta Eccleſiaſtica de jejuniis & abſtinentia carnium, de Feriis, de Proceſſionibus, & id genus ritibus, populus religioſè ac piè obſervet.

4. Libri contagioſi, de falſa religione ſuſpecti, & qui Lucianico more, cum Deo, cum ſanctis, cum Religione, & Sacris jocantur, trahuntque ea in ludibria ſpectacula, populo curioſo prohibendi. Neque enim ad pietatem & bonos mores faciunt. Similiter petulantes & obſcœni imagines, libidinum incitamenta cum multa fœditate oſtendentes, vel ad ludibrium religionis, aut ad certorum hominum infamiam effigiatæ, prohibeantur. Legat autem populus libros Sacros, ſanctos Patres, Vitas ſanctorum, Hiſtorias præclarorum & fortium virorum, & tales ſpectet imagines, quibus ad pietatem, virtutem, ſtudia boneſta, religionis & reipublicæ amorem accendatur.

5. Abſtineatur ab ebrietate & compotationibus, quibus & naturæ vires enervantur, & malis ingentibus ſæpè datur occaſio. Nec pateant œnopolia & tabernæ diebus Feſtis ante Sacrum in eccleſia peractum, niſi peregrinis & infirmis. In tranſgreſſores Magiſtratus animadvertat: Animadvertat quoque in ſeductores populi, qui nova dogmata, ab eccleſia non recepta, non verentur ſpargere, in Sacrilegos, in perjuros, blaſphemos, uſurarios, adulteros, & crimina publica, quibus corrumpitur juventus, imo omnis ætas, & propter quæ DEUS reſpublicas ſæpe magnis cladibus afficit.

6. Principes ſeculares & Magiſtratus civiles, non patrocinentur eis, qui in Clero & populo reformari detrectant, ſed Epiſcopis & Prælatis eccleſiæ ſint auxilio, eorumque decreta fideliter exequantur, & ordinem præſcriptum cogant obſervare. Juriſdictionem quoque & libertatem ac immunitatem eccleſiaſticam, Imperatorum legibus, & Sacris Canonibus Epiſcopis & Clero tributam ac firmatam, tueantur, ipſiſque conſervent. At hi qui Prælatos, eccleſias, eorumque bona in fidem, tutelam, ac protectionem ſuam recepere, & contra fidem datam, perfectura ſeu protectione ſua abuſi, eccleſiis, quas tueri debebant, gravia & iniqua onera auſi fuerunt imponere, æquum eſt, ut præfectura ſeu tutela per Cæſareæ Majeſtatis Commiſſarios amoveantur: eis autem qui abuſi non ſunt, limites & jus præſcribantur, ut apertè conſtet, quid alteri alteris invicem debeant.

CAP. XX.

De Viſitatione.

UT viſitent Epiſcopi ſuas Diœceſes, non nupera eſt inventio, aut à Patribus primum introducta, ſed hic mos ab Apoſtolis deſcendit. In Actis ſcribit Lucas, Paulum *circumambulaſſe regiones*, in quibus prædicaverat verbum Dei, ut videret quomodo haberent ſe fratres, & ut confirmaret eos in fide, traditioneſque Apoſtolorum & ſeniorum eis præciperet cuſtodiendas, quæ ferè omnia ſunt, quæ ad viſitationem pertinent. Act. 15. & 16.

2. Debet itaque Epiſcopus, ſi non juxta Toletani Concilii decretum, quotannis propter latitudinem Provinciæ, ſaltem quarto aut quinto quoque anno totam Diœceſim ſuam per ſe, vel ſuum in Pontificalibus Vicarium circumire ac viſitare, & inter viſitandum, pueros baptizatos confirmationis Sacramento ſignare. Archidiaconi verò, ſeu Chorepiſcopi & Decani rurales, territorii ſeu regiunculæ ſuæ Eccleſias, ſingulis quibuſque annis viſitare debent: Ad hoc enim negotium in partem ſolicitudinis Epiſcopalis vocati ſunt.

3. A viſitatione Epiſcopali nulla Eccleſia ſit exempta, ſed à Cathedrali ad Collegia, à Collegiis ad Monaſteria, niſi proprium habeant Viſitatorem, à Monaſteriis ad eccleſias Parochiales, ab his ad Oratoria, Hoſpitalia, Scholas & Bibliothecas tranſeatur: In quibus præcipua ſit cura Epiſcopo, ut primum Cleri vitia, deinde populi eradicet, ne qua radix amaritudinis ſurſum creſcat, per quam inquinentur multi. Siquidem neglecta Viſitatione, Religio omnis corruit, & robur acquirit impietas.

4. In locis viſitandis delegantur imprimis viri probi, boni nominis, & fide digni quatuor, quinque aut plures, ſecundum Cleri & plebis, ſubjectorumque pagorum multitudinem, quibus converſatio Cleri & populi, fama quoque vulgaris ſit nota: qui & obſtringantur juramento, ad dicendum liberè, audacter, & ſecurè, ira, odio, amore, & affectibus pravis remotis, ea de quibus eſt Viſitator pro emendatione & correctione malorum percontaturus. Ad leves delatores, niſi probent quæ deferunt, non audiantur.

5. Procedendum autem in inquiſitione à capitibus ad membra inferiora, à Decanis ad Canonicos, Vicarios & miniſtros infimos: ab Abbatibus ad Procuratores & monachos, à Parochis ad ſacerdotes, ædiles, & hoſtiatios, deinde ad laicos reliquos. Inquirendumque in Collegiis & monaſteriis, utrum canones & regulæ obſerventur, utrum ſervetur frequenter Capitulum diſciplinæ, & qua ſeveritate: an corrigantur illic vitia quotidie ſubnaſcentia, an reverenter & debitè ſervetur cultus divinus, an ſatisfaciant majores & minores ſuo quiſque officio, ſecundum ea, quæ ſupra expoſita ſunt: an ſint ulli concubinarii, adulteri, ebrioſi, criminoſi, infames, aut ſuſpecti de hæreſi,

vel aliis malis. Externa, qualis eſt habitus & tonſura, ædificiorumque & bibliothecæ ſtatus inſpici debent: De prædiorum, cenſuum, & jurium conſervatione inquirendum. Sed ſpecialiter in Parochiis, num intruſus ſit Parochus, & quo titulo regat, an conſtet de ordinatione, utrum ſit mercenarius, an rectè adminiſtret ſacramenta, an extorqueat pecunias pro adminiſtratione: item de doctrina, de honeſtate vitæ, & familiæ ejus, & an boni Parochi munere in omnibus perfungatur. Sic de ædilibus, de ſacriſtis, ſeu cuſtodibus, num ornamenta, veſtes, ſacræ reliquiæ, vaſa aurea & argentea, ædificia, cenſus, prædia benè conſerventur. Diligentiſſimè verò inveſtigandum, num delitescat in Parochia hæreticus, aut ſchiſmaticus ullus, num hæreſis aliqua occultis conventiculis diſſeminetur, an ſint qui curioſius de fidei myſteriis diſputent, & ſimplicibus injiciant ſcrupulos: item de obſervantia jejuniorum, proceſſionum, dierum feſtorum, & rituum Eccleſiaſticorum, de ſuperſtitionibus, maleficiis, blaſphemiis, perjuriis, adulteriis, ſtupris, inceſtibus, odiis, diſſidiis, rebellione & contemptu eccleſiaſticæ & civilis poteſtatis, & iis criminibus, quibus locus, qui viſitatur, ſolet diffamari.

6. Inquiſitione facta, quæ rectè ſe habent, laudabit: quæ malè, caſtigabit, & corriget: Intruſos Parochos vagos Sacerdotes, quibus nulla certa functio eſt, & monachos fugitivos, extrudet atque ejiciet: quæ per ipſum emendari nequeunt, referet ad Synodum Epiſcopalem, ut illic de hujuſmodi rebus ſecundum canones Eccleſiaſticos ſtatuatur.

7. In caſtigatione tamen ſit prudens & circumſpectus Viſitator, ne occulta prodat: ſed quæ occulta ſunt, clam etiam & occultè puniat, & ſanare curet: manifeſta verò publicè arguat, vocatiſque ſecundum Lateranenſis Concilii ſanctiones, accuſatis, non primum mulctam ab eis exigat, ut hactenus pecuniariam: ſed pœnitentiam canonicam & publicam, quantum ejus fieri poteſt, imponat: ſic videlicet, ut peccatum humiliter agnoſcentibus, veniamque petentibus, & pollicentibus emendationem, pœnitentiam ſalutarem in ædificationem aliorum, ad certum tempus, pro magnitudine delicti, imponat. Contumaces verò, & manifeſta ſua crimina agnoſcere, & pœnitentiam ſuſcipere recuſantes, ſi Clerici ſint, à miniſterio & beneficio eos removeat, aut etiam pro criminis magnitudine excommunicet. Laicos extra communionem ſacramentorum & conſortium hominum locet, ab omnibus vitandos, donec ad cor revertantur, & crimina ſua agnoſcentes, pœnitentiæ remedia ſuſcipiant.

8. Poſtea Viſitator omnes in univerſum moneat, ut non ſolùm qui publicè peccarunt, ſed etiam quorum conſcientiæ occulto peccatorum reatu tenentur obſtrictæ, ipſi aut eis, quos in comitatu ſocios & cooperatores habet privatim confiteantur, ut poteſtate, à Deo Epiſcopis data, abſolvi à vinculis ſuis mereantur, & ſecretius pœnitentia ſalutari impoſita ſatisfacere.

9. Ad hanc formam viſitent quoque, & inquirant, ac pœnitentiam injungant Archidiaconi & Decani rurales in ſuis regiunculis. Graviora verò, & quæ per ipſos emendari nequeunt, referant, uti ſupra dictum eſt, ad Epiſcopum & Synodum epiſcopalem, publico judicio ſubmittenda. Eorum enim viſitationes parvæ quædam & particulares ſunt ſynodi, ſynodo majori ſubjectæ, & ſecundum ejus judicium dirigendæ.

CAP. XXI.

De Synodis.

SAlus Eccleſiæ, terror hoſtium ejus, & fidei Catholicæ ſtabilimentum ſunt Synodi, in quibus potiſſimùm eminet Epiſcopalis apicis auctoritas. Quapropter Apoſtoli, & poſt Apoſtolos magna illa Concilia, Calcedonenſe & Lateranenſe ſtatuerunt, ut Epiſcoporum comprovincialium Synodus quotannis bis celebraretur. Quod cum in Germaniis, propter Provinciarum latitudinem, fieri ſit difficile, ſaltem Diœceſanam Synodum bis quotannis celebrare eſt neceſſe, in qua Archidiaconis, Abbatibus, Prælatis, Decanis, Presbyteris, Parochis & Clero ſuo, Epiſcopus Synodi caput præſideat, quem à Synodo abeſſe non licet, niſi inſuperabilis impotentia adimat ei facultatem: Concilium verò Provinciale ſtatuerunt Patres Conſilii Baſilienſis, ad minus de triennio in triennium debere celebrari.

2. Primo Synodi die, præſentibus, qui ei intererunt, invocetur ſpiritus ſanctus. Deinde Epiſcopus, aut alius quiſpiam, cui ille hoc negocii impoſuerit, adhortetur omnes ad promovendum ſtudium pietatis, & Eccleſiaſticam diſciplinam, ac correctionem vitiorum emergentium: Poſt exhortationem legantur noviſſimi Concilii generalis, vel provincialis nondum publicata decreta.

3. Deinde ejectis ad publicationem Synodi uſque Laicis & Clericis minorum Ordinum, & eis qui ad ſecreta Synodi conſilia non pertinent, intromiſſis illis tantum, qui in conſeſſum Synodalem recipiuntur, & Sacerdotibus ac dignioribus è Clero cauſam Epiſcopus exponat, aut alteri exponendam imponat, ob quam Synodus ſit coacta, jubeatque ſingulos per juramentum. Notariis qui omnia excipiant, aſſidentibus, proferre in medium Eccleſiarum ſuarum, Prælatorum quoque & populi, ſive præſentium, ſive abſentium vitia gravia, quæ à Synodo corrigantur, abſque ullo perſonæ reſpectu. Si ſit Paſtor aliquis non legitimus, aut per vim intruſus: Si negligens officii & incorrigibilis: Si in Clero quis Symoniacus, ſi hæreſes ſuppullulent, ſi in officia divina irrepant abuſus. Si prælatis aut Parocho benè præſidenti rebelles ſint inferiores, ſi ulli malè præſideant: Si per tyrannidem potentiorum, aut judicia injuſta opprimatur Eccleſia, populus, viduæ, vel orphani. Si ſacrilegia committantur, ſi violentur Eccleſiæ jura, ſi uſurarii ſint in Clero vel populo, ſi inceſtuoſi, ſi enormia crimina admittantur, à quibus nolint deſiſtere, aut agere pœnitentiam.

4. Audi-

4. Audiantur quoque appellationes eorum, qui ad Synodnm provocarant, & abſentium legantur Epiſtolæ. Denique & Laicia fiat poteſtas ſuas querelas, mudo res Eccleſiaſticas concernant, aut ad judicium Synodi pertineant, proponendi in ſcriptia, aut per Sacerdotem vel Advocatum aliquem. Aut ſi viri ſunt digni intromitti poſſunt, & audiri præſentea, nun una tantum ſeſſione, aut die uno, ſed duubus, tribua, quatuorve, aut quinque, donec fuerit Synodus de cauſia ſufficienter informata.

5. Percepris vitiis & querelis, conſultandnm inter Synodales communiter & privarim, qna ratione arbitrentur audita incommoda emendari poſſe, & tolli. Ad quæ conſilia etiam Theologi & Juriſperiti, ſi res poſtulat, adhibeantur. Et nemo diſcedat, donec cauſæ omnes finiantur, dimittatutque Synodus.

6. Ubi de execurione eorum, quæ Synodi pars porior probabit, fuerit conſtitntum, pulſatis campanis ad publicationem admittantur omnes, renoventurque Canunes ad Correctionem vitiorum, de quibus tractatum fuit, & eorum extirpationem valentes, aut etiam novi, pro diſciplinæ Eccleſiaſticæ ac pietatis reſtitutione condantur. Si quid non finiatur, rejiciatur ad Synodum provincialem, illic diſcutiendum & definiendum, rogeturque Metropolitanus, ut, quamprimum fieri conveniet, Concilium provinciale indicat.

7. Peractis omnibus cantetur *Te Deum laudamus*, dimittanturque Clerus & populus cum benedictiooe Epiſcopali.

CAP. XXII.

De Excommunicatione.

CUm excommunicaodi poteſtas in hoc à Chriſto Eccleſiæ tradita ſit, ut impii, ſcelerati, contumaces, rebellea, & incorrigibiles ab Eccleſia, à Sacramentis & communione fidelium pellantur, tradanturque Satanæ in interitum carnia, dunec ſuffuſi pudore reſipiſcant, & abnegata, impietate, digna pœnitentia pro flagitiis ſuis Eccleſiæ ſatiafaciant, ejusque ſe judicio ſubmittant, ſummoperè Chriſtiania veris metuenda eſt, nec legiter in aliquem ſtringenda.

2. Cavebit ergò Judex, ne ob alias cauſas, quam criminales, eaſque valdè graves ac letales, magno cum judicio, divinam hanc cenſuram, qua nulla eſt major in Eccleſia, proferat in eos, qui aliter corrigi non poſſunt, ſic tamen, ut feriendo magis ſanet, quàm ut prorſus interimat, atque ut ſpiritus ſalvetur in die domini. In cauſis verò merè civilibus, Juris civilis diſpoſitionea obſerventur.

3. Ex communicati ſecundum ſacros Canones & ſcripturas, ſub gravis reatus incurſu, ab omnibus vitari debent, & à nemine recipi in conſortium vel familiaritatem, nec ante ad Sacramenta & communiooem fidelium admitti, aut abſulvi, quàm pœoitentia ducti, veoiam ſupplices poſtulent, ſpondeantque emendationem, & non modò Eccleſiæ digna pœnireotia pro perpetratis ſceleribus, ſecundum Sacerdotia judicium ſatisfaciant, verum etiam illis, quibus injuriam intulere.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI MANDATUM

Anno Chriſti 1548.

DE JURISTICTIONE ROMANI IMPERII,

Ad omnes Romani Imperii ſubjectos.

CAROLUS V. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c.

Seriò mandamus, ut noſtram & Imperii, veſtramque ſuperioritatem, jurisdictionem, ſeuda, bona, & jura conſervetis, neque vos, neqne veſtros vaſallos & ſubditos ad externa & ſoranea tribunalia in jus vocari trahive ſioatis, neq; externorum Priucipum jurisdictioni vos aut veſtros ratione quorumcunque bonorum Imperii juriſdictioni ſubjectorum qoovis modo ſubmittatis, neque citati compareatis, tam ratione perſouarum, quàm bonorum, ſed potius antiquos Imperii limitea conſervare ſtudeatis, & ſi quid à quopiam extraneo Principe, aut quovis alio attentari contigerit, ei pro virili reſiſtatis, Noſque & Fiſcalem judicii Cameræ citra ullam cunctationem certiores reddatis, quo in omnem caſum de congruo remedio poſſit provideri.

Datum Bruxellis, III. Octobr. Anno M. D. XLVIII. ſub pœna indignationis & pœna arbitraria, ratione contemptus & oegligentiæ.

Digitized by Google

Anno Chriſti 1551.

CONSTITUTIONES CÆSAREÆ MAJESTATIS, ORDINUMQUE IMPERII

DECRETA SEU RECESSUS

In Comitiis Auguſtanis ANNO DOMINI M. D. LI.

CArolus Dei Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtellæ, Arragoniæ, Leonis, utriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Canariarum, Indiarumque Inſularum, ac terræ firmæ maris Oceani, &c. Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, ac Wittembergiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Barcinonæ, Artheſiæ & Burgondiæ: Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, Zutphaniæ: Lantgravius Alſatiæ: Marchio Burgoviæ, Oriſtani, Gotiani, & S. Romani Imperii: Princeps Sveviæ, Cathaloniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Friſiæ, Marchiæ Vindelicorum, Portus Naonis, Biſcajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c.

1. Univerſis notum facimus, quod etſi in noviſſimis Comitiis Auguſtanis, ſingulari quadam, benigna, ac propenſa voluntate, erga Sacrum Germanicæ nationis Imperium, quicquid ad pacem, tranquillitatem, & concordiam facere videbatur, vehementi ſtudio egimus, & conati ſumus, conſentienteſque ea in re habuerimus Electores, Principes, cæteroſque ordines, nec non abſentium Conſiliarios, Legatos, ac Nuncios: deprehendimus tamen poſtmodum certa capita in ſuperioribus Comitiis diſputata & decreta, apud quoſdam nequaquam executioni data eſſe. Quare neceſſitate quadam compulſi ſumus, id negotii clementi cura ad animum revocare, ut quod tam ſalutari conſilio, omniumque unanimi conſenſu definitum, approbatumque eſt, pro ſalute & augmento Germanicæ nationis, re ipſa adimpleatur.

2. Cum autem jam comperimus de nonnullis nondum adhuc definitis articulis, ac aliis Sacri Imperii neceſſariis cauſis, non poſſe commodius, quàm in communi Imperii cœtu & conventu deliberari: ac nos non minùs nunc, quàm antea alias ſemper emergentes & incidentes Imperii cauſas, eadem alacritate & ſtudio, adhibito aliorum Ordinum, Statuumque conſilio tractare clementer parati ſumus: ob id provocati ſumus, ut Comitia, ad vigeſimum quintum diem menſis Junii præteriti, hic in noſtra Sacriq; Imperii Civitate Auguſta indiceremus, ac Electores, Principes, alioſq; Ordines convocaremus: aut ſi juſtis ex cauſis impediti, ipſi adeſſe non poſſent, ſuos cum pleno mandato ut mitterent, adhortaremur: quo nobiſcum & aliis Ordinibus, de prædictis articulis in ſuperioribus Comitiis propoſitis quidem, non tamen determinatis, aliiſq; de rebus conſultarent, tractarent, & decernerent, quæcunque ad Sacri Imperii & Germanicæ nationis honorem, commodum, ſalutem, & incrementum facere poſſent, & quicquid in jam dictis Comitiis commodum, & bonum videbitur, quemadmodum latius in literis noſtris, quibus hæc Comitia indiximus, comprehenſum eſt.

3. Ad quem quidem Comitiorum præſcriptum diem nos ipſi ac Electores nonnulli, Principeſque & Status Sacri Imperii, quidam verò per ſuos Conſiliarios, ac Legatos cum mandato apud nos obedientes comparuerunt.

4. Quando ergo inter alias Sacri Imperii prægnantes cauſas, illum articulum in noviſſimis Comitiis propoſitum quidem & determinatum, nondum tamen executioni mandatum, nimirum qui de Religione, quique ſine dubio præcipuus eſt: Electoribus, Principibus, aliiſque Ordinibus, ac abſentium Conſiliariis, Legatis, ac Nunciis proponendum duximus, eoſque admonendos, nullam eſſe meliorem commodioremque viam aut modum, ut huic Articulo extrema manus imponatur, quam Univerſale Chriſtianorum Concilium: commemoratis etiam his, quæ in noviſſimis Comitiis, ad hujus promotionem cum Sanctiſſimo Papa egimus. In quam noſtram ſententiam, quod ad concilium attinet: ut ſcilicet in eo Religionis controverſiæ componerentur, & ad unanimem ſenſum perducerentur: Electores, Principes, aliique Ordines, ac abſentium Conſiliarii, Legati & Nuncii deſcenderunt. Nos itaque omni ſtudio & diligentia nihil non his Comitiis apud Sanctiſſimum Papam ulterius egimus: tandemque hoc impetravimus, ut illius ſanctitas Concilii Indictionem decerneret: qua Prælati rurſum ad primam proximi menſis Maji diem comparituri, finemque concilii expectaturi, Tridentum convocarentur. Quæ quidem Indictio jam dudum expedita, evulgata, & nobis tranſmiſſa eſt: eamque nos omnibus Ordinibus Imperii, in hoc communi Comitiorum conventu, ſignificare & proponere curavimus.

5. Et quoniam ſine dubio deprehenditur, quod qui hactenus in Religione emerſerunt errores & controverſiæ nulla commodiore, utiliore, aut certiore ratione, quàm per univerſale Concilium tolli poſſint: ſumma quoque, urgenſque neceſſitas expetat & poſtulet, hujuſmodi errores inter Chriſtianos, ad conſervandam veram Chriſtianorum fidem & pacem, aboleri: Electores quoque, Principes, aliique Ordines, & abſentium Conſiliarii, Legati, & Nuncii in noviſſimè peractis Comitiis, ob id Concilium acceptarunt, approbaruntque, ac ſeſe eidem ſubmiſerunt. Atque etiam denuò teſtati ſunt, ſe idem Concilium cum obedientia expectaturos. Quare par & æquum eſt, ut omnia ſecundum omnium in prioribus comitiis aſſenſum, quo definitio & determinatio

con-

controverſæ religionis, ad concilium rejecta eſt, ſuo loco maneant & conquieſcant. Ideoque volumus ſeriò ac ſumma ſedulitate determinationi Comitiorum noviſſime hic habitorum, declarationique ac oblationi noſtræ erga omnes ordines clementer inhærere, omni opera ac ſtudio id curare ut omnia in præfato Concilio recte atque ordine proponantur.

6. Nunc ergo Concilii indictione per univerſum Chriſtianorum orbem propoſita, planè confidimus Principes ſui officii memores fore, &, quantum in eis erit, indictioni Concilii obtemperaturos, illique ſatisfacturos, ac illud velut ſalutare Chriſtianorum inſtitutum omnibus rationibus, & modis opportunis adjuturos.

7. Noſtra quoque ea eſt clemens Chriſtianaque voluntas & propoſitum: quidquid nobis veluti Patrono Sacroſanctæ Eccleſiæ, Conciliorumque defenſori, ratione muneris Imperialis nobis incumbentis, facere par eſt & convenit, quando etiam idipſum in noviſſimis Comitiis ad Statuum Imperii preces & vota obtulimus nos præſtaturos, perfecturos, neq; ab incœpto deſtituros. Volentes propterea ex Imperatoria autoritate & poteſtate ut quotquot ad Concilium cauſa religionis componendæ, aut alias ob cauſas venturi ſunt, id certum perſuaſumque habeant, ſeſe libere, & abſque ullo obſtaculo, illuc venturos, comparituroſq;, quo quiſq; illud quod ex ſecura & certa conſcientia, bonum, neceſſariumq; judicabit, in medium adferat, ac tum illinc ad ſuum domicilium, libere, ac tuto revertatur.

8. Præterea in animo habemus, intra limites Sacri Imperii, aut quantum fieri poterit, in proximo permanere, ut concilium promoveamus, juvemuſque, quo ad bonum rectumque finem perducatur, atque ex eo hujus ſalutaris inſtituti fructus & utilitas, manifeſtè, ac re ipſa, ad augmentum & incrementum totius Chriſtianitatis, maximè verò ad enſtaorem pacem, tranquillitatem, & concordiam Germanicæ nationis eluceſcat.

9. Poſtulamus ob id, admonemus, & hortamur Electores, Principes, alioſq; Status S. Imperii, præſertim Proceres & Prælatos ſtatus eccleſiaſtici, atq; etiam illos apud quos religio innovata eſt, ut ſeſe ad hanc Sanctiſſimi Papæ indictionem convocationemq;, & ad futurum Concilium inſtruant, paratiq; ad illud ſe conferant, ne poſtea querelæ aut prætextus occaſio relinquatur, quaſi ex improviſo oppreſſi, ac quod poſtulabat eorum neceſſitas, in medium adferre aut proponere prohibiti ſint. Hoc profecto quantum poſſumus non admittemus, ut quidquam eorum quæ in ſæpedictis noviſſime habitis Comitiis continentur, prætermittatur, quo etiam illi apud quos innovata eſt religio, quive Confeſſioni Auguſtanæ adhæſerunt, aut eorum Legati ad dictum Concilium venire poſſint, atq; illuc, ibi ac illinc in ſuum uſq; domicilium tuti & fide publica deducantur, & ſint, quantumq; neceſſe erit audiantur. Ut totum hoc negotium, illiuſque definitio pie ac Chriſtiane (omnibus affectib. depoſitis) ſecundum ſacras, veterumq; patrum ſcripturas & traditiones proponatur, tractetur, ac determinetur: Chriſtianaque quædam ac utilis reformatio tam eccleſiaſticorum quam ſecularium, omnibus pravis traditionibus & abuſibus (ut æquum eſt) abrogatis, componatur.

10. Inſuper ex Electorum, Principum, Statuumq;, ac abſentium Conſiliariorum Legatorum, & Nunciorum in noviſſimis Comitiis aſſenſu & permiſſu, ad promovendam conſervandamq; pacem & tranquillitatem in Sacro Imperio, quo omnes Status inter ſeſe Chriſtianè, piè, pacificaque conſuetudine vivant & agant determinationemque concilii expectent: rationi conſentaneam, tolerabi- Interim vel le-
lemq; reſolutionem ac declarationem, quomodo interea, quàm determinabitur & definietur con- ter religionis
cilium, ſingula in Religione obſervanda ſint; clementer edidimus, ut eadem noſtra declaratione & conſtitutio re-
ordinatione in noviſſimis Comitiis edita continetur. tificatur.

11. Nec dubitamus, quin omnes Status, membra, quique præterea S. Imperio ſunt obſtricti; quæcunq; eadem declaratione & ordinatione comprehenduntur, obſervaverint & ad ea ſeſe compoſuerint. Ab Electorib. tamen Principib. & Statib. varia ad nos quæ hic præcipue emerſerunt allata ſunt obſtacula, ob quæ dicta declaratio & ordinatio, neq; per omnia, neq; ubique ex æquo adhuc ad effectum perducta ſit. Hoc inſuper Conſilii addentibus controverſias religionis commodiùs quam per generale Concilium, velut per maxime idoneam, rectamque viam, componi non poſſe.

12. Eò itaque animus noſter & voluntas potiſſimum ſpectant, ut omnia & ſingula (quæ ad hanc aliaſque res, de quib. inter nos ac alios ordines, in noviſſimis Comitiis convenit concluſum & determinatum eſt, attinet) pro ſalute, utilitate & commodo Germanicæ nationis, necnon ad pacem, concordiam, & tranquillitatem introducendam adimpleantur, atque ad eorum normam omnia expediantur & agantur.

13. Præterea à Statib. inſtructi & informari comperimus, quæ in præfatis capitib. declarationis interim ſcil. ac Reformationis emerſerunt obſtacula, non omnino eadem ratione & modo, ſed pro conditione & qualitate perſonarum, alio atque alio loco aliter incidiſſe. Volumus ob id ad prædictam Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliatiorum, Legatorum, ac Nunciorum relationem, indicium, conſilium, ac interpellationem, præter promotionem Generalis Concilii iſtos articulos, exigente id authoritate nobis incumbentis Imperialis muneris, ad curam noſtram recipere, atque id efficere, ut prorſus intelligamus, quid obſit Statib. & impedimento ſit, quo minus præfatam ordinationem ſequantur: omnemq; adhibere operam, ut hujuſmodi impedimenta pro innato nobis pio & paterno affectu, commodis & opportunis rationib. modiſque (quantum cujuſq; loci commoditas, neceſſitaſq; poſtulabit) removeantur & tollantur. Ita tamen ut nihilominus pax, tranquillitas, & concordia in S. Imperio Germanicæ nationis obſervetur, quo iſtud opus non minus neceſſarium & utile, quam honeſtum & ſalutare ad conſervandam in S. Germanicæ nationis Imperio pacem, tranquillitatem & concordiam magis promoveatur, ac quiſque definitionem, determinationemque

 gene-

generalis Concilii (quæ procul dubio vera eſt indubitataq; via, & modus communis tollendorum omnium, qui in Religione ſunt errorum, aliarumque controverſiarum, ac emergentium impedimentorum) majore tolerantia expectet, & ad peragendum adimplendumque, quod de his declarabitur ac decernetur, tanto ſtabilius quiſque ſe obfirmet & præparet.

14. Requirimus ob id ſedulò, certiores facimus, & admonemus Electores, Principes, alioſque Ordines, ut, quod ad prædictam declarationem & reformationem attinet, unuſquiſque quàm diligentiſſime adnitatur efficiatque, ut non tantùm inchoetur, verum etiam ſervetur & adimpleatur. Quo facto, confidenter ſperamus, in Sacro Germanicæ nationis Imperio concordiam & ſalutem.

15. Quoniam verò in noviſſimis Comitiis, pro pace, tranquillitate, & ſecuritate, in S. Germanicæ nationis Imperium introducenda & tuenda, ex conſilio & aſſenſu Electorum, Principum, & aliorum Ordinum prius à nobis inſtitutam pacem publicam perpendimus, ac ſumma diligentia renovavimus, & in melius produximus, ut non ſit opus quidquam hoc tempore proponere, præterquam hoc, ut ſecundum illius tenorem, eam tueamur & adimpleamus.

16. Volumus ſeriò, ut poſthac ab omnibus & ſingulis, nobis ac Sacro Imperio ſubditis, omnibus etiam præfata noſtra publica pax perpetuo & firmiter citra fraudem per omnia ſervetur, & ſumma fide defendatur, utque nihil ullo pacto adverſus eam fiat, quo animadverſionem & pœnam, in eadem publica pace (ad quam ſeſe omnes componere debent) conſtitutam quiſque evitet.

17. At quum omnis opera & labor in publica pace inſtauranda, renovanda, & reſarcienda, fruſtra impendatur: neq; poſſit in Sacro Imperio communis pax, tranquillitas, & ſecuritas conſervari, niſi hiſce, qui adverſus ſalubertimam publicæ pacis conſtitutionem agunt, ſeriò occuratur, juſtaq; animadverſione coerceantur. Cumque inter cæteros hujus publicæ pacis violatores, ac nobis, Sacroque Imperio inobedientes & rebelles, qui conati ſunt etiam alios obedientes Imperii Status, & Ordines ac ſubditos, reipſa bellica manu opprimere, invadere ac perdere: Conſules Senatores & Tribuni antiquæ Civitatis Magdeburgenſis, præcipui inventi ſunt, utpote qui non ſolùm ſua pervicaci rebellione indurati, omnem effrenem libidinem, in vivos & mortuos, intra ipſam Civitatem exercuerunt, quoſdam ſuis facultatibus exuentes, verum etiam armata manu eruperunt & in vicinos ex mera temeritate & inſolentia ſuam petulantiam exercuerunt.

18. Coacti ſumus neceſſariò cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumq; Conſiliariis Legatis & Nunciis conſultare, quonam pacto horum pacis violatorum non ferendis conatibus obviam iremus, ne hujuſmodi periculoſum perniicioſumq; apud illos exortum incendium latius ſerpat, ac cum exitiu cujuſq; benè in[illegible]æ Reipub. oppreſſa honeſtate, & juſtitia dominetur & ſuperet.

19. Quamquam verò ja[illegible]dum ob gravem hanc diuturnamq; Magdeburgenſium injuriam & offenſionem ſat cauſæ habuerimus, ut omnem adverſus illus auſteritatem & ſeveritatem exerceremus, efficeremuſq; ut meritas pœnas (quo ſint aliis exemplo) luerent: Non fuit nobis tamen grave ab Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis & Nuntiis, bonam pacificamque ante omnia rationem & modum quæri atque arripi, quod ad debitam obedientiam, benignè perducerentur: adeo ut etiam Electores, Principes, Status, abſentiumque Conſiliarii, Legati & Nuncii, nobis annuentibus ſatiſque liberum facientibus, Magdeburgenſes illos rebelles, ad certum præſcriptumque diem benignè tractationis cauſa evocaverint.

20. Sed quia ad prædictam per nos conceſſam libertatem, ſtatuumq; evocationem, hujuſmodi reſponſum dederunt, ut ex eo facilè intelligi poſſit, fruſtra illis omnem gratiam, dictæque benignæ tractationis occaſionem oblatam eſſe: Quodque in noſtrum aliorumque ordinum contemptum, benignæ tractationis cauſa comparere nolint, ſed potius in ſceleſto violandæ pacis ſuo propoſito, obdurari perſiſtere cogitent.

21. Hac itaq; inevitabili neceſſitate pro noſtræ, Sacriq; Imperii exiſtimationis autoritatis & majeſtatis, nec non pacis & ſecuritatis defenſione, proq; omnium ac cujuſq; Juris adverſus vim inferentes tuitione & protectione, provocati, cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumq; Conſiliariis, Legatis & Nunciis convenimus, unanimique conſenſu efficiendum putavimus, ut ſæpe dicti rebelles, paciſq; violatores, quibus fieri poteſt viis & modis, ad debitum officium compellantur pertrahanturq;. Ad quod efficiendum omnes ordines, in ſingulos menſes durante obſidione Civitatis Magdeburgenſ. N. millia aureorum ad alendos milites, faciliorémque & commodiorem iis faciendam ſolutionem depromi ex ærario communi conſenſu & aſſenſu decreverunt.

22. Sed quoniam hoc ærarium in noviſſimis Comitiis ob evidentes urgenteſq; cauſas partim tunc temporis latius pertractatas & enarratas, partim quoque in actis dictorum Comitiorum comprehenſas communi conſenſu ut colligeretur, decretum fuit: eam præſertim ob cauſam, ut ſi quis intra vel extra Imperii fines, adverſus Imperium certe vices erigere, illud invadere, opprimere, bello impetere, aliave ratione communem pacem turbare tentaret: hac communi conſenſu decreta & collata pecunia, Imperium paratum eſſet, eamque ad avertendum inſtans periculum, pro utilitate & commodo Sacri Imperii depromi, ac ea uti liceret: ita ut prorſus incommodum inconſultumque videatur ſtatim durante adhuc periculoſa tempeſtate, præfatum ærarium labefactare.

23. Ob id ab Electorib. Principibus, Statibus, abſentiumq; Conſiliariis, Legatis & Nunciis, clementer ex paterno propenſoq; affectu, amore, & fide erga Germanicam nationem poſtulavimus & petivimus, ut de certa aliqua firmaque via & ratione cogitarent, quibus id quod ex ærario deſumetur, quamprimùm reponatur, non permiſſuri alioqui, ut illud ærarium attingatur.

24. Et quamvis Status ex variis, enarratiſque cauſis, necnon evidentibus neceſſitatibus, & hujus

Digitized by Google

ſas temporis difficultatibus, non ſatis commodum ſibi hoc eſſe allegaverint, oraverintque, ut quæ in præſentiarum facienda eſt, ſicut prædictum eſt, ærarii repoſitio ſeu reſtitutio, in aliud commodius tempus differretur: Nobis tamen benigne pro commodo & ſalute Germanicæ nationis inſtantibus, ut par erat, ex obedientia obſequendum in hoc ſalutari negotio, dictamque repoſitionem ærarii annuendam duxerunt.

25. Verum quando in his Comitiis certo ſciri non poſſit, quam diu hæc protrahentur, atque ob id de reſtitutione ærarii, ſive quid amplius neceſſe erit impendere hac vice tractari comode non poſſit:

26. Ideo communi omnium Ordinum conſenſu, ordinationem ſeu formam quandam prima Aprilis proxime futuri concipiendam eſſe decrevimus, ut ſcilicet ſex Electores, & nomine aliorum Principum ſex, utpote nomine Eccleſiaſticorum: Archiepiſcopus Salzburgenſis, Adminiſtrator Pruſſiæ, ſive Magiſter ordinis Teutonicorum: & Epiſcopus Monaſterienſis: Nomine vero ſecularium, Albertus Dux Bavariæ: Henricus Dux Brunſwicix & Guilhelmus Dux Juliæ: Nomine Prælatorum, Gervicus Abbas Weingartenſis, & Ochſenhuſenſis: Nomine Comitum, Fredericus Comes Furſtenbergenſis Nomine autem Civitatum, Auguſta, dicta die Aprilis prima, in noſtram noſtrique Imperii Civitatem Nurenbergam veniant, conſultentque & determinent, qua ratione, quove tempore, hujusmodi ærarii reſtitutio, cum minimo Statuum, eorumque ſubditorum incommodo & gravamine pro proportione ſummæ pecuniariæ, quæ interea deprometur, proque qualitate & neceſſitate diuturnioris fortè, ut ſuſpicari licet, obſidionis, fieri debeat: Nec non ſi forſitan civitatis Magdeburgenſis obſidio diutius quam ferre poſſit hoc ærarium, duratura eſſet, quo præterea modo quod in hanc obſidionem, quousve ea Civitas ad obedientiam perducta ſit neceſſum erit ſubſidium, præſtabitur, utque quidquid prædicti Commiſſarii ordinati hac in re tractaverint, conſultaverint, & decreverint, ab Electoribus, Principibus, reliquisque Ordinibus, non minus quamſi in communi Imperii conventu approbatum eſſet, absque aliqua excuſatione & tergiverſatione perficiatur adimpleaturque.

27. Hanc itaque Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, & Nunciorum propoſitam ordinationem, pio affectu amplexi ſumus, latiusque cum iis convenimus. Et quia iſtud Chriſtianum inſtitutum, non ſolum ſacro Imperio utile, verum etiam ad ejusdem Imperii Incolas & addictos, in tranquillitate ac pacifica converſatione, conſervandos neceſſarium ſit: ea propter unusquisque magiſtratus & poteſtas, ut ab antiquo obtinuit, & æquum eſt, ſubditos ſuos tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, ſive exempti ſint, & immunitate gaudeant, ſive non, nemine excepto, hac in re onerare poterunt: ſubditique in hoc obtemperare tenebuntur: qui tamen non amplius onerari aut gravari debent, quàm cujusque ſtatus & ordinis conditio patitur. Mandamus his quoque noſtro Imperiali fiſco, ut adverſus contumaces, & inobedientes in noſtro Imperiali Cameræ Judicio, ut ſolitum & par eſt, procedat, ac ad ſolutionem urgeat.

28. Id quoque inter nos & Electores, Principes, Status, abſentiumque Conſiliarios, Legatos, & Nuncios convenit & decretum eſt, ut, ſi contingat aliquem, intra vel extra Imperii limites, quicunque is fuerit, rebellibus ac proſcriptis antiquæ Civitatis Magdeburgenſis ſeſe immiſcere, illis ſtipendia facere, aut eos defendere, ei reſiſtendum, ejusque conatus coercendos eſſe, noſtris, Electorum, Principum, & Statuum ſumptibus, ſi qui forte hic neceſſario impendendi erunt: quemadmodum latius in conſultatione hujus executionis communi conſenſu decrevimus, quo hæc propoſita obſidio ſublatis impedimentis peragatur, & ſæpedictum Magdeburgum, à violandæ publicæ pacis propoſito, improbaque rebellione, tandem ad debitam obedientiam redigatur.

29. Ad hæc illud quoque, quod in noviſſimis Comitiis, de Judicio Cameræ, pro conſervatione pacis, tranquillitatis & concordiæ, in Sacro Imperio conſtitutum & ordinatum eſt, nunc ad memoriam revocavimus, & inter cetera deprehendimus communes Status nobiscum conveniſſe, ut ad promovendam Juſtitiam ac veteres cauſas, & lites definiendas, ſupra ſolitum numerum aſſeſſorum, decem extraordinarii adhuc aſſeſſores, duobus tantum annis, aut ſi veteres cauſas, interea ad concluſionem, ſententiamque perducere non poſſent: tertio etiam anno, cum aliis ordinariis aſſeſſoribus ſuſtentarentur: quemadmodum id in determinatione prædictorum Comitiorum latius comprehenſum eſt.

30. Et quoniam jam dicti duo anni, quibus præfati extraordinarii aſſeſſores aſſumpti ſunt, prætorlabuntur, ita ut de ipſis amplius providendum ſit, an neceſſe erit eos diutius retinere, aut à ſuo officio dimittere: atque etiam ex Commiſſariorum noſtrorum, Statuumque Viſitatorum, qui ad noviſſimam viſitationem ordinati fuerunt, relatione comperimus, ob varias urgentes cauſas, & maxime, quod veteres cauſæ nondum penitus definitæ eſſent, quodque novarum cauſarum maximus accreſcat acervus, conſultum non eſſe, ſi elapſo ſtatim biennio, Extraordinarii aſſeſſores à Judicio Cameræ dimittantur. Ob id ad promovendam Juſtitiam (quæ merito apud omnes in pretio & æſtimatione eſſe debet) utque etiam partibus, ſine dilatione Juſtitia adminiſtretur, & lites ex eo celeriorem melioremque finem ſortiantur: Cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis, & Nuntiis concordavimus & concluſimus, quod prædicti extraordinarii Aſſeſſores, tertio anno, imò etiam quarto, ſi id in futura viſitatione, ad hoc ordinati Commiſſarii & viſitatores, pro qualitate in lite pendentium cauſarum, neceſſarium judicabunt, aut invenient, in noſtro Judiciali Cameræ Judicio retineri debeant, ea tamen conditione, ſi ex his, qui nunc ſunt in Judicio extraordinariis Aſſeſſoribus unus, aut

etiam plures in ordinariorum numerum recipiantur, aut eorum officio defungi velint, in iſtius, aut iſtorum locum alii aſſumantur.

31. Quòd ſi autem ex Commiſſariorum & Viſitatorum arbitrio, etiam quarto anno extraordinarii Aſſeſſores, forte in Judicio retinebuntur, ut debitum, conveniensque ſtipendium ſupra ordinariorum ſuſtentationem, etiam in quartum annum, à Statibus ſecundum cujusque in noviſſimis Comitiis datam formam perſolvatur: cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis & Nunciis, etiam in eo concordavimus, Volumusque ob id & mandamus, ut unusquisque ſibi ad ſuſtentationem judicii noſtræ Imperialis cameræ, indictam & impoſitam ſummam pro ſuo honore, & quantum poterit ſub pœna prius ſtatuta, & unicuique denunciata, ſine novo aliquo monitorio aut interpellatione etiam præſcripto termino quarti anni præſtet.

32. Curavimus quoque Commiſſariorum ac Viſitatorum noviſſimæ viſitationis noſtri Judicii Cameræ Imperialis nobis transmiſſam relationem & determinationem, Electoribus, Principibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis & Nunciis clementer proponi, quorum mente audita, cum eis ſuper hac re concordavimus.

33. Inter alia igitur, cum deprehendiſſemus partes litigantes, quibus cauſas ſuas ad Judicium Cameræ deferre, & deducere neceſſarium eſt, ſæpius pro proceſſu ſupplicare, & quanquam interdum factum ipſum, ſeu origo cauſæ in narratione ſupplicationis, recta forma & ordine proponatur, ut Judex Cameræ & Aſſeſſores ex hujusmodi narratione facti, ut proponitur, facile intelligant Proceſſum decerni poſſe, ſi nominatim & in ſpecie rogarentur: eo tamen omiſſo, aut in petitione ſuppreſſo, vel non ſatis apte & formaliter eadem petitione narratis accommodata, Judex Cameræ & Aſſeſſores, non valentes cognitionem ſuam interponere (quamvis æquitas aliud poſtulet) juxta propoſitam petitionem proceſſum omnino recuſant, ſupplicationemque rejiciunt, aut certe proceſſum decernunt, his aut ſimilibus inter alia verbia: *Si Partes Litigantes ſuam petitionem formaliter propoſuerint, ſuper ea fiet & decernetur quod Jus poſtulat*: ut facile intelligi poſſit tempus hic teri, & fruſtra ſumptus fieri, Partesque non tantum diſtrahi, verum etiam cogi, interdum omnino bonum Jus ſuum deſerere.

34. Ideo ordinavimus, ſtatuimus, & volumus, ut à Procuratoribus, ſive partibus pro proceſſu ſupplicantibus, omni diligentia ſecundum Sacri Imperii leges, ordinationes, & determinationes apte & ordine ſupplicationes componantur: ſuasque petitiones ſeparatim & in ſpecie ex iis faciant. Sin verò aliqua ſupplicatio prolata fuerit, in qua ſeparatim facta petitio, ex allegatis narratisque non ſubſequatur & concludat: ſi modo ad finem hujus ejusdem ſupplicationis ſequens hæc clauſula, his aut ſimilibus verbis, annexa fuerit: *Super his mihi peto Jus & Juſtitiam, non tantum ſecundum petitionem, verum etiam aliam quamcunq; legitimam formam & modum, ut Jure permittente efficaciſſime fieri deberet, & poſſet adminiſtrari*: Judex Cameræ & Aſſeſſores, eo non conſiderato: quod quæ in ſpecie facta eſt petitio, formaliter non concludat: ex allegatis narratisque decernant quod Juris æquitatisque ratio poſtulat, quodque ſupplicans in ſpecie petere debuiſſet aut potuiſſet.

35. Præterea quoniam in noviſſimis Comitiis propoſuimus imò obtulimus ſublatam Eccleſiaſticam juriſdictionem & bona per noſtrorum Commiſſariorum benignam tractationem curare ac ſi parum inter eos conveniret, hujusmodi commodum modum & formam dare, quibus quisque jus ſuum conſequi, quique ſuis ſpoliati ſunt, ſine alicujus juſto gravamine, ſua recuperare poſſent. Ob noſtram quoque in ea re latius factam declarationem, quod interea provideremus, ut reſtitutio multis in locis poſtulantibus id ipſum partibus ipſis, ſcientibus etiam & volentibus utrisque ſucceſſum haberet: Electores, Principes, & Status cum obedientia à nobis poſtulaverunt & oraverunt, ut iterum ipſis, qui ſuis ſpoliati ſunt, auxilio eſſemus, quo id quod rationi, juri, & æquitati conſentaneum eſt, conſequantur.

36. Ad quod ſumus non minus nunc, & poſthac, quam antea propenſi: quare volumus poſtulantibus id partibus, omnem operam dare, formamque edere, ut quod æquum eſt, unicuique contingat, atque in hac re & negotio, ſicut in dicta Imperii determinationa comprehenſum eſt, quantum fieri poſſit procedatur.

37. Inſuper cum Electoribus, Principibus, & Statibus, id quod antea de moneta tractaveramus, in mentem revocavimus. Et quia ſecundum tenorem noviſſime hic habitorum Comitiorum, ad indictam Spiræ Monetalem diem, à nobis ordinati Commiſſarii, ſtatuumque Conſiliarii, Legati & Nuncii comparuerunt, & pro injuncto ipſis mandato, ad ſe hoc negotium receperunt: illudque cum ſuis circumſtantiis diligenter expenderunt, ac de eo conſultarunt, firmamque ac certam formam & ordinationem monetæ, omniumque quæ eidem annexa ſunt, conſtituerunt & complexi ſunt: Ob id una cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis, & Nunciis, omnem illam tractationem in manus ſumpſimus, recognovimus, latiusque expendimus, ac nobis placere permiſimus, & in eo cum iis concordavimus & concluſimus ea forma ac modo ut ſequitur.

38. Nempe quod etſi hactenus inter Electores, Principes, & Status, tam quibus non ſunt auri argentique fodinæ, quam qui iis dotati ſunt: de æſtimatione & valore argenti, aliisque de cauſis controverſiæ & contentiones fuerint, tandem nunc tamen ad concordiam & conciliationem illæ perductæ ſint: ita ſcilicet, ut in majoribus nummorum ſpeciebus, de quibus poſtea fit mentio, usque ad illam ſpeciem incluſive, quæ ſex Cruciferos valet: ex argenti puri marca Colonienſi octo cum dimidio aurei floreni, cum medio Crucifero (aureo floreno ſeptuaginta duobus Cruciferis æſtimato, facientes decem florenos, & duodecim cum dimidio Cruciferos, floreno ſexaginta Cruciferis æſtimato) conficiantur:

ficiantnt: Ac poſthac in ſacro Germanicæ nationis Imperio, hujusmodi nummorum ſpecies & partes cudantur & ſignentur: videlicet magna argentea pats, illiusque duæ dimidiæ, valore ſuo aureo floreno correſp ndentes: & præterea viginti, duodecim: decem, ſex: trium & unius Cruciſerorum partes ſeu ſpecies. Domini etiam & Status, qui jus cudendæ monetæ habent, pro regionum ſuatum conditione & more, peculiares quasdam numiſmatum ſpecies, nec non denarins & obulos, pro quotidiano & prumiſcuo uſu, ut cudantur procurare poterunt, ſecundum ordinationem, modum, & formam, obſervato etiam pondere & qualitate, hujus noſtræ determinationis, ſicut latius in edicto (ſuper quo Nos ex noſtrorum Commiſſariorum, Statunm, abſentiumque Conſiliariorum, & Legatorum in monetali die habita deliberatione, & nnanimi definitione, cum Electoribus, Principibus, & Statibus latius bic concordavimus) conſtitutum & ſancitum eſt: qnod quidem edictum peracta Valvatione ſive indicatura & æſtimatione monetæ, publice in Sacro Germanicæ nationis Imperio proclamabitur, & publicabitur.

39. In quo præterea & huic rei expreſſe proviſum eſt, quid ſcilicet deinceps fieti debeat de iis monetis, quæ hactenus in Sacro Germanicæ nationis Imperio excuſæ ſunt. Item quid de externatum nationum monetis ex aliis regnis & regionibus cumulatim invectis, & quæ hactenus in uſu ſuerunt, ſervari debeat: quave ratione Rhenenſes Electorum, & illis correſpondentes flureni, ſecundum noſtram, Sacrique Imperii nunc conſtitutam monetam, ſeptuaginta duos Cruciſeros valere, & in eo valore permanere: & denique quo pacto extraneorum Moneta accipi, ac dies Probationis inſtitui debeant: quo etiam aliqua ex parte rationem inveniamus, qua iis, qui ex argentea & aurea Moneta illicitum lucrum, fraude & dolo quærunt, occurrator.

40. Non ſolum autem de edicto promulgando cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Legatis convenimus, & illi viciſſim nobiſcum, verum etiam de ſorma Probationis ſeu examinationis, quæ in probationis die obſervari debeat.

41. Et quoniam in præfato Imperiali noſtro edicto inter cætera de argenteis Monetis, quæ antehac in ſacro Germanicæ nationis Imperio in uſu ſuerunt, nec non de extraneis aureis, argenteisque munetis, quo pacto ſcilicet poſt hac recipi debeant: fit mentio, quo ſupra tactum noſtrum Imperiale edictum ad debitum ordinem & ſucceſſum perducatur, tantuque citius in Imperio publicetur, te ipſa Valvatio quædam (de qua paulo poſt latius fit mentio) inſtitui & proponi debet.

42. Quapropter decem Sacri Imperii Principes Provinciarum (qui ſolent provincialem diem indicere) eos qui ad ſuam Provinciam pertinent & libertate cudendæ Munetæ gaudent, ſine mora ad præſtitutum certumque diem & locum conſuetum coovocent: prius tamen unaquæque Provincia communi conſenſu æſtimatorem, ſeu Probatorem aliquem aſſumat, illique Provincia ipſa juſtum ſalarium conſtituat: qui è diverſo ad debitum juramentum ſuper Probationis forma & ordinatione præſtandum obligabitur: & præterea qui in unaquaque Provincia libertate Monetæ gaudent, inter ſe concordabunt, quo modo hæc aliaque munia in ſua Provincia obire & ſervare debeant. Et denique ſingulæ Provinciæ, præter jam dictum juratum probatorem; ſeu æſtimatorem aſſumendum, ut diximus, duos Conſiliarios ordinabunt & deſignabunt, eosque proximo die dominico, *Quaſimodo*, ad noſtram Sacrique Imperii Civitatem Nurenbergam, cum eo quod ſequitur mandato paratos mittant.

43. Imprimis ut omnia tam aurea quam argentea numiſmata, in ſacro Germanicæ nationis Imperio excuſa, nec non externa numiſmata, tam aurea quam argentea in Imperium Germanicæ nationis illata, & in eo per ſolutionem expendi ſolita colligant, eademque examinent & probent, ad verum Rhenenſem aureum flotenum: ac ad prædictam à nobis & Imperio conſtitutam novam Monetam eorum Valvationem, ſive æſtimationem componant, verumque eorundem valorem conſtituant: ea conditione, ut quicunque Daleri ac medii ſexaginta ſex Cruciſeros, aut amplius, juxta prætactam Imperii novam monetam valent, illos admittant: quemadmodum in præfato à nobis concepto edicto comprehenſum eſt: qui verò ad valorem ſexaginta ſex Cruciferorum pertingere nequeunt, de iis quamprimum nos certiores reddant, ſignificentque qua inſcriptione quibusve inſignibus excuſi ſint, ac quantus cujusque valor ſit: quo debita examinatio, aç neceſſaria ordinatio ac forma præſcribi poſſit.

44. Atque ut hæc omnia per bujusmodi miſſos Conſiliarios & probatores, ſine aliquo impedimento & moleſtia, ad effectum in præſtituta illa Nurenburgæ die perduci queant: hi qui cuique Provinciæ affines ſunt & libertate cudendæ monetæ gaudent, ſuo quique Eaaminatori (quem ut prædictum eſt, aſſumere debent, quamprimum mandabunt & injungent, ut is, quantum fieri poterit, ante præſatam Valvationis diem, omnia tam aurea quam argentea, & tam quæ in Imperio quàm quæ extra ſunt excuſa numiſmata: quæque nunc in Sacro Imperio in uſu ſunt, examinet, & probet. Eandemque examinationem ſeu probationem ad eum diem Nurenbergam ſecum deferat & quoad fieri poſſit inveſtiget, & diſcat, qnod partes hujusmodi aureæ & argenteæ monetæ, unam marcam faciant, Quo autem hæc Valuatio rectius ad finem perducatur: hi qui in unaquaque Provincia jus cudendæ Monetæ habent, his Conſiliariis & Probatoribus, quos ad hanc Valvationem miſſuri ſunt, debitos ſumptus procurabunt præſtabuntque.

45. Ubi verò hæc Valvatio, ſive valoris examinatio, ita te ipſa ad determinationem deducta erit, qui ad hoc mittentur Conſiliarii & Probatores fideliter & apertè ſcripto nobis referent & nos inſtruent, quo in ſtatu omnia aurea & argentea numiſmata repererint, ut ex eo publicare queamus, quemadmodum juxta factam Valvationem unumquodque numisma recipi & expendi aut tolli debeat.

46. Ne

46. Ne autem noſtra & Imperii de Moneta in præſcripto Valuationis die ordinatio & forma communi omnium concluſione, & conſenſu approbata, diutius protrahatur: ſed quamprimum ubi expedita fuerit, ſine ulteriori dilatione publicetur, nos ex communi Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, Legatorum, & Nunciorum conſenſu, volumus ut ſepoſitis omnibus quæ forte ex improviſo incidere, aut per alicujus exquiſitum prætextum, ſeu excogitatas cauſas exoriri poſſunt impedimentis, ſine ulla mora, aut in alium diem ſeu tempus dilatione Valuatio ipſa effectum conſequatur. Et ſi forte alicujus Provinciæ Conſiliarii & Probatores ad præſtitutam diem non comparuerint: ut nihilominus unius aut plurium Provinciarum comparentes Conſiliarii & Probatores, in ipſa Valuatione procedant, & eandem exequantur, nihilque hac in parte ſe turbari vel impediri ſinant.

47. Sin autem forte ipſa Valuatio ſuum ſucceſſum (quod tamen neutiquam fieri debet) ob incidentia aut excogitata impedimenta aſſequi non poſſit, & ſalutaris illa ac neceſſaria ordinatio de Moneta differretur, ne per non ſignati argenti diſtractionem & peregrinæ extraneæque Monetæ invectionem, communis Sacri Germanicæ nationis Imperii commodum de die in diem magis, ut antea circa Monetam, pro cujusque voluntate, arbitrio & commodo, deceptionibus quoque & fraudibus quorumcunque debilitetur, ſed potius omnis occaſio hujus ſubſtrahatur.

48. Eam ob cauſam cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis, & Nunciis, pro ſalute & utilitate Sacri Imperii concordavimus & convenimus, ut huic rei neceſſaria debita, ac ſeria cura impendatur, & ſecundum id ordinetur & conſtituatur. Ordinamus itaque, conſtituimus, & præcipimus, ne poſthac quisquam, quisquis ille ſit, ſive intra ſive extra Imperium, ſub pœna amiſſionis & confiſcationis facultatum & bonorum, aliquod non ſignatum, aut infectum argentum extra Imperium Germanicæ nationis efferat, diſtrahat, aut extraneam aliquam non probam monetam ex aliis Regionibus importet & expendat. Similiter quicunque à nobis aut majoribus noſtris in Imperio libertate Regalium Monetæ donati ſunt, nemini talem Monetæ cudendæ libertatem vendant, concedant, aut alia ratione indulgeant, vel communicent, ſed ipſi ſoli ea libertate utantur: hac conditione ut poſthac unam argenti marcam Colonienſis ponderis in decem florenos, & duodecim cum dimidio Cruciferos (floreno ad ſexaginta cruciferos computato, diſtribuant, ita ut in ea ſumma florenorum & Cruciferorum una marca argenti dicti ponderis reperiatur, exceptis tamen in minoribus Monetarum ſpeciebus, Monetæ cudendæ ſumptu, ſub pœna amittendæ libertatis Monetæ, nec non majori pœna videlicet quadraginta marcarum auri puri nobis in noſtra Imperiali Camera ſine remiſſione ſolvendarum.

49. Præterea unusquisque poſthac ſub pœna ignis à granaliis, concoctionibus, conflationibus, & ſeparationibus, aliisque ſimilibus fraudulentis pernicioſisque impoſturis & adulterationibus Monetæ abſtineat.

50. Conſtituimus inſuper ordinamus & ſerio mandamus autoritate Imperiali, ne poſthac omnes Status qui libertate cudendæ pecuniæ gaudent integros daleros, aut florenos, groſſos, medios, aut quadrantes ad Monetariam officinam deſtinent: ſed ab iis omnino ſub pœna amiſſionis libertatis cudendi Monetam, necnon viginti marcarum argenti puri, nobis in noſtra Imperiali Camera ſine remiſſione ſolvendarum abſtineant: exceptis tamen iis qui fodinis dotati ſunt, qui quantum auri & argenti è ſuis fodinis eruunt, & non amplius ſecundum prædictam formam, pondus & valorem cudere & ſignare non prohibebuntur: alii vero (exceptis his qui auri fodinas habent) nullum aurum aliud, quam ſecundum noſtram, & Principum Imperii ad Rhenum obſervationem & pondus, ſicut hactenus, ita quoque in poſterum excudant.

51. Statuimus, ordinamus, & mandamus. ut omnes Domini, in quorum dominiis excoctionis, liquefactionis, conflationis & ſeparationis Officinæ ſunt, cum omni diligentia, provideant, ne ſub prædicta animadverſione & pœna, in eisdem officinis æs, electrum, aut aliud quod argentum continet, ſeparetur, liquefiat, & in argentum concoquatur: eo tamen excepto quod è fodinis eruitur, nec prius Monetæ formam habuit.

52. Volumus quoque omnem quæ hanc ordinationem Monetæ concernit tractationem, Statibus hæreditariæ noſtræ inferioris Germaniæ referri, & quemadmodum clementer antea obtulimus, omni diligentia curare, ut illi Status ad hanc de Moneta ordinationem, quoad fieri poterit commodiſſime, eodem modo ſe componant.

53. Præterea apud charum ac dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem ex petitione omnium Statuum pariter egimus, ut ſua dilectio in Regno Bohemiæ ac Regionibus ad eam pertinentibus curare velit, quo & illud Regnum, ac Regiones, cum dicta Monetæ ordinatione concordent.

54. Ad quod illius dilectio nobis reſpondit, ſe ad promovendum hoc publicæ utilitati pernéceſſarium & ſalubre opus, non ſolum in ſuo Bohemiæ Regno, adhærentibusque Regionibus: verum etiam in ſuæ dilectionis Regno Hungariæ, apud Status utriusque Regni tantum egiſſe, ut illi ad præſtandam ſuæ dilectioni obedientiam, & obſequium, necnon communem Sacri Imperii profectum, ob officium, amorem & vicinitatem, propenſis animis conſenſerint ut ſuæ dilectionis ac ipſorum Moneta poſthac cum hujusmodi nova Sacri Imperii Moneta, pondere, materia, & valore conveniat & par ſit.

55. Porrò etiam antea in nonnullis Comitiis de Collationis forma & concordia inter Communes Status varia tractata ſunt: & præſertim in noviſſimè hic habitis Comitiis, iſte articulus eſt *omni-*

bus

bus illius circumſtantiis examinatus eſt: certaque forma & modus quibus ad illius deciſionem perveniri debeat præſcripta ſunt. Atq; etiam hujus occaſione nuper peculiaris quidam Provinciarum conventus Wormaciæ indictus ac cœptus eſt: in quo etſi confidebamus juxta tenorem prædictæ Auguſtanæ determinationis Provinciarum Status in hac re progreſſuros, impedimenta tamen quædam intervenerunt, ita ut minus aliquid commodi aut fructus ex eo percipi potuerit. Et quanquam nos etiam plane propenſi fuerimus, relatis ad nos præfatis Moderatorum incidentibus impedimentis, ut aliam quamprimum proponeremus viam & modum, quo ſummæ huic Imperii neceſſitati ſuccurreretur, ac Status, quod ad hanc rem attinet, per omnia in tranquillitate æquali, certaque obſervatione reponerentur, ipſius tamen cauſæ ſeu negotii eam deprehendimus conditionem & qualitatem, ut extra ac ante Imperii hunc conventum commodè illi provideri non potuerit.

56. Sed quoniam in his comitiis habita majore deliberatione & examine hujus negotii, ſtatim deprehendimus tam ſerium, immenſum & infinitum opus in communi Imperii conventu, abſque magna moleſtia & gravamine communium ſtatuum ad finem perduci non poſſe: ob id nobis, necnon Electoribus, Principibus, ac ſtatibus commodum viſum eſt, ut prior determinatio de Moderatione Collationis in Imperio ſecundum illius tenorem adimpleatur: & prædicta Moderatio modo & via in dicta determinatione comprehenſis expediatur.

57. Et quoniam inter reliqua quæ prædictam Moderationem concernunt: in prioribus determinationibus ordinatum eſt, ſi unus aut plures Sacri Imperii Status, ſe in prioribus Collationibus nimium gravatos arbitrarentur, nondumque ſublevati eſſent: magisve ſublevari deſiderarent: ut hi Status omnia ſua gravamina intra tempus in dicta determinatione Statutum, in ſuis, ſub quibus ſunt Provinciis: his qui jus convocandi Provincias habent ſcripto incluſa traderent, atque hi qui Provincias convocandi jus habent, duas ordinationes proponerent: alteram pro Inquiſitione, alteram pro Moderatione: Sed quia ſecundum illam determinationem aliquot Status ſua gravamina intra Statutum tempus non protulerunt, neque hi qui provincias convocandi jus habent, eas convocaverunt: atque ita prædictæ ordinationes in illis Provinciis nondum factæ ſunt, ſtatutumque tempus eorum culpa re infecta præterlapſum eſt.

58. Ne quiſquam velut non auditus juſte gravetur, ex Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliatiorum, Legatorum & Nunciorum, nobis propoſita matura deliberatione & conſenſu volumus, ut ſi qui ſua gravamina nondum protulerint, poſtea adhuc (ut ante factum oportebat) hi a qui Provincias convocandi jus habent, proferant & literis incluſa tradant: tres menſes à data hujus determinationis peremptorie ſtatuentes, nominantes, & præſcribentes, cum ea interminatione, & denunciatione, ut ſi intra hujusmodi terminum ſua gravamina non pertulerint eos amplius auditum non iri, neque in Moderatione illorum mentionem ullam futuram, ſed per hoc illis perpetuum ſilentium imponetur.

59. Volumus ad hæc & illud, ut poſt hujusmodi gravaminum relationem ac traditionem, ſtatimque nunc præſtitutorum trium menſium, qui ſolum Provincias, in quibus gravamina prolata ſunt: convocandi jus habent (quique ſecundum priorem determinationem intra præſtitutum tempus, ob hoc negotium non convocaverunt: poſtea adhuc intra unum menſem ſuam quisque Provinciam, in qua gravamina audiuntur: ad commodum oportunumque locum, ac certum præſcriptumque diem convocent, & requirant, Statusque Provinciarum, in quibus hujusmodi gravamina allegantur, quæque ut prædictum eſt, certo loco, & tempore præſcripto convocatæ erunt, haud inviti compareant, & conveniant. Et ſi forte is cui jus eſt Provincias convocare, ipſemet gravaretur, ſublevarique ſe petiturus eſt, is quoque in hujusmodi Provincialis diei conventu ſua gravamina proferre poterit.

60. Oportet quoque Provinciarum illarum (quæ ſecundum priorem determinationem nondum convocatæ ſunt: poſtea tamen, ut jam dictum eſt, convocabuntur) affines & ſocios duas ordinationes, alteram quæ ad inquiſitionem, alteram quæ ad moderationem pertineat: forma & modo in priore determinatione præſcriptis & comprehenſis proponere.

61. Ubi autem utraque hæc ordinatio eo modo à Provinciarum Statibus facta fuerit: Imprimis illi qui ad inquiſitionem ordinabuntur, ſtatim à fine menſis pro convocatione Provinciæ præſtituti, inquiſitionem auſpicabuntur, & omni modo in ea procedent, quemadmodum etiam in priore Comitiorum determinatione proviſum eſt: ita tamen ut hujusmodi inquiſitio in illis Provinciis, in quibus nondum facta eſt, nec gravamina adhuc allata ſunt: intra tres menſes fiat & perficiatur.

62. Sin autem unus forte aut plures Status poſtmodum intra præſtitutum tempus ſua gravamina, illi vel illis Provinciis, quæ antea convocatæ fuerunt, prædictasque ordinationes expediverunt: allaturi eſſent, poterit inquiſitio per eos, qui antea ad hoc ordinati fuerunt, intra jam præſtitutum tempus fieri, ne illam vel illas Provincias de novo convocare opus ſit.

63. Et ubi talis Inquiſitio & examinatio, ſeu inveſtigatio, intra præſtitutos noviſſimos tres menſes ſucceſſum habuerit, rurſus ſecundum noviſſimorum Comitiorum determinationem, omnia adducta gravamina, & ſuper iis facta inquiſitio, ad alteram Ordinationem, Moderationis ſcilicet, transferentur: Ac cum hi qui ad Moderationem deſignati erunt, poſt finem trium noviſſimorum illorum menſium, intra duos menſes ſaltem proxime ſequentes, ſine ulla mora aut dilatione, ultimo die eorundem Wormaciam iterum repetant & compareant, atque ſecundum ſæpius dictam in noviſſimis Comitiis factam determinationem, quomodo ſcilicet in præſcripta illa die procedi debeat: procedant & exequantur.

64. Quo

64. Quo autem in hoc negotio convocandarum Provinciarum, nullum incidat obſtaculum, Principes qui antea in eo diſcordabant, nunc communi conſenſu decreverunt, ut hujusmodi convocatio, ſine diminutione juris cujusquam, certum indubitatumque ſucceſſum intra præſcripta tempora conſequatur.

65. Quandoquidem vero in indicta Provinciali die Wormaciæ, dubitatio & diſpar intellectus inter moderatores incidit, an ſcilicet ſecundum noviſſimam anni 45. minoris numeri propoſitam quidem, non tamen penitus abſolutam Imperii collationis formam: an vero potius ſecundum veterem Wormacienſem Collationis formam anno 1521. editam, tractatio moderationis facienda ſit: ne propterea in proximo Provinciali conventu, Moderatio ſuſpendatur aut impediatur: ex Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, Legatorum, & Nunciorum approbatione, & ea de cauſa præſtito conſenſu, Nobis placet, ut Collationis forma ſecundum Wormacienſem anni 21. inſtituatur & proponatur: cum nec alia communium Statuum etiam in prioribus hic habitis Comitiis fuerit ſententia. Quamobrem non eſt cur moderatores in futura Provinciali die de hac re amplius diſceptent, aut hoc in dubium vertant.

66. Oporter quoque in futura Moderationis die, eos qui à provinciis ad hanc rem deſignabuntur Moderatores, Suffragiorum & Seſſionum ad decidenda à Provinciis allata gravamina, eum ordinem & ritum obſervare, qui in Imperii conventu ab antiquo obſervari ſolet.

67. Et ſi quæ forte de Seſſione inter aliquos Status controverſia exoriatur, quacunque ratione & modo fiet illa, nulli præjudicium aliquod adferet. Similiter quoque Provinciis in ſua ab antiquo obſervata Seſſione nullum præjudicium aut incommodum accidet.

68. Quanquam vero Nos, nec non Electores Principes, Status, abſentiumque Conſiliarii, Legati & Nuncii confidamus Moderatores in re tam ardua & neceſſaria, ad quam ſingulari quadam cujusque Provinciæ fiducia electi & deſignati ſunt: ob incidentem aliquam & levem dubitationem controverſiamq; minime diſcrepaturos, ſed ad concordiam facile eam deducturos: nihilominus tamen ſi quid iſtiusmodi evenerit (ut certe ex improviſo facile hujusmodi errores & controverſiæ interdum exoriri ſolent) ne tum Moderatores in hac re peragenda impediantur; ſi ipſi inter ſe hujusmodi contentioſas dubitationes componere non poterunt: Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis & Nunciis ex eorum benevola ad nos relatione, clementer annuimus, & permittimus, ut ſi Moderatoribus ejusmodi dubitationes, quod attinet ad ordinem & modum procedendi, rationemque, qua moderationem exequi & abſolvere debeant, occurrerint ac inciderint: eas ad nos referant, illis enim requirentibus, ut commodum reſponſum ſeu determinationem accipiant curabimus: Et ſi nos abeſſe contingat, charus ac dilectus frater noſter Romanorum Rex, hoc negotium ad ſe recipere conſenſit, ne ut nuper Wormaciæ accidit, ex diſcordi deliberatione, Moderatio amplius prorogetur & ſuſpendatur.

69. Quantum autem ad deciſionem hujus Moderationis attinet: in noviſſime hic habitorum Comitiorum determinatione, via ac modus Moderatoribus præſcripta ſunt, quo pacto ſcilicet ex bono & æquo de ſublevatione & concordatione, pro conditione & qualitate cauſarum cognoſcere debeant, nec non ſi quis ea cognitione ſe gravatum comperiet, quomodo ac quando Imperialis Cameræ Judicium appellare poſſit. Quocirca priori determinationi merito acquieſcendum & ſtandum erit.

70. Quod ſi autem quidam poſt eorum qui ad hoc ordinati ſunt, Moderationem, aut (ſi forte cauſæ non ſatis graves indicabuntur) rejecta omni ſublevationis petitione, iterum ſe gravari ſentirent, neque illis acquieſcere vellent, ſed, quemadmodum eis in noviſſima determinatione permiſſum eſt, noſtræ Imperialis Cameræ Judicium appellare velint, ut ſcire & intelligere poſſint, quomodo proceſſum inſtituere debeant: Sic pro qualitate hujus rei procedetur, ut is qui ſe gravatum exiſtimat, ſua quæ allegavit gravamina, una cum ſubſecuta ad ea Inquiſitione in locis, in quibus per Moderatores uniuscujuslibet Provinciæ ſcripto concluſa repoſita ſunt, requirat, & ea una cum ſua ſummaria petitione (ita tamen ut præter ea quæ apud Moderatores adducta ſunt gravamina nova non proferantur) legitime ad Imperialis noſtræ Cameræ Judicium proferat, & cauſam ulterioris judicii cognitioni committat, quod ſi tum noſtræ Cameræ Judices & Aſſeſſores judicaverint aliquid amplius pro eorum informatione requiri, damus illis ex Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, Legatorum ac Nunciorum conſenſu autoritatem & poteſtatem, ut id ipſum per opportunas literas Compulſoriales, quibus omnes parere & obedire debent, ex locis ubi aſſervantur proferre curent.

71. Præterea cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis Legatis & Nunciis de Politia tractavimus, ita ut quamvis in noviſſimis Comitiis præclaras, ſufficientesque ordinationes propterea ediderimus, nec Electores, Principes, & Status quicquam ſtudii intermiſerint, quo ad effectum & uſum redigerentur & producerentur: atque etiam omnia quæ hæc Politiæ ordinatio poteſtatibus, & magiſtratibus injungit, ut ſucceſſum haberent propoſita & incœpta ſunt: Certiores tamen reddimur, quod hæc ordinatio per omnia apud ſubditos, Cives, & Civitatum vicorumque Incolas ægre & difficulter ſucceſſum habeat, & in uſum deducatur.

72. Cum igitur ad extirpanda multa intolerabilia & animadverſione digna ſcelera, nec non impium vitæ genus atque e diverſo ad ferendos componendosque bonos mores, probitatem, virtutem, hæc ordinatio tanta deliberatione conſtituta merito adimpleri & obſervari debeat: Idcircò ſtatuimus & ordinavimus denuo ac volumus, ut unusquisque Sacro Imperio ſubjectus, cujuscunque

Status,

Google

Status, vel conditionis fuerit, iſtiuſmodi reformationi, & ordinationi, in noviſſimis hic habitis Comitiis editæ, atq; etiam Typis publicatæ & evulgatæ, quantum unumquemq; illa concernit, pareat & vitam ſuam accommodet, adverſus eam nihil agat, aut fieri permittat, idq́ue ad evitandam pœnam irremiſſibilem quæ in ea ordinatione aperte exprimitur & deſignatur.

73. Et quia paſſim in Civitatibus & Pagis inveteratæ quædam conſuetudines & obſervationes in uſu ſunt, quæ juſtis & æquis hujus Politiæ ordinationibus, necnon communi utilitati nonnihil adverſari videntur, efficiuntque ut hæ noſtræ & Sacri Imperii conſtitutiones, quæque autoritate earundem per Magiſtratus & Poteſtates cujuſque loci inſtituendæ, & ad uſum deducendæ eſſent, re ipſa inſtitui, & ad uſum perduci nequeant: quo igitur tanto majore autoritate Poteſtates ſæpedictam ordinationem Politiæ paſſim in ſuis Ducatibus, Regionibus, Dominiis, Ditionibus, Civitatibus, Pagis, & Plagulis ad effectum & uſum perducant, dictas Civitatum, Vicorum, & Collegiorum ſingulares & privilegiatas ordinationes, ritus, & conſuetudines huic Politicæ ordinationi, ac conſuetudini repugnantes & contrarias, ex noſtræ Imperialis poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia & motu proprio per hæc tollimus, abrogamus, caſſamus & annihilamus, quemadmodum etiam tunc eaſdem caſſavimus & annihilavimus. Et volumus ut unuſquiſque Magiſtratus ſive Poteſtas, ſine ullo prorſus impedimento ac ſerio ſæpedictam Politicam ordinationem noſtram inſequatur, ac quicquid ei in illa injunctum fuerit, exequatur: Subditiq́ue, Cives ac Incolæ Civitatum, Vicorum, Pagurum & Plagularum, quicquid à Poteſtatibus ordinatum & conſtitutum fuerit, obſervent & vita comprobent.

74. Rurſus quia in dicta Politiæ ordinatione de operariis quoq;, mercenariis, hoſpiciis, aliiſq́; rebus pluribus, Magiſtratib. ut provideant ordinentq́; mandatur: Electores verò Principes, Status, abſentiumq́; Conſiliarii, Legati, Nuncii, nos certiores reddiderunt, quod & ſi ab uno forte aliquo Magiſtratu ſeu Poteſtate in ſua ditione introducatur, & ad obſervationem proponatur, finitimi tamen ac vicini conformes ſeſe exhibere nolunt: adeò ut uni difficile & durum, imò impoſſibile ſit, re ipſa eam obſervare: idcirco iterum ex Statuum communi conſenſu, volumus ut Domini & Poteſtates quorum fines vicini ſunt, quorumq́; Civitates, Pagi, & Vici ab invicem uno aut altero tantum milliari diſtant: inter ſe conveniant, de æquali & conformi ordinatione in præfatis articulis obſervanda.

75. Ad hæc & ſi in ſæpedicta Politica ordinatione, nec non in peculiari quodam à nobis ob id edito mandato, conſultiſſime, neceſſario, & commode de laneis pannis inter cætera proviſum ſit: ut illi ſcilicet non extenſi & expotrecti, ſed madefacti & tonſi vendantur, ſub pœna & amiſſione pannorum &c. Item ſi contingeret illos madefactos & tonſos rurſus fulcimentis affigi, & extendi: ut ſimiliter iidem panni amittantur: utque utroque caſu prædicto animadverſio & pœna pertineret ad Magiſtratum ſeu Poteſtatem, ſub qua panni venales fuerint, & ad quem illius loci immediate pertinet Juriſdictio.

76. Electores tamen Principes, Status, abſentiumq́ue Conſiliarii, Legati, & Nuncii, certiores nos fecerunt, hanc ordinationem in vulgaribus pannis in Germanica natione contextis, factis & paratis (qui ob varios quos habere ſolent defectus pro communi commodo & bono, fulcimentis affixi perſpici & examinari debent) obſervari nec poſſe nec utile eſſe, quandoquidem vulgares in Germanica natione texti panni, niſi fulcimentis affigantur, perſpiciantur, recognoſcantur, & niſi à Juratis ſignatoribus ubique & per omnia eundem & ſimilem colorem, an ſortem probamq́ue lanam habeant, an ſimili & æquali ubique filo, integri, aut ut decet præparati ſint, aut an alioqui alio aliquo vitio & defectu laborent, examinentur & ſignentur, prorſus inæquales, intractabiles, inepti, informes, & non ſatis probi erunt, etiam ſi ſuam præfinitam longitudinem habeant, ultra quam extendi non poſſunt.

77. Præfatam igitur noſtram Politiæ ordinationem, editumq́; de hoc antea mandatum declarantes: permittimus clementer ut prædicti vulgares panni, qui in Germanica natione texuntur, quo illis quivis uti poſſit, ut eorum ſit aliqua utilitas, hac de cauſa affigantur, quo omnia vitia pro communi commodo (ut prædictum eſt) perſpiciantur: utq́ue hi qui tales pannos in Sacro Germanicæ nationis Imperio ulnatim vendere volunt, id ſecundum tenorem Politicæ ordinationis faciant ac pannos madefactos, tonſoſq́ue vendant: quod ſi verò unus forte aut plures hujuſmodi ſemel madefactos tonſoſque pannos rurſus fulcimentis affixerint, hi ſecundum tenorem præfatæ Politicæ ordinationis puniantur: quod verò ad Londinenſes, alioſque probiores pannos attinet, etiam hi præfatæ Politicæ ordinationi, prioriq́ue noſtro hac de re edito mandato ſubjecti manebunt illorumq́ue conſtitutiones in jam dictis pannis firmiter obſervabuntur.

78. Volumus quoque ſi ſæpe dictæ noſtræ Politicæ ordinationi, prioriq́ue noſtro mandato atque huic determinationi, quantum laneos pannos concernit, aliqua privilegia, libertates, gratiæ, aut declarationes, ab aliquo conceſſa, aut in poſterum concedenda, quacumque ratione detrahant, incommodent aut adverſentur, illa viribus carere, annihilari, & infirmari, ſicut per præſentes abrogamus & annihilamus.

79. Volumus præterea hanc noſtram & Imperii conſtitutionem de laneis pannis Statibus noſtræ hæreditariæ inferioris Germaniæ referre, & quemadmodum clementer obtulimus, diligenter curabimus, ut & illæ hæreditariæ inferioris Germaniæ Regiones, huic conſtitutioni, quod ad laneos pannos attinet, quantum fieri poterit, ſe accommodent.

80. Porrò quamvis in ſæpedicta noſtra politiæ ordinatione, uſurarii contractus interdicti ſint, ita ut nemo illis uti debeat, ſed prorſus fugere, ad nos tamen Electores, Principes, Status, abſentiumq́;

Conſiliarii, Legati, & Nuncii, denuo pertulerunt, Judæos ubi aperte & manifeſte uſuras ſuas exercere nequeunt, ibi per clandeſtinas quasdam machinationea, & modos, easdem tractare: Ita ſcilicet ut uſuras pro ſorte ſeu capitali ſumma in chirographum ſeu cautionem conferant. Præterea & hoc cumpertum eſt, Judæos injuſta nomina ſeu credita, & actionea, quas à miſeris Chriſtianis ſummo cum gravamine, & maximo præjudicio redemerunt, aliis Chriſtianis hominibus vendere, cautionesque ad emptores transferre, qui miſeros & maxime gravatos debitores, vehementiſſime urgent, ac ſæpenumero domo & poſſeſſionibus exturbant.

81. Ut igitur huic rei occurratur, Nos una cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliatiis, Legatis, & Nunciis in hoc negotio concludimus, volumus & mandamus, ne Judæi poſthac ullam cautionem, aut obligationem coram alio, quam ordinario magiſtratu, ſub quo degit Chriſtianus homo ille qui contractum celebrat, contrahant: ita tamen ut Judæis juſtæ negotiationes & commercia in publicis liberisque nundinis per hoc non ſint adempta: eo tamen obſervato, ut ſi aliqua cautione aut obligatione opus ſit, ea coram ejusdem loci magiſtratu fiat: Sin autem adverſum hæc cautionem aliquam aut obligationem fieri curaverint, eam viribus carere, nullam, ac non obligatoriam eſſe volumus, ita ut nemo Judicum ſuper ea cognitionem ſuam interponere poſſit. Nemo item Chriſtianorum poſthac ab ullo Judæo actionem aut litem adverſum alium Chriſtianum emat, aut Judæus tanquam creditor alii Chriſtiano hujusmodi actionem aut litem aliquo modo cedat, vel alio contractus genere transferat, ſub pœna amittendæ hujusmodi actionis.

82. Volumus ad hæc, & mandamus, ne ullus Magiſtratus, Notarii, Tabelliones, iſtos contractus, in quibus Judæus nomen ſeu creditum Chriſtiani, alii Chriſtiano vendit, expediant, aut conſcribant: Sin autem Magiſtratus aliquis, Notarii, aut Tabelliones hoc transgreſſi fuerint, honoribus, dignitatibus, & officiis ſuis priventur, iisque amplius non utantur: & quod ad alios Scribas ſeu Tabelliones qui adverſum hæc facient, attinet, mandamus per præſentes Magiſtratibus & Poteſtatibus cujusque loci, ut illos in turrim, & carcerem conjiciant, aut aliis oportunis modis corrigant.

83. Præterea cum nobis relatum ſit Errones illos, quos Sarracenos ſive Ægyptios, aut Paganos vocant, quique antea urgentibus ex cauſis per aliquod tempus non ſunt admiſſi, ſed finea Germanicæ nationis excedere coacti ſunt: nunc ruſum ſeſe ingerere, & quanquam Magiſtratus quo decet modo in eos animadvertere in animum inducant: ita tamen illis plærumque diplomatibus proſpectum eſt, ut Magiſtratus adverſus eos jure agere nihil queant, in magnum communis Reipubl. detrimentum, cum ſit illi quod in noſtra ſæpedicta Politiæ ordinatione conſulto & maturè conſtitutum approbatumque eſt, contrarium.

84. Quo itaque etiam in hoc articulo illam ordinationem tueamur & exequamur: Decernimus dicta diplomata illis Erronibus à quocunque etiam ſint conceſſa, irrita, abrogata, & annihilata eſſe, quemadmodum per præſentes ex certa ſcientia irrita facimus, abrogamus, & annihilamus. Præcipimus quoque & mandamus, ne poſthac amplius hujusmodi diplomata concedantur. Sin autem dicta diplomata concedi, aut ab Erronibus illis proferri contingat, nihilominus illis contemptis & neglectis, Magiſtratus illos Errones in ſuis dominiis ferre non cogantur, imò ferre non debent.

85. Porrò edocti deprehendimus quoque præfatam Politiæ ordinationem in eo articulo, qui eſt de *Mechanicorum famulis, filiis, & diſcipulis*, hactenus per omnia obſervatam non eſſe: & quanquam quædam civitates præfatam ordinationem ſequi voluerint, propoſuerintque, famuli tamen Mechanicorum ſe huic oppoſuerunt, atque ideò relictis iis civitatibus aliò ſe contulerunt, cum magno magiſtrorum Mechanicorum incommodo & damno. Unde conſequitur, quod niſi omnes ſtatus per Imperium Germanicæ nationis in ſuis territoriis illam ordinationem obſervent, non poſſit illa conſervari, & ad continuum uſum deduci.

86. Ordinamus itaque & mandamus, ut à data determinationis horum actorum unusquisque Magiſtratus ſive Poteſtas in Imperio Germanicæ nationis in ſuis Civitatibus & Vicis, Mechanicos magiſtros, eorumque famulos convocent illisque prædictum Politicæ ordinationis articulum proponant, ac admoneant, ea quæ continentur in illa, à Nobis, & communibus Statibus Imperii definita & conſtituta eſſe: Admoneantque eos ſerio, ut majori cura & diligentia ea ſequantur. Sin autem unus, aut forte plures Mechanici famuli cujusquam alterius familiam contempſerint, conviciati fuerint, aut invaſerint, mandamus Magiſtratui ſive Poteſtati, ſub qua tales degunt, ut in eos ſecundum Politicæ ordinationis tenorem animadvertat, procedatque, & deinde ubi eos liberabit & dimittet à carcere, curet ut jurejurando promittat ſe illam ordinationem firmiter & perpetuo ſervaturum.

87. Porrò cum fide nobis relatum eſt, quod in Margiano & Arragonico Croco magni defectus, imposturæ, & fraudes exoriantur, & committantur: nempe quod Margianum Crocum per humectationem in muſco multo imporius quam olim ex Francia: atque item Arragonicum Crocum, quod alioqui præſtantius eſſe deberet, multo unctius, pinguius, & infectius quam antea ex Arragonia adferatur, ſicque merces corrumpantur, ac mercatori imponatur, cum ſit contra omnem æquitatem & rationem, quenquam oleum, liquorem, aut alias hujusmodi ſordes pro Croco ſolvere. Quia igitur hæc res tam apertam & manifeſtam imposturam continet, metuendumq; ſit ne periculoſum & pernicioſum iſtud gravamen magis ac magis augeatur & invaleſcat;

88. Ideò conſtituimus & ordinamus, atque mandamus, ne poſthac Negociatores ac Mercatores hujusmodi vitiatum ac infectum Crocum in Imperium Germanicæ nationis infetant, ibi vendendum exponant, aut vendant, ſub pœna amiſſionis ejusdem Croci. Præcipimusque & injungimus

Digitized by Google

atus unicuique Magiſtratui, ſive Poteſtati, quæ civilem Jurisdictiunem & coerctionem habet, ut à tranſgreſſoribus hujusmodi Crocum auferant. Præterea quo ejusmodi impoſturæ in Croco, aliiſque aromatibus in futurum impediri poſſint, in unaquaque provincia Sacri Imperii (quemadmodum antea de Zinzibere quoque mandavimus) quidam ordinabuntur; qui ad talia animadvertant, omneſque impuſturas Magiſtratibus & Poteſtatibus detegant.

89. Inſuper cum ab Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis & Nunciis, certo nobis relatum ſit pernicioſam illam Anabaptiſtarum ſectam & errorem (de quibus anno 29. minoris numeri noviſſimè elapſo, conſtitutionem quandam, quomodo ſcilicet juſtis pœnis ſubigendi ſint, publicari, ac in Imperio proclamari curavimus) etiam hoc tempore multis in locis & regiunibus tenaciter hærere, & dominari, adeo ut propter multitudinem eorum, qui hujusmodi ſectæ adhæreſcunt, Magiſtratus ſeu Poteſtas in periculo verſentur, ex eo quod qui ſeſe huic ſectæ addicunt, partim pro aliorum civium more, & ordinatione Poteſtatibus nullam fidem & juramentum præſtare, partim verò nullam protſus poteſtatem agnoſcere velint, adeò ut etiamſi obſtinati, & pernicioſi iſti homines in carcerem detrudantur, omnisque ſeveritas eis proponatur, & in eos exerceatur, pertinaces tamen ac indurati in damnato ſuo, ac minimè ferendo propoſito permanent, adeò ut nulla, quamvis diligenti & exacta admonitione, inſtructione, aut doctrina ab eo divelli queant.

90. Et licet ſecundum prædictæ conſtitutionis à nobis editæ, jurisque ſcripti tenorem Magiſtratus, ſeu Poteſtates meritas ac debitas pœnas eis infligere tenent, Judicio ſiſtant, eosque accuſent, ac quod jus poſtulat illis facere conſtituant, ſæpius tamen uſu venit, ut qui pœnalium & criminalium cauſarum deſignati & conſtituti ſunt Judices ac Scabini, de hujusmodi rebellibus hominibus ad Judicium pertractis, accuſatisque non cognoſcant, neque ſe illorum cauſæ (quod tamen ratione officii ſui facere tenentur) immiſcere velint, ita ut ad debitam jurique conſentaneam pœnam commode perduci nequeant. Et ſane ſi hæc illicita damnataque ſecta ſucceſſum habeat, nec ei tempeſtivo, maturoque conſilio occurratur, nihil aliud ex horum temeraria, pernicioſa, ſedicioſaque colluvie, quàm communis Reipub. omnisque bene inſtitutæ Politiæ, nec non naturalis, humanique, ac ſcripti juris, & denique omnis honeſtatis diſſipatio & interitus expectari poteſt.

91. Qua itaque ratione huic intolerabili malo occurri poſſit cum Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis, & Nunciis, deliberavimus, atque ex communi omnium conſenſu præfatam conſtitutionem noſtram, omni ejus tenore ſervato in omnibus capitibus & articulis renovavimus, juxta quam ex Imperialis poteſtatis plenitudine, certaque ſcientia ac motu proprio, ſtatuimus, volumusque ut omnes ac ſinguli Anabaptiſtæ ſive Rebaptiſati tam viri quàm fœminæ, qui maturæ ætatis ſunt, quique ob temerarium hunc, ſeductorium & ſeditioſum errorem ſeu ſectam Magiſtratibus ſive Poteſtatibus fidem ac juramentum præſtare nolunt, nullamque protſus poteſtatem agnoſcere dignantur, à vita naturali ad mortem per ignem, gladium, aut ſimilem pœnam, pro conditione & qualitate perſonarum ſine ulla Eccleſiaſtici Judicis præcedente inquiſitione condemnentur & perducantur.

92. Iſtorum autem Concionatores, Autores, Errones, ſeditioſique criminis Anabaptiſmi Concitatores quive in eo obdurant, atque etiam ii qui iterum relabuntur, nullam omnino gratiam, aut miſericordiam percipere debent, ſed in eos juxta hujus conſtitutionis tenorem graviter animadvertendum eſt.

93. Quicunque vero errorem ſuum ultro, aut etiam ex aliorum inſtructione & admonitione ſine mora agnoſcent, eumque revocabunt, ac ob id pœnitentiam & correctionem ſubire, & ferre parati erunt, veniamque orabunt: his à Poteſtate ſua, ſive Magiſtratu pro cujusque Status, conditionis, ætatis variarumque circumſtantiarum qualitate, gratia & miſericordia exhibebitur.

94. Volumus quoque ut unusquisque proles ſuas ſecundum Chriſtianorum ritum ac veterem obſervationem infantes adhuc baptiſet: qui verò hoc contempſerint, ac facere recuſaverint, ea ſcilicet intentione & cogitatione quaſi infantulorum baptiſmus nullius ſit momenti, ſi in ea opinione & ſententia perſeverarint, pro Anabaptiſtis æſtimari noſtræque conſtitutioni ſupradictæ ſubjici debent, nemo autem illorum, qui ex prædictis cauſis veniam aut gratiam impetraverit, ad alia loca relegetur aut proſcribatur: ſed quisque ſub ſuo Magiſtratu ſive Poteſtate obſtrictus & obligatus maneat, quæ Poteſtas diligenter providebit ne rurſum in errorem is relabatur.

95. Pari ratione nemo alterius ſubditos qui ob prædictas cauſas, à ſua poteſtate ceſſerunt aut aufugerunt, recipiat, foveat, aut protegat, ſed ſimul atque illa Poteſtas ſub qua tranſfuga ſe continet, illius talem fugam reſciverit aut perceperit, in eum qui ſic fugit juxta tenorem prædictæ conſtitutionis noſtræ graviter animadvertat, & tractet, nec apud ſe diutius patiatur aut ferat ſub pœna à jure ſtatuta.

96. Quo igitur hæc omnia firmius ſine impedimento peragantur: ex Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, Legatorum, ac Nunciorum conſenſu volumus & ſerio mandamus, ut in omnibus Ducatibus, Regionibus, Dominiis, Poteſtatibus, Civitatibus, Vicis, Pagis ad Sacrum Germanicæ nationis Imperium pertinentibus pœnalium judiciorum Judices, ac Scabini in eos qui hujus ſectæ nomine, ejusve quod contra præfatam conſtitutionem noſtram factum dicetur, rei fient, ad judicium pertrahentur, accuſabuntur, ac convincentur, quicquid jus commune noſtraque præfata conſtitutio exigit, cognoſcant, decernant, ac ut æquum eſt, ſine ulla tergiverſatione ſtatim curent. Sin autem ex iſtis unus aut plures his ſe oppoſuerint difficilesve ſe præbuerint,

ut tum Domini, ad quos ſumma poteſtas pœnalium ſive capitalium judiciorum pertinet, tales judices & Scabinos debitis pœnis, & correctione afficiant, hoc eſt, ut eos ab officio ſuo amoveant, ac pecuniaria mulcta, aut pœna corporali in carcere corrigant, præter eam, quam ratione officii ſui infligere tenentur & poſſunt: ne hoc modo neglecta juſticia, juſticiæque adminiſtratione nocentes benemeritas & dignas pœnas evadant.

97. Inter cæteros portò defectus ac incommoda, & illud latius in mentem revocavimus, quod quamquam partim in Pace publica à nobis evulgata, ordinationeque Politiæ, partim in mandato noviſſime hic habitis Comitiis publicato & edito, de militibus, ne extra Sacrum Imperium externis ſtipendiis ſeſe addicerent, aut in Sacro Imperio ullum armorum apparatum, militaremve expeditionem meditarentur, proviſum & cautum ſit, eo tamen parvi æſtimato contemptis præfatis omnibus noſtris, Sacrique noſtri Imperii conſtitutionibus quidam milites tam equites quam pedites, non exiguo numero in Sacro Germanicæ nationis Imperio confluxerunt, temerariaque quadam audacia & propoſito, quosdam Imperii Status, eorumque ſubditos oppreſſerunt, incendiumque redimere coëgerunt, eorumque agros depopulari ſunt, atque aliis innumeris modis damno affecerunt, & niſi in tempore illis ſerio occurſum fuiſſet, ſuam libidinem adhuc amplius exercuiſſent.

98. Ut itaque pro conſervatione communis Pacis, tranquillitatis, & ſecuritatis hujuſmodi perniciosæ ac periculoſæ concurſitationes, conſpirationes, aut conventicula militum poſthac in Sacro Imperio, necnon omnis generis practicæ, doli, tractationesque, quæ ad bella & turbationem Pacis aptæ & idoneæ ſunt, cum incognitis & clancularis militum adornationibus, diſpoſitionibus, & commotionibus, ſumma, ſeriaque cura, & providentia avertantur, ſupprimantur & præcaveantur, quando etiam nobis velut Imperatori Romanorum poſtulante id nobis incumbente munere, hac in re diligenter providere conveniat: ideò in his Comitiis iterum ac denuo cum noſtris & Imperii Electoribus, Principibus, Statibus, abſentiumque Conſiliariis, Legatis, & Nunciis, conſenſimus & convenimus, & illi pariter nobiſcum ut nos in noſtris, illorumque dilectiones, ac alii in ſuis Ducatibus, Regionibus, ditionibus prædictas concurſitationes, aut congregationes militum, qui motu & inſtinctu proprio quorundam (ignorante Poteſtate ſeu magiſtratu) fieri poſſent, aliasque prohibitas practicas, dolos, tractationes, & commotiones (ex quibus juxta conditionem & qualitatem cauſæ, difficilemque hanc tempeſtatem, nihil aliud quam turbationes, tumultus, ſeditiones, depopulationesque agrorum & hominum expectandum ſit) nulla ratione feramus, ſed omni ſeveritate adverſum id tendamus, ac in eos qui in hoc inobedientes, & negligentes videbuntur, juxta præſcriptam pœnam & animadverſionem cum omni auſteritate procedamus, agamus, & exequamur:

99. Quamobrem omnibus & ſingulis cujuscunque ſtatus & conditionis fuerint, & præſertim Anteſignanis, Capitaneis, Præfectis ac omnibus in genere militibus, omnibus denique, qui ad hujuſmodi congregationes confluunt, quique aliarum tractationum, ac militum colligendorum, autores & concitatores ſunt, & ad hoc operam ſuam præſtant, per fidem & vinculum, quibus ſinguli nobis, Sacroque Imperio obſtricti & addicti ſunt, ad evitandam quoque noſtram & Imperii gravem indignationem, & animadverſionem, privationemque & amiſſionem omnium Regaliatum, feudorum, libertatum, privilegiorum, gratiarum, defenſionum, & protectionum, quæ ſingula à Nobis Sacroque Imperio obtinent: mandamus ex Imperiali autoritate, & ſerio volumus, ut unuſquisque præfato noſtro noſtrique chari & dilecti fratris Romanorum Regis antea edito mandato, & prohibitioni obtemperet, & ita vitam ſuam componat & instituat: nec quisquam cujuscunque ſtatus vel conditionis fuerit, ad aliquod bellum, factionem, aut tractationem ſe conferat, aut ab aliquo Domino, aut Principe, ſeu Poteſtate, ſive intra, ſive extra Imperium, adverſum Nos, præfatumque fratrem noſtrum dilectum Romanorum Regem, aut alia noſtra, ac Imperii membra, ſaltem nobis, aut præfato fratre noſtro Romanorum Rege, vel ejus Magiſtratu, ſeu Poteſtate ignorantibus, aut non conſentientibus, in hoc duro & periculoſo tempore conduci ſe aut permoveri ſinat: aut alicui Domino, ſive Potentatui clam aut palam ſtipendium faciat, opem, ſubſidium, aut auxilium ferat, aut alias in Sacro Imperio in ullam congregationem, aut conventicula illicita militum, ſive equitum, ſive peditum ingerat, aut addicat, ſed ab his omnibus unusquisque prorſus abſtineat.

100. Poteſtates quoque in noſtris ſuisque Dominiis, Regionibus, Civitatibus, Vicis & Ditionibus, diligenter ac ſerio provideant, omnesque ſuos Vaſallos, ſubditos, & affines in eo dirigant & contineant: quin etiam ſerio, & ſub gravi pœna, & animadverſione, utpote confiſcatione facultatum, & bonorum, tam feudalium, quam patrimonialium, mobilium & immobilium: atque etiam pro conditione, & qualitate cauſæ, ac perſonarum proſcriptione & relegatione uxoris, & liberorum, præcipiant ne ullo modo factioſi ſint, concurrant, vel conſpirent, aut in ullius extranei Domini, vel Potentatus ſervitium bellicum clam vel palam ſe dedant, conferant, aut recipi ſinant: quinetiam eos qui jamdudum in hujuſmodi ſervitium ſe dediderunt, aut ſuo nomine in Sacro Germanicæ nationis Imperio, congregationes & conventicula fecerunt, aut adhuc facient, protinus ſub prædictis pœnis revocent, & dehortentur. Ac ſi tum unus forte vel plures his non obtemperaverint, & ad ea quæ prædicta ſunt ſeſe non accommodaverint, nec non illi qui ita ut præmittitur, in aliorum Dominorum & Potentatuum bellicum ſervitium ſe dediderunt, ſi poſtea in ſuis Ducatibus, Regionibus, Dominiis, Civitatibus, Vicis, Territoriis, aut Ditionibus deprehendantur, adverſus hos jam dictas pœnas omnibus modis, omnique ſeveritate, ſine miſericordia ſtatuant, & eis inferant, ſuisq; ut id faciant, & exequantur ſeriò mandent, præcipiant, & efficiant. Sed & ſi aliqua congregatio, ſeu conſpiratio, aut turba militum, in alicujus Ducatu, Regione, *Dominio*,

aut

aut Territorio fiet, oportet ejus loci Dominum protinus, priusquam incendium hoc dominetur, hujusmodi congregationem, & conventicula, quantum poterit, omni ſtudio dirimere & diſſipare; quod ſi vero par eſſe non poſſit, ſuos vicinos Principes Electores & Status quamprimum juxta noſtræ Publicæ Pacis tenorem in auxilium vocet: qui ut eadem Publicæ pacis conſtitutiune continentur, opem & ſupperias ferre tenentur.

101. Volumus quoque hoc noſtrum mandatum ſtatim in noſtris, & cujuscunque Ducatibus, Regionibus, Dominiis, Civitatibus, & Ditionibus, ne quis ignorantiæ prætextu ſe excuſet, in publico affigi & publicari, ut ei unusquisque obtemperet & obediat, ac illud ſervet, quemadmodum etiam id ipſum omnes (exigente id æquitate) facturos perſuaſum habemus. Si tamen unus forte vel plures, ſcientes prudentesque id neglexerint, impedimentum præſtiterint, aut non obtemperaverint: hi protinus in noſtrum Imperialis Majeſtatis, Sacrique Imperii Bannum incident, & adverſus eos, quo in hujusmodi pœnam incidiſſe declarentur, per noſtrum Imperialem Fiſcum in noſtro Imperiali Cameræ judicio, ſine ulla mora & dilatione procedi cum executione volumus, præter id quod etiam noſtræ Imperiali de Pace publica conſtitutioni ſubjecti erunt.

102. Et quoniam paſſim in Sacro Germanicæ nationis Imperio ſine ſtipendio exautorati, & vagabundi milites catervatim, interdum minore numero, interdum majore diſcurrunt, miſerosque ſubditos, præcipue tamen eos, qui in Vicis non munitis, Pagis, & Plagulis habitant, ſupra modum gravant, & magno damno afficiunt: Mandamus ob id & imperamus per præſentes omnibus & ſingolis Magiſtratibus, cujuscunque ſtatus & conditionis fuerint, ut prædictos otioſos, exautoratos & vagabundos milites, ab eorum intolerabili incœpto depellant, ac juxta tenorem noſtræ de Pace publica conſtitutionis eos tractent, & pro cujusque facto & delicto, proque cujusque conditione juſtas pœnas irrogent, quo miſeri ſubditi defendantur, protegantur, & gravi hoc onere leventur.

103. Inter hactenus enumeratas Imperii curas, ad relationem commemorationemque chari & dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, ejus ſcilicet quod Turcæ durantibus adhuc induciis in Hungaria re ipſa conati ſunt: utpote quod in ſuæ dilectionis ditione, Caſtelli cujusdam vallum reficiant & extruant, ac inſuper etiam Caſtellum Zollnock, in ſuæ dilectionis Territorio ſitum, invadere, & illorum militibus munire, necnon regionem Septem Caſtrorum invadere, & opprimere tentaverunt: Ad illius quoque eam ob cauſam petitionem & implorationem pii & Chriſtiani ſubſidii, auxiliique, pro totius Chriſtianitatis, ſuæque dilectionis Regionum, populorum, & præcipue finitimorum ac confinium Chriſtianorum, qui quotidie periculum expectare coguntur, & denique ad ſolatium, utilitatem, & commodum, Sacrique Germanicæ nationis Imperii majorem defenſionem, & protectionem, Electores, Principes, Status, abſentiumque Conſiliarii, Legati, & Nuncii, non ſine aperta commemoratione variorum ex omni parte, hoc tempore incumbentium ſibi ſubditisque ſuis gravaminum, concordarunt & concluſerunt:

104. Hoc videlicet modo, ut dimidia pars Communis pecuniæ, ſecundum priorem illorum conſenſum, & ob id factam Imperii determinationem, prima Menſis Auguſti proximi: altera verò dimidia, anno deinde ſequenti: rurſus prima Auguſti collecta & parata ſit. Ceterum ſi forte Turca prius ſuæ dilectionis regnum & ditionem valido exercitu invaſurus eſſet, ut tum tota Communis pecunia ad præfatam primam diem Auguſti proxime futuri, aut certe non diu poſt, conferatur & conficiatur. Quo autem hujuſmodi ſubſidium communis pecuniæ à ſubditis, aliisque omnibus ſecundum priorem determinationem conficiatur & conferatur, utque ea collatio, liberatio, aliaque omnia quemadmodum Spiræ ex communi conſenſu decretum eſt, & in noviſſime hic habitis Comitiis ex communi conſenſu & proviſione renovatum eſt, peragatur: nemo Electorum immunis ſit, aut ea prætermittat, ſed per omnia quædam paritas obſervetur.

105. Sin autem unus forte vel plures Status his non obtemperaverint, aut in his negligentes fuerint, mandamus per præſentes & præcipimus noſtro Imperiali Fiſco, ut adverſus illos in noſtro Imperialis Cameræ judicio, jure procedat, ac eos ad hujusmodi communi conſenſu decretam, communis pecuniæ collationem ſummario proceſſu ſine mora compellat: & quoniam hujusmodi communis pecuniæ ſubſidium in alium uſum conſerri & converti non debet, quam ſecundum priorem Comitiorum determinationem, in bellum Turcicum, ſi forte tempore neceſſitatis occurrentis Status ſatis tempeſtive, ut forte poſtularet neceſſitas, non convenirent:

106. Ob id Electores, Principes, Status, abſentiumque Conſiliarii, Legati, & Nuncii, his quibus juxta tenorem determinationis Comitiorum noviſſime hic habitorum attingendi ærarii cura mandata erat & nunc in his Comitiis ut idem reſtituant deſignati ſunt, poteſtatem faciunt & mandant, ut ipſorum nomine communem pecuniam in præfato neceſſitatis caſu adverſus Turcam attingant & expendant, ac hujusmodi formam & modum præſcribant, quibus eadem pecunia pro conſervandis Chriſtianorum Regnis, Regionibus, & Populis utiliter & bene erogetur & uſurpetur.

107. Poſtremo cum in noviſſime hic habiturum Comitiorum determinatione, clementer obtulerimus nos controverſias, quæ Seſſionum nomine inter quosdam Status vertuntur, quo quisque jus ſuum conſequatur, ſuſcepturos, quantumque fieri poſſet diligenter curaturos, ut hujusmodi controverſiæ ex bono & æquo tollantur, id tamen hactenus ob varia, quæ inciderunt impedimenta factum non eſt: ob id ad Electorum, Principum, Statuum, abſentiumque Conſiliariorum, Legatorum, ac Nunciorum, ad nos perlatam conſultationem, & devotam relationem, rurſus modi ſumus ut recipiamus, ſi Status inter quos de ſeſſione ſunt controverſiæ, jus ſuum quare aliis præponi

debeant, nobis aut noſtris ad hoc ordinatis Commiſſariis allegaverint, nos illos bonis rationibus, aut ſummo jure conciliaturos, quo hujusmodi controverſiæ in Sacro Imperio ſemel tandem ſedentur, componantur, & amoveantur: unde etiam major concordia & amicitia inter Status illos qui de Seſſione diſceptarunt, ſperanda eſt.

108. Quare ordo ſeſſionum & ſuffragiorum, quem ex clementi noſtra requiſitione ii inter quos de ea re controverſiæ ſunt, in hoc Imperii conventu forte obſervarunt, atque etiam ordo ſubſcriptionis ad finem horum actorum, quod ad cujusque jus, ac veterem obſervationem attinet, nihil præjudicii, fraudis aut incommodi adferet.

109. Hæc omnia & ſingula quæ ſuperius ſcripta ſunt, & nos Carolum Imperatorem concernunt, pollicemur & promittimus per noſtram Imperialem dignitatem, & verba firmiter, inviolabiliter, & conſtanter ſervaturos, executuros, itaque diligenter & ſine tergiverſatione ſecuturos, & accommodaturos, nec adverſus ea quicquam propoſituros, incepturos, acturos, aut conſtituturos, vel alicui noſtro nomine facere permiſſuros, omni fraude, & dolo ſepoſitis: in cujus teſtimonium curavimus noſtrum Imperiale ſigillum huic actorum determinationi appendi.

110. Nos quoque Electores, Principes, Prælati, Comites, Electorumque, Principum, Prælatorum, Comitum, liberarumque & Sacri Romani Imperii Civitatum, Conſiliarii, Legati, Nuncii, & Commiſſarii infraſcripti, fatemur apertè per hanc determinationem, omnes & ſingulos ſupraſcriptos articulos nobis ſcientibus volentibus, & conſulentibus propoſitos & definitos ſeu concluſos eſſe: approbamus quoque eosdem & peculiariter per præſentes & vigore harum literarum promittimus, pollicemur bona fide, quantum cujusque dominum aut amicos à quibus miſſus eſt vel mandatum habet, concernit aut concernere poteſt: vere, perpetuo, firmiter, ſincerè, & inviolabiliter ſervaturos, executuros, eosque quantum poterimus ſine fraude & dolo ſecuturos, præſtaturosque.

Et Sumus infra ſcripti Nos, Electores, Principes, Prælati, Comites, Domini, Civitatumque Sacri Imperii Legati, Commiſſarii, & Nuncii.

Sebaſtianus Dei gratia Archiepiſcopus Maguntinus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector.

Joannes Archiepiſcopus Treverenſis Sacri Romani Imperii per Galliam, regnumque Arelatenſe Archicancellarius, & Princeps Elector.

ELECTORUM CONSILIARII ET LEGATI.

Nomine Adulphi Archiepiſcopi Colonienſis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii & Electoris, Ducis Weſtphaliæ & Angariæ: Hieronymus Ainkurn Doctor Juris Cathedralis Eccleſiæ Colonienſis Presbyter Canonicus & Decanus Sancti Andreæ Colonienſis, Guilhelmus à Breitbach in Boritzheym, Henricus Saltzburg Doctor Juris & Joannes Reckwyn Licentiatus juris & præfectus Bonnæ.

Frederici Comitis Palatini apud Rhenum Ducis Bavariæ Sacri Romani Imperii Archidapiferi & Electoris, Bruchardus à Weyler œconomus, Wulffgangus ab Affenſteyn Eques &c. Joannes à Dhienheym Prætor Creutznachi, Philippus Heiles, Ulricus Scholkopf Juris Doctores, Joannes Lodovicus Caſtuerus Licentiatus, Sebaſtianus Hewring & Joannes Kodnit.

Mauritii Ducis Saxoniæ Sacri Romani Imperii Archimarſchalci, ac Electoris, Lantgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ &c. Melchior Oſſa Doctor Juris, Aſmurius à Kooritz ſummus Prætor Lipſienſis Provinciæ, Joachimus à Knewtlinghen Doctor Juris, & M. Franciſcus Kram.

Joachimi Marchionis Brandenburgenſis Sacri Romani Imperii Archicubicularii & Electoris, Ducis Stettiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Wendiæ, Sleſiæ, & * Croſſiæ, Burgravii Norimbergenſis, ac Principis Rugiæ: Joannes Walwitz Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Hamelburgenſis, & Canonicus Cathedralium Eccleſiarum Magdeburgenſis, & Halberſtadii, Chriſtophorus Straſius Ordinarius Lector Franckfordiæ ad Oderam, & Timotheus Jung Doctores Juris.

* Boruſſiæ.

Nomine Domus Auſtriæ, Mathias Albertus Doctor Juris Regens in Iſenbruck, & Georgius Ilſingus Præfectus Provincialis ſuperioris & inferioris Sweviæ.

Nomine Dominæ Mariæ Reginæ Hungariæ, Bohemiæ, & tanquam gubernatricis hæreditariarum terrarum Cæſareæ Majeſtatis inferioris Germaniæ, Joannes Hennin, dominus de Boſcho & Reckem, Eques ordinis aurei velleris, ac Cæſariæ Majeſtatis ſupremus ſtabuli præfectus, Carolus Brimeo Comes in Megen, ac dominus in Humbricort, Henricus Haſius à Lauffen, Præſes Ducalis Senatus Lutzemburgenſis & Carolus Tyſenack, ſummæ Cæſariæ M. Conſiliarii.

ECCLESIASTICI PRINCIPES QUI
præſentes ipſi fuerunt.

Wolffgangus adminiſtrator Magni Magiſterii in Pruſſia, ac Magiſter ordinis Teutonicorum per Germaniam & Galliam.

Melchior Epiſcopus Herbipolenſis, &c.

Mauritius Epiſcopus Eiſtetenſis.

Chriſtophorus Epiſcopus Conſtantienſis.

Otto Sacræ Romanæ Eccleſiæ titulo ſancti Balbini presbyter Cardinalis, & Epiſcopus Auguſtanus.

Chri-

Chriſtophorus Cardinalis & Epiſcopus Tridentinus, & Adminiſtrator epiſcopatus Brixienſis.
Robertus Epiſcopus Cameracenſis, &c.
Michael electus Moersburgenſis.
Wolffgangus Abbas Campidonenſis.
Georgius Schilling à Canſtatt ordinis ſancti Joannis per Germaniam Magiſter.

ECCLESIASTICORVM PRINCIPVM LEGATI.

Nomine Erneſti confirmati in Archiepiſcopum diœceſis Saltzburgenſis legati ſedis Apoſtolicæ, Comitis Palatini apud Rhenum ac Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ: Hieronymus Epiſcopus Kemſeenſis, Guilhelmus Trautmansdorff, Canonicus cathedralis eccleſiæ Saltzburgenſis, Adam à Thurn Præfectus in Titmoning, & Symon Pawer Licentiatus Juris.

Wigandi Epiſcopi Bambergenſis, Georgius à Steyn Canonicus Cathedralium eccleſiarum Bambergenſis, Eſtetenſ. & Auguſtæ, Mathias Reuterus Doctor, Cancellariæ adminiſtrator: & Kilianus Thain Secretarius.

Philippi Epiſcopi Spirenſis ac Præpoſiti Weiſenburgenſis, Rudolphus Franckenſteyn Scholaſticus cathedralis eccleſiæ Maguntinæ, & Canonicus cathedralis eccleſiæ Spirenſis, ac Georgius Spett a Sultzberch œconomus.

Eraſmi Epiſcopi Argentinenſis, &c. Chriſtophorus Welſinger, Doctor Juris, Conſiliarius.

Valentini Epiſcopi Hildesheymenſis, Mauritius Epiſcopatus Eiſterenſis.

Henrici adminiſtratoris epiſcopatuum Wurmacienſis, & Friſingenſis, Præpoſiti & Domini Elvacenſis, Comitis Palatini apud Rhenum, & Ducis Bavariæ: Joannes Baptiſta Kummel Doctor Juris & Friſingen. Cancellarius.

Reineberti Epiſcopi Padebornenſis Henricus à Colonia Præpoſitus ſancti Ulrici in Padeborn.

Georgii Epiſcopi Ratiſponenſis, Vitus à Frawenberg, Canonicus cathedralium eccleſiarum Ratiſponenſ. Auguſtæ, & Freiſingæ, ac Joannes Thailenkeſs Doctor Juris, Vicarius & Officialis Ratiſponæ.

Wolffgangi Epiſcopi Patavienſis, Bernardus Schwartz Decanus & Officialis Cathedralis eccleſiæ Patavienſ. Doctor, & Everardus Huberus Licentiatus Juris.

Georgii Epiſcopi Leodienſis, &c. Antonius Perenotus Epiſcopus Atrebatenſis, Wolffgangus Endres Rem à Kerz Canonicus & Præpoſitus ſancti Mauritii cathedralis eccleſiæ Auguſtanæ, Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarii, & Ulricus Rem à Kerz.

Julii electi & confirmati Epiſcopi Numburgenſis, Petrus à Naumarck Doctor Juris, Canonicus cathedralium eccleſiarum Naumburgenſ. & Czeitenſ.

Nicolai Epiſcopi Meiſſenſis, Petrus à Naumarck Doctor Juris, &c.

Franciſci Epiſcopi Monaſterienſis, & Oſnaburgenſis Adminiſtratoris Epiſcopatus Mindenſis, Fredericus Weſten Licentiatus Juris, & Cancellarius Monaſterienſ. ac Hermannus à Velen Satrapa Emeſcnlandenſ.

Caroli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo ſanctæ Ceciliæ Presbyteri Cardinalis ex Lotharingia, Epiſcopi Metenſ. Lodovicus Gaillardt Licentiatus Juris. & Cancellarius Metenſis.

Philippi Epiſcopi Baſilienſis, Chriſtophorus Welſinger Doctor Juris.

Tuſani Epiſcopi Tullenſis, Lodovicus Gaillardt, Licentiatus Juris, & Cancellarius Metenſis,

Nicolai Epiſcopi Verdunenſis, Lodovicus Gaillardt Licentiatus Juris, Cancellarius Metenſis,

Sebaſtiani Epiſcopi Luſani, Humbertus Jehantet Doctor Juris.

Martini Electi Epiſcopi Chaminenſis, Mathias Koler Secretarius.

Wolffgangi electi Abbatiæ Fuldenſis, Judocus Baumbach Conſiliarius Thancbergenſis.

Craffti Abbatis Hirtsfeldenſis. Gervicus Abbas in Weigarten & Ochſenhauſen.

Joannis Rodolphi Abbatis Murbachenſis & Luderenſis, Rochus Merts à Staffelfelden in Schramberg, & Joannes Jeger Doctor, & ordinarius lector Friburgenſis.

SECULARES PRINCIPES PRÆSENTES.

Albertus Comes Palatinus ad Rhenum, Dux Superioris & Inferioris Bavariæ.
Henricus Dux Brunſwiciæ & Lunenburgi Junior.

SECULARIUM PRINCIPUM LEGATI.

Nomine Joannis Comitis Palatini ad Rhenum Ducis Bavariæ, ac Comitis in Spanheym, Everardus à Grarodt, ſupremus prætor in Drarbach, Wernerus à Zeiſekaim Validenſis œconomus, & Ulricus Langenmantel.

Wolffgangi Comitis Palatini ad Rhenum Ducis Bavariæ, & Comitis Validentiæ, Wernerus à Zeiſekaim œconomus.

Alberti Junioris Marchionis Brandenburgenſ. Ducis Stettiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Wendiæ, Schleſiæ, Oppeleniæ, & Ratibarniæ, &c. Burggravii Nurenburgenſis & Principis in Rugem, Joannes Sigismundus à Luthav.

Tutorum Georgii Friderici Marchionis Brandenburgenſis Ducis Stettiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Wendiæ, Schleſiæ, Jegerndorffii &c. Domini Dominiorum, Oppeleniæ, Rhatibarniæ, Burggravii Nurenburgenſ. & Principis in Rugen, Balthazar à Rechenberg ſupremus Prætor in Gutzenhauſen & Henricus Muſchloe.

Gulielmi Ducis Juliacenſis, Clivenſis, & Bergenſis, Comitis Marchæ, & Ravenſpurgi, Domini in Ravenſtain, Guillelmus Kettlerus, Guilelmus à Nieuhoven dictus Ley œconomus, & prætor in Orſey.

Barmini Ducis Stettiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiæ & Wendiæ, Principis Rugiæ & Comitis in Gutzgaw, Autor Schawalenbergus Doctor Juris.

Christoph. Ducis Wirtenbergenſis & Teckæ, Comitis Mumpelgardæ &c. Albertus Arbogaſtus liber Dominus in Hewen, & Dominus in Hohentrinz, & Hieronymus Gerardus doctor Juris.

Philippi Ducis Stettiniæ, Pomeraniæ, Caſſubiæ, & Comitis in Gutzgav, &c. Henricus Norman Conſiliarius.

Caroli Ducis Sabaudiæ, Joannes Thomas Comes Stropianus, & Joachimus Dick doctor Juris.

Henrici & Joannis Alberti Ducum Mechelbergenſium, Principum Wendiæ, Comitum in Schwerin, dominorum ditionis Roſtochienſis & Statgardiæ, Joannes Hoffman doctor Juris, Conſiliarius.

Ernesti Marchionis Badenſis & Hochbergenſ. Lantgravii in Suſemberg, Domini in Rottelen & Badenwiler, Guilelmus Bocklin à Boehlinſa, Advocatus provincialis Hochbergenſ.

Tutorum Philiberti & Christophori Marchionum Badenſ. confratrum, Ulricus Langemantel,

Georgii Lantgravii Leuchtenbergæ & Comitis Halſiæ, Joannes Sigismundus à Lochan.

Joannis, Georgii, & Joachimi, fratrum, Principum Anhaltenſium Comitum Aſcaniorum & Dominorum in Bereburch, M. Franciſcus Kram.

Guilhelmi Comitis & Domini Hennenbergenſ. Magiſter Sebaſtianus Glaſer Cancellarius.

Henrici Sacri Rom. Imperii Burgravii Miſiæ, Comitis in Hartenſteyn & Domini in Plawen &c. Regis Romanorum Conſiliarii & Cubicularii ac Regni Bohemiæ ſupremi Cancellarii: Joachimus Dick Doctor Juris.

PRÆLATI QUI PRÆSENTES FUERUNT.

Gervicus Abbas in Wyngarten & Ochſenhuſen.
Joannes Abbas Cæſarienſis.
Gebbardus Abbas in Pettershauſen.

PRÆLATORUM LEGATI.

Nomine Joannis in Salmansweiler, Silveſtri in Elchingen, Sebaſtiani in Yrſin, Georgii in Rockenburg, Thomæ in Urſperg, Viti in Rodr, Andreæ in Mindetau, Jacobi in Schuſſenrode, & Joannis in Marchthal Abbatum prædictorum monaſteriorum, Gervicus Abbas in Wyngarten & Ochſenhauſen, ac Mathias Raſſt utriusque Juris Doctor & Cancellarius Campidonen.

Guilelmi Halbers ab Hergen commendatoria provincialis Baliviæ in Confluentia ordinis Teutonicorum, Georgius Spies Domini Adminiſtratoria & Magiſtri Teutonicorum ordinis &c. Cancellarius.

Sigismundi ab Horſteyn Teutonicorum ordinis commendatoris provincialis Baliviæ, Alſatiæ, & Burgundiæ, & commendatoris in Althenhauſen, Joannes Jacobus Baro in Königs-Eck & Allendorp &c.

Eraſmi Abbatis ad S. Heimeranum Ratiſponæ, Stephanus Gottsherger Secretarius.

Jaſparis Abbatis monaſterii in Corvey diœceſis Padebornenſ. Fredericus Weſten Licentiatus Juris & Cancellarius Monaſterienſ.

Chriſtophori à Manderſcheida Abbatis Prumenſ. & Stabulenſ. Henricus à Buchel Licentiatus Juris.

Nomine monaſterii Walrſachſen & Præpoſiti diœceſis Seltenſ. Bruchardus à Weiler œconomus, Wolffgangus Aſtenſtein Eques, Joannes à Dhienheym Prætor Creutznachi, Philippus Heyles, & Ulricus Schelkopff Doctores Juris, Joannes Ludovicus Caſtnerus Licentiatus, Sebaſtianus Hewring, & Joannes Kodnit, omnes Comitis Palatini Electoria Conſiliarii.

Alberti Abbatis Sancti Cornelii monaſterii in finibus diœceſis Colonienſ. Georgius Boes ab Halteren Doctor Juris.

Petermanni Abbatis, monaſterii in valle S. Gregorii Vitus Moll, Scriba Civitatis Hagenoæ.

Ambroſii Abbatis monaſterii Konigs-Brunn, Joannes Abbas monaſterii Cæſarienſ.

Hermanni Abbatis Werdenſ & Helmſtedenſis, Joannes Rickwin Licentiatus Juris.

Monaſterii Rotromonaſterienſis, Joannes Hildenbrant Mocker & Conradus Spreter Curiæ & Civitatis Rotwilenſis Scriba.

ABBA-

ABBATISSARUM LEGATI.

Abbatiſſæ diocœſis Quedelburgenſis Georgius à Nallingen Licentiatus Juris.

Abbatiſſæ inferioris & ſuperioris monaſterii Ratisponæ, Joannes Theyleukers Doctor Joris, Eccleſiaſticarum cauſarum Vicarius & Officialis Ratiſponenſis.

Abbatiſſæ Eſſendienſis, Fredericus Comes Fürſtenbergæ, Heyligenbergæ & Werdenbergæ, Lantgravii in Bare &c. & Hugo Comes in Monſort & Rotteoſels, Dominus in Tettnangek & Artigon, Joannes Ulatenmeier, Carolus Harſtius Doctor Juris, Guilhelmus Nienhove dictus Ley, Satrapa in Orſei.

Abbatiſſæ in Buchaw, Joannes Jacobus Baro in Conigſegga & Alleodorpio.

COMITES ET DOMINI PRÆSENTES.

Fredericus Comes Forſtenbergæ, Heylgeobergæ & Werdenbergæ, Lantgravius in Bare.

Fredericus Comes Ottingenſis.

Wolffgangus Comes Ottingenſis.

Albertus & Ludovicus Caſimeri Comites io Hogenloe, ſuo ac Georgii Comitis in Hogenloe ſui patris nomine.

Joannes Albertus Comes in Manſueldia.

Ladislaus Comes Hagenſis.

Joachimus Comes ab Ottenbergo.

Joannes Baro & Comes in Hogenſels, Domious in Ropoltskirck.

Joannes Jacobus Baro in Conigſegga & Allendorpio.

Lodovicus Baro in Graveneck, Dominus in Eglin.

Jacobus Baro in Fronhoven, ſuo & patniorum ſoorum Deſiderii & Martini fratrum nomine.

COMITUM ET DOMINORUM LEGATI.

Nomioe Guilelmi Comitis à Naſſav, Catzenellenbogen, Viandæ, & Dietz, &c. Philippi Comitis Naſſoviæ Domini Wiſenbaden & Itzſteini. Reinardi, Philippi & Frederici Magneſiorum Comitum in Solmitio & Dominorum in Mintzenberga. Antonii & Reinardi ab Iſenberg Comitum in Budingen. Ludovici Comitis Stollbergæ & Coninceſteyni &c. Joannis Comitis in Naſſouwen Domini in Bielſteyn. Philippi Comitis Naſſoviæ & Sarbruggen, &c. Joannis Comitis à Widt, Domioi in Runckel, in Iſenberg, & Philippi Comitis in Hanav Domini in Muntzenberga, Georgius Nallingen Licentiatus Juris.

Philippi Comitis Naſſoviæ & Sarbrugen Domini in Lore &c. atque etiam nomine fratrum ſuorum Joannis & Adolphi Comitum à Naſſav & Sarbruggen, Dominorum in Lore Joannes Matthæus Muſelet Prætor in Lore & Bernardus Wolflin Secretarius.

Jacobi Comitis Geminiponris Domini in Biſch & Lichtenberga, Chriſtophorus Welſinger Doctor Juris.

Wolffgangi & Alberti Georgii ſuo fratrumque ſuorum Comitum Stolbergæ, Coninckſteini & Ruhſcefort &c. Dominorum in Epſteyn, Georgius Nallingen Licentiatus Iuris.

Engelhardi Comitis à Leiningen, Dagsburg. Domini in Appermontio, pro ſemetipſo ac tanquam curator ex Fratre ſuo Emicho Comitis in Leiningen & Dagſpurgæ &c. filiorum Ioannis, Philippi, & Emichi Gregorius Nallingen Licenciatus Iuris.

Philippi, Franciſci & Thomæ Comitum Rheni, Comitum in Salm & Dominorum in Fuſtingen conſobrioorum, Heoricus Haſius à Lauffen Cæſareæ Majeſtatis Curiæ Lutzenburgenſ. Cooſiliarius & Præſes.

Philippi Comitis in Hanav.& Domini Lechtenbergæ, Gregotius Nallingeo Licentiatus Iuris.

Conradi Comitis in Tecklenburg, & Domini Reydæ, &c. Gregotios Nallingeo Licentiatus Iuris, & Antonius Meyhetingus Cancellarius.

Henrici Fleckeoſteyn Baronis in Dagſtul & ioferioris generalis Advocati in Alſatia, Vendelinus Zipper Doctor Iuris & Civitatis Colmarienſis Advoeatus & Syndicus. & M. Vitus Moll. Scriba Civitatis Hagenoæ.

Nomine Comitum & Baronum Svevici circuli, videlicet Ioannis Comitis in Lopffen, Lantgravii in Stulingen, &c. ſuo & ſuorum neporum nomine, Hugonis Comitis Monfforti & Rottenfelſii, Domini in Tettnang, & Argen. &c. Indoci Nicolai Comitis in ſuperiori Zolnerio Domini in Heyghenloch, Capitanei dominii Hohenbergenſis, Sacri Imperii hereditarii cubicularii &c Sebaſtiaoi & Ulrici Comitum ab Helffenſteino Baronum in Gundelfingen &c. fratrum Guilelmi Comitis in Eberſteyn &c. Godefridi Wernheri, & Frobenii Chriſtophori, Comitum & Dominorum in Zimbetn, Dominorum in Meskirch & Wildenſteyn. Guilelmi & Rodolphi Comitum Sulcii Lantgraviorum in Kleckgav Sacri Imperii in Rotweil Curiæ Iudicum &c. fratrum. Guilelmi S. Imperii hæreditarij Dapiferi, Baronis Waltburgi &c. ſenioris, Romanorum Regis Cooſiliarii & Cubi-

Cubicnlarii. Joannis Marquardi Baronis Conigſeggæ & Aul. ndorpii &c. Romanorum Regis Conſiliarii & Cubicularii, & ſupremi in ſuperiori Alſatia Advocati ſeu defenſoris. Georgii & Henrici Sacri Imperii Archidapiferorum, Baronum Waltpurgi &c. fratrum. Walreri Baronis in ſuperiori Gerolrz Eck & Sulcio &c. & Georgii Fronſperg Baronis in Mindelheyn &c. Joannes Jacobus Baro Conigſeggæ & Aulendorpii.

Junioris Comitis Orientalis Friſiæ Fredericus Weſten Licentiatus Juris & Cancellarius Monaſterienſis.

Philippi & Joannis à Dhun Comitum in Falkenſteyn, Dominorum in Oberſteyo & Bruch, Florentinus Graseckus Secretarius Wurtenbergen.

Wulffgangi Comitis & Domini Barbi & Muſingen, M. Franciſcus Kram.

Antonii Comitis Oltenburgi & Delmenshorſtii, Hermannus Laſterpagen Secretarius.

Arnoldi Comitis in Benthem & Steynforden Domini in Wevelinghoven, Antonius Meyheringus Cancellarius Tecklenburgenſis.

Rodolphi Comitis & generoſi Domini in Dhiepholt Joannes Meintz.

Alberti Comitis in Huya & Bruchauſen, & nomine fratrum ſuorum, Fredericus Weſten Licentiatus Juris, Cancellarius Monaſterienſis.

Joannis Schenck Domini in Tautenberga, Georgius à Ghawren.

Caroli & Eraſmi Schenck fratrum Dominorum à Limpurg Sacri Rom. Imperii hæreditariorum pincernarum & ſemper liberorum. Henricus Comes & Dominus in Caſtel, Canonicus cathedralium Eccleſiarum Bamburgenſis, Wurtzenburgenſis.

Guilielmi Domini in Limpurg Sacri Romani Imperii hæreditarii pincernæ, & ſemper Liberi, Chriſtophorus Welſinger Doctor Conſiliarius Argentoratenſis.

Gunrheri Comitis in Schwartzenberch, Domini in Arnſtat & Sondershanſen, Aodreas Tegernbeck Secretarius.

Joannis Henrici ſenioris Comitis & Domini io Schwartzenberch, Henricus Reus à Plawen ſenior Dominos in Grairz & Cranichfeldr.

Alberti Junioris Marchionis Brandenburgenſis &c. nomine Domini de Schwartzenberch, Laurentius Weyge Doctor Juris & Conſiliarius.

Bernardi Comitis & Generoſi Domini in Lippen, Henricus à Colonia Præpoſitus ſancti Ulrici io Padeborn.

Erneſti Comitis ab Honſteyn, Domini in Lohra & Kletrenberg Joachimus Dick Doctor Juris, Conradi Comitis & Domini in Caſtel, Laurentius Weigel Doctor Juris.

Philippi ſenioris & Walraodi conſobrinorum Comitum in Waldecken, Hermannus Ulner Conſiliarius.

Georgii, Chriſtophori, & Sebaſtiani ſenioris fratrum, nec non Caroli, Mauritii, & Sebaſtiani junioris, Comitum in Ortenberg, & Comitis Mauritii nomioe pupillorum ex quondam Alexandro Comite Joannis & Ulrici, Joachimus Comes Ortenbergæ.

Joannis & Bernardi à Wolffſteyn fratrum Baronum in Superiori Sultzbergo Jacobus Hetzel Præfectus in ſoperiori Sultzbergo.

LIBERARUM AC IMPERII CIVITATUM
Rhenanæ Jurisdictionis ſive lateris.

Nomine Civitatis Coloniæ, Henricus Broich ſenior Conſul, Georgius Halteren Doctor, Syndicus, Joannes Rindorff Judex Senatus, & Joannes ab Hagis Secretarius.

Aquisgrani, Joannes Luntz Scriba Civitatis.

Mediomatricum Richardus Ragecourt Dominus io Amervilla, Hugo à Lopabus Doctor, & Franciſcus ab Ingenheym Licentiatus.

Lubecæ, Joannes Rudelius Doctor Juris & Syndicus.

Wormatiæ, Eraſmus Jaſpar Michael ſenior Conſul, & Joannes Melchior Soter Scriba Civitatis & Syndicus.

Spiræ, Adam à Berſteyn Senior Conſul cum mandato Civitatis Freidbergæ.

Francſordiæ, Joannes Vilker cum mandato Civitatis Wetzflar.

Hagenuæ, & Civitatum pertinentium ad provincialem præfecturam Hagenoæ, videlicet Schleſtadii, Weſſenburgi, Landaviæ, ſuperioris Ehenheymii, Keyſerbergæ, Monaſterii in Valle ſancti Gregorii, Rosheymii, & Turcheymii. Vitus Moll, Civitatis Hagenoæ Scriba, cum mandato ſive commiſſione Civitatum Offenburgi & Zellæ ad Hamerbachum.

Colmariæ, Vendelinus Zipper utriusque Juris Doctor, Syndicus.

Numine Geyleohauſen, Bruchardus Weiler ſupremus œconomus, & Wulffgangus ab Affeoſteyn Eques &c. Comitis Palatini Electoris Conſiliarii prædicti.

Mulhauſii in Thuringia, Antonius Fleiſchaue Judex ejusdem civitatis.

Goslariæ, Joannes Recken ejusdem Conſiliarius, & Joannes Roch Secretarius.

Tremoniæ, Georgius Halter Doctor.

Cameraci, M. Jacobus Cortius.

LATERIS SIVE JURISDICTIONIS SUEVICÆ.

Ratispooæ, Joaooes Stewerer & Oſwaldus Falco Prætor.

Nurem-

Nurembergæ, Eraſmus Ebner, & Jacobus Muffelius, cum mandato Civitatum Windeſcheymii, Weiſſenburgi ad Norrgaviam, Wimphinæ, Northuſii, & Schweinfurdiæ.

Auguſtæ, Marcus Pfiſter, Conradus Mair, Sebaſtianus Chriſtophorus Rechlinger doctor, cum mandato Civitatis Donawerdæ.

Ulmæ, Georgius Beſſererus, Hieronymus Scheilcherus, & Mathias Ulin Doctor.

Hallæ Suevorum, Leonardus Feuchterus.

Memmingæ, Fœlix Pfoſt Conſol, cum mandato Civitatis Leutkirch.

Rottweilæ Joannes Hildenbrant Moker & Conradus Spretter Scriba Curiæ & Civitatis.

Rottenburgi ad Tuberim, Ciriacus à Rinckenberg & Bruchardus Everardus.

Eslingæ, Hieronymus Bredlin Conſol & Joannes Marchdroff Licentiatus Syndicus,

Norlingæ, Joannes Rutter Conſul & Wolffgangus Vogelman Scriba Civitatis.

Reurlingæ, Ludovicus Decker Conſul.

Boffingæ, Blaſius Reulle.

Uberlingæ Joannes Jacobus Harus ſenior Conſul, & Joannes Eſchlinbergerus Scriba Civitatis cum mandato Civitatis Wangæ, Pullendorpii & Buchornæ.

Gmundæ Suevorum, Joannes Ranchbein Conſul.

Heilbrunnæ, Jacobus Ehinger Doctor Syndicus.

Dinckelſpuhelæ, Joannes Herder ſenior Conſul & Jacobus Muller.

Lindaviæ, Hieronymus Pappus.

Ravenſpurgi, Petrus Senuerus Conſul, & Johannes Chriſtophorus Tafingerus.

Campiduni, Jaſpar Zellerus.

Ælæ, Laurentius Schicken ſenior Conſul.

Cauſbeuræ, Leonardus Bonrieder & Blaſius Gerardus.

Bebraci, Georgius Aſchmao Scriba civitatis.

Iſni, Joannes Braumeyt.

Giengæ, Rochus Ammanus.

Weylæ, Thomas Rennigerus, & Lucas Erkingerus, Scribæ civitatis.

IN HORUM teſtimonium nos Sebaſtianus Dei gratia Archiepiſcopus Maguntinus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, & Elector: & Wolffgangus ab Affenſteyn Eques Comitis Palatini Conſiliarius & Commiſſarius loco Frederici Comitis Palatini Electoris, noſtro, aliorumque Electorum nomine: nos Ottho Sanctæ Romanæ Eccleſiæ titulo ſancti Balbini Presbyter, Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus, & Albertus Comes Palatinus apud Rhenum, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ, noſtro & eccleſiaſticorum ac ſecularium Principum nomine: Gervicus Abbas Wingartenſis, & Ochſenhauſenſis, noſtro & Prælatorum, Georgius à Nallingen Licentiatus Juris, Commiſſarius Comitum & Dominorum: & nos Conſul & Senatus Civitatis Auguſtæ, noſtro, aliarumque liberarum, & Imperii Civitatum nomine noſtrum Sigillum huic Actorum determinationi appendi curavimus.

DATUM in noſtri Imperatoris Caroli & S. Imperii Civitate Auguſta XIIII. Februarii, à Nativitate Chriſti, Anno M. D. LI. Imperii noſtri triceſimo primo: Aliorum verò regnorum 36.

CAROLUS

Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, S. Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, propria manu ſubſcripſit.

CAROLI V. IMPERATORIS AUGUSTI CONSTITUTIO

Ann. Chriſti 1552.

DE JUDÆORUM FOENERATIONIBUS.

CAROLUS QUINTUS, Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; Germaniæ, Caſtiliæ, Arragoniæ, Leonis, utriusque Siciliæ, Jeruſalem, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Navarræ, Granatiæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Sionis, Algarbiæ, Algeræ, Gibraltaris, Canariæ, & Indianarum Inſularum, ac Terræ Firmæ, Oceanique Maris, &c. Rex; Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ & Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Craniæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, Calabriæ, Athenis, Neopatriæ, & Wirtembergæ, &c. Comes Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Gertiæ, Barineæ, Arthoſi, Burdioſi, &c. Comes Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ; Lantgravius Alſatiæ; Marchio Burgundiæ, Oriſtani, Gazoniæ, & S. Romani Imperii; Princeps Sveviæ, Cathaloniæ, Aſturiæ, &c. Dominus Phriſiæ, Vandalorum Marchiæ, Portenajæ, Biſcajæ, Molini, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Fatemur palàm his literis, ac notum facimus univerſis.

1. Poſt-

1. Poſtquam in noſtra & Sacri Imperii Politica Ordinatione in his Comitiis Anni quadrageſimi octavi, minoris numeri in conſilio ac ope noſtra, ac Electorum, Principum & Statuum, abſentiumque Conſiliariorum & Legatorum, in fœneratitiis & uſurariis contractibus proviſionem fecimus, ac ſeverè mandavimus, eosdem à nemine exerceri, ſed penitus caveri, ordinem ac modum in ſpecie dantes, qualiter Judæis in Sacro Imperio, & quousque contrahere ac mutuò dare liceat, ſequentius gerere debeant; præſertim quòd omnes & ſinguli Magiſtratus & Superioritates, ſub quibus Judæi morantur, neceſſariam debitamque proviſionem faciant, æquam legem & rationem præſcribendo, ne qua ipſorum aliorumque ſubjecti nimiùm gravarentur.

2. Atqui verò Nobis ipſi Electores, Principes, Statusque Imperii, & abſentium Conſiliarii & Legati, jam in hiſce noſtris Comitiis hujus anni currentis, propoſuerunt, quomodo & qualiter dicti Judæi, ubi nequeant palàm aut manifeſtè fœnerare, uſurasque exercere, id tamen clandeſtinè quocunque quæſito colore, quaque via poſſint, ſtudeant ac moliantur, denique omnibus modis operam ad fœnus acquirendum exercendumque; ſic quidem, ut uſura pro ſorte in privatis obligationibus & cautionibus comprehendatur & exprimatur; quodque iniqua illa ſua debita ac poſtulata ſeu actiones contra miſeros Chriſtianos maximo diſpendio & gravamine, iniquaque pleonexia conſecuti aliis Chriſtianis divendant, & ſyngraphas ſive obligationes ad ipſos emptores dirigant, qui poſteà defraudatos & obæratos debitores ut plurimum ac vehementer urgent, adeoque ex ſuis ædibus ac ſedibus expellunt, cum gravi talium omnium commemoratione atque propoſitione.

3. Super quibus gravaminibus & difficultatibus fœneratitiorum contractuum denuò cum Electoribus, Principibus & Statibus, abſentiumque Legatis & Conſiliariis, deliberandum eſſe cenſuimus, atque ſtatuimus, ne porrò Judæi ſyngraphas aut obligationes coram quibuscunque aliis, præterquam coram ordinario Magiſtratu, ſub quo Chriſtianus contrahens commoratur, conſcribant faciantve: ita tamen, ne eis legitimæ negociationes & commercia in publicis ac liberis nundinis & mercatibus interdicantur vel auferantur.

4. Quòd ſi verò ſyngrapha aliqua vel obligatio conſtituenda eſſet, ea coram Magiſtratu ejus loci perficiatur ac conſtituatur. neque Chriſtianus aliquis de cætero cuiquam Judæo actionem vel petitionem ſuam adverſus alium Chriſtianum coëmat; aut Judæus tanquam creditor alii Chriſtiano ejusmodi actionem ac conventionem aliquo pacto modòve cedat, aut in modum cujusquam contractus tradat, ſub pœna amittendæ actionis aut impetitionis: quemadmodum iſta omnia in proxima noſtra & Imperii Politica Ordinatione prolixiùs comprehenſa atque expreſſa ſunt.

5. Cæterùm verò quum Judæi communiter in noſtra & Imperii civitate Francofortenſi habitantes & commorantes, hoc tempore ſuppliciter ſignificarunt, quòd honeſti noſtri & Imperii fideles Burgimagiſtri & Conſules ibi Francofordiæ jam pridem ante aliquot annos ipſis Judæis honeſtam ac benè deliberatam Ordinationem atque Decretum feciſſent, per quod nemo gravari aut decipi poſſet; nominatim quidem inter alia ſic, *quòd in negociationibus vel commerciis nulla uſura pro ſorte ac principali ſumma ponatur ſeu prætendatur*: ac alii plures articuli, per quos illiciti, doloſi ac fraudulenti contractus ſeu negociationes caveantur ac prohibeantur: accidat tamen plerumque, ut reputati homines & inſignes perſonæ, ex civibus, inſtitoribus, & aliis, majoris & mediocris ſtatus, inter & extra liberas nundinas & mercatus, cum Judæis contrahant, atque commercia habeant in cauſis, quæ Chriſtianorum ſæpenumerò fidem, veritatem & conſtantiam in contractibus & conventionibus requirunt & expoſcunt, adeoque etiam fortunam & ſalutem eorum concernunt, qui nihilominus tamen variis de cauſis vereantur conditiones & qualitates ſuas Magiſtratui aperire ac revelare, aut etiam aliis patefacere ſuam ipſorum tenuitatem: & idcircò tantùm ad fidem & confidentiam communium legum ac jurium receptam formam ac modum hactenus inculpatè retentam & obſervatam, negociari atque contrahere poſſint.

6. Etſi verò taliſmodi fiduciaria negotiatio ſua ſpe, noſtræ & Imperii Politias Ordinationi, quæ tantùm miſeris ac ſupplicibus ſubditis prodeſſet; ne qua fortè ſua ſimplicitate injuria aut damno afficiantur, uſui ac commodo eſſet futura, & inſtituta & ſuſcepta fuiſſet: attamen Judæi ipſi ſimul & Chriſtiani, qui prædicto modo cum ipſis agerent, prætextu dictæ Politias Ordinationis non admodùm dextro intellectu ſenſuve, aliis viis modisque, fiſcalibus aliisque judicialibus proceſſibus vexentur, perque ea, quæ legitimis commerciis & negociationibus cum Chriſtianis, ad ſuſtentandam eorum vitam (cùm alioqui nec poſſeſſiones, nec alia commercia vel officia apud Chriſtianos exerceant) omnibus modis vacent careantque; quapropter obnixè precari, ut noſtro Cæſareo auxilio ipſis gratioſè ſubveniremus.

7. Quandoquidem ergo Judæi omnes generatim, tenore Prædeceſſorum noſtrorum in Imperio, Romanorum videl. Imperatorum & Regum, ordinationibus & conſtitutionibus communiter in omnibus caſibus in quibus nullæ proviſiones factæ eſſent, noſtro & Imperii communi Romano jure uti fruique poterunt: ad hæc quoque à memoratis noſtris anteceſſoribus, & nominatim à quondam Divo Cæſare Sigismundo, felicis recordationis, undiquaque & varia privilegia ac libertates obtinentes, præteritis annis confirmavimus.

8. His igitur attentis, Judæorum noſtrorum Francofordiæ humili precationi locum dedimus, atque ita ex enumeratis aliisque moventibus cauſis, deliberato animo, bona deliberatione ac juſta ſcientia declaravimus ac enunciavimus, id facientes his mediantibus vi, virtute, poteſtate, atque ex plenitudine Romanæ Imperatoriæ Majeſtatis, ſcienter & vigore harum literarum, volentes, jubentes & conſtituentes; Si quis vel quæ ex Judæis Francofordiæ habitans, cum Chriſtianis, *ſublimis* vel infimi

ſtatus

ſtatus, mutuaret, aut aliàs, exceptis caſibus de quibus dictæ Politiæ noſtræ & Imperii Receſſus commemoratur, legitimè ac fideliter contraheret, tenore dictorum communium Judæorum ſecuritatem & privilegiorum quocunque loco, quoviſque tempore, præter liberas nundinas, annuoſve mercatus id contingeret, quod ipſis non prohibetur, ejuſmodi contractus & negotiationes firmæ rataeque ſint, & quocunque in judicio, ſi Chriſtianus confiteatur debitum, aut alio legitimo modo, ex communi reciproque jure probetur, prout de jure agatur, procedatur & exequatur.

9. Præterea quicquid dicti Burgimagiſtri ac conſules civitatis Francofortenſis pro ſpeciali, honeſta legitimaque ordinatione, communi ſeri pro juri conformi, præſertim Judæorum perſonas concernente, ac utrinque conveniente & paciſcente parte, uti ex more ac conſuetudine poterunt: quod quidem his mediantibus non abrogatum eſſe volumus, quin ejuſcemodi contractus firmos ac ſtatos eſſe jubemus, ſive æs alienum vel debita, vel res alia ſit quæpiam, ubicunque locorum deſuper experiatur de jure vel procedatur.

10. Mandantes proinde ac jubentes, omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis, & Civilibus ſive Secularibus, Prælatis item, Comitibus, Baronibus, Liberis Dominis, Equitibus, Militibus, Vaſallis, Capitaneis, Advocatis ditionum, Vicedominis, Officiàris, Præfectis, Schulteris, Burgimagiſtris, Judicibus, Conſiliariis, Civibus, Communitatibus, ac omnibus aliis noſtris & Imperii ſubjectis & fidelibus, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſint, ſeverè ac firmiter his literis, ac volumus, ut hanc noſtram Cæſaream declarationem & conſtitutionem ex omni ſuo tenore firmiter ac ſtrenuè obſervent; peculiariter verò omnibus & ſingulis Judicibus & Tribunalibus, ut ſuper his ad requiſitionem partium in jure, prout de jure agant, procedant, decernant, exequantur; & nominatos noſtros Judæos Francofordiæ, ſuoſque ſucceſſores, ſimiliter & eos, qui horum vigore cum illis prædicto modo contrahent, non impediant, non remorentur, nec gravent, ſed quietè contineant atque conſervent noſtro & Imperii nomine firmiter, nec in contrarium quicquam facientes, nec aliis facere permittentes, nulla via modove, ſub pœna noſtræ & Imperii gravis indignationis, adeoque ſub mulcta triginta marcarum auri puri cavenda & evitanda, toties, quoties quiſquam in contrarium fecerit, noſtræ Cæſareæ Cameræ irremiſſibiliter præſtanda ac perſolvenda.

11. Id volentes ac jubentes acriter: atteſtante hoc ipſo diplomate ſigillato noſtro Cæſareo appenſo: dato in noſtra & Imperii civitate Auguſta, die viceſima ſexta menſis Martii, Anno poſt Chriſti Domini noſtri Natales 1551. Imperii noſtri 31. Regnorum verò noſtrorum anno 36.

CAROLUS.

Vidit Antonius Perenotus.

Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium.

Joannes Obernburger ſubſcripſit.

VISITATIONIS JUDICII CAMERÆ

Ann Chriſti 1556.

DECRETUM SEU RECESSUS

Actus habituſque Spiræ, Anno M.D.LVI. die XVIII. Maji.

CONSILIARII Imperiales & deſignati, videlicet Gervicus Abbas Wingarti & Ochſenbuſii; Wilhelmus Wernerus Comes & Dominus in Cimbern & Wildenſtein, Albertus à Viſchborn, Capitularis nomine Archiepiſcopi & Electoris Moguntini: Bartholomæus Latomus Jurium Doctor, nomine Archiepiſcopi & Electoris Trevirenſis electi: Dei item gratia Otho Henricus Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperii Archidapifer, Elector, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ: Felix Hurounguia Jurium Doctor, ac præſidens Lucenburgi, nomine Regis Hiſpaniarum & Britanniæ, tanquam Dux Burgundiæ, ac Dominus inferioris ditionis hæreditariæ: Dei item gratia Chriſtophorus Dux Wirtembergæ & Teck, Comes Mumpelgarti, & præfatus Gervicus Abbas Wingartenſis & Ochſenhuſii nomine Prælatorum: Omphalius Jurium Doctor nomine Abbatis Monaſterii S. Cornelii: Fridericus Jurium Doctor nomine Comitum: Gerlacus Rotefaber, Jurium Doctor nomine Civitatis Ulmæ: ceu ordinarii & extraordinarii, (reſpectivè) Viſitatores fatemur his mediantibus palam. Quandoquidem à Romanorum Imperatore, Statibuſque communibus ſacri Imperii in conſtituendo Cameræ Judicio inter alia cautum erat, ut quotannis ad Calendas Majas idem dicaſterium inſpiciatur, ac viſitetur, Imperator quoque clementiſſimus noſter conventu proximo Auguſtano Anni 55. adſentientibus Electoribus, Principibus & Statibus eam inſpectionem ſeu viſitationem, & quæ præterea neceſſitas requireret eiſdem Calendis Maij proximè lapſis inchoari clementiſſimè vellet: noſque Gervicus Ab-

bas Vinigarti & Ochſenhuſii, Wilhelmus Wernetus Comes Cimbernii ſpeciali ſcripto per Cæſaream Majeſtatem requiſiti ad hoc ipſum & deſignati: cæteriq; nos partim ultrò, partim noſtrorum nomine coordinatorum dominorum ad dictam inſpectionem ſeu viſitationem initio Maji jam memorati Anni emiſſis literis evocati Spiram venimus Imperatoriæ Majeſtati, Dominorumque noſtrorum obſequio debito parentes, adeoque ſacri Imperii Ordinationi pro Reipublicæ utilitate, conſervandaque juſtitia, pace, concordia & tranquillitate Germanicæ nationis chariſſimæ noſtræ communiſque patriæ, eam quidem inſpectionem vigore conſtitutionis ſuſcepimus, perſonis dicaſterii omnibus, ut decuit, ad articulos ex ordinatione deſumptos inſpectis examinatiſque: in reliqua etiam cuncta nobis ceu deſignatis in hoc & viſitatoribus injuncta diligenter inquirentibus. Cumque deficientias quaſdam ſeu lapſus comperiremus, utique corrigendos eos emendandosque fore putavimus. Quocirca Imperatorio quidem & ſacri Imperii nomine tanquam eorundem deſignati ſeu Commiſſarii ac Inſpectores, quibus & conſtitutio Judicii Cameræ, & Decretum recens idem injungit, in hunc modum, qui ſequitur, ſtatuimus & ordinamus.

1. Principio etſi receſſus imperialium deſignatorum ſeu Commiſſariorum, ſacriq; Imperii Statuum, viſitatorum, de anno Chriſti M.D.L. Prætori, conſeſſoribusq; dicaſterii Cameræ modum certum expreſſumq; ſtatuit, ex ordine, qui, velutq; ex præſcripto tum in relationib. faciendis, tum ſuffragiis dandis ſeſe gerere oportebat, compertumq; eſt in hac inſpectione tamen, plerаq; contrà, præterque ordinem irrepſiſſe, non actionib. quidem litigantibusq; partibus ſolùm propter dilationem moramque gravia intolerabiliaque, ſed & tribunali ipſi indecora. Quamobrem tam in relationibus, quàm ſuffragiis conſeſſores deinceps ordinationi atque decreto anni quinquageſimi facto pareant, cumprimis ab omni prolixitate adeoque ſuperfluitate in referendo, ſuffragando ac legendo abſtinentes, tantùm ea quæ ad cauſam faciunt, reſque depoſcit proferant, ut ſunt actionis articuli ſeu poſitiones, exceptiones pertinentes, reſponſiones, probationes, termini ſubſtantiales, quæque merita cauſæ concernunt, indeq; neceſſariò dependent. Documenta quoq; ut Privilegia, aliaque inſtrumenta & ſcripturas ſeu literas ſummatim quantum neceſſe eſt, nec univerſa acta recenſeant, nec diſceptationes ſeu potius altercationes & rixas partium vel legant vel dictent, ſed tantummodò ex actis quæ ſunt, uti præſtatum eſt, neceſſaria. Similiter & alii conſeſſores eadem acta, diſpoſitiones & allegationes, ne interea litis & actiones remorentur ad referendum non deſcribant, exceptis iis quæ ſibi neceſſe fore putaverint, ex quibus inter referendum, prælegendum & ſuffragandum annotare aliqua poterunt & obſervare.

2. Jam & in relationib. ſeſe ac ſuffragiis dandis conſeſſores mutuò non obturbent, nec allegationibus vel diſputationib. minimè neceſſariis utantur, à rixis & jurgiis ſe abſtineant, quin magis humanitati ac lenitati modeſtiæq; ſtudeant, denq; operam, ut ab initio relationis ſuæ advertant, an Procuratores, Syndici, actores ac reliqui ad actiones & cauſas legitimè ſint conſtituti & qualificati, nec ne.

3. Ubiq; decreti ſeu conſtitutionis dum relationib. diffinitivarũ interſunt, in finem donec concipiantur, inſcribantur, exaudiantur, & à referentib. ſubſcribãtur, conſideant, perſiſtantq;, nec interlocutoriarũ aut receſſuum ſeſe concipiendorum deliberationes conſultatione ſve immittant, ſed aliis iſta minori numero, qui diffinitivarum meditationes explere non poterunt, expedienda permittant.

4. Acta autem & cauſæ tam veteres quàm novæ, tum interlocutoriarum tum diffinitivarum, maximè verò inſigniores ac vetuſtiores, quibus illæ conſeſſorib. attributæ ſunt ante alias primùm referantur, ſic quidem ut alimentorum, miſerabilium perſonarum, pupillorum, fractæ pacis, captivorum, executionum, & aliæ, ubi periculum ſuerit in mora de Jure & æquitate cæteris præferantur.

5. Si quæ porrò ad ſupplicationes decreta dabuntur, motivas, ex quibus talia dantur, Protonotarii vel Notarii iisdem ſupplicationibus adſcribant, quò ſicubi forſan Procuratores eaſdem ſupplicationes proferent, cognoſcatur, prætorne & conſeſſores priores motivas viderint, & quid de iis decernere oporteat, æqualitate ſervata in mentem revocent.

6. In ſacriantem Imperii conſtitutionibus, & jam iſta ordinatione ſi quis dubius ſenſus intellectuſve inciderit, nunc aut in futurum, ſicut Prætor & conſeſſores in pleno conſilio ſecundum jus commune unanimiter de eodem intellectu dubio ſtatuere nequeant, ad Cæſarem id quidem & Imperii Status per Archiepiſcopum, Principem Electorem Moguntinum, utpote ſacri Regni Archicancellarium, qui ea de re interpellandus erit, referant rejiciantque.

7. Cæterùm acta ad referendũ data, Aſſeſſores diligenter conſervent, atq; cuſtodiant, haudquaquã in loco neglecto, onde referentium nomina aliis fortè, quos omninò celare oportebat, prodantur ſe innoteſcant, neq; etiam inibi informationes Juris deſcribi patiantur. Sunt & miniſtri ſeu amanuenſes eorum jurejurando aſtringendi, ne heros ſuos ac Dominos referentes patefaciant. Quòd ſi verò caſu aliquo ſecreta vel actorum vel tribunalis didicerint, ea prorſus ſubticeant, nullique manifeſtent.

8. Aſſeſſores quoque ſinguli tempore & hora juſta, maturè & abſque mora in Senatu ac Judicialium audientiarum conſultationib. conveniant omni excuſatione (niſi urgens prohibuerit neceſſitas) rejecta, ne & præſentes abſentium expectatione præpediantur, & res negotiaq; temere prorogentur, cujus rei Prætor ipſe ac Præſidentes acrem adhibeant curam in tranſgreſſores animadvertendo.

9. Quoniam verò ex conſtitutione Imperialis Cameræ coram tribunali in audientia latis ſententiis & decretis hactenus datis unà cum Prætore Conſeſſores octeni, inter quos Comitum aut Baronum unus in contumaciarum audientia loco Prætoris, & Aſſeſſores quatuor conſidebant, atqui cum multitudo controverſiarum exigere videatur, ut durante audientia interim aliis quoque forenſibus negociis provideatur, de cætero Prætori, aut præſidenti publicatis ſententiis, factiſque decretis plures non niſi quatuor, ac deinceps in contumaciarum rogationibus præterquam duo non conſideant.

Reli-

Reliqui verò Aſſeſſores mox in conſiliu pro cauſis determinandis finiendiſque ſupplicationes, aliaque levia & extraordinaria negocia tractent, & quantum fieri poteſt, expediant.

10. Cumque Procuratores hactenus in circularibus quæſtionibus quiſque ſuo ordine locoque actionibus & cauſis ſuis omnibus proponendis auditi fuerint, quo factum eſt, ut primariorum ſeniorumque Procuratorum actiones liresve expedirentur, cæterorum autem ſequentium utpote poſteriorum impedirentur ac remorarentur, cui difficultati, quantum poſſibile fuerit, duximus obviandum eſſe, cùm ut æqualitas retineatur, tum ut pariter lites expediantur: conſtituimus igitur & ordinamus, ut non attenta ejusmodi Cameræ Judicii obſervatione ſeu ordinatione priori, nunc deinceps in cauſis ordinariis & extraordinariis (quibus & moderationum controverſiæ adnumerentur) ad ſingulas primarum quatuor quæſtiones circulares ſpecialiter, videlicet in ferendis ſententiis, in novis, in præfixis, & in ordinariis quiſque Procuratorum ſuo ordine non amplius niſi in ſex cauſis tantùm agat, finitis autem talibus rogationibus ſeu quæſtionibus, incipiatur rurſus ita ut quilibet Procuratorum ſex cauſas ut antea proponat, hæcque reiteratio quæſtionum quandiu & quouſque neceſſe videbitur, fiat, obſerveturque, hoc nempe modo, ut nihilominus ſingulis Juridicis diebus duæ interrogationes in contumaciis, quemadmodum prædictum eſt, ex ordine quoque obſerventur. Secundum verò temporis vel modici vel prolixi rationem & qualitatem Prætor & præſidentes, quoties reiteratione tali in qualibet audientia opus fuerit, ex ſeſe moderabuntur atque conſtituent. Dabunt etiam operam Procuratores, ut & antiquiores & majoris momenti controverſias actioneſque initio proponant.

Judex Cameræ Judicii & Aſſeſſores hunc articulum improbant, & cupiunt abrogari, quemadmodum & quoſdam ſequentes.

11. Eſt autem impedimento quoque controverſiis pendentibus, velut ipſa re compertum eſt, cùm ad referendum quidem acta nonnunquam parati forent Aſſeſſores, tamen miſſione petita, actis minimè relatis diſcedant, ſicque aliis conſeſſoribus ex novo diſtribuantur, quæ mora ac retardatio non per ſeſe modò nocentiſſima eſt, verùm etiam litibus ipſis ac partibus duplicem parit laborem: Quocirca ſtatuimus & ordinamus, ut Aſſeſſores forſan miſſionem petentes, ſimul atque eam obtinuerint confeſtim indicent, quænam acta quas cauſas penes ſe habeant, easque ante ſuam abitionem diſceſſumque, quoad fuerit intra hoc idem tempus poſſibile, referre teneantur, neque alus novis actis ad referendum, aliisve litibus audiendis interea prægraventur.

12. Compertum & hoc eſt, per abſentiam, ac emanendi diuturnitatem Prætoris, Præſidentium, Conſeſſorum, Adminiſtratoris, Advocatorum, Procuratorum, aliorumque dicaſterii hominum, Judiciales lites cauſaſque, ut plurimum remorari ac impediri: quapropter longius quàm ſex ſeptimanarum ſpacium, incluſis quidem feriis integro anno deinceps illis minimè indulgeatur aut concedatur, niſi aliter ipſa poſtulaverit neceſſitas inevitabilis, ſic ut Prætor ipſe binique conſeſſores prolixius emanendi ſpacium permittant, retento nihilominus ſtipendio, ſi quid ultra ſex illas ſeptimanas temporis emanſerit. Neque ſalarium illis modò non præſtetur, verùm & Prætoris Conſeſſorumque arbitratu, ut antea dictum eſt, puniantur.

13. Aſſeſſores porrò in vacantiis, ſingulis ſeptimanis conſilio ac deliberationibus per triduum expediendis negociis interſint.

14. Etſi autem præterea conſtitutum erat, lites pleno conſilio omnium conſeſſorum, niſi ſumma neceſſitate cogente non tractari, compertum eſt tamen, nonnullas extraordinarias aliquoties hactenus coram omnibus conſeſſoribus pleno conſilio tractatas eſſe, quamobrem judiciales controverſiæ ſæpè multumque fuerint impeditæ ac remotatæ. Hinc ergò à talibus de cætero abſtineatur. & res negociaque extraordinaria, veluti acceptatio Advocatorum, Procuratorum, ſtipea pauperum, & alia ejuſcemodi per prætorem, aut præſidentes, ac aliquos ex conſeſſoribus eo potiſſimùm tempore, quando ab aliis forenſibus controverſiis & litibus vacare licebit, conficiantur. In recipiendis quoque tabulariis ſeu nunciis idem obſervetur, ſic tamen, ut Adminiſtrator à Prætore aut præſidentibus rei iſti quoque adjungatur ac deſignetur.

15. In Conſilio, ac deliberationibus ea quæ non neceſſaria, vel per ſeſe levia ſunt, ad dilationem ſeu remoram aliarum litium, minimè proponantur.

16. Si documenta ſuæ legalitatis deinceps Notarii extranei obtulerint Cancellariæ, ac ea per Judicem Cameræ, duoſque Conſeſſores, & Adminiſtratorem inſpecta probataque fuerint, nulla porrò vel ſupplicatione, vel decreto opus erit, ſed ſtetur inſpectioni factæ, datoque decreto.

17. Cùm tempus quandoq; levicularum rerum occaſione, veluti terminorum, ſubmiſſionum, receſſuum quorundam extrahitur nimium, controverſiarum ac litium diſpendio: talia porrò ac receſſus, item protogationes & dilationes probationum ex Judiciali Protocollo dentur ſequente die poſt audientiam, ſiquidem ſubmiſſiones citra ulteriorem ampliorem ve Actorum completionem (niſi fortè ſpeciali aliqua fuerit neceſſe) per Judicem ac omnino duos conſeſſores perſcribantur. Quæ item teſtimonia talium dilationum atque protogationum exegerint Procuratores, Prætoris præcepto juſſuque ex Archivo Cancellariæ facilè obtinebunt.

18. In præſentationibus ac receptionibus Aſſeſſorum nonnunquam contingit, ut ejuſdem Circi viri præſententur, non ex illius quidem Circi locis, ſed aliunde oriundi & educati, in Juris cognitione tamen & doctrina ſic ſatis eruditi, ſed Circi illius, à quo præſentantur, uſuum & conſvetudinum rudes & ineruditi. Proinde cum tali in caſu Circorum ſtatus ejusmodi aptos & idoneos viros forſan nullos habuerint, nimirum ſub ipſorum Circulo natos educatoſque, de proximo & non remotiore Circo alii ſecundum conſtitutionem Cameræ tribunalis præſententur ac recipiantur docti & expertes viri. Similiter fiat, ubi Prætor & Conſeſſores ex officio quoſdam alios Conſeſſores

ſuſcepturi ſunt, quemadmodum elapſis ſex menſibus maturè fieri, nullaque mora intermitti æquum eſt: nulla quoque Religionis ergò ex proximo Imperii receſſu differentia habita, ſalvis jam vacantibus Confeſſoribus Statuum, quibus ex abundanti ſex adhuc ſeptimanæ poſt hunc Receſſum elargiuntur, ad aptos idoneoſque viros conquirendos & præſentandos: quod ſi ita fortè factum non fuerit, Prætor ipſe & Confeſſores ex officio, ut ſuprà dictum eſt, protinus abſque mora ſuſcipiant.

Et hic punctus à Judice Cameræ & Aſſeſſoribus eſt impugnatus.

19. Cum verò actæ viſitationis Judicii Cameræ Anno 50. Receſſus ſive Decretum ſpecificè commemorat, idque ſequente Imperii receſſu conſtituebatur in hunc modum: Ubi ſupplicatur, aut ſupplicationes offeruntur, in quibus petitio ex narratis de Jure non ſequitur, veruntamen ad finem Clauſula ſalutaris, hujusmodi aut ſimilibus verbis, ſicuti ibidem dicitur, affixa fuerit, prætor nihilominus & confeſſores, non attento eo ſi fortè in ſpecie facta petitio formaliter propoſitis narratis non reſpondeat, neque concludat, ſecundum jus & æquitatem decernant tamen idem illi, quod ipſe ſupplicans in ſpecie petere potuiſſet ac debuiſſet.

20. Quanquam autem jam dictus articulus memoratæ clauſulæ ſalutaris, ex variis diverſiſque opinionibus, in tunc ſequenti viſitatione Anni 51. decreto alio abrogatus eſt: viſum tamen atque è re nunc fore conſultum exiſtimamus, ut prætor confeſſoreſque decreta ſua deinceps ad ſupplicationes clauſulæ ſalutari aſſcripta commodè convenienterque promulgeant, atque in hoc ſupplicantibus, quantum ex tempore ſeſe reſolvere poterunt, ſubveniant: aut ſi id forſan denegandum fuerit, per Protonotarios vel Notarios ſupplicantibus ipſis verbo tamen declaretur.

21. Cumque ſæpius contingit, ut lites ſeu controverſiæ, in quibus de declinatoriis, aut devolutionibus diſputatur, ſicque jam pridem ſententia lata, mirum in modum remorentur, eò quòd alicui fortè litis conteſtatio per ſententiam injuncta ſit, aſt interea multum temporis elabitur, dum iſtuc fiat. Item ſi fortè concluſio litis verbotenus facienda alicui mandetur per ſententiam quoq; &c. In his ſtatuimus quidem & ordinamus, ſi ad dictum diem is, cui injunctum eſt, litem non conteſtetur, nec in cauſa concludat, ex tunc quidem abſque alia imploratione lis in continenti pro conteſtata, & pro concluſa cauſa habeatur.

22. Ad vitandas quoque alias inconvenientias atque etiam ſuſpiciones, nolumus duos fratres eodem in dicaſterio Imperialis Cameræ, quorum alter Aſſeſſor alter Procurator ſit, deinceps admitti aut recipi.

23. Cæterùm nec Prætor, nec Confeſſores eos qui in hoc tribunali litigant ſeu contendunt, in familiam ſuam aut menſam recipiant.

24. Quod attinet ad Cancellarios Imperialis Judicii homines, videlicet Adminiſtratorem, Protonotarios, tranſcriptores, tabellariorum magiſtrum, Notarios, Lectores, Secretarios, ingroſſiſtas, alioſque ejusmodi miniſtros, inter quos cùm quandoque variis occaſionibus diſcordiæ, rixæ, & jurgia exoriantur licet, Adminiſtratorem tamen in ſuo officio nullus perturbet impediatve, quin quo velit in conſilii archivique conclavia quolibet tempore ingredi poſſit. Cui & Notarii, Lectores, aliique Cancellarici homines, ut decet, obtemperare tenentur, & ab eo ipſo requiſiti Regiſtraturæ induſtriæque ſuæ rationem reddant, eos ut decet in officio quenque ſuo retinens.

25. Judicii autem Cancellariæ Moguntinus Archipræſul Elector tanquam Archipræſul Elector de aptis idoneiſque hominibus quantum fieri poteſt provideat, cumprimis quidem de gnaro expertoque Notario & Secretario tum ad complendum acta, tum fiſci quoque cauſas negociaque.

26. Si qua porrò in Cancellaria, ejuſque miniſtris & officiatis, videlicet Protonotariis, Notariis, Lectoribus, Secretariis, Ingroſſiſtis, tranſcriptoribus & aliis ejusmodi hominibus, ac eorum miniſteriis ceſſionis delictum, aut ſegnities quæpiam animadverſa fuerit, in eos Archipræſul Moguntinus uti Archicancellarius mediante ipſorum juramento inquirat, & delicta ſeu crimina vi ordinationis emendet ac corrigat.

27. Quòd ſi verò emendationem pati noluerint, dimittendi eos idem Archipræſul corripiendique habeat poteſtatem, ſalvo ſuo quoque Prætoris & Confeſſorum ex qualitate delicti vique ordinationis plectendi jure.

28. Imperatorii fiſcalis eſt in diligenti cuſtodia juſtoque ordine conſervare ſuum Protocollum, ſic quidem ut in vetuſtioribus cauſis primùm procedatur æqualitate retenta, ne præter cæteros aliquis unus prægravetur, nullo prorſus aliorum omnium extraordinariorum Mandatorum reſpectu habito.

29. Exiguum nec illud gravamen eſt inter alia Imperialis Cameræ Judicii, videlicet, Procuratores unicè ſaltem Procuratorio munere fungi, nec item litigatoribus Advocatos ſeſe præbere velle. & niſi partes alios Advocatos quoque conquiſierint, patrocinium planè recuſant: ex quo manifeſtum eſt Senatusconſulto ſeu decreto Anni 51. hactenus hoc in puncto non obtemperatum fuiſſe. Unde ſancimus, ſtatuimus & denuò atque iterum acriter præcipientes, ne & Advocatiæ munus requiſiti Procuratores litigatoribus vigore præſtiti jurisjurandi recuſent, quò minus partes contendentes aliis Advocatis quærendis onerentur, qui potius utrumque munus tum procurationis tum advocatiæ ſuis clientibus ex æquo præſtent, quod eò facilius efficient, ſicubi minori ſeſe litium cauſarumque numero prægravaverint.

30. Quamquam antea quoq; conſtitutum fuit, ne minimè multis ſeſe Procurator litibus oneret, etiamſi certus ibi numerus dictus erat, quæ ex re conſecutum & hoc eſt, quod pluribus quidem controverſiis ſeſe diſtringerent, ac proinde partes graviter longeque detinerent. Ergò ſtatuimus & ordinamus, ne quis Procuratorum ultra ducentas controverſias cauſaſve ad ſummum abſque præno-

tione

tione & venia prætoris ac duorum Aſſeſſorum acceptet, & ſi qui jam forſan plures habent, nullas amplius ſibi aſſumant, præterquam Dominorum clientium ſuorum, à quibus ſtipendia annua merentur, quas & ſumma cura ſtudioque ad finem perducere, & nullis ſeſe aliis præterea litibus onerare debebunt. Ne qua fortè aliàs quoq; Procuratores delinquant, aut eorum ſit deficientia, omni tempore tum Prætor, tum Conſeſſores provideant, habeantque numerum eorum juxta rationem & qualitatem cauſarum ſupplendi augendive poteſtatem.

31. Et quia nimiis interdum ſubarrhationibus ac ſalariis partes contendentes onerant, vel etiam exactionant, poſtmodum Advocatos quoque forenſium rerum inexpertos ignorantibus adeoque nolentibus etiam ſubtendunt, quò facilè fit, ut litigantes defraudentur, diſpendiumque patiantur maximè quidem ſi producta & acta à recentioribus junioribuſve compoſita ipſi Procuratores non diligenter revideant; ac ſicuti res poſtulat, examinent atque perpendant: Idcircò ſtatuimus quidem & ordinamus, ne de cætero Procuratorum aliquis immoderatis ſubarrhationib. ſalariiſve litigantes prægravet, aut iis ignorantibus Advocatos alios præſtituat, quin magis multò Procuratores ipſi ſuarum partium cauſas advocent, aut ſi qua omnino recentibus junioribusve Doctoribus uti maluerint, præſciis id tamen ac conſentientibus partibus faciant, quorum etiam Advocatorum producta actaque diligenter relegant atque revideant, ſingula perpendendo examinandoque, ita ne quid negligentia aut defectus comperiatur.

32. Procuratores quoque & Advocati ne onerent partes annuis ſtipendiis aut expectatis ſalariis, aut quibuſvis comminationibus de non inſerviendo, tandum abeſt, ut alia pacta de quota litis remuneratoria, aliáſve iniquas conventiones ullas faciant. Si verò ex æquitate cum partibus conſentientibus ac volentibus, exceptis prædictis pactis prohibitis, invicem ſeſe concordare nequiverint, ut ordinationis Judiciali ſupputationi & taxæ ſtent, ſintque contenti. Quæ quidem ſi prætergrediantur, neutiquam tamen pacta illa conventioneſve valeant, aut etiam clientes ligent, quin Procuratores quoque ſtatus ſui depoſitione aliiſve modis pro exceſſus qualitate corripiuntur, neque plus exigant quàm de quolibet foro ſcripto, ſi rectè & ſufficienter plenaſque lineis & verbis exaratum fuerit, medium batzenſem.

33. Si fortè Procurator duobus Dominis clientibus inſervitorus lites inter eoſdem adverſarias habet, eas ne quidem alii Procuratori vel Advocato, principali ſuo ignorante nec conſentiente tradat.

34. Jam & Procuratores judicialibus audientiis maturè juſtoque tempore interſint, nec ſine venia exeant, aliove ſe abſentent.

35. Qui ſi & à Prætore veniam abſentiæ ſex ſeptimanarum toto incluſis feriis anno ac amplius obtinuerint, ac ita fortè ſubſtitutione aliqua opus habuerint, eos ſubſtitutos plenè informent oportet, neque etiam ſinat quis abſque ſufficienti informatione ſe ſubſtitui, quò magis non neceſſariæ ſubmiſſiones omittantur, caveanturque.

36. Porrò Advocati quoque & Procuratores Judicii Cameræ ſi quò peregrè proficiſci volunt, à Prætore ipſo veniam migrandi perſonaliter juxta ordinationem petant, ſed ſi in civitate manſerint, per alios, ubi opus fuerit, petere poſſunt.

37. Lectores verò ubi ſuos in conclavibus labores perfecerint, nec alioqui occupati fuerint, acta in Cancellaria compleant, proſpiciantque, ne aliæ quàm ad complendum neceſſariæ ſint cauſæ actave in Cancellariam tradantur.

38. Provideant & hoc, ne quæ producta ex actis è conclavi aliquo perdantur, quòd ſi fortè fortuna caſuve aliquo contigerit, copiæ perditorum ſcriptorum, non ab uno aliquo tantùm, ſed ab utroque partium Procuratore ob certas cauſas deſumantur, exſcribantur & conferantur, ac ſic quidem rurſus ad acta reſtituantur.

39. Hunc receſſum ſeu decretum loco & nomine Cæſareæ Majeſtatis, Electorum, Principum ac ſtatuum ſacri Imperii Prætori, Conſeſſoribus, Adminiſtratori, Protonotariis, fiſcali, Procuratoribus, Notariis, Lectoribus, aliiſque Cameræ Judicii hominibus & miniſtris, mediantibus eorum juramentis, quibus eidem tribunali devincti ac obligati ſunt, omnibus omnino & ſingulis injunximus obſervandum, quouſque ab Imperatore, Statibusque Imperii mutetur, ſeverè acriterque præcipientes ut pareant ſub pœnis interminatis, gravique Cæſareæ Majeſtatis indignatione. Prætor autem & Conſeſſores cumprimis advertant ad proceſſum judicialem in contendentium partium utilitatem pariter & cauſarum profectum. Similiter conſtitutionem nuper Auguſtæ reviſam quoque ſibi habeant commendatam, quam unà cum receſſu firmiter etiam ſuis mediantibus juramentis obſervent, ne quid ullo tempore quod factum oportuit omittatur aut negligatur. In teſtimonium ſinguli prænominati noſtris ſigillis iſta conſignavimus. Spiræ, die Lunæ poſt Dominicam Exaudi (18. Maji) Anno Domini Salvatoris noſtri

CHRISTI M. D. LVI.

Ann. Chriſti 1557.

REGIÆ MAJESTATIS, ELECTORUM, PRINCIPUM, AC ALIORUM COMMUNIUM SACRI IMPERII STATUUM

DECRETUM SEU RECESSUS

Factus Spiræ in Comitiis Imperialibus ANNO M. D. LVII.

FERDINANDUS Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Schlavoniæ &c. Rex, Infans Hiſpaniæ, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stytiæ, Carniæ, Craoiæ, Luciburgi, ſuperioris & inferioris Sileſiæ: Princeps Sueviæ, Marchio ſacri Romani Imperii, Burgaviæ, Meraniæ, ſuperioris & inferioris Lauſaciæ: Princeps Comes Habſpurgi, Tyrolis, Phirti, Kiburgi, & Gorciæ &c. Landgravius in Alſacia, Dominus Vindelici Marchionatus, Portenajæ & Salin s &c. Fatemur publicè, cunctiſque notificamus, Quandoquidem in Comitiis Augnſtanis Anno 1555. Conſtitutio Imperialis Cameræ Judicii Cæſareæ Majeſtatis chariſſimi fratris & Domini noſtri per nos atque communes Starus revila, renovata, & quibuſdam in locis murata eſt: attamen in nonnullis propoſitis ac memoriali quidem ſcæda comprehenſis articulis, nondum plena firmaque Prætoris & conſeſſorum habita ad mutationem faciendam inſtructione, progredi viſum non eſt. Quocirca, & ut plenior defectuum informatio & à Prætore & Conſeſſoribus unà cum cenſura eorum poſſet haberi, placuit unanimiter noſtro, Statuumque comparentium conſenſu decerni, ut prima Maji, effluxi anni 56. Imperiale dicaſterium Cameræ, ex ordine per ejuſdem Cæſareæ Majeſtatis dilecti fratris & Domini noſtri deſignatos, ac Statuum viſitatores, adjunctis aliis Electorum Principum, Statuumque in eodem receſſu nuncupatorum ceu extraordinatiis inſpectoribus viſitaretur: qui dicto tempure eandem viſitationem inchoatam actu quoqoe finierunt, ejusque viſitationis relationem ſimul cum decreto facto aliiſque articulis Cæſareæ Majeſtati & communibus ſtatibus, abſentiumque Legatis & nunciis proximo Ratiſponenſi Comitio propoſuerunt.

Ex cauſis verò in eodem decreto Comitiali atque receſſu memoratis, cùm idem juſticiæ articulus tunc abſolvi nequiret, & in triceſimum Maji protogaretur, cum actis porrò utriuſque viſitationis anni LVI. pariter & LVII. Spiræ comparerent; de eadem re conſultando ſtatuendoque, & quicquid decreverint, actualiter id quidem in Imperio obſervaretur, juxta teoorem ipſius decreti.

Comparentibus igitur deſignatis noſtris, & Electornm, Principum, Statuumque conſiliariis, mandatariis & nunciis cum pleno mandato, ambarumque viſitationum actis, relationibus, decretis, propoſitis gravaminibus, deliberationibus & incidentiis ſingulis ſuo ordine juxta Ratiſponenſem receſſum ponderatis, productis & concluſis, equidem Cæſareæ Majeſtatis dilecti fratris & Domini noſtri, noſtroque ipſius uti Romanorum Regis nomine, dictorum deſignatorum, adeoque Electorum, Principum ac Statuum, Conſiliariorum, mandatariorum & nunciorum loco, communium Statuum conſultationes ac deliberationes, conventiones & concluſionas gratioſo animo acceptavimus, approbavimus, rataſque habuimus, & confirmavimus: omniaque illa in præſenti communium Statuum Receſſu præcepimus per Imperium Germanicæ nationis publicè divulgari denunciarique.

1. Quippe cùm in primordio acta ponant, in prioribus viſitationibus inſpectores quoſdam ex Statibus in ipſorummet locum deputari, qui neque à conſiliis ſint, neque ad viſitationes apti idoneique, alii autem eos, qui dicaſterio Imperialis Cameræ juramentis devincti, vel ita recens dimiſſi, ut inſpectores eſſe nequeant, non igitur decebit, nec viſitatoribus permiſſum eſſe, ex quo deſignari, aliique viſitatores & conſiliarii hac de cauſa inter ſe contendentes, an tales admittendi eſſent necne, qua quidem diſceptatione & tempus fruſtra extractum eſt, & contrariis opinionibus atque ſententiis diſcuſſum. Itaque decernimus & ordinamus, ut de cætero Electores, Principes, ac Status quocunque tempore ad viſitationem ſcripto vocati fuerint, ſuos conſiliarios præcipuos, ſibique juramentis addictos, ſeu Syndicos ſeu à conſiliis exiſtentes, qui fortè per annuum temporis ſpacium Judicio Imperialis Cameræ necdum aſtricti fuiſſent, ad inſpectionem ſeu viſitationem deſtinare poterint.

2. Deinde cùm hic in deliberationem quoque veniſſet, non omnibus in caſibus cauſiſque ex ordinatione Imperialis Judicii Cameræ certò liquidóve provideri poſſe, ac incerti quotidiè caſus variique, dubiique incidere ſoleant, quod ſi igitur continget porrò, ut de re quapiam dicaſterii Cameræ ordinationis dubitetur, non ad proceſſum quidem, ſed alios articulos deciſivos, aut alioqui ſacri Imperii conſtitutiones pertinente, de qua vel Conceſſores ipſi in pleno conſilio ſeſe ex Jure communi reſolvere & explicare nequirent: Statuimus, volumuſq; tales dubitationes ad Cæſaream Majeſtatem, dilectum fratrem & Dominum noſtrum, aut, eo extra Imperium abſente, ad nos, Statuſq; Imperii per amicum noſtrum Archiepiſcopum & Electorem Moguntinum &c S. Imperii Cancellarium ea de re interpellatum referant, deſuper ſententiam ſuam atq; reſolutionem expectantes.

3. Quan-

Digitized by Google

Ordinariis Aſſeſſoribus adduntur ſedecim alii Conſeſſores extraordinarii.

3. Quandoquidem & ex viſitationibus apparet, haud minimè multas tum veteres tum novas cauſas vel ad definiendum vel interloquendum concluſas eſſe, nec minori numero exiſtere, nondum determinatos utique gravi litigantium partium diſpendio, neque ejuſmodi cauſas ordinarii Conſeſſores ſolos hoc tempore expedire poſſe: Itaque ſtatuimus, ordinamus, ac volumus, ut idem prior ordinariorum numerus, ſedecim aliis quoq; aptis & idoneis Conſeſſoribus amplietur, qui juxta ordinationem qualificati unà cum ordinariis jam & concluſas cauſas, & quæ quotidiè dum concluduntur, expedire valeant, ac ita quidem illi ad quindecim Menſium ſpacium tribunali Imperatorio ſuperaddantur atq; coordinentur, videlicet, ut ad Calendas Aprileis vigeſimo octavo anno proximè ſequenti hunc ſuum inchoent & ingrediantur ſtatum, adeoque ultima die Junii anno 59. finiant. Præſentes autem coram Imperialis Judicii Prætore compareant, accepturi ſinguli ſuum locum ex ordine.

4. Caſu autem quo Cæſareæ Majeſtatis, dilecti fratris & Domini noſtri deſignati ſeu Commiſſarii, & Statuum inſpectores in viſitatione Calendarum Maji dicti anni 59. futuri, neceſſarium fore putarent, illos extraordinarios ultrà, pluſque temporis in ſua functione retinendos eſſe, cùm hoc ita expediri viſum fuerit vel medium vel integrum annum prorogari illorum provincia, continuarique poterit.

5. Singulis quoque iisdem extraordinariis, quò majorem pro abſolvendis cauſis operam & diligentiam adhibeant, ut tenentur, quingenti floreni, quemadmodum & ordinariis pro annua mercede, idque ex Imperialis Judicii Cameræ ærario pendantur & exolvantur.

6. Ne tamen in dicto extraordinariorum numero, ſtatoque comparendi tempore deficientia appareat, volumus atque debemus nos Cæſareæ Majeſtatis loco, quatuor perſonas deſignare, Electores verò ſex, totidemque Circi, ad idem Cameræ dicaſterium præſentare, ſic ut quiſque tum Electorum, tum Circulorum, unam aptam idoneamque, ut ſuprà dictum eſt, perſonam ad Calendas Aprileis præſentem habeat, certoque diſponat.

7. Quandoquidem & hoc neceſſarium exiſtimatur, concluſas cauſas ante omnia expediendas & abſolvendas eſſe, ut in reliquis eò maturius feliciusque ſuccedant Proceſſus, placuit extraordinarias ſimul cum ordinariis, uti ſupra dictum eſt, tribunali Imperatorio offerri, pro partium controverſiis abſque latiori mora terminandis: Ideoque debemus nos ac volumus loco Cæſareæ Majeſtatis dilecti fratris & Domini noſtri, item ſex Electores & Circi, quilibet pro ſe quantò accuratius fieri poterit, exercitatos atq; expertos viros dare, qui in referendo ac ſuffragando ſecundum ordinationem ſe gerere poſſint, ubi & hoc moderamine utemur, ut hi qui antea in eodem hoc dicaſterio Judices vel aulici miniſtri fuiſſent, ſicubi haberi poſſent, in Judiciis, Jure, ac legibus exercitati & idonei reperiantur, utrinque conquirantur & acceptentur.

8. Quo & ordinarii & extraordinarii futuri Conſeſſores ſua rectius munera obeant, dubiis incidentibus nec impediti nec remorati, ſtatuimus, ordinavimus ac volumus, ex utriſque tum ordinariis, tum extraordinariis Conſeſſoribus quatuor ordines ſeu claſſes Conſiliariorum in definitivis (ſeu definiendis cauſis & litibus) hoc modo conſtitui, ut in qualibet claſſe quatuor ordinarii, ac totidem extraordinarii conſideant, ex quibus binæ conſiliariorum claſſes acta, in quibus juxta ordinationem concluſum eſt, ſolæ referant, decidant, ſententias concipiant, nulliſque aliis extraordinariis negociis, ſed relationibus, ut dictum eſt, & deciſionibus tantùm occupentur, onerenturque: Reliquæ duæ conſiliariorum claſſes, tum ordinarias, tum extraordinarias, aut extrajudiciales cauſas, negociaque ſecundum ordinationem tractent expediantque. Veruntamen inter conſiliariorum ordines viciſſitudine hac & æqualitate ſervata, dimidio quolibet anno hi, qui primùm concluſas tantùm retulerunt, poſtea ordinarias quoque & extraordinarias agant. Cæteri verò ad ordinarias conſultationes ſolummodò tractandas accedant.

9. Ante publicationem ſententiarum Aſſeſſores omnes qualibet vice tam in definiendarum, quàm interlocutoriarum ferendarum audientia, conſueta hora, ſimul in conſultatorio conclavi compareant. Deinde octo illi ad concluſas tantùm deſignati in ſuum deliberationis locum pro cauſis referendis mox ſe conferant, binas ſimul horas permanendo. Reliqui triginta duo ingrediantur audientiam, publicatis verò ſententiis perlectiſque egrediantur illi, qui ad concluſas cauſas referendum tantummodò deputati ſunt, duaſque horas unà perſiſtant, aliis ad ſupplicationes in ſuum conſultationis locum commeantibus. Quòd ſi verò proxima viſitatione deſignati & inſpectores intelligant alia forſan commodiore via ac ordine ad explicationem cauſarum concluſarum tum ordinariarum tum extraordinariarum, quàm ſuprà oſtenſum eſt, conſeſſorum reſpectu procedendum fore habeant ipſi quidem ad provehendam eò amplius juſtitiam, ac litium expediendarum potiorem ingrediendi viam, rationemque his mediantibus ſibi factam poteſtatem.

10. Jam & intelleximus quorundam Statuum contributiones pro conſervando Imperialis Cameræ dicaſterio, prioribus temporibus taxas hactenus reſtare ſolvandas, quæ contributionum reſtantes ſummæ ad extraordinariorum Aſſeſſorum ſuſtentationem ut pendantur ſunt neceſſariæ. Verùm autem ut inter Status in ejuſmodi contributionibus ſolvendis æqualitas retineatur, abſque recuſatione id ac mora illi vigore ſacri Imperii conſtitutionum ac edictorum quod debent ſolvant oportet, ad quod alioqui tenentur debitores ſub Cæſareæ Majeſtatis dilecti fratris & domini noſtri ſacrique Imperii interminatione gravi, quo minus adverſus eos juxta concluſionem prius factam procedere fiſcali fuerit neceſſe, vitanda.

11. Nihilominus hiſce cùm denuò atque à novo facta ſit Imperatorio fiſcali contra moroſos illos ceſſatoreſque inceptis proceſſibus maturè acriterque pergendi poteſtas, ſimulque adverſus eos, qui deinceps ſolutionem facere quoque ut oportet deſierint.

12. Hi etiam, qui, ut ſupra conſtitutum eſt, à nobis, ab Electoribus, Principibus, & Circis, in extraordinarios dantur, ſi quo jurejurando nobis, Electoribus, Principibus ac Statibus, aut aliis devincti ſunt, liberentur. In hoc autem edictum, & conſtitutionem Judicii Imperialis Cameræ An. M. D. LV. Auguſtæ renovatam, quemadmodum Conſeſſores antea fecerant, jurent.

13. Porrò articulus de præſentatione primus in dicaſterii Cameræ ordinatione noſtra & Electorum Principum, dicens, quòd ſinguli ſpiritualium Electorum, jure conſultum aliquam doctrina & dignitate præditum (ſive is ex equeſtri genere natus ſit, ſive non, perinde eſſe) nuncupent atque præſentent. Tertio autem titulo de qualitate & aptitudine perſonarum tum prætoris tum conſeſſorum, in §. *Similiter* &c. in priore parte circa finem ejuſdem. Qui idem articulus de præſentatione in dubium tractus, à nobis, ut æqualitas inter ſex Electores Principes conſervetur, jam declaratur hac formula, videlicet, ſi qui ſpirituales Electores Jure conſultos dignos, & ſeculares Electores Principes ex equeſtri ordine natos ſuo tempore præſentandi vigore ordinationis poteſtatem habentes tam aptos & idoneos reſpectivè juſta adhibita diligentia naneiſci nequeant, eo in caſu liberum ſit omnibus Electoribus ex equeſtri genere natos (etiamſi non ſint Juriſprudentiæ honore decorati, ſeu, ut vocant, graduati) itidem & Juriſprudentia inſignitos, etiamſi ex equeſtri genere orti non ſunt, nihilominus in utroque caſu, ſi tamen juxta ordinationem omnibus modis qualificati fuerint, præſentare offerreque poterunt.

14. Cùm haud etiam parum refert intereſtque ſtatibus æquè ac ſubditis lites habentibus, ut reputatis, eruditis, & exercitatis viris ex pleniori conſtitutionis formula ſeu præſcripto iſtud ipſum tribunal cingatur, atqui ſuas nonnulli rationes mercedis ergò ampliores quærentes foro cedunt, alioq; ſeſe conferunt, Aſſeſſores item annonæ & temporis difficultatem ac pericula unà cum aliis ſuis gravaminibus exhibentes, majus ac luculentius ſtipendium petiverunt. Quo circa præſtantioribus aptioribusque viris major ut detur hocce apud tribunal Imperialis Cameræ commorandi perſeverandique, aut eò etiam veniendi occaſio, in hanc ſententiam itum eſt ab omnibus Electorum, Principum & Statuum deſignatis conſiliariis, mandatariis & nunciis conſentientibus & concludentibus in hunc finem conſtituendo ac ordinando, ut deinceps Aſſeſſoribus ſtatutum ſalarium amplietur, ita ut cùm hactenus 56. batzenſibus, aut 64 Cruceris florenus numeratus fuerit, porrò 77. Cruceris à Calendis Aprilibus, anni LVIII. inchoando numeretur ac perſolvatur.

15. In viſitatione autem 56. anni, comperto ordinationis Cameræ ſolito jurejurando, quod per ſuſceptas perſonas præſtatur, hanc appendicem additam eſſe in hæc verba, videlicet, *Cæterum & hoc Cæſareæ Majeſtatis mandatum eſt, ut fidem habeatis, ut juretis ipſi Cæſareæ Majeſtati & Imperio fidos ac obſequentes vos exhibituros eſſe: Ejus Majeſtatis atque Imperii juriſdictionem quantum in vobis fideliter conſervaturos, neq; re neq; conſilio contrà ituros, quinimò ſi quid in diverſum quis machinari conaretur, eum eosque omni ſtudio atque diligentia à tali propoſito averſuros, ac alia omnia facturos eſſe, quæ vos ex conſtitutione decebunt, abſque dolo & fraude.* Hæc eadem autem appendix talia eſt, tamque bene ac præmeditatè poſita, ut dicto jurejurando rectè adhæreat, ac ita relinquatur. Ut autem firmius certiusque appendix iſta unà cum cæteris clauſulis tenore juramenti contentis, illis ipſis perſonis ad Cameræ Imperialis Judicium ſuſcipiendis proponatur, omnibusque aliis innoteſcat, volumus omnino atque jubemus eodem robore ac firmitate, qua & alia ordinationi Cameræ Judicii inſerta eandem ipſam appendicem approbatam eſſe atque obſervari.

16. Quod attinet ad ea, quæ mota ſunt circa titulum in ordinatione Cameræ loquentem de tranſgreſſionibus communis ac publicæ pacis, nimirum quæ de eis quæri agique poſſit &c. ſuper ult. §. incip. *Et ſi quidem ita coram noſtro Cameræ Judicio*, tit. 9. in 2. parte ordinationis, ut iisdem inſitis caſibus præterea ad clariorem melioremque intelligentiam addatur, videlicet, ſi ejusmodi in caſibus ad mulctam & pecuniariam pœnam agitur, Rei hæredes non minus pro mulcta læſionis ergò teneantur & obligentur. Hic ſtatuimus & ordinamus, ut quocunque tempore tales inciderint caſus, & ad mulctam agatur, prætor & conſeſſores vigore publicæ pacis, ordinationisque Cameræ Judicii, quod eſt Juris communis ſcripti adverſus hæredes promulgare atque decernere debent.

17. Etſi quoque titulo 53. in parte tertia ordinationis Cameræ Judicii de reviſione ex inſpectione actorum, quidnam in caſibus reviſionis & Syndicatus fiat, matura deliberatione proviſum ſit: Nihilominus tamen cùm quidam irrequieti homines reviſionem & Syndicatum petiverint, idque per amicum noſtrum Archiepiſcopum Moguntinum vi ordinationis ſcripto exegerint, atque in futurum forſan alii ſimiliter poſtulaturi eſſent: ſed viſitationis tempore, quando ejusmodi Reviſio & Syndicatus tractari debebant, à cœpto ſuo abſq; certificatione deſinunt, quo fit ut inſpectores atque etiam Conſeſſores hi, qui tempore latarum ſententiarum in tribunali præſtò fuerant, relictis officiis, etiamſi compareant, expenſis & laboribus inutilibus gravantur. Quamvis igitur dicta Reviſio & Syndicatus petentibus partibus deneganda non ſint, eſt tamen ejusmodi temeritati obviandum. Proinde ſtatuimus, ordinamus ac volumus, ut ordinatio ſeu conſtitutio ſub dicto titulo in talibus emendetur, ac tempus duorum Menſium ante Calendas Majas comparendi per amicum noſtrum Archiepiſcopum ac Principem Electorem Moguntinenſem in Citatione ad tres Menſes prorogetur, ſtatuaturque. Quòd ſi tunc quis quive ſcripto, teſte ac Indice ab intimata Reviſione aut Syndicatu cedet, eaque non proſequetur aut proſequi voluerit, idque ante viſitationem ſex ſeptimanis, in quibus Reviſio aut Syndicatus ſuum progreſſum habitura erat, Moguntinenſi Cancellariæ certò ſignificet, quo vocati inſpectores, Prætor item & Conſeſſores indicto termino renunciare poſſint, refuſis mox quoque expenſis factis, quas ille, illive, qui indicato termino renunciant, refundere tenentur, *nullam* præterea

mulctam

mulctam aliam expectaturi, ac ſic quidem à cœpta reviſione aut Syndicatu abſque damno abſtinere atque deſiſtere poterunt.

18. Caſu autem quo renunciatio termini ſex ſeptimanarum nulla fieret, ac reviſionis aut Syndicatus petitorum præſumptio ſive inſtantia ſtivola ac temeraria exiſtimaretur, in illos debito modo juxta qualitatem perſonæ cauſæque Reviſionis aut Syndicatus, Commiſſariorum & viſitatorum arbitratu animadverſio fiat, una cum refuſione expenſarum ea occaſione factarum, ſalvo eodem firmoque, veluti in ordinatione poſitur, titulo.

19. Ordinamus ac volumus quoque, ut paragrapho conſtitutionis Cameræ Judicii inchoanti, *Aſſeſſores acta* &c. tit. 13. de Conſeſſorum officio vel ſenatu, in prima parte ad finem ut ſequitur, apponatur, Præterea ſuos miniſtros jurejurando denunciant, ne heros ſeu dominos ſuos manifeſtent: & ſi ultrò fortè caſuve ſecreta actorum & Judicii reſcierint, occultent, nec aperiant.

20. Quandoquidem & non minima definiendarum cauſarum mora inde oritur, cùm Aſſeſſores plurimas cauſas habentes, ad eas referendas parati ſint, officia pro rerum ſuarum conditione & qualitate dimittant, ſicque cauſæ non relatæ jaceant, ac aliis manentibus Conſeſſoribus recens, deque novo diſtribuantur, ex quo non ſolùm per maxima, diſpendioſaque retardatio & impedimenta cauſarum partibus, verùm etiam duplex moleſtia laborque conſequuntur. Proinde ſancimus, ordinamus ac volumus, ut diſcedentes Conſeſſores quovis tempore renunciatione ſtatus ſeu conditionis ſuæ confeſtim prætori acta perlecta ad referendum offerendo indicent, ut omni tempore prætor juxta ſtatum qualitatemque eorundem actorum & cauſarum deſuper decernat, quæ acta quoque ordine ad referendum acceptentur, ita ut diſcedens conſeſſor omnia quæ penes ſe habuerit acta, lecta prius atque reviſa didicerit, ea maximè in quibus ad referendum ac correferendum paratus eſt, ante diſceſſum ſuum abſolvat, ſeque indicio iſto liberet, cum hac prætoris & conſeſſorum modeſtia & diſcretione, ne abiens protinus uno conſeſſu ſenatuve omnia acta, ſed ex qualitate & opportunitate in alio quoque ſenatus conſeſſu ad referendum admittatur.

21. Poſtquam & hoc compertum eſt per abſentationem moramque longam prætoris, præſidentium, conſeſſorum, Adminiſtratoris, Advocatorum, Procuratorum cæterorumque Cameræ Judicii hominum cauſas quandoque mirabiliter impeditas eſſe hactenus, nemini iſtarum perſonarum deinceps amplius ſex ſeptimanis, incluſis quoque feriis toto anno excurrendi ſive emanendi concedatur facultas, niſi prægnantes fortè & inevitabiles cauſæ emerſerint, ut alicui æſtimatione prætoris & conſeſſorum ulterius abſentandi ſpacium indulgeatur, eidem nihilo ſecius tamen ſalarium reliqui ultra ſex hebdomadarum temporia emanſi detrahatur ac decurtetur. Alii verò, qui ſine indulto ultra dictas ſex hebdomadas abſint, non mercede ſua mulctentur ſolùm, verùm etiam ad cenſuram prætoris, & conſeſſorum pœna plectentur.

22. Aſſeſſores item ſingulis ſeptimanis in vacantia tres dies, ut antea quoque ex more factum eſt, cameram accedant, negociaque ibidem exequantur.

23. Quamvis & titulo, de Judicis Cameræ officio in ſenatu §. *Nec Iudex Cameræ concedat* &c. in prima parte ordinationis, ut cauſæ pleno in ſenatu omnium conſeſſorum, ſicubi non aliter poſtulet neceſſitas, non delibereatur, cautum ſit: nihilominus dein ut hactenus Advocati & Procuratores in communi conſilio, extra ſolitas ejus horas tamen, quoties prætori conſultum eſſe videbitur, admitti, ac omnes conſeſſores interea audiri poterunt. Quod autem ad tabularios attinet, iidem per Judicem aut præſidentes cum nonnullis conſeſſoribus, ac præſente quidem Adminiſtratore recipiantur.

24. Ordinamus porrò, volumusque, ut diſpoſitio ſub titulo 39. de Notariis in prima parte retineatur. *Si qui Notarii extra Iudicium Imperialis Cameræ degentes, documenta legalitatis ſua in Archivum Cancellariæ mittant, & à Prætore, duobus item conſeſſoribus & Adminiſtratore ſufficientia cognoſcantur, haud alia ſupplicatione de eadem re, aut decreto conſeſſorum præterea fuerit neceſſe.*

25. Cæterùm in paragrapho, Si præterea dicti ſtatus, aut Circi &c. titulo quarto, prima parte, de præſentatione ex officio ſtatuente, Sancimus ac volumus, ne quod utriusque Religionis ergò vi Auguſtani Anno 1555. decreti, factique receſſus diſcrimen, aut differentia obſervetur.

26. Quanquam autem in viſitatione Cæſarei tribunalis Cameræ Anno 50. ac ſequenti receſſu Auguſtano Anno 51. ponebatur, ubi ſupplicationes offerrentur, In quibus petitio non ex narratis de Jure ſequatur, attamen in fine ejusdem, clauſula ſalutaris iiſdem & ſimilibus verbis, ut ibidem ſubdatur, quòd tunc eo reſpectu Prætor & Conſeſſores dicaſterii Cameræ non attento eo, petitionem nec in ſpecie, nec formaliter, nec concluſivè ad propoſita narrata factam eſſe, proferre tamen atque decernere debeant, quicquid de Jure pronunciandum decernendumque fuerit, quodque ſupplicans in ſpecie petere potuiſſet, debuiſſetque, rurſus eadem clauſula in ſequentis anni viſitatione abrogata ſed nunc ex actis inſpectionis Anno 65. ea denuò incidente ac deliberata viſum eſt, eandem clauſulam cauſis ad id moventibus inſtaurandam eſſe ac reponendam. Nihilo tamen ſecius cùm prægnantes, fundatæ, atque relevantes motivæ in hujus rei conſultatione proditæ prolatæque ſint, præcipuè ad varias multijugasque impertinentias in conſiliis & Cancellaria vitandas Idcircò ſtatuimus & ordinamus, ut hæc clauſula in ſupplicationibus locum non habeat, quinimò Prætor & Conſeſſores tenore ordinationis, vique Juris communis, ac juxta conſuetudinem uſumque dicaſterii Imperialis Cameræ in talibus ſe, ut decet, gerant.

27. Inſuper ad evitandas alias quoque impertinentias ac ſuſpiciones, duo fratres de cætero, quorum alter ſit conſeſſor, alter Procurator, ad tribunal Cameræ Imperialis non recipiantur, nec admittantur,

28. Quæ

28. Quæ portò Cancellariæ Imperialis Judicii Cameræ Adminiſtratorem ſpectant & perſonas Cancellariæ adjunctas, velnti Protonotarios, Notarios, Lectores, alioſque ejuſdem ordinis, in iis deincaps Adminiſtrator à nemine impediatur, quin ſuo in officio maneat impeditus, eique liceat in Senatum venire, & Archiva ſeu conclavia Cancellariæ quoties liber ingredi. Notarii item, Lectores, ac aliæ Cancellariæ perſonæ debitum ei obſequium præſtent, moremque gerant poſtulanti de Regiſtraturis, laboribuſque convenientem rationem reddentes, ut tenentur. Et quòd poſſit idem Adminiſtrator Lectores, alioſque Cancellariæ addictos eò adigere, ut id quod ex officio, functioneque ſua debent, præſtent, juxta præſcriptam ordinationem & conſuetudinem.

29. Archipræſul autem & Elector Moguntinus, ceu Archicancellarius, providebit Cancellariæ tribunalis Cameræ quovis tempore de aptis idoneiſque perſonis, prout fuerit neceſſe.

30. Et ſi quid deinceps in Cancellaria, ejuſque officiatis & miniſtris, utpote Protonotariis, Notariis, Lectoribus, Secretariis, Ingroſſiſtis, transſcriptoribus, aliiſque ejuſmodi hominibus deficiens admiſſumve fuerit, aut ipſorum culpa, aut injuncti muneris negligentia, Archipræſulis & Electoris Moguntini erit, ceu Archicancellarii ſacri per Germaniam Imperii, in tales Cancellariæ perſonas, medio ipſorum juramento, Judicio Cameræ præſtito, commeritos inquirere, atque ex ordinationis poteſtate emendare atque corrigere.

31. Si verò dicti homines Cancellarici inquiſitione facta, defectibus atque exceſſibus compertis reformari noluerint, aut culpa delicti dimittendi ſint, idem Archipræſul in eos animadvertendi ſibi faciat poteſtatem Salvo tamen Prætori Cameræ Judicii & Conſeſſoribus ſuo plectendi Jure, juxta conſtitutionem, ex qualitate delicti, viſitationeque generali ac ordinatione, quibus in hac re nihil derogatur.

32. Quòd autem litigatores quandoque aut Procuratores taxas laborum Cancellariæ petere ſolvereque recuſant, ſtatuimus & ordinamus, cùm vel ad partium vel Procuratorum interpellationem literæ ſententiarum, Proceſſuumque aliorum deſcriptæ fuerint, ſive Procuratores, ſive principales ipſi in Cancellaria pro copiis redimendis interpellaverint, minimè illas relinquant, ſed redimere atque exſolvere teneantur.

33. Similiter cùm Procuratores pro laboribus, aut aliis Cancellariæ debitis ſeſe obſtrinxerint, etiam & abſque recuſatione exſolvant, nec ad partes ipſas rejiciant ſolutionem, idque Prætoris & Conſeſſorum ad Receptoris interpellationem compulſu.

34. Poſtquàm verò taxari labores, quorum nomine cum Cancellaria partes tranſigere, ſeque componere tenentur: diligentia omni adhibita difficillimè poterunt à partibus aut Procuratoribus earum obtineri, atqui tamen æquum dignumque eſt, Cancellariæ de precio atque labore ut reſpondeatur, in quam rem magni eſt momenti Procuratorum induſtria. Idcircò tales computatus labores, aliaque Cancellariæ debita à partibus Procuratores acri cura & ſolicitudine tum voce tum ſcripto petant, & quicquid ſolutum fuerit, ſtatim Cancellariæ reddant, quemadmodum & ab ejus Adminiſtratore & Receptore interpellati dignum fide ſpecimen ſuæ diligentiæ præbere tenentur. Hæc autem facere detrectantes Prætoris & Conſeſſorum cenſuris puniantur.

35. Caſu autem quo prædicta Cancellarici laboris ſupputatio ſeu taxa non exſolveretur, & Advocatus fortè vel Procurator quiſpiam ſalarii ſui aut mercedis ſeu precii deſerviti cauſa contra partem ſibi Monitorium dari peteret ad ſolutionem faciendam, ac eadem pars litigans Cancellariæ quoque, ſive de laboribus ſive alia cauſa obligaretur, talia debita eidem Monitorio ſimul inſerta per Procuratores judicialiter unà cum ſalariis eorum exigantur.

36. Porrò ſi ſui Cancellariæ labores ſi deberentur, ſive alia debita pars quæpiam litigans obligaretur, Procuratori tamen ejuſdem partis nullo Monitorio opus eſſet, verùm quò nihilominus tamen Cancellariæ ſuum præſtetur, atque in eo manuteneatur, fiſcalis quidem erit officii, talia Monitoria & Proceſſus ad extorquenda Cancellariæ debita ventilare.

37. Cùm & acciderit nuper, quoſdam ab injunctis ſibi functionibus atque officiis deſitos, nec alios aptos & idoneos mox ſuum in locum ſufficere potuiſſe quin & recentes novoſque rerum illarum rudes & imperitos fuiſſe: unde & in ſenatu, audientiis publicis, & Cancellaria de tali deficientia querelæ ortæ ſunt: Hinc ſtatuimus, ordinamus ac volumus, ut Cancellarici homines, videlicet, Adminiſtrator, Protonotarii, Notarii. & Lectores ſemeſtri ſpacio antè miſſionem petant, quàm abeant. Econtrà ſi dimittendi aliqui fuerint, æqualitate ſervata tantundem ipſis ſpacii quoque tribuatur.

38 Quoniam quidem & munerum quorundam Cancellariorum ratio non fert, ut duæ perſonæ ejuſdem officii eodem ſimul tempore diſcedant, quod ferè citra diſpendium tribunalis Imperatorii fieri nequit, ob id ſi quiſpiam ſuo officio cedere velit, alter ejuſdem muneris collega ſuum intra trimeſtre haud quaquam relinquat, ac quidem donec recens ille atque novitius ſucceſſor rerum talium aptior aliquatenus atque peritior efficiatur.

39. Cancellariæ autem perſonæ nonniſi à Prætore, conſcio quoque Adminiſtratore, ubi miſſionem petierint, re ita temporeque permittente, abitionis veniam obtineant.

40. Hoc ordine curaque fiſcalis ſuum Protocollum obſervet, eoque incumbat, ut & in veterioribus cauſis primùm procedatur, & æqualitas conſervetur, ne quis præ alio fortè gravetur, non attentis quibusvis aliis extraordinariis mandatis, niſi cum prænotione & aſſenſu noſtro, communiumque Imperii Statuum edita, & fiſcali denunciata fuerint. Portò quod attinet ad loca ſeu civitates contribuendarum pecuniarum, ut eæ ſingulis Menſibus fiſcali, quid contributum ſit, ejus proceſſuum cauſa ſignificent, civitatibus autem grave forſan ac moleſtum videtur, eam ſingulis Menſibus indicationem

fieri,

fieri, qun'eirca tale protogamus ſpacium in bimeſtre totum, quippe ut ſexies per annum taliusmodi à civitatibus contributionum fiat indicario, quæ ſi ſacta ſtatuto tempore non fuerit, illo loco debitam contributionem fiſcalis non eſſe factam puter, ſeque deinceps, ut exigir proceſſus, gerat.

41. Jam & in hoc dicaſterio Cæſareo uſus edocuir, quosdam Procuratorio munere tantùm defungi, & ſimul clientibus advocare nolle, maxime ſi quoque alios Advocatos non adſciſcant, ex quo liquer, decrero viſitationis Anno 51. ea in parte hactenus non fuiſſe obſecutum. Itaque rurſus præcipiendo acriter ſtatuimus atque decernimus, ut Procuratores mediis ipſorum juramentis, quibus Imperiali Judicio Cameræ obſtricti ſunt, ne qua porrò clientibus utrumque munus tum procurationis tum Advocationis requiſiti præſtare recuſent, neque ita illos gravent alios Advocatos quærendo, quin aliquantò pauciores cauſas litesve ſuſcipiant, quo partibus & advocando & procurando majori uſui utilitatique eſſe poſſint, niſi in ea re Prætor & Conſeſſores certis ac juſtis de cauſis & rationibus parcendum illis fore exiſtimaverint.

42. Cæterum ſtatuimus quoque, ordinamus ac volumus, ne porrò immoderatis ſubarrhationibus, ſalariisve clientes prægravent Procuratores, nec ignaris illis ad alios Advocatos cauſas litesque devolvant, ſed eas quas quisque ſuſcepir advocet. Quòd ſi quidem junioribus omnino uti voluerint Doctoribus in eisdem fortè cauſis, conſciis id partibus ipſis fiat. Attamen nihilominus eorundem Advocatorum producta, res, actaque diligenter examinent prius atque cognoſcant ſic, ut ne quid diligentiæ curæque deſiderari, aut contrà negligentiæ admiſſum eſſe videri poſſit.

43. Procuratores item & Advocati ad annua ſtipendia clientes ſeu precia expectativa præſtanda ne adigant, nec ad ea invitos propellant, gravantve comminationibus, multò verùm minus alias pactiones aut pacta, de quota litis remuneratoria, aliasve iniquas, injuſtas, improbasve gravesve conventiones faciant, ſed ſi ex æquitate ſeſe mutuò concordare nequeant, taxa Judicali ſecundum ordinationem ſint contenti. Transgreſſores autem præterquàm quod talia pacta, & conventiones nullius ſunt momenti, nec partes vincunt, Procuratores privatione ſtatus ſui corripiantur, aut alio modo, juxta qualitatem delicti puniantur. Jam & cùm operam ſuam laboremque æſtimari cupiunt Procuratores, prius quid à partibus litigantibus acceperint, indicabunt, ſub tali quidem in delinquentes mulcta, ut prima culpa viginti florenis, altera quadraginta abſque remiſſione aut indulgentia redimatur. Tertia verò culpa ſeu transgreſſione ſtatu ſuo priventur dejiciantur que.

44. Quod ſi duo forſan Principes & domini uno aliquo eodemque curam tribunali Cameræ Procuratore utentes cauſas habeant adverſarias, aut porrò ſint habituri, idem ille Procurator abſque præ notione conſenſuque ſui principalis, alii Procuratori eandem litem cauſamve non tradat.

45. Etſi prætor, ut ſuprà ponitur, ſex ſeptimanas, incluſis feriis, nec amplius, Procuratoribus indulſerit, ut ea de re ſubſtitutionibus opus habeant, plenè ſubſtituros de cauſa inſtruant oportet: Abſque autem ſufficienti informatione, nemo ſe prorſus ſubſtitui patiatur, quò magis non neceſſariæ ſubmiſſiones præcaveantur, ſub pœna ordinationis.

46. Advocati autem & Procuratores Cæſarei Judicii Cameræ in petenda à prætore peregrè proficiſcendi venia, eam quidem ab illo coram atque in perſona ſecundum ordinationem petant: Intra verò civitatem manentes caſibus ita accidentibus per alios id facere poterunt.

47. Item quod tricesimo titulo in priori ordinationis parte, de amborum Lectorum officio ita ponitur, videlicet, ambo Lectores Notariis in completione actorum ſint adminiculo, declaramus ac elucidamus ſequenti ſic conſtituendum eſſe, nimirum ambo Lectores explicato ſuo in Cameris juſto atque ordinario labore, aut alioqui nullis aliis negociis occupati, ad complenda acta in Cancellaria Notariis ferant ſuppetias, diligenter advertentes ne quæ cauſæ aliæ in Cancellariam perferantur, quàm quibus ſolis complendis fuerit opus.

48. Fiſci nomine & hoc in viſitationibus proponebatur, quamvis duo ad fiſcales cauſas in ordinatione deputati fuerant, re ipſa compertum eſt tamen, decreta indifferenter referri, idque aliis litibus remotæ atque impedimento eſſe, interdum deſignatis à relationibus ordinariis ad fiſcalium decretorum expeditionem evocatis, ſicque relationibus ipſis impeditis: Quocirca ordinamus ac volumus iis duobus inſuper alios duos adjungi, qui pariter quidem extra diffinitivas reliquas omnes fiſcalium cauſarum interlocutorias, attamen extra ordinem, quemadmodum ab antiquo conſuetum fuit, concipiant atque complectantur, ne hiſce ſenatus totus oneretur, aut etiam relationes ordinariæ impediantur, quin potius mutua ope ac viciſſitudine plctaque omnia expediantur, Dimidio autem anno quolibet effluxo, veterum deſignatorum unus, ac item recentium unus ſenatum exeat, in quorum locum alii duo ſubdantur, ut & hac viciſſitudine, ſinguli conſeſſores fiſcalium cauſarum ac proceſſuum cognitionem ſibi parent, & duo illi ſoli tali onere perpetuò non prægraventur.

49. Eſt quoque Advocatorum & Procuratorum nomine multorum indicatu in viſitationibus prolatum, pleraſque litigantium ſeu partium ſuarum controverſias tranſigi atque componi, idque ſæpenumero Prætorem & Conſeſſores latere, ex quo fiat, ut nihilo ſecius tamen in eiſdem litibus cauſisq; ſententiæ concipiantur, ac fruſtra quandoque pronuncientur, in Judicii dedecus atque contemptum, tum quoque ad Judicium pariter & Cancellariæ vanum laborem, aliis interca litibus impeditis ac remoratis. Hinc ſtatuimus, ordinamus ac volumus, ut articulo ſub titulo, *Qua cauſa coram deputatis poſt Judicialem audientiam agenda ſint*, parte tertia. §. *item, Quando Procuratores indicare volunt* &c. Ubi de cauſis conclusis nulla fit mentio, ſequens tenor ponatur ac ſervetur, nempe, Singuli Procuratores ſuarum partium cauſas concluſas aut tranſactas Prætori Judicii Cameræ & Conſeſſoribus quoque indicent. Cæterum omittentes idipſum negligentesve, ſive unus ſit, ſive plures alii, arbitraria Prætoris ſimul & Conſeſſorum Cameræ pœna mulctentur.

50. Quan-

50. Quanquam & hoc in conſultationibus emicuit, etiamſi prima dilatio vi ordinationis hinc inde quandoque conſenſu permittatur, non Advocatis tamen & Procuratoribus commiſſiones abſque ulteriori in ſpecie Judiciali decreto dari, qua mora lites haud mediocriter ſæpè prolongantur. Id nunc quidem in memoriam revocantes comperimus, prioribus temporibus expreſſè de ea re cautum non fuiſſe. Poſtquam verò idem articulus hunc in modum allegatus, litesque hoc in Judicio eò redierunt, ut in deſignatorum ſeu Commiſſariorum juriſdictione fundanda, decreta Judicialia promulgantur: ne qua igitur inde controverſiis partibusve remoratio diſpendioſa oboriatur, ſimul atque hinc inde prima dilatio, deſignatique, adeoque ipſa Commiſſio conceſſa fuerit, Prætor in continenti hoc aut ſimili verbo (*decernimus*) pronunciet ſtatuatque.

51. Porrò deſignati noſtri, aliique coordinatorum Electorum, Principum & Statuum conſiliarii, Mandatarii, & nuncii præter ſuprà dictos articulos, Relationum, Decretorum, Receſſuum, taliumque in conſultationibus tractatorum etiam ſcædam illam memorialem in Comitiis Auguſtanis Anno 55. exhibitam in mentem revocaverunt, eamque vigore Ratiſponenſis Commiſſionis in tractationem deliberationemque venire volebant, verùm enim vero cum ipſa deliberatione apparuiſſent graves adeò atque prægnantes articuli ejusdem ſcædæ memorialis, & quidem gravamina viſitationis Anno 56. comprehendi, ut absque prætoris & conſeſſorum poſtulato reſponſo commodè nunc explicari non poſſent, nec illorum Apologiæ ad Comitia Ratiſponenſia dum perlatæ eſſent, adeoque per ſeſe rerum earum tractatio prolixa atque difficilis eſſet, nec brevi temporis ſpacio abſolvi poſſe videretur, ſcædam illam unà cum notatis gravaminibus in aliud tempus rejicere fuit omnino multis de cauſis neceſſarium. Itaque rem hanc totam communibus adhuc ſtatibus ferè ignotam, attamen omnes concernentem, in futuro Imperii cœtu duximus proponendam, de iis omnibus id quod decebit porrò deliberaturi. Interea Prætor & Conſeſſores, quod æquum eſſe bonumque arbitrantur, in cauſis caſibusque incidentibus ſtatuant ac proſequantur.

52. Hos articulos hasque conſtitutiones, ordinationes & ſtatuta prætor & conſeſſores, cæteræque dicaſterii Imperialis Cameræ perſonæ, in quantum ſingulos concernunt, mediis eorum juramentis, quibus Cæſareæ Majeſtati dilecto fratri & domino noſtro, ac tribunali ipſi devincti ſunt, injungimus ſervanda cuſtodiendaque, nec non Proceſſum quoque Judicialem ad partium litigantium profectum & utilitatem: Similiter & Cameræ Judicii conſtitutionem nuper Auguſtæ Anno 55. reviſam unà cum receſſu in omnibus punctis & articulis firmiter ſervandam & exequendam eſſe. Quod ſi qua minus fiet, deficientiaq; aliqua appareat, quovis tempore correctio atq; emendatio adhibeatur.

53. Omnia hæc & ſingula ſuprà ſcripta, Cæſaream Majeſtatem, dilectum fratrem ac dominum noſtrum, nosque tangentia pollicemur atque promittimus ex Regia noſtra dignitate, & verborum ſtipulatione certò, inviolabiliter & rectè obſervaturos ac proſecuturos, nec in contrarium quicquam molituros eſſe agendo, edendove, neque aliis noſtro nomine permiſſuros, ſine dolo & fraude. In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum Regium Receſſui huic atque decreto appendi fecimus.

54. Nosque Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, & Dominorum, Sacrique Romani Imperii liberarum civitatum conſiliarii, mandatarii & Legati infrà ſcripti fatemur palàm, publiceque gratioſiſſimorum, gratioſorumque Dominorum ac Magiſtratuum noſtrorum nomine communiumque ſacri Imperii ſtatuum hoc receſſu mediante omnia & ſingula ſuprà dicta puncta & articulos, ſcientia, voluntate, conſilioque noſtro inchoata atque finita eſſe. Conſentientes quoque in ea omnia & ſingula, dominorum & Magiſtratuum noſtrorum, communiumque ſacri Imperii ſtatuum loco, ceu mandatarii hujus vi virtuteque receſſus. Quæ etiam vi virtuteque ſuprà dicti Ratiſponenſis receſſus communiter concluſi articuli, conſtitutiones & ſtatuta à communibus ſacri Imperii ſtatibus verè, firmiter, atque irrefragabiliter obſervari perficique debent ſine dolo.

55. Sunt autem hi ſubſcripti Cæſareæ Majeſtatis deſignati ſeu Commiſſarii, & Electorum, Principum, & Statuum conſiliarii, mandatarii & nuncii &c.

Datum in noſtra Regis Ferdinandi, & ſacri Imperii civitate Spira 16, die Auguſti, Anno poſt Chriſti domini noſtri nativitatem Milleſimo quingenteſimo, & quinquageſimo ſeptimo, Noſtrorum verò regnorum, Romani quidem vigeſimo ſeptimo, & cæterorum triceſimo primo.

Ann. Chriſti 1560.

FERDINANDI IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM

DE CONFIRMATIONE SUÆ ELECTIONIS IN IMPERATOREM Romanorum, & gratulatione ad electum Pontificem.

Beatiſſimo in Chriſto Patri & Domino Pio Quarto, divina providentia Sacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Reverendiſſimo.

BEATISSIME in Chriſto Pater & Domine, Domine Reverendiſſime; poſt humilem commendationem filialis obſervantiæ noſtræ continuum incrementum. Si unquam alias, his certè proximis diebus gratiſſimum nuntium nobis allatum eſt, quando nimirum (quod felix ac fauſtum ſit toti Chriſtianæ Reipublicæ) intelleximus, Sanctitatem veſtram Reveren-

Reverendiſſimorum DD. Cardinalium unanimi conſenſu, Sp. Sancti gratia cooperante, ad faſtigium Summi Pontificatus, & ſupremum ſanctæ Romanæ & univerſalis Eccleſiæ curam atque adminiſtrationem, electam & ſuſceptam eſſe. Nam præterquam quòd hæc lætitia ſit & eſſe debeat publica, atque communis omnibus Chriſtianis, & iis præſertim, qui afflictoReligionis & omnium Rerumpublicarum ſtatui conſultum cupiunt, eò quod divina benignitate talis paſtor Eccleſiæ Dei obtigerit, qui præditus ſit tot virtutibus, ejus eximiam prudentiam, ſapientiam, ſummamque pietatem, & præcipuum in remChriſtianam ſtudium eidem Reipublicæ Chriſtianæ non niſi maximo ornamento & commodo futurum: nobis tamen ſpecialis etiam cauſa eſt lætandi propter veterem noticiam & familiaritatem nobis à plurimis jam annis cum Sanctitate veſtra intercedentem. Cui quidem tuendæ & conſervandæ Sanctitas veſtra nullis unquam officiis defuit. Eam verò noſtram lætitiam cùm ita commota eſſet primo illo nuntio, ut ejus incremento vix videretur reliquus eſſe locus aliquis, auxerunt tamen ſupraquàm dici queat, literæ Conſiliarii & Oratoris noſtri, Nobilis fidelis nobis dilecti Franciſci Liberi Baronis de Turri, necnon ea quæ nobis Nobilis fidelis nobis dilectus Georgius à Madrutio Liber Baro, coràm nobis retulit, ſummam illam paternam benevolentiam concernentia: quam Sanctitas veſtra non modò in his ſermonibus, quos cum eo ſæpiùs poſt auſpicatiſſimam ſuam electionem conſerre dignata eſt: verum etiam in publica ſacri illius Collegii Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium congregatione erga nos palàm declaravit, ubi ſcilicet tam amanter, tam paternè, tamque ſapienter negotio & difficultati illi, quam olim nobis Sanctitatis veſtræ prædeceſſor Paulus Quartus moverat, juſtum & optatum finem imponere voluit. In qua quidem re pluribus explicanda, non eſt quòd has literas noſtras abſumamus, præſertim cùm id apud Sanctitatem veſtram, quæ ejus eſt ſumma æquitas, ſupervacaneum cenſeamus, ut quæ cauſæ noſtræ rationes non omninò habeat incognitas: ſed tamen ſi Sanctitas veſtra uberiorem adhuc & exactam iſtius negotii notitiam teneret, clariùs adhuc cognitura eſſet, quàm præter omnem rationem & æquitatem, & abſque omni culpa noſtra diverſis cavillationibus onerati & traducti fuerimus, quibus jam tandem appoſitum eſſe juſtum finem merito Sanctitatis veſtræ, cùm optimæ & paternæ erga nos voluntati, tum eximiæ integritati ac juſtitiæ acceptum ferimus. Porrò licet hoc triduo vel quatriduo hinc profectus ſit ſolemnis noſter Orator, cui munus Sanctitati veſtræ nomine noſtro, qua par eſt ſubmiſſione, congratulandi debitumque & ſolitum reverentiæ ac devotionis officium more Dominorum prædeceſſorum noſtrorum, electorum Romanorum Imperatorum præſtandi impoſuimus, tamen cùm is non poſſit illuc pervenire tam brevi, quàm nos vellemus, equidem teneri non potuimus, quin haſce literas noſtras præmitteremus, quibus ſaltem poſſit quadantenus ſatisfieri ardentiſſimo noſtro deſiderio Sanctitati veſtræ animi noſtri candorem quàm primùm conteſtandi. Quamobrem non modò Sanctitati veſtræ ex animo & obſequenter congratulamur, ſed etiam pro iſta mirifica in nos paternæ & piæ voluntatis ſuæ demonſtratione quas poſſumus maximas agimus & habemus gratias: eidem Sanctitati veſtræ ingenuè pollicentes, nos ſummo ſtudio operam daturos, ut necubi Sanctitas veſtra ullum vel grati animi, vel filialis obſervantiæ Sanctitati veſtræ & iſti ſanctæ Sedi debitæ officium in nobis requirere poſſit: Deum Optimum Maximum ſummis precibus orantes, ut pia Sanctitatis veſtræ conſilia & inſtituta ad laudem divinæ ſuæ Majeſtatis ac beneficium totius orbis convertere, eamque diu ſalvam & incolumem tueri ac conſervare, ac proſperis rerum ſucceſſibus, omnique demùm felicitatis genere fortunare dignetur. De qua quidem noſtra ſtudioſiſſima intentione, ac filiali erga Sanctitatem veſtram & ſanctam Apoſtolicam Sedem obſervantia & devotione, ſupradictus noſter Orator Franciſcus Liber Baro de Turre Sanctitati veſtræ pleniorem fidem facere poterit: cui dignabitur Sanctitas veſtra de his & aliis rebus, cum ea humiliter tractaturo, interim dum alter noſter Orator ſubſequatur, benignas aures præbere, & nos quoquo loco & tempore * æternè ac benevolè commendatos habere. * For. paternè.

Datum in civitate noſtra Vienna, die XVI. menſis Januarii, Anno Domini M. D. LX.

Sanctitatis veſtræ

Humilis & obſequens Filius,

FERDINANDUS.

FERDINANDI IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM

Ann. Chriſti 1562.

DE CONCILII LIBERTATE, ET REFORMATIONE ECCLESIÆ.

Beatiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Pio IV. divina providentia ſacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Reverendiſſimo.

BEATISSIME in Chriſto Pater cùm proximè præteritis diebus, divina benignitate feliciter confectis graviſſimis illis negotiis, quæ partim cum Electoribus ac Principibus ſacri Romani Imperii, partim verò in provinciis noſtris Auſtriacis ad Rhenum ſitis, tractanda habuimus, in hunc noſtrum Comitatum Tirolenſem perveniſſemus, quò nos non modò res noſtræ privatæ vocarunt, verùm etiam propinquitas loci, in quo hoc tempore ſacrum generale Concilium celebratur, invitavit, ut pro ea cura, quæ nobis ut Imperatori Romanorum, & ſupremo

Eccleſiæ Advocato & Protectori, incumbit, ſalutem & utilitatem ipſius promovendi, de ejus ſtatu exactè edocti, ei quacunque in re opus foret, favore, patrocinio & auxilio noſtro præſtò eſſemus, magno profectò cum animi noſtri dolore intelleximus, res ſacras illius Synodi non eo modo ac ordine procedere, quo nos cum omnibus piis vellemus, & afflictus Reipublicæ Chriſtianæ, & præſertim oppreſſæ ac deficientis in dies magis ac magis Catholicæ Religionis ſtatus expoſceret, ita ut verendum ſit, niſi properè ſalubria adhibeantur remedia, is futurus ſit Concilii exitus, qui & univerſo Chriſtiano orbi ſcandalum & offenſionem præbeat, & iis, qui ab obedientia Sanctitatis veſtræ ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ receſſerunt, ridendi materiam, & illas, quas amplexi ſunt, alienas & diſcrepantes ab orthodoxa fide noſtra opiniones majore obſtinatione retinendi incitamentum exhibeat.

2. Ut enim multa alia taceamus, certè valde inconveniens videtur, rem in eum locum jam eſſe deductam, quòd jam aliquot menſium ſpatio nulla fuerit celebrata Seſſio: &, quod gravius eſt, dum nos & alii Chriſtiani orbis Reges & Principes Catholici, gaudentes antiqua Catholicorum unitate & concordia, ſpetamus Dei beneficio aliquando futurum, ut Catholicæ religionis noſtræ adverſariis inter ſe opinionibus & hæreſibus diſtractis, & invicem altercantibus ac pugnantibus, orthodoxa fides noſtra refloreſcat, ſicuti certè manifeſtum eſt, eorum diſcordias ad reſtaurandam Religionem Catholicam plurimum afferre momenti! proh dolor, ipſi quoque Patres & Doctores in Concilio exiſtentes ad contentiones & diſſidia cum maxima jactura & dictorum adverſariorum jubilatione prorumpere incipiant. Quæ quidem incommoda, ſicuti Sanctitatem veſtram nequaquam latere arbitramur, ita quoque perſuaſum habemus, Sanctitatem veſtram, quæ ejus eſt eximia pietas, & optima in rem Chriſtianam voluntas, ut communem parentem lubenter eas vias & rationes inituram, per quas exortæ difficultates explicari, & negotia illa ad gloriam & laudem divini nominis, & ad beneficium univerſæ Chriſtianitatis dirigi queant, ut tandem, ſuperatis præſentium diſſidiorum & motuum procellis, optatum quietis portum attingamus.

3. Circumferuntur quidem rumores & ſermones quorundam non admodum commodi, neque nobis grati, videlicet Sanctitatē veſtram cogitare de diſſolutione vel ſaltem ſuſpenſione ipſius Concilii: quibus tamen rumoribus neſcimus quanta ſit tribuenda fides, & exiſtimamus Sanctitatem veſtram, ſi quid ejuſmodi habet in animo, hoc potiſſimùm perplexo & intricato rerum ſtatu, qui videtur eſſe in Concilio, ad id fuiſſe inductam. Nos verò (uti ſanctitati veſtræ pro ejus æquanimitate & paterna in nos voluntate, mutuoque noſtro in Sanctitatem veſtram filiali ſtudio, quod ſentimus, ingenuè pateſaciamus) longè ſecus judicamus. Etenim noſtro judiciu præſtaret nunquam cœptum fuiſſe Concilium, quàm imperfectum relinqui & ſuſpendi, nedum præter noſtram aliorumque Regum & Principum Catholicorum expectationem & conſenſum prorſus abrumpi atque diſſolvi, in qua ſententia confirmamur non levibus, ut nobis videtur, rationibus. Timendum namque foret, ne ex iſta diſſolutione aut ſuſpenſione, ultra ſcandalum, quo totus offenderetur orbis Chriſtianus, ac præter Sanctitatis veſtræ & totius ordinis Eccleſiaſtici contemptum & vilipendium, ac præjudicium, quod & huic & futuris œcumenicis Conciliis inferretur, alia quoque irreparabilia mala mox conſequerentur, major videlicet à Catholica Religione defectio, & jactura interitusque illarum etiam exiguarum reliquiarum populi Catholici, quæ adhuc ſuperſunt, cum in ſacri Romani Imperii ditionibus ac regnis dominiis noſtris hæreditariis, tum & in aliis regnis atque provinciis, ſiquidem fruſtratæ ea, quam in hoc Concilio poſuerant, fiducia, ipſæ quoque ſeductoribus aures faciliùs eſſent præbituræ. Neque defuturos crediderimus etiam ex Catholicis, qui interpretarentur, ejuſcemodi diſſolutionem vel ſuſpenſionem fieri ſtudio impediendæ reformationis, quam à tot annis expectamus & requirimus, tamque neceſſarium judicamus, ut ſine ea fruſtrà eſſe videatur meliorem Eccleſiæ ſtatum ſperare. Ad hæc Sanctitas veſtra procul dubio recordatur, haud ita pridem mentionem fuiſſe factam inſtituendorum Conciliorum nationalium, ea verò quia Sanctitas veſtra ſemper judicavit, ſine ſummo diſcrimine & miſeranda animorum diſtractione celebrari non poſſe, omnibus modis illa ſibi impedienda eſſe duxit, neque commodiorem aut efficaciorem evitandi hujus periculi invenit, quàm generalis & œcumenici Concilii celebrationem. Itaque nunc Sanctitati veſtræ ſapienter expendendum & conſiderandum relinquimus, annon pleræque Chriſtianæ Reipubl. nationes, diſſoluto aut ſuſpenſo generali & œcumenico Concilio arrepturæ eſſent occaſionem refricandi & renovandi factam à quibusdam antehac mentionem nationalium Synodorum, utcunque nunc ſopitam, adeoque ad rem ipſam omni ulteriore cunctatione remota deventuræ. Quod illarum inſtitutum, ſi omninò decreverint in illum eventum executioni committere, non videmus, quæ tandem hujuſmodi conatibus ſeſe opponendi ant eoſdē removendi facultas ſit ſuperfutura. Quocirca exiſtimamus, unicum eſſe medium, quo tot & tam inſignes difficultates atq; incommoda præcavebuntur, ſi Sanctitas veſtra non patietur Concilium hoc generale diſſolvi, neque ſuſpendi, ſed operam datura eſt, ut id per vias debitas & competentes ad felicem & optatum exitum perducatur.

4. Quod & ipſum non aliter fiet, niſi fiat ſeriò tamdiu expetita reformatio, ipſiq; Concilio ſalva & integrâ ſit antiqua & ſolita ſua libertas, ita ut, quemadmodum informati ſumus à piis & eruditis viris, in priſcis pleriſq; Conciliis, & præſertim iis, quæ pro præcipuis habentur & ſancta vocantur, obſervatum fuiſſe, liceat nunc quoq; non ſolum Sanctitatis veſtræ Legatis, verùm etiam Patribus ac inſuper noſtris ac aliorum Regum & Principum Oratoribus & Procuratoribus proponere, quæ quiſque univerſaliter ad conſervandam Religionem Catholicam, ac obedientiam Sanctitati veſtræ & ſanctæ Sedi Apoſtolicæ debitam, pertinere; vel particulariter cujusque Regni aut Provinciæ

vinciæ

vinciæ neceſſitatem & utilitatem poſtulare cognoverit: Patribus verò liberè & ſine metu aut reſpectu dicere & *diſcernere, quæ cuilibet Spiritus S. & conſcientia ſuggeſſerit, ſervato utrinque bono ordine, per quem facilè evitabitur, ſi quæ timetur in hac parte confuſio, ita ut non opus ſit de his rebus, quæ per Concilium ſunt determinandæ, aliorſum extra Concilium recurrere. Et planè confidimus, Sanctitatem veſtram nequaquam conſilia ſua converſuram, aut permiſſuram, ut hoc tempore exulceratiſſimo ac turbato rerum ſtatu, in celebratione Concilii, contra exempla majorum, novi quicquam introducatur, quo libertas ipſius Concilii quodammodo impediri ſeu violari videatur: ſed eam ſartam tectamque conſervaturam, ac ſimul etiam apud Legatos & Patres Concilii curaturam, ut negotium reformationis, conſiderata ejus inevitabili neceſſitate, omni quo poterit ſtudio promoveatur. Quo nomine Sanctitatem veſtram impenſiſſimè oramus & obſecramus.

* For. decernere.

5. Neque verò Sanctitas veſtra hoc loco ſuſpicari velit, quod magnis à Sanctitate veſtra precibus petimus, nos id agere, ut Sanctitati veſtræ legem præſcribamus, aut eam, quo modo officio ſuo paſtorali fungi debeat, inſtruamus, cujus ſapientiam, pietatem, & in regenda Eccleſia felicitatem magni facimus, aut etiam ut eam ſuperioritatem, dignitatem vel auctoritatem, quæ eidem S.V. jure ac meritò competit, labefactemus vel in dubium revocemus: cujus tuendæ & conſervandæ hactenus ſemper fuimus, eritmuſque poſthac quoquo tempore ſtudioſiſſimi, non recuſaturi eam ob cauſam ullos unquam labores, curas & moleſtias, adeoque fortunarum & ſalutis diſcrimen, ſi neceſſitas poſtulet, ſubire. Sed poſteaquam varia ad nos de præſenti ſtatu Concilii allata eſſent, quibus homines tam à Sanctitate veſtra & Sede Apoſtolica, quàm à Concilio magis magiſque alienari viderentur, & quæ gravioribus incommodis anſam facilè præbere poſſent, exiſtimavimus noſtras partes eſſe, tanquam primogeniti & obedientiſſimi Eccleſiæ filii, ejuſdemque Advocati, ut Sanctitatem veſtram de iiſdem certiorem redderemus, & ut ipſa prudentia ſua, divino invocato auxilio, ab Eccleſia tanta mala propulſaret, officioſè rogaremus & cohortaremur, id quod Sanctitatem veſtram ſperamus pro animi ſui moderatione, & paterno in nos amore, benigno & æquo animo laturam, & iis, quæ commemorata ſunt, incommodis aptum & conveniens remedium adhibituram eſſe. Qua in re pollicemur nos Sanctitati veſtræ filiali noſtro auxilio affuturos, omniaque ea præſtituros eſſe, quæ ad nos pro ratione muneris noſtri Cæſarei pertinere noſcentur.

6. Et quoniam teſtantur Hiſtoriæ, præſentiam Summorum Pontificum & Imperatorum in Conciliis Eccleſiæ & Chriſtianæ Reipublicæ maximam ſæpe attuliſſe utilitatem, ut nos hanc quoque operam Chriſtiano orbi in hac ſumma neceſſitate præſtemus, volente Deo, Ipſi lubentiſſimo animo, ac ſepoſitis omnibus aliis graviſſimis noſtris difficultatibus ad Concilium veniemus, & progreſſum, ejus præſentia noſtra, quoad ejus unquam fieri poterit, promovere ſtudebimus. Sanctitatem tamen veſtram hoc loco iterum atque iterum enixè rogamus, ut & ipſa id laboris ſuſcipere, & afflictæ Eccleſiæ ſua in Concilio præſentia, tanquam fidelis paſtor & pius pater, benignè conſulere non graverur. Ita namque ſperandum erit, exortas difficultates parvo negotio explicari & extingui, & quæ abſente Sanctitate veſtra incommoditates in poſterum facillimè, cum ingenti Concilii perturbatione, nec non Sanctitatis veſtræ inſigni moleſtia, excitari poterunt, præcaveri & reprimi poſſe: ita ut tandem divina benignitate omnia ſuo debito ac legitimo ordine ad optatum & lætum finem perveniant, atque ad laudem & gloriam Dei demum Eccleſiæ priſtina pax, unitas & concordia, reſtituatur. Ad quem ſcopum duntaxat omnia noſtra conſilia, omneſque cogitationes & actiones noſtræ reſpiciunt; nec dubitamus, Sanctitatem veſtram ad eundem unà nobiſcum finem tendere, à qua ad hæc officioſa & è puro corde & Chriſtiano zelo profecta ſcripta primo quoque tempore benignum & paternum reſponſum expectabimus: quam Deus miſericors Eccleſiæ ſuæ quàm diutiſſimè ſalvam & incolumem ſervet.

S. CÆSAREÆ MAJESTATIS ARTICULI

Anno Christi 1562.

DE REFORMATIONE ECCLESIÆ,

Per Oratores in Concilio Tridentino propoſiti.

ORandum in primis Summum Pontificem, ut ſeipſum & Romanam Curiam reformari benignè patiatur.

2. Ut numerus Cardinalium reducatur, ſi non ad duodenarium, ſaltem ad duplicatum cum duobus ſupernumerariis, nempe XXVI.

3. Providendum, ne fiant ampliùs diſpenſationes ſcandaloſæ.

4. Revocandas omnes exemptiones contra jura communia paſſim conceſſas, Monaſteriaque omnia ſub Epiſcopi poteſtate conſtituenda, ſub cujus ſunt diœceſi.

5. Tollendam prorſus pluralitatem beneficiorum, & ſtatuendum, quòd ſingula Collegia ſingulas erigant ſcholas: & quòd eccleſiaſtica non dentur conductitiis Presbyteris.

6. Epiſcopos omninò ad reſidentiam cogendos, niſi in extrema Eccleſiæ neceſſitate, ut officia ſua per ſeipſos, non per Vicarios exerceant. Quod ſi Epiſcopi non ſint idonei vel potentes, non uni Vicario totius diœceſeos curam mandandam, ſed pluribus perſonis & Theologis theologica, & Canoniſtis canonica negotia, inſuper viſitationes diœceſianaſque Synodos quotannis habendas.

7. In Eccleſia omnia miniſteria gratis præſtanda, & quæ ſunt adeò tenuis reditus, ut miniſteria Eccleſiæ absque quotidianis emolumentis nequeant ſupportare, incorporanda cum aliis beneficiis non Curatis pinguioribus.

8. Revocandos veteres Canones contra Simoniacam pravitatem.

9. Fortaſſis expediret humanarum ſanctionum multitudinem nonnihil contrahere, ſuperfluis reſectis, nec Prælatis ſuas conſtitutiones æquare obligationi juris divini.

10. Excommunicatione non utendum extra caſum peccati mortalis, & notoriæ irregularitatis.

11. Providendum ut diligenter & devotè in divinis officiis preces effundantur, quæ aliquando ita præcipitatè à celebrantibus proferuntur, ut nec ipſi ſe intelligant, nec ab aliis intelligantur.

12. Breviaria & Miſſalia purganda, reſecandaque omnia, quæ non ex divinis ſint deſumpta literis, & tædioſam prolixitatem Pſalmorum & orationum, habito delectu, contrahendam.

13. Fortaſſe permittendum, ut liceat alicubi Latinis Canticis preces lingua vernacula fideliter verſas intermittere.

14. Cogitandum qua ratione Cleros ad vitam priorem reducatur.

15. Quo pacto Monaſticus Ordo ad primitivam inſtitutionem redintegretur, ne tantæ Monaſteriorum divitiæ tam flagitioſè diſſipentur.

Et hoc de morum abuſuſque reformatione.

16. Quod autem ad dogmata attinet, conſiderandum ſacro Concilio, an non res ipſa efflagitet aliqua juris poſitivi relaxare, & circa communicationem ſub utraque ſpecie conſuli deſiderio exterarum nationum.

17. De eſu carnium & jejuniis aliquid de priſtino rigore remittendum, ſuper quo tamen prudenter conſiderandum.

18. Conjugium Clericorum aliquibus nationibus concedendum.

19. Et ita conciliatis populorum animis, tollendas deinde multiplices Evangeliorum Poſtillas & novam per peritos Theologos faciendam; & ſimiliter novam Agendam, quam ſi qui Parochi noluerint recipere, tunc pœnas graves eis injungendas.

20. Verùm quia hoc modo mali Parochi citiùs poterunt expelli, quàm ſubſtitui meliores, ideò quædam ad hanc difficultatem amovendam neceſſariò recenſentur.

21. Primò, unum Catholicum Parochum præficiendum interim pluribus Eccleſiis.

22. II. Videndum diligenter, an aliqui ex iis Sectariis poſſint ad Catholicam fidem reduci, & ideò eos, qui ſanioris mentis videbuntur, in proximam Catholicam Academiam mittendos & breviter erudiendos.

23. III. Injungendum Epiſcopis Academiam non habentibus, ut in Academia vicina eligant Collegium pro adoleſcentibus Theologiæ Studioſis alendis & inſtituendis.

24. IV. Limitatum auctorum Catalogum edendum, qui legi debeant in Scholis, nec alios admittendos.

25. V. Plures Epiſcopatus in latioribus Provinciis erigendos, & opulenta Cœnobia in hunc uſum converti poſſe.

26. VI. Quod autem ſpectat ad bona eccleſiaſtica in uſus profanos converſa & diſtracta, præſtaret fortè hoc tempore ut hæ diſſimulentur injuriæ.

27. Ultimò, Romanos Patres Concilio præſidentes dare operam debere, ne quæſtionibus, quæ oſtendiculas parere poſſint & contentiones, ut hæc, an ſit reſidentia de jure divino nec ne, aut ſimiles proponantur, aut ſi id vitari non poſſit, non patiantur ſaltem effundi in bilem, nec efferri in fabulam adverſariorum.

Anno Christi 1562.

S. CÆSAREÆ MAJESTATIS ORATORIUM

SCRIPTUM,

DE COMMUNIONE CORPORIS ET SANGVINIS CHRISTI, ſub utraque ſpecie,

Partibus Concilii Tridentini exhibitum XXVII. *die Menſis Junii.*

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Legati, ac Reverendiſſimi Patres: Domini Oratores ſacræ Cæſareæ Majeſtatis, Domini noſtri Clementiſſimi, officii ſui ratione, ac ſingulari quodam Sedis Romanæ auctoritatis & poteſtatis propagandæ ſtudio adducti, faciendum ſibi exiſtimaverunt, ut Dominationes veſtras Reverendiſſimas nonnullis de rebus admonerent, antequam ad dicendas ſententias veniretur. Quæ quidem res ejuſmodi planè ſunt, ut iis velut fundamentis quibuſdam tota præſentis conſultationis veſtræ ſumma niti videatur.

1. Ac

1. Ac primum quidem, ut inde initium ſumatur, auditi ſunt per hoſce dies omnium ordinum Theologi de propoſitis per Illuſtriſſimos Dominos Legatos articulis, præclarè illi quidem & copioſè, ſed ad regnorũ & provinciarum exterarum ſtatum ac rationem, non ſatis accommodatè diſſerentes.

2. Neque verò mirum id videri debet. Etenim ita illi felici ſidere ſunt nati, & iis maximè à Deo in regionibus collocati, in quibus integra adhuc ſunt omnia, ut ſuis tantum bonis, ſua illi felicitate contenti, de alienis malis, deque iis miſeriis, quibus exteræ nationes conflictantur, non magnoperè ſoliciti eſſe videantur. Precandus eſt Deus omnipotens, ut hanc illis felicitatem diuturnam eſſe velit. Utinam verò eo loco res noſtræ eſſent, ut nos quoq; ad iſtam tranquillitatem aſpirare poſſemus. Sed ut res ire cœpit, niſi nos Deus miſericordiæ ſuæ oculis aſpexerit, & ſacroſanctum Oecumenicum Concilium pro ſua benignitate noſtris * nationibus conſuluerit, magnoperè verendum eſt, ne his * Al. rationibus. etiam, quæ nunc quidem peſſima eſſe videntur, non ita multò pòſt longè etiam deteriora in Eccleſia Dei ſuboriantur.

3. Quapropter Dominationes veſtras Reverendiſſimas iidem Domini Oratores vehementer rogatas volunt, ut hæc paucula, quæ nunc perlegentur, attentè audiant, diligenter conſiderent, ac ſuis ponderibus examinent, atque ita ſe ad dicendas ſententias comparent, ut orationem atque adeò omnem curationem ſuam non tantum ad ſanos & incolumes Reipublicæ Chriſtianæ partes accommodent, quæ nullo remedio egent, ſed morboſa & malè affecta Eccleſiæ membra ob oculos proponant, inque illis ad priſtinam ſanitatem revocandis omnes curas, omnes ſuas cogitationes defixas habeant.

4. Id autem longè commodiùs fiet, ſi prius quæ ſint illæ partes, quæ veſtram opem auxiliumq; implorant, ac quomodo affectæ ſint, quàm optimè intelligatis. Primum igitur de Boëmiæ regno, poſt de aliis dicendum eſt, idque quàm fieri poterit breviſſimè.

5. Nihil opus fuerit hoc loco rem altiùs jam inde à Conſtantienſis Concilii exordio repetere. Neminem enim hîc eſſe arbitrantur, qui illorum temporum hiſtoriam planè cognitam non habeat. Illud dicendum eſt tamen, ab eo uſq; tempore eam in Boëmia retentam eſſe conſuetudinem, quam nulla † Conſilia, nullæ rationes, nulla unquam vis, neq; ipſa arma & bella eripere potuerunt, ut po- † Concilia. pulo etiam calix in communione à Sacerdotibus præberetur, à quo quidem calice ea populi pars, quæ hujus partis eſſet, Calixtinorum ſive Sub utraq; nomen accepit.

6. Atque hæc quidem factio latiſſimè in eo regno patet, & primarios etiam viros & magiſtratus quoſdam complectitur.

7. Anteà quidem huic parti benigniſſima mater Eccleſia pro ea poteſtate, quam à Deo habet, pro rerum ac temporum ratione leges & conſtituendi & abrogandi certis quibuſdam conditionibus permiſerat, ut calice uti poſſent.

8. Poſteà cum, ut fieri adſolet, non ſatis religioſè neq; verò diligenter conditiones & pacta illa ſervarentur, proviſio illa cœpta eſt à Pio II. Pontifice Maximo revocari. Sed cum Sedes Apoſtolica oberrantem hanc ovem ad cæteras aggregare cuperet, primùm Paulus III. Deinde etiam Julius III. felicium recordationum Summi Pontifices, Nunciis quibuſdam ſuis negotium dederunt, ut Boëmia in Eccleſiæ gremium receptis Calicis uſum permitterent. Tum etiam inchoata, ſed propter graves quaſdam difficultates impedita res, perfici non potuit.

9. Ad extremum Cæſarea Majeſtas & Dominus noſter Clementiſſimus, hoc tempore poſt centum & quadraginta ferè annos, pro ſingulari ſua pietate, ac Chriſtianæ & Catholicæ religionis noſtræ conſervandæ & propagandæ ſtudio, cùm unicum in illo regno Archiepiſcopatum Pragenſem veluti à mortuis excitaverit, & magnis curis, laboribus, ſumptibus & impenſis fundaverit ac conſtituerit, viſum eſt ſacræ ejus Majeſtati Cæſareæ, ſi unquam anteà, nunc commodiſſimam miri poſſe rationem, ut incluta illa natio tota ad S.R.E. matris noſtræ obedientiam ſuam tandem veluti poſtliminiò reverteretur, præſertim verò cum iſti Calixtini, qui Sub utraq; vocantur, in proximis Comitiis Boëmicis publicè ſacræ Cæſareæ Majeſtati ſupplicaverint, dignaretur ſuas apud S.D.N. partes interponere, ut eorum Sacerdotes non ab alio quoquam, ſed à novo Archiepiſcopo ordinarentur. Promiſerant autem, hoc ſi impetrent, daturos ſe operam, ut ipſi eorum Presbyteri Dominum Archiepiſcopum pro ſuo legitimo Prælato agnoſcant, & obedientiam illi præſtent.

10. Itaq; per Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Pharenſem, qui nunc apud ſacram ejus Majeſtatem Sanctiſſimi D.N. Nuncium agit, ac per Magiſtrum D. Proſperum Comitem ab Arco ſacræ ejus Majeſtatis Romæ Oratorem à S. D.N. poſtulavit, ne tantam tamq; optatam Eccleſiæ reſtituendi ac conſervandi illius regni occaſionem de manib. ſibi elabi pateretur. S. autem D.N. totam hanc rem ad veſtram, Illuſtriſſimi Domini Legati, & Patres Ampliſſimi, diſceptationem & veſtrum judicium rejiciendum putavit. Veſtræ igitur pietatis fuerit, nobile illud regnum Eccleſiæ Catholicæ cõſervare, quod tum demũ fiet, ſi neceſſariis de cauſis Calicis uſum illis permittendũ eſſe putaveritis.

11. In reliquis illi rebus, aut omnibus S.R.E. matris noſtræ inſtitutis conſentiunt, aut in paucis quibuſdam à recta illi via deflexerunt.

12. Sacerdotibus illi non aliis uti unquam voluerunt, quàm qui cælibem vitam agerent, & quos è Catholico & communem Sedis Apoſtolicæ habente Epiſcopo legitimè ordinatos eſſe conſtaret.

13. Solent illi inter alias ſuas preces, etiam Summi Pontificis, ſacri Cardinalium Collegii, Epiſcoporum atque univerſi Eccleſiaſtici ſtatus & Ordinis meminiſſe, ac Deum pro eorum incolumitate & felici rerum ſucceſſu in publicis ſupplicationibus & litaniis exorare, populumq; ad id faciendum in concionibus frequenter cohortari. Quod ipſum ſatis indicat, quomodo erga Sedem Apoſtolicam affecti ſint.

14. Si quid autem eſt omnino in reliquis rebus, in quibus à recta ſanctæ Romanæ Eccleſiæ doctrina diſceſſum eſt, id nullo propè negotio emendari ac corrigi poterit, modò Calicem, quem tantoperè expetunt, veſtra benignitate conſequantur.

15. Neque verò mirum eſt, ſi rudis & imperita multitudo in eum errorem induci potuit, ut ſine magno conſcientiæ ſcrupulo à Calice ſe abſtinere non poſſe perſuaſum habeat, cum etiam peritiſſimos & maximè pios ac Catholicos viros eam ſententiam multis rationibus tueri videamus, ut ſub utraque quàm ſub alterutra tantum ſpecie communicantes majorem ſe conſequi gratiam arbitrentur. Veſtra igitur miſericordia digni ſunt, Patres ſanctiſſimi.

16. Quare diligenter providete, ne per nimiam veſtram ſeveritatem in eam deſperationem adducantur, ut cum nullum apud vos miſericordiæ ſibi locum relictum eſſe ſentiant, ad impios ſectarios tranſeant, à quibus quidem magna diligentia omnibus artibus, omnibus illecebris, perpetuò ad defectionem ſollicitantur.

17. Sunt & in aliis etiam clariſſimis & nobiliſſimis regnis ac provinciis pii quidam ac Catholici viri, ut in Ungaria, in Auſtria, in Moravia, in Sileſia, in Carinthia, in Carniola, in Styria, in Bavaria, in Suevia, in permultis Germaniæ partibus, qui magno quodam zelo Calicem ſibi dari expetunt.

18. Non fuit hoc ignotum Paulo III felicis recordationis Pontifici Maximo, qui omnibus per Germaniam Epiſcopis conceſſit ſub utraque ſpecie communicandi, iis qui devotionis cauſa ſub utraque mallent quàm ſub una communicare. Sed ne hæc quidem propter graviſſima quædam impedimenta ad effectum perduci potuerunt.

19. Eadem ferè eſt ratio, idem de aliis quoque nationibus, quas paulo antè nominavimus: periculum eſt, ne ſi calix eis adimatur, ad Lutheranos atque alios ſectarios transfugiant.

20. Neque verò exiſtimare debet quisquã, quod hiſce dieb. publicè à Theologis dubitatũ eſt, eos qui calicẽ petũt, prorſus hæreticos eſſe. Quis ignorat, nullã nobis cũ hæreticis cõmunionem eſſe? Nõ hæc hæreticis, ſed iis procurãtur, qui aliis in reb. & Catholici ſunt, & obediẽtes ſe S R.E. filios præbẽt.

21. Quod ſi hoc ipſi à veſtra benignitate conſequantur, magna ſpes eſt, plurimos etiam hæreticos, qui hanc unam ob rem à nobis deſciverunt, ad nos iterum reverſuros eſſe. Audiuntur n. à nobis non pauci paſſim in mediis ſectariorum gregibus verſantes, qui palàm profitentur, ſi ſub utraque ſpecie Euchariſtiam ſumere liceat, cupidiſſimè ſeſe ad nos tranſire velle.

22. Certè præterquàm quod æquiores deinceps ſe nobis præberent Hæretici, dictis etiam noſtris facilius ac libentius aures accommodarent, & libentius in veſtram ſe diſciplinam traderent. Sic etiã confideremus fore, ut ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium longè in majori veneratione eſſe inciperet.

23. Plurimos etiam, tot novitatum tædet, qui hoc uno remoto impedimento libentiſſimis animis ad nos ſe reciperent. Quod ſi quo caſu hæc illis utriusque ſpeciei communicatio non permittatur, contraria omnia ſunt pertimeſcenda.

24. Jam ſi quis eſt, qui quærendum exiſtimet, quod etiam hiſce diebus auditum eſt, qui ille tandem ſit, qui hæc petat: En ſacra Cæſarea Majeſtatis à S.D.N. petit, ut Domino Archiepiſcopo Pragenſi Calixtinos Sacerdotes ordinare liceat. Id autem fieri nullo modo poteſt, niſi illi primòm in Eccleſiæ gremium recipiantur. Recipi autem non poterunt, ſi ritu ſchiſmatico propria auctoritate calicis ſibi uſum uſurpent, ac mordicus retineant.

* al. Ticinienſis fuit Andr. Dudithius. 25. Adſunt etiam Canadienſis & * Tininienſis ex Ungaria Domini Archiepiſcopi, & Epiſcoporum Ungariæ Nuncii, qui humiliter ſupplicant, ut aliqua ratione illius regni eccleſiis ab hoc ſacroſancto Oecumenico Concilio provideatur. Non enim ulla ratione plebs, atque adeò jam ipſa etiam Nobilitas in officio contineri poteſt.

26. Ac niſi hæc illis ſpes in hunc uſq; diẽ facta fuiſſet, futurũ ut in hoc ſacroſancto Oecumenico Cõcilio calicis uſus à veſtra bonitate & charitate, Ampliſſimi Patres, ipſis impetraretur, exiguas jã Catholicæ religionis ac in S.R.E. & Sedem Apoſtolicã obedientiæ illis in partibus reliquias haberemus.

27. De Ungaria quidem hoc certè affirmare poſſumus, eò jam ventum eſſe, ut Sacerdotes per vim ad Calicis porrectionem adigantur. Quod ni faciant, bonis eccleſiaſticis direptis magnum infortunium atque adeò vitæ periculum evitent.

28. Fuerunt ex illius regni Epiſcopis nonnulli pii viri, atque eccleſiaſticæ conſuetudinis obſervantiſſimi, in primis autem Reverendus Dominus Strigonienſis Archiepiſcopus, qui hos tales Sacerdotes exilio atque aliis pœnis ob hanc cauſam * multaverint. Factum jam eſt, ut tum illis, tum aliis etiam Catholicis Presbyteris careant. * Al. multaverit.

29. Ita fit, quod vix ſine lachrymis dici poteſt, ut infantes ſine baptiſmo & intereant & adoleſcant: viri ac fœminæ omnium ordinum, omnis ætatis, belluarum more, in ſumma Dei ignoratione, & vivere & mori cogantur. Ita nihil propius eſt, quàm ut ad paganiſmum redeatur.

29. Sunt enim loca non pauca, in quibus à multis jam annis nullus Sacerdos viſus eſt, qui rudem & imperitam plebem ad Chriſtianæ pietatis normam inſtituere atque erudire queat. Hoc quoque ad ſummas ac innumerabiles illius regni miſerias accedit.

30. Cujus vos, Patres Ampliſſimi, miſereſcite, & qua ratione hos tantos totque populos in S.R.E. fide conſervare, & alios quàm plurimos hac de cauſa à nobis profugos ad nos iterum retrahere poſſitis, aliquam jam tandem cogitationem ſuſcipite.

31. Hæc ſunt, quæ dicẽda videbantur; quæ ut Dominationes veſtræ Reverẽdiſſimæ in optimã partẽ interpretẽtur, & totũ hoc negotiũ diligenter perpẽdere velint, iidem Oratores etiã atque etiã vehementer rogant. Quæ tamen omnia ſanctiſſimo & prudentiſſimo judicio veſtro ſubjecta eſſe volunt.

FERDI-

Digitized by Google

FERDINANDI IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ ſub utraque ſpecie, & conjugio Sacerdotum. Ann. Chriſti 1564.

Beatiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Pio Quarto, *divina Providentia Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Reverendiſſimo.*

BEATISSIME in Chriſto Pater, & Domine Reverendiſſime; poſt humilem commendationem filialis obſervantiæ noſtræ continuum incrementum: Exiſtimamus ſupervacaneum eſſe Sanctitati veſtræ prolixè conteſtari, & comprobare ſummum ſtudii & diligentiæ ardorem, quo hactenus omni loco & tempore procuravimus & promovimus commodum, pacem, quietem, & unitatem ſanctæ matris Eccleſiæ: ſiquidem Deus ipſe nobis eſt teſtis, & conſcientia noſtra, quòd in hac parte neque curis, neque laboribus unquam pepercimus, imò etiam Sanctitati veſtræ hanc noſtram voluntatem optimè cognitam & perſpectam eſſe non dubitamus.

2. Eo ſanè pietatis zelo & honeſta intentione moti fuimus, cùm proximè celebraretur Tridenti ſacrum Oecumenicum Concilium, ut ageremus & laboraremus pro conceſſione Calicis, non certè temporalis alicujus commodi aucupandi, ſeu privati emolumenti & lucri obtinendi gratia, aut etiam quod nos in conſcientia noſtra vel minimum ſcrupulum haberemus de eo, quod hucusque vel in hoc, vel in aliis quibuscumque articulis ſenſit & obſervavit ſancta mater Eccleſia: ſed quia prorſus perſuaſum habuimus, ſicuti etiam nunc habemus, hujusmodi conceſſionem futuram eſſe utiliſſimam in genere, plurimum momenti allaturam eſſe in ſpecie, ad reductionem lapſorum & errantium, nec non ad faciendum jam tandem utile principium reſtaurandæ unitatis & pacis Eccleſiæ tamdiu fruſtrà expectatæ & deſideratæ. Verùm quoniam eo tempore nobis relatum fuerat, non deeſſe qui de hac materia & conceſſione nonnihil dubitarent, & varia impedimenta injicerent, facilè tulimus rem aliquandiu differri ut poſſemus interim pro exoneratione conſcientiæ noſtræ de hoc negotio conferre cum nonnullis præcipuis, atque potiſſimum S. Romani Imperii Prælatis ac Principibus: exiſtimantes, quod præhabito eorum conſilio rectiùs atque liberiùs poſſemus deinde omnibus modis inſtare & elaborare, ut petitioni noſtræ ſatisfieret.

3. Inſtituta igitur matura ac diligentiſſima deliberatione de hoc negotio, utrum ſcilicet expediat hanc conceſſionem ulterius requirere & urgere, nec ne, cum dictis Prælatis atque Principibus Eccleſiaſticis, nec non Illuſtriſſ. Alberto Palat. Rheni, & utriusque Bavariæ Duce, filio, Principe & Conſanguineo noſtro chariſſimo; & dato eis cogitandi ſpatio, quo & ipſi poſſent rem cum ſuis Theologis & Doctoribus pietate & eruditione præſtantibus conferre, (prout contuliſſe non ambigimus) iidem Prælati & Principes Eccleſiaſtici, cum intellexiſſent, nos ad hujusmodi petitionem tam neceſſariam tum regnis & dominiis noſtris, tum univerſæ nationi Germanicæ inclinatos eſſe, & ſtatuiſſe Sanctitatem veſtram hoc nomine reverenter interpellare, magnoperè collaudato propoſito noſtro promiſerunt, quòd & ipſi in hac parte non eſſent defuturi officio ſuo, ſed obſequenter executuri, quicquid Sanctitas veſtra ad filialem & officioſiſſimam requiſitionem noſtram dignata fuerit indulgere, concedere atque ſtatuere, & tractare, prima opportunitate oblata, hac ipſa de re cum ſuis provincialibus Coëpiſcopis ac Suffraganeis.

4. Poſteaquam ergo cognovimus Prælatos & Principes Eccleſiaſticos à nobis in hac parte non diſſentire, & in dies magis ac magis experti ſumus, quòd ſumma rei neceſſitas ulteriorem moram non patiatur, ac inſuper in memoriam revocamus ea, quæ Reverendiſſimus in Chriſto Præſes, Dominus Johannes ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis Moronus, & Carolus ejusdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti Apollinaris Presbyter Cardinalis de Lotharingia Princeps, & amici noſtri chariſſimi, nomine Sanctitatis veſtræ nobis per * Epiſcopum Quinqueeccleſienſem * Andr. Dudithium.
tunc Canadienſem, paucis menſibus ante finem Concilii nunciavere, & quæ Reverendus Epiſcopus Pharenſis, Nuncius Apoſtolicus, in eandem ſententiam affirmavit, diutiùs haud cunctandum, ſed primo quoque tempore Sanctitatis veſtræ benignitatem ac pietatem hiſce officioſis literis noſtris implorandum eſſe duximus, rati non opus fore, quod Sanctitati veſtræ moleſtiam exhibeamus anxia & prolixa enumeratione multarum graviſſimarum cauſarum, utcumque eas in promptu habeamus, propter quas Sanctitas veſtra meritò poſſit pro æterna multarum animarum ſalute humili & filiali petitioni noſtræ paternæ annuere: ſed arbitrati ſumus ſufficere, & gratius quoque futurum Sanctitati veſtræ, alioquin maximis & plurimis negotiis occupatæ, ſi Sanctitati veſtræ deſiderium novum ſimpliciter & quàm fieri poſſet breviſſimè proponeremus.

5. Itaque nos Sanctitatem veſtram, noſtro & præfati illius generi noſtri Ducis Bavariæ nomine, impenſiſſimè rogamus & obſecramus, ut pro ea auctoritate, quam à Deo optimo maximo obtinet, dignetur clementer opitulari toti Germanicæ nationis, ac regnorum & provinciarum noſtrarum po-

pulis, quibus viri Catholici & prudentes judicant, Deo propitio, hac conceſſione Calicis optimè conſultum iri: quemadmodum nobis planè perſuaſimus Sanctitatem veſtram pro ſumma ſua pietate, & juvandæ inſtaurandæque collapſæ Religionis noſtræ Catholicæ ardentiſſimo ſtudio lubenter facturam eſſe, neque permiſſuram; ut fruſtra à Sanctitate veſtra auxilium petiiſſe videamur in re tam neceſſaria, & ad ſalutem Chriſtiani populi pertinente, quæ in Concilio tam diligenter ventilata & diſcuſſa fuit, præſertim cum jam omnibus conſtet, & manifeſta ſit ingens utilitas, quæ ex hujuſmodi conceſſione expectanda eſt.

6. Præterea habita ulteriore diligentiſſima deliberatione, cum viris Catholica pietate & doctrina claris, & rerum Germanicarum peritiſſimis, ex illorum ſententia Sanctitatem veſtram hac quoque de re certiorem reddendam eſſe cenſuimus, quod * Sanctitati veſtræ maximum quoque momentum adfert, tam ad conſervandas in Germania ac regnis & dominiis noſtris ſaltem exiguas hasce Religionis Catholicæ reliquias, quàm ad cohibendas & extirpandas hæreſes, & earum auctores, ebuccinatores & propugnatores, ſi non ſolùm modum & rationem aliquam invenerit, qua Sacerdotes, qui aſſertis ſuis conjugiis ſe ipſos ab Eccleſia ſepararunt, Eccleſiæ poſſint reconciliari, retentis utcumque in contubernio ſuo aſſertis illis uxoribus: verùm etiam benignè indulſerit, quod in iis locis, ubi Presbyteri in eo numero, qui ſufficiat, haberi nequeunt, ab Epiſcopis ordinariis viri laici, juſtæ ætatis, & doctrinæ ac vitæ probatæ, & bonæ famæ, ad miniſterium altaris & alia Sacerdotum munera admittantur.

* al. Sanctitas veſtra.

7. Quocirca prætermittere non potuimus neque debuimus, in tanta rerum difficultate, quin etiam hoc nomine Sanctitatem veſtram omni quo poſſumus ſtudio pro nobis ipſis, & pro antedicto Illuſtriſſimo & chariſſimo genere noſtro, rogaremus & obteſtaremur, ut poſtpoſita omni dilatione in hoc quoque articulo ſalutare remedium adhibeat. Et cum Sanctitas veſtra non ignoret, judicio & ſententia tot piiſſimorum hominum tali curatione Eccleſiam Catholicam, divino favente numine, plurimum juvari, & multa animarum millia ſalvari poſſe, nequaquam intermittat etiam Sanctitas veſtra in hac parte Apoſtolicam ſuam auctoritatem exercere. Hoc ipſum enim tempus eſt (quod cum debita filiali reverentia dictum volumus) quo Sanctitas veſtra id præſtare, perficere & perſequi poterit, ut nomen ejus in perpetuum celebretur atque laudetur, ac verè de Sanctitate veſtra dicatur: *Quid potuit facere, & non fecit verè PIUS Pontifex, quò nutantes firmaret, lapſos erigeret, & errantes in gremium Eccleſiæ reduceret?* Profectò Sanctitas veſtra in eo facturа eſt rem vocatione & pietate ſua digniſſimam: quam procul dubio nos ipſi & omnes pii & Chriſti fideles in univerſo Chriſtiano orbe noſtris ad Deum optimum maximum orationibus pro incolumitate & felicitate jugiter fundendis promereri ſtudebimus. Cui quod reliquum eſt, filialis noſtræ obſervantiæ officia reverenter offerimus ac commendamus.

Datum in civitate noſtra Vienna, die decima quarta menſis Februarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto: Regnorum noſtrorum, Romani trigeſimo quarto, aliorum verò trigeſimo octavo.

Quod ſequitur, ſcriptum eſt manu propria Imperatoris.

Quod nos noſtro & præfati illius & chariſſimi filii noſtri, Ducis Bavariæ, nomine à Sanctitate veſtra ſtudio unitatis & pacis Catholicæ Eccleſiæ promovendæ reverenter petimus, id ſine negotio & mora conceſſum iri confidimus: quinimò illis potiſſimum de cauſis, quas Sanctitas veſtra ex Romano Cardinali Morono, & ex Oratore noſtro intelliget, omninò ita fore pro certo tenemus.

E. S. V.

Humilis & obſequens filius

FERDINANDUS.

MAXIMILIANI II. IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM

DE CONJUGIO PRESBYTERORUM.

Beatiſſimo in Chriſto Patri, Domino Pio Quarto, *divina Providentia Sacroſanctæ univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Domino Reverendiſſimo.*

BEATISSIME in Chriſto Pater, Domine Reverendiſſime; poſt officioſiſſimam commendationem filialis obſervantiæ continuum incrementum: Licèt plane perſuaſum habeamus, Sanctitatem veſtram poſt reditum Nuncii ſui, Reverendi Epiſcopi Vintimellienſis, abſq; ulteriore dilatione eum, quem optamus, finem impoſituram eſſe negotio Presbyterorum conjugatorum reſponſionis ea in re pro præſentis temporis ſtatu in-

Digitized by Google

ineundæ, de quo jamdudum cum Sanctitate veſtra Sereniſſimus & Potentiſſimus quondam Princeps Dominus FERDINANDUS, Electus Romanorum Imperator, præclariſſimæ memoriæ Dominus ac genitor noſter obſervandiſſimus, tractare cœpit, & nos quoque poſt obitum Majeſtatis ſuæ accuratè egimus; quia tamen res ejus eſt momenti, ut omnem moram excludat propter multas & graviſſimas cauſas, quas Sanctitas veſtra jam antea ſæpius intellexit, & nunc rurſus tam à præfato Epiſcopo Vintimilienſi, cum quo ſatis copioſè hac de re loquuti ſumus, quàm Oratore noſtro Magnifico, fideli & dilecto, Proſpero Comite ab Archo, intelligere poterit, non dubitavimus Sanctitatem veſtram de ejuſcemodi negotio per præſentes literas noſtras, atque etiam per jam dictum Oratorem noſtrum denuò officioſè interpellare. Itaque Sanctitatem veſtram ſummo ſtudio rogamus, ut hujusmodi filialem interpellationem ac petitionem noſtram ex integerrimo animo ac propenſiſſimo ad promovendam Eccleſiæ Catholicæ unitatem & quietem ſtudio ac zelo profectam, non modò in meliorem partem accipiat, verùm etiam absque ulteriore cunctatione paternè atque benevolè admittat: quò jam tandem maximus iſte miniſtrorum Eccleſiæ ac Sacerdotum defectus & inopia, qua hoc turbulento ſeculo Germania, & præcipuè regna & dominia noſtra & Sereniſſimorum & * chariſſimorum fratrum noſtrorum laborant, ſarciri queat, qui niſi hoc modo ſarciatur, ita videlicet ut populus Chriſtianus habeat pios atque idoneos concionatores, Parochos & Eccleſiæ miniſtros, à quibus ſacrâ doctrinâ imbuatur, & Sacramenta ritè adminiſtrata percipiat, nullam ſanè videmus viam aut rationem, qua diutius in obedientia Catholicæ Eccleſiæ, à qua hanc potiſſimùm ob cauſam in dies magis deficit, retineri, nedum ad eam reduci queat: cum nec conceſſio calicis eum fructum afferre poſſit, quem optamus, niſi Clero perinde ac Laicis, conſultum & proſpectum ſit. Et quò diutiùs res differetur, eò periculoſior futura eſt tempeſtas, ac timendum, ne brevi eò deveniamus, ut ne hoc quidem remedium tam ſerò adhibitum huic lethali Eccleſiæ vulneri ſanando ſufficiat, ſed creſcentibus in dies magis diſſenſionibus (quod Deus avertat) ad poſtremum Religio Catholica in his Regnis & Provinciis prorſus extinguatur.

* al. clariſſimorum.

2. E diverſo ſi Clero hac conceſſione ſubveniatur, ſicuti Sanctitas veſtra dignata eſt Laicis conceſſione ſacri calicis ſubvenire, ſperandum eſt omnia futura tranquilliora, & ad recuperandam Eccleſiæ unitatem faciliora. Poterunt enim Epiſcopi tunc juriſdictionem ſuam in uxoratos etiam Presbyteros exercere, & indignos amovere & punire: quos cum in hac rerum confuſione propter conjugium nihil prorſus curaverint, evenit quòd (ſicuti nobis demonſtratum eſt) omne genus hominum in hæc Regna & Provincias noſtras clandeſtinè irrepſerit, inter quos non deſunt, quos nec Auguſtanæ Confeſſionis Principes & Status in ditionibus ſuis tolerare potuerunt, ſed eos ejiciendos atque exterminandos cenſuerunt. Quæ omnia ut Sanctitas veſtra pro ſua eximia pietate, benignè ac paternè conſiderare, & lapſis Eccleſiæ rebus hac, quam oſtendimus, via in tempore occurrere, ac nobis absque longiore mora certum & optatum reſponſum dare velit, eandem Sanctitatem veſtram iterum atque iterum impenſiſſimè rogamus & obteſtamur; quæ in eo factura eſt rem officio ſuo paſtorali planè convenientem, atque his Regnis & Provinciis noſtris ac * chariſſimorum fratrum noſtrorum omninò neceſſariam, qua Sanctitas veſtra haud dubiè apud omnes bonos immortalem ſibi laudem & benevolentiam comparabit, atque nos ita ſibi devinciet, ut nullam unquam occaſionem prætermiſſuri ſimus Sanctitati veſtræ viciſſim animi noſtri gratitudinem filialis obſervantiæ ſtudiis declarandi & conteſtandi: quam Deus omnipotens pro beneficio & commodo Eccleſiæ ſuæ quàm diutiſſimè ſalvam & incolumem ſervare dignetur.

* al. clariſſimorum.

Datum in civitate noſtra Vienna, die vigeſima octava menſis Novembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto: Regnorum noſtrorum, Romani tertio, Hungariæ ſecundo, Bohemiæ verò decimo ſexto.

Ejusdem Sanctitatis veſtræ

obſequens Filius

MAXIMILIANUS.

S. CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSIDERATIONES.

Anno Christi 1564.

Super Matrimonio Sacerdotum,

Patribus Concilii Tridentini transmiſſæ.

Negari non poteſt ſacram utriusque Teſtamenti ſcripturam Sacerdotibus uxores permittere.

Conſtat etiam Apoſtolos ipſos (paucis fortè exceptis) uxoratos fuiſſe, nec reperiri, quod Chriſtus poſt eorum vocationem eos ſeparari mandarit ab uxoribus, contra legem, quam ipſe dederat de matrimonio non ſeparando inter eos, quos Deus conjunxit.

3. Li-

3. Liquet denique in primitivâ Eccleſiâ conjugia Sacerdotum, tàm in Orientali quàm in Occidentali Eccleſia, usque ad tempus prohibitionis per Papam Calixtum factæ, ubique libera & licita fuiſſe. Proinde nec jura civilia Clericorum conjugia prorſus improbant.

4. Econtrà tamen nemini dubium eſt, matrimonium, ejusque uſum minus convenire his, qui ſpiritualibus lectionibus & orationibus vacare, ac ad Sacramenta tractanda & adminiſtranda ſemper parati eſſe debent, atque adeò meliorem in Clero maximeq́ue optandum eſſe cœlibatum. Qui enim ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, quæ res procul dubio Eccleſiam movit, ut univerſo Clero cœlibatum perpetuamq́ue tandem continentiam indixerit.

5. Cum autem natura noſtra hodie fragilis ſit, & invitatrix vitiorum, nec non omnis ætas ab adoleſcentia in malum prona, ac denique caro ſit ſtimulus peccati, & arctiſſima ſit via continentiæ, paucique repeliantur, qui carnis ſtimulum non ſentiant, & in igne poſiti non ardeant, ſitque talis concupiſcentiæ ignis exardeſcens usque ad perditionem devorans. Hinc eſt, quod Euſebius de Dionyſio Corinthio Epiſcopo ſcribit, nempe quod is admonuerit Pynitum Epiſcopum, ne cœlibatus onus tanquam neceſſarium fratrib. imponeret: ſed infirmitatis multorum rationem haberet. Sic etiam Paphnutius Confeſſor in magno Niceno Concilio honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens concubitum cum propria uxore, ſuaſit Concilio, ne talem cœlibatus legem poneret gravem aſſerens eſſe cauſam, quæ aut ipſis Clericis, aut eorum conjugibus occaſio fornicationis exiſteret. Quam Paphnutii ſententiam Nicena Synodus utique laudavit, & nihil ex hac parte ſancivit, ſed hoc in uniuscujusque voluntate, non neceſſitate, permiſit, niſi tempore oblationis quo Sacerdotibus à ſuarum complexu uxorum abſtinendum erat, ſed etiam conſtitutionem ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ, ſicut & in veteri Teſtamento conſtitutum erat, ut Sacerdotes tempore vicis ſuæ in templo habitarent, ne cum uxoribus ſuis ſub id tempus carnale poſſent exercere conſortium.

6. Quod ſi Eccleſia unquam cauſam habuit permittendi Clericis ſecularibus conjugium, certè infelici hoc noſtro carnali ſeculo, & neceſſitatem id ipſum expoſcere, & utilitatem ſuadere videtur.

7. Conſtat enim, proh dolor, inter quinquaginta & plures Catholicos etiam Sacerdotes vix unum reperiri, qui caſtum præſtet cœlibatum, ſed omnes ferè neglectis & rejectis ſaluberrimis ſacrorum Conciliorum & Canonum veterum & novorum conſtitutionibus, notorios eſſe Scortatores, cum maximo animarum ſuarum diſcrimine, & Laicorum ſcandalo. Conſtat enim nedum ipſos Sacerdotes mordicus ambire conjugium, ſed & Laicos propter turpiſſimam Clericorum vitam hoc ipſum vehementer urgere; ita ſanè ut plerique Eccleſiarum Patroni ob cauſam hanc nolint beneficia ſua niſi uxoratis conferre.

8. Accedit defectus miniſtrorum, qui ſubinde major apparet, & tantus quidem eſt, ut paucos admodum habeamus, idq́ue propter ſolum vetitum matrimonium. Hinc Scholæ Theologicæ apud Catholicos vacuæ ſunt, & Epiſcoporum auctoritas in ordinandis miniſtris prorſus jacet, ſed major pars ad Sectariorum ſcholas profugit, ibique quali quali manuum impoſitione utcumque accepta ſe paſſim in Eccleſiis ingerunt, & Religioni Catholicæ incredibiliter nocent: qui tamen permiſſo conjugio ferè omnes in Catholica Eccleſia permanerent, & quæcumque illis præſcriberet Eccleſia prædicarent & docerent, populumq́ue curæ ſuæ commiſſum facilius in officio retinerent.

9. Et quia ſacri teſtantur Canones, Eccleſiam pro ſumma, qua fungitur, auctoritate, propter miniſtrorum defectum pleraque contra ſeveritatem canonum ſæpe indulſiſſe & toleraſſe. Sic enim uxorem & liberos habentem in Epiſcopum Syracuſanum ſummus Pontifex jam olim confirmavit, ſic honeſtos maritos ad ſacros majores Ordines Eccleſia admiſit, ſic bigamum ad Diaconatum promovit; ſic propter defectum Epiſcopi, Confirmationis Sacramentum ſimplici Sacerdoti commiſit; & id genus alia.

10. Quare pleriſque Catholicis viris ante hæc noſtra tempora viſum eſt, & multis adhuc videtur, pro præſentis temporis iniquitate, continentiæ legem quoad Clerum ſecularem ſatius eſſe diſpenſando benignè relaxare, quàm eâdem mordicùs retentâ impuriſſimo cœlibatui ſcortationique contra divinum præceptum feneſtram relinquere.

11. Ita ſanè ut primò Clericis in minoribus Ordinibus conſtitutis, adeoq́ue ipſis Sacerdotibus, qui vel adhuc cœlibem vitam agerent, vel in futurum cœlibes ad Sacerdotii ordinem pervenirent, liberum eſſet in cœlibatu permanere, vel matrimonium contrahere, maximè cum Cardinalis Panormitanus Canoniſtarum Princeps affirmet, continentiam in Clericis ſecularibus non eſſe de ſubſtantia Ordinis, nec de jure divino: ideò eum credere, & apud ſe indubitatum eſſe, quod pro bono & ſalute animarum ſalubre ſtatutum eſſet, ut Clerici Latinæ ſeu Occidentalis Eccleſiæ volentes continere, & magis mereri, relinquatur voluntati eorum; non volentes autem continere, poſſent contrahere: quia experientia docente contrarius effectus prorſus ſequatur ex illa lege continentiæ, cum hodie non vivant ſpiritualiter, nec ſint mundi, ſed maculentur illicito coitu cum illorum graviſſimo peccato, ubi cum propria uxore eſſet caſtitas. Unde Eccleſia deberet facere, ſicut bonus Medicus, ut, ſi medicina docente experientiâ, potiùs officit quàm proſit, eam tollat. Nec hæc res veteris Eccleſiæ exemplis prorſus caret. Legitur enim decimo Ancyrani Concilii canone, *quod ſi Diaconi in ipſa ordinatione proteſtati fuiſſent, ſe velle habere uxores, nec poſſe continere, & poſteà ad nuptias veniſſent, eos in miniſterio permanſiſſe.* Teſtantur etiam Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, Adam Presbyterum factum uxorem duxiſſe, & Eccleſiæ plurimum profuiſſe: Eupſychium verò Cæſarienſem Presbyterum, qui nuper uxorem duxerat, & adhuc ſponſus erat, martyrio defunctum eſſe. Liquet etiam ex ſacris canoni-

canonibus Eccleſiam contra votum continentiæ ſeu caſtitatis per ſuſceptionem ſacri Ordinis ſolemniſatum, maximè quoad Sacerdotes non religioſos, diſpenſare poſſe: id quod nonnulli etiam ad Monachos extendunt, tantam Summo Pontifici auctoritatem tribuentes, ut etiam contra votum religionis, ex cauſa publicæ utilitatis diſpenſare valeat.

12. Secundò ut honeſti mariti docti & rerum Eccleſiaſticarum periti ad ſacros majores Ordines admittantur: cujus rei tot tantaque in Eccleſia extant exempla, ut nulla planè comprobatione opus eſſe videatur.

13. Tertiò ut cum Sacerdotibus, qui jam antè contra conſtitutiones Canonicas de facto ſaltem matrimonium contraxerunt, in tanto miniſtrorum defectu diſpenſaretur, vel, ut denique miniſtrare poſſent, per Eccleſiam gratioſè tolerentur, & ſuis conſcientiis relinquantur. Valdè enim abſurdum foret, Clericos uxoratos amovere, fornicarios verò, qui & contra legem divinam & humanam ſimul delinquunt, tolerare. Quod ſi utroſque (ut æquum quidem eſt) amoverimus, aut nullos, aut ſanè pauciſſimos habituri ſumus miniſtros & paſtores: populus verò pretioſo Chriſti ſanguine redemptus, maximam & divini verbi, & adminiſtrationis ſacramentorum defectum & penuriam paſſurus ſit.

14. Quod ſi Clerici omninò caſtitatis voto adſtringendi ſint, tales tantùm qui provectæ ætatis eſſent, ſacro Ordini adſcribendi ſint, de quibus ſpes eſſet maxima, ut cœlibatum piè & inviolatè colerent, & in quos non caderet ſuſpicio vitæ turpiter degendæ. Si enim juniores, ut fit, & defectus miniſtrorum, adeoque ipſa neceſſitas exigit, quorum ætas & vita talis eſt, ut libidinibus obſiſtere non velint, aut non poſſint, admittendi ſint ad Ordines, an non præſtiterit eis permittere, ut Pauli conſilio utantur, dicentis; *Propter fornicationem unusquisque habeat ſuam uxorem*; &, *Melius eſt matrimonium contrahere, quam uri*, quàm ut illo voto ſeu lege continentiæ obſtricti perpetuò utantur, & in peccatu volutentur.

15. Nec ſatis firma eorum videtur eſſe ratio, qui propter conſervanda bona Eccleſiaſtica cœlibatum mordicùs retinendum putant. Penſitandum enim eſt, an deceat Eccleſiam tanta animarum periclitatione conſervandis bonis intendere, cùm eorum indemnitati & conſervationi per ſolemnes eorum bonorum deſcriptiones & inventaria aliiſque id genus legitimis canoniciſque cautionibus rectiſſimè provideri queat.

16. Nec dubium eſt, ſi hæc ſuprà annotata benè ponderentur, & in his conceſſio fieret, quin in brevi Clerici concubinatus ex Eccleſia proſcriberetur & exploderetur, atque ſcandalum illud manifeſtum, quod hactenus multos offendit, & odium contra Eccleſiam & Catholicum Clerum fovit, & alienos à noſtra lege fecit, toleretur: imò gladius, quo hucusque in Eccleſiam & Clerum perſequuti ſunt, adverſariis adimeretur.

17. Hoc denique modo Clerus apud Eccleſiam & Religionem Catholicam in officio retineretur & populus mirum in modum ad ſacra noſtra diligentiùs, frequentiùs, majorique cum devotione audienda & peragenda invitaretur & alliceretur.

. . . .

Has conſiderationes neque caput neque pedes habentes ita repperi, quas à Maximiliano Cæſare ad Pontificem miſſas eſſe auctor eſt Thuanus. In Andr. Dudithi Epiſcopi Quinqueeccleſienſis opuſculis notavi eaſdem ipſiſſimis verbis ab Alberto Bavariæ Duce ad Cardinalem quendam miſſas fuiſſe, per manus porrò cæteris Cardinalibus communicandas.

MAXIMILIANI II. IMPERATORIS AUGUSTI RESCRIPTUM SUPER LANIENA PARISIENSI ET BELGICA SEDITIONE,

Anno Christi 1574.

Quam propria manu ſcripſit ad Lazarum à Schwendi Baronem &c.

Dilecte Schwendi, rectè accepi & cognovi literas tuas, & Chriſtianam ac fidelem condolentiam tuam, qua affici te oſtendis erga meum morbum, gratam habeo cumprimis. Æternus Deus, cujus in manu ſunt omnia, agat mecum pro ſua paterna voluntate. Ipſi enim pro omnibus ago gratias, ut qui unus omnium optimè novit, quid mihi utile ac ſalutare, quid verò damnoſum ſit: Egoque in ipſius voluntate divina patienter & optimè acquieſco. Nam ita eunt res in hoc mundo, ut in illis parum aliquis experiatur voluptatis aut quietis. Adverſitatum verò, & perfidiæ, & inhoneſtarum actionum ubique plena ſunt omnia. Dominus miſereri noſtri, & hæc mala à Chriſtianitate ſua avertere dignetur. Neque ſanè mirum eſſet, ſi quis hoc rerum ſtatu planè ad ſtuporem atque inſaniam redigeretur: qua de re multa ſcribi poſſent. Ego paulatim Dei benignitate convaleſco: jamque adeò incipio greſſus ſcipione firmare. Laudandus Deus in omnibus ſuis operibus.

2. Quod

2. Quod attinet ad præclarum illud facinus, quod Galli in Amiralio ejusque ſociis tyrannicè perpetrarunt: equidem id minimè probare poſſum; magnoque cum dolore animi intellexi, Generum meum ſibi perſuaderi paſſum eſſe, tam fœdam lanienam. Quamquam ſcio, magis alios imperare quàm ipſum. Attamen hoc ad excuſationem facti non ſufficit: neque hoc ſatis eſt, palliando ſceleri. Utinam me adhibuiſſet in conſilium! Equidem ei fidele & paternum conſilium dediſſem. Nunquam enim hæc talia me auctore feciſſet. Tantam ſibi ipſi hoc ſacinore aſperſit maculam, quantam non facilè eluerit aut abſterſerit.

3. Ignoſcat Deus illis, qui culpam hujus rei ſuſtinent. Vehementer enim metuo, ne progreſſu temporis demum ſentiant, quid hac via profecerint. Ac revera ſic eſt, ut ture prudenter ſcribis; Res pietatis gladio non volunt dijudicari, neque tractari. Neque aliter ſentiet quiſquam, in quo aliquid eſt pietatis & honeſtatis, ullumve pacis & tranquillitatis ſtudium reliquum. Ad hæc, longè aliud nos docuerunt Chriſtus & Apoſtoli ejus. Nam ipſorum gladius erat lingua, doctrina, verbum Dei, & vita Chriſto digna. Ipſorumque mores invitare nos debent atque allicere, ut eos ſequamur, quemadmodum & quousque ipſi Chriſtum ſequuti ſunt. Taceo, quod inſanum illud genus hominum oportebat in tot annis jam vidiſſe atque expertum eſſe ipſis rerum argumentis & eventu ipſo, ſuppliciorum crudelitate, ſectionibus (inquam) & uſtionibus, non poſſe hanc rem confici. Breviter, ipſorum actiones mihi minimè placent, nec unquam adducar ut eas laudem; niſi fortè (quod tamen ſeriò deprecabor ne fiat) Deus permittat, ut in furorem & inſaniam prolabar. Imò non poſſum apud te diſſimulare, repertos eſſe nonnullos impudentes & mendaces nebulones, qui dicere auſi ſint; Quicquid hîc fecit Gallus, id me non ſolùm conſcio, ſed etiam auctore ipſum feciſſe. Qua in re Deum appello teſtem, mihi coram ipſo & toto mundo ſummam fieri injuriam. Sed non ſunt mihi nova amplius ejuſmodi mendacia & calumniæ, quas jam anteà ſæpe devorare coactus ſum. Commendo autem iſta omnia Deo meo. Is tantas injurias novit ſuo tempore depellere & vindicare.

4. Quod ad res Belgicas attinet, non magis & hic probare poſſum quod modum exceſſerint. E contrario benè memini; quoties & quam in ſententiam Regi Hiſpaniarum ſcripſerim & conſuluerim. Sed quid multa? Conſilium Hiſpanicum longè fuit acceptius meo fideli conſilio. Jamque adeò ipſimet fateri errorem ſuum coguntur, & quod huic malo cauſam maximam præbuerint ipſi. Ego bonum finem ſpectavi, & ne iſtæ tam præclaræ & nobiles provinciæ tam miſerabiliter perderentur. Et quanquam conſilia mea ſequi noluerunt, ut deinceps à conſiliis dandis meritò refugere debeam: tamen ſic quidem abſtineo, & fideliter facio quantum poſſum.

5. Faxit Deus ut fructus inde ſequatur optatus, & tandem deſiſtatur ab ejuſmodi violentis remediis, ac ſufficiant priora. Ut paucis abſolvam: Agant Hiſpani & Galli quocunque modo ipſis libuerit; tamen Deo, juſto illi judici, rationes ſuarum actionum aliquando reddere cogentur. Ad me quod attinet: equidem, Deo volente, honeſtè, Chriſtianè, fideliter & candidè atque integrè agam: & certò confido, Deum benedictione & gratia ſua mihi adfuturum, ut actiones conſiliaque mea poſſim Deo & hominibus probare. Hoc ubi fecero, nihil moror hunc improbum & malignum mundum.

6. Sperabam ſanè, aliquantò me citius poſſe in Regnum Bohemiæ venire: quia verò nondum planè convalui, Medici omninò mihi diſſuadent, ne in hoc tanto frigore profectionem inſtituam. Itaque Comitia Regni quin indicerem, differre diutius non potui. Et, niſi quid interim inciderit impedimenti, duos natu maximos filios meos deſtinavi Vicarios ſeu Legatos meos. Verumtamen, ſi Deus aſpirarit votis noſtris, ubi jam æſtas appropinquaverit, etiam ipſe abero. Nam alioquin, ut eſt iſta gubernandi ratio, non poſſent res conſiſtere aut durare. Et tam Regni quàm mea neceſſitas noſtram requirit præſentiam. Nec enim me fugit quomodo agatur, & ut res procedant.

Hiſce te Deo commendo, qui omnia pro ſuo beneplacito dirigat ad Chriſtiani orbis & noſtram omnium ſalutem. Viennæ XXII. Februarii

ANNO CIↃ IↃ LXXIV.

MAXIMILIANUS.

RATI

RATIONALE
SUPERIORUM CONSTITUTIONUM ET RESCRIPTORUM.

CAROLI MAGNI EDICTUM DE SUMMA Trinitate & fide Catholica. Pag. 1.

EXSTAT in Caroli Magni Capitulari de Cultu imaginum lib. 3. cap. 1. promulgatum propter Græcorum hæreſim de adoratione imaginum, & Hiſpanorum hæreſim de adoptione filii DEI.

EJUSTEM RESCRIPTUM DE NON adorandis imaginibus. Pag. 2.

Exſtat in eodem Capitulari, cui præfationis loco eſt præfixum. Portò de veritate ejus & aſſertione vetertimorum & ſequentium ſcriptorum, vide quæ annotavimus in Collectione Imperialium Decretorum de Cultu imaginum, quæ ſuperioribus nundinis evulgavimus. De adverſariorum futilitatibus erit alius dicendi locus, ubi quædam alia, quæ deſideramus, impetraverimus.

EJUSDEM JURAMENTUM PRO DEfenſione Eccleſiæ. Pag. 5.

Cæſar Baronius Cardinalis Romanus Annalium Eccleſiaſticorum tom. 9. Anno 800. num. 7. refert ex libro Sacrorum rituum, quem vetuſtas (ut ait) Romanum Ordinem appellavit. Et exſtat in Ordine Romano vulgato & excuſo Romæ. Addit Baronius; *Quod jusjurandum his verbis concipi à poſteris etiam conſuevit.* Secutus auctorem Pontificalis Romani & Clementem V. Papam, cujus hæc ſunt verba in Jure Canonico relata, c. un. *de Jurejurand.* circa medium: *Juramentum præſtiti corporale, quod in libro Pontificali Romano, præſtandum Pontificibus per Imperatorem coronationis ſuæ tempore, continetur.* Loquitur de Henrico VII. Imp. cujus Juramentum infrà exhibemus ſimul & examinamus. De Carolo V. Imp. ſcribit Laurent. Surius Carthuſianus Monachus, in Comment. Rerum in orbe geſtar. Anno 1529. *Clemens Pontifex adventanti è Genua Cæſari, & Placentiam contendenti, tres Legatos obviam miſit, qui ad Pontificia ditionis fines ſolitum jusjurandum acciperent, nunquam ipſum Pontificis libertatem violaturum. Juravit Cæſar verbis ritè conceptis, ſed ita tamen, ut ſe de ſuo jure nihil diſceſſurum teſtaretur.* Ipſum juramentum eſt ut legas apud Georgium Cœleſtinum Hiſtoriæ Comitiorum Anno M. D. XXX. Auguſtæ celebratorum, tomo primo, pag. 16. b. Hæc illi de formula juramenti Eccleſiæ Romanæ præſtandi à Rege & Imperatore Romano. Quod tamen ſi adeò vulgarium & uſurpatum fuit, ut inde usque ab ætate Caroli Magni (quemadmodum confingitur) præſtari ſolitum ſit, qui factum, ut res tam nota tantique momenti fugere potuerit Gratianum? Aut quæ ratio illum movere debuit, ut mallerit poſterius illud Ottonis Magni Decreto ſuo inſerere, quàm primigenium hoc Caroli Magni? Quod quum ἐν τοῖς προηγουμένοις à Baronio cenſeatur, quare non προκειμένον veteres Canoniſtæ voluerunt eſſe, τὸ πρότερον φύσει ὄν? An quia numquam fuit, nec in priſcorum libris exſtitit, poſt id locorum à Pontificibus demùm Romanis confictum atque conſcriptum? Videtur, & eam cauſam aſſignat Leopoldus à Bebenburg, Epiſcopus Bambergenſis, De zelo veter. Princip. Germ. cap. 7. his verbis: *A tempore Othonis Primi, qui juramentum fidelitatis Johanni Papa XIII. ſecundum formam in can. 63. diſt. tibi Domino. comprehenſam, præſtitit, ut ibidem patet, omnes Reges Romanorum usque ad præſens tempus, Eccleſia Romana præſtare juramentum ſub forma conſimili conſueverunt. Et ſecundum hoc intelligendum eſt, quod dicit prædicta decretal. Romani, in princ. Juramentum autem tale ab Imperatoribus ſeu Regibus Romanis ante tempora dicti Othonis; vel etiam ante ſeu poſt ipſius tempora; ab aliis Principibus Chriſtianis, qui tamen juramenta fidelitatis Imperatori Romanorum præſtare non ſolent, fuiſſe præſtitum, non recolo me legiſſe. Item Rex Romanorum tempore ſuæ coronationis Imperialis juramentum ſub forma, quæ ponitur in Libro Pontificali, & in prædicta Decret. Romani, ver. poſt quæ, Eccleſia Romanæ præſtare conſuevit. Quod juramentum per Imperatores Romanos, qui non erant Germani, non reperitur (ut puto) Eccleſia Romanæ fuiſſe præſtitum, nec etiam hodie per alios Reges Chriſtianos, qui tamen Imperatorem pro ſuperiore non recognoſcunt, eidem Eccleſiæ præſtari conſuevit.* Vides, ut apertè neget, ante tempora Ottonis Magni in uſu fuiſſe hanc Juramenti formulam? atque eadem operâ à Carolo Magno præſtitum? Commenticium ergo ſit neceſſe eſt: quo numero cenſeo habendum, donec evidentioribus rationibus confirmetur & comprobetur.

Pag. 6.

EJUSDEM CONSTIT. DE REGIA IMperii ſede &c.

Accepimus à CL. V. Franciſco Guillimanno Cæſ. Majeſtatis Hiſtorico & in Academia Friburgana Profeſſore. Meminit horum Aquisgranenſium Comitiorum, quibus ipſe interfuit, Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus, hiſce verbis, *S. Leo Papa anno Dominicæ incarnationis DCCCIII. cum magna ſolemnitate ſuorum Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum ac Primatum, ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore imperialiter ſuſceptus cum ſuis, intra multa pietatis ſuæ opera, inſtantia ejusdem ſereniſſimi Imperatoris ac Regis Aquisgrani in palatio dedicavit eccleſiam perpetuæ Virginis Mariæ; donans eandem multis indulgentiis.* Et Padebornenſis Monachus, qui Arnulpho Imperatore vixit, de Geſtis Caroli M. lib. 4. Anno DCCCIIII. (qui omnetus & B. Ludgero reſcribendus) indict. XI.

Præſul Apoſtolicus Roma perrexit ab urbe,
Auguſti Leo flagrantis deductus amore,
Eccleſiæ quoque pro cauſis, quibus Imperiali
Eſſe videbat opus munimine, &c.
Sedis Aquenſis abhinc petierunt mœnia pulcra,
Glorificeque ſimul celebrato tempore ſancto,
Quo ſtella monſtrante Magi cognoſcere veri
In terris nati meruerunt luminis ortum:
Colloquioque debinc, pro quo Præſul venerandus
Venerat, expleto, Rex inclytus obtulit illi
Munera &c.

Præpoſitus, Decanus atque Capitulum Regalis Eccleſiæ B. M. Virginis Aquisgran. in libello, de Sacroſanctis reliquiis Aquisgranenſis Eccleſiæ: *B. Carolus pietate, ſicuti & rebus præclarè geſtis verè Magnus, aut potius TER MAX. Imperator, hujusque Eccleſiæ noſtræ fundator eximius, inter reliquas dotes Imperatore Chriſtiano digniſſimas id unum in votis habuit, ut quæcunque & undecunque poſſet, ſacra lipſana Chriſti D. N. ſanctiſſimæ ejusdem Matris, aliorumque Divorum congregaret, & ex diverſis locis, magno pretio ſumptuq; procurata, religioſiſſimè coleret ac veneraretur; ut ex plurimis ejus operibus, quorum hodieq; exſtant veſtigia, colligere licet. Sed illud in hoc genere ſingulare eſt, quod antiquiſſimis eccleſiæ noſtræ monumentis in privilegio quodam continetur, quo Civitatem hanc Aquenſem aliis multis immunitatibus dotatam, in generalibus totius Imperii Comitiis, omnium ordinum conſenſu, in Regiam ultra alpes ſedem erigendam curavit, in quo hæc habentur:* IBIDEM MONASTERIUM S. MARIÆ MATRIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, OMNI LABORE ET SUMPTU, QUOD POTUI, ÆDIFICAVI, LAPIDIBUS EX MARMORE PRETIOSIS ADORNAVI, &c. ITAQUE TAM EGREGIO OPERE HUJUS EXIMIÆ BASILICÆ, NON SOLUM PRO VOTO ET DESIDERIO MEO, VERUM ETIAM EX DIVINA GRATIA AD UNGVEM PERFECTO, PIGNORA APOSTOLORUM, MARTYRUM, CONFESSORUM, VIRGINUM, A DIVERSIS TERRIS ET REGNIS, ET PRÆCIPUE GRÆCORUM, COLLEGI, QUÆ HUIC SANCTO INTULI LOCO. UT EORUM SUFFRAGIIS REGNUM FIRMETUR, AC PECCATORUM INDULGENTIA CONDONETUR. Quæ verba, quando correctiora ſunt, quam in Guillimanni MSo. legantur, eâ re appoſuimus. Et quod ad articulum de Sede Regia, confirmare videtur Nithardus, Caroli M. nepos, Hiſtor. lib. 4. in principio ſcribens: *Ubique Lodhuvicus, & Karolus Lotharium à regno ſuo abiſſe certis indiciis cognovere, Aquis palatium, quod tunc ſedes prima Franciæ erat, petentes; ſequenti verò die, quid conſultius de populo ac regno à fratre relicto agendum videretur, deliberarunt.* Hadrianus IV. P. R. in epiſt. ad Electores Eccleſiaſticos: *Roma noſtra ſedes eſt; Imperatoris eſt Aquis in Arduenna, quæ eſt ſylva Galliæ.* apud Aventinum Electores in Diplomat. ad Innocentium III. P R. de electione Ottonis IV. Imp. §. 1. in fin. *Ipſius electioni conſenſimus, ipſumq; in Auguſtorum ſede à Carolo Magno Aquisgranum huic dignitati deputata locavimus, & corona & regni diademate per manum Domini Adolphi Colonienſis Archiepiſcopi, qua decuit ſolemnitate feliciter coronavimus.* Carolus IV. Imp. Aurea Bull. cap. 28. §. 5. *Invenimus etiam ex clariſſimis relatibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos qui nos præceſſerunt feliciter eſſe jugiter obſervatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris in civitate Franckford celebraretur electio, & prima coronatio Aquisgrani, & in opido Nuremberg prima ſua Regalis Curia haberetur.* Hinc eſt quod Aquisgranum *Nova Roma* ad inſt. Conſtantinopoleos dici cœpta eſt, quemadmodum id clarè ingerit Fl. Alcuinus Albinus, cum de Carolo Magno canit;

Auguſtus ſed & urbe potens, ubi Roma ſecunda
Flore novo ingenti magna conſurgit in aſtra.

Et haut ita multo poſt de eodem Carolo Magno & urbis Aquisgranenſis fundatione:

Altaque diſponens ventura mœnia Romæ.

Et in ibidem eodem in poëmate ſuper eadem:

Materiam Roma certatim congregat alta.

Quibus verſibus indubiè ad hanc ipſam reſpexit ac vidit Conſtitutionem. Et omninò ita eſt: Carolus M. æmulus eſſe voluit Conſtantini Magni, ut aliis in rebus multis, ita in Majeſtatis quoque ſede tranſferenda & conſtituenda, ut non prorſus adulatoriè *Novum* eum *Conſtantinum* Hadrianus I. Pont. Rom. in quadam ad ipſum epiſtola nominaverit. Neque Urbs tantum ipſa Aquisgranum Romæ nomen erat ſortita, ſed & Palatium in ea Laterani, in quo imperii quondam ſedes & orbis decus appellatio-

pellationem metuit. Apud Anſegiſum Lobienſem Abbatem in Legib. Francor. *Anno incarnationis Dom. DCCCXVII. Imperii verò glorioſiſſimi Principis Ludovici IV. Idus Iul. in domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis dicitur.*

LUDOVICI PII CONSTITUT. DE HISPANIS.

Apud Petrum Pithoeum JC. in Collectione Annalium & Hiſtoriæ Francorum, ex archivis Metropolitanæ Narbonenſis Eccleſiæ, p. 427. & apud Baronium Annalium Eccleſiaſticor, tom. 9. Anno 815. num. 23. & ſeq. Pag. 9. & ſeq.

EJUSDEM CONSTITUTIO DE REBUS Eccleſiæ Romanæ donatis.

Pag. 11.

Apud Ivonem Carnotenſem part. 5. Decreti cap. 14. Anſelmum in Collectione Canonum lib. 4. cap. 35. Gratianum diſt. 63. ca. *ego Ludovicus.* 30 Antoninum Florentinum Hiſtoriar. part. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2. Raphaelem Volaterranum lib. 3. Baronium Annal. Eccleſ. tom. 9. Anno 817. num. 10. & ſeqq. ex Codicibus Vaticanis, quatuor exemplarium facta mutua collatione.

Memoriæ hujus Conſtitutionis nullus Hiſtoricorum Antonino vetuſtior, præter Leonem Oſtienſem, qui tamen & ipſe non ita multùm anteceſſit. Verba ejus in Chronic. Caſſinat. lib. 1. cap. 18. *Ludovicus Imperator, qui cognominatus eſt Almus vel ſanctus, hujus Caroli filius, Pactum conſtitutionis & confirmationis fecit beato Petro Apoſtolo, ejusq; Vicario Domno Paſchali, parentes ſuos Pipinum & Carolum imitatus, manuq; ſua ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionarium, & Oſtiarium unum ſubſcribere fecit, & per Legatum S. Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domno Paſchali Papæ tranſmiſit.* Hæc ille ex Anaſtaſio (ut putatur) Bibliothecario: cui apud nonnullos parum fuit & eſt fides. Et commentitiam eſſe hanc Conſtitutionem luculenter evincit Carolus Molinæus JC. in Commentariis ad d. diſt. 63. Adſcribam ejus verba, quoniam liber in quam pauciſſimorum manibus verſatur. *Cæterum* (inquit) *his, quæ ſuprà diximus num. 72. non obſtat, quod Platina in Benedicto II. & poſt eum Sabellicus Ennead. 8. lib. 6. Antoninus tit. 13. ca. 1. §. 5. ſcripſerunt, Conſtantinum IV. Imperatorem Conſtantinopolitanum, dicti Benedicti ſanctione permotum, ſtatuiſſe, ut quem deinceps Clerus, Populus Exercitusq; Romanus in Pontificem delegiſſet, ordinaretur, nulla Conſtantinopolitani Principis vel Italiæ Exarchi expectata authoritate, ut antè à fieri conſueverat (id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmaſſet, vel qui ejus vices in Italia gerebat:) tùm quia ſanctitas Pontificis ſolito more inſtituti (præter id quod vix nota eſſe potuit ultra mare, cùm dictus Benedictus vix decem menſes ſuperſtes fuerit) potiùs movere debuit ad obſervandum tàm utilem & receptum morem, quàm ad illum infringendum: tum quia illud mutuati ſunt à Bibliothecario, authore ſuſpecto, quippe qui ſcripta ſua conſarcinavit ex quibusvis apocryphis vel fictis ſcripturis, in ſcriniis vel bibliotheca Papæ, quibus præerat, repertis, modò eſſent in Dominis ſui favorem: tum quia prætenſa illa conſtitutio Conſtantini (quam falſam puto) nunquam effectum ſortita fuit, ut expreſſè teſtatur Volaterranus Anthropoleg. lib. 22. Ex cujus verbis poteſt deprehendi, vel modico tempore ſervatam non fuiſſe: de quo ſatis conſtitit paulò poſt Benedictum, in canone apud Platinam. Et per prædicta minus etiam obſtat cap. ego Ludovicus 63. diſt. ubi dicitur, Ludovicum Primum Paſchali jus eligendi & inveſtiendi Romani Pontificis remiſiſſe. Hoc enim à ſuſpecto authore proceſſit, videlicet à præfato Bibliothecario, ut Platina in Paſchali I. Sabellicus Ennead. 8. lib. 9. Volaterranus Anthropolog. lib. 22. teſtantur. Ut autem non eſt in favorem Paparum credendum Bibliothecario, potentatus eorum fautori, famuloq; domeſtico: ita non eſt credendum Gratiano Monacho, qui & ipſe affectioni & ambitioni novorum ſui temporis Paparum, quantum potuit, favit, nec aliunde quàm à Bibliothecario dictũ cap. Ego Ludovicus, tranſſumpſit. Et ſic de aliis, qui tantùm dicta ejusdem Bibliothecarii recitant, nec aliunde ſciunt, nec examinant. Sed examinando veritas eluceſcit in contrarium. Quia, ut ſuprà nu. 77. idem Paſchalis à populo vi coactus Pontificatum munus obire ante habitam authoritatem Imperatoris, Legatos excuſatum, & ad culpam non inficiandam, ſed in populum transferendam, miſit ad Ludovicum Pium: qui, ut manſuetus erat, ſatisfactionem quidem accepit, ſed cum increpatione Cleri & Populi, & objecto præcepto majorum inſtituta pactaq; ſervandi, utq; caverent ne deinceps ſimili exemplo Majeſtatem læderent, ut expreſſè Platina & Sabellicus teſtantur. Quid autem magis contrarium aut repugnans eſt præfatæ & ſuſpectæ Bibliothecarii ſcripturæ? Certè vel ex hoc falſitatis convincitur. Nec tamen etiam per ſe ſufficienti exemplo tantùm, ſed etiam ex eo, quòd tempore Eugenii II. immediati dicti Paſchalis ſucceſſoris, Ludovico Pio adhuc vivo, Lotharius I filius ejus in Imperii conſortium aſſumptus, Romæ politiam ordinavit, & Magiſtratus inſtituit, ut ſuprà nu. 78. & 112. Hoc autem fieri non potuiſſet, ſi Ludovicus Pius Romam ipſam, caput Imperii Papæ dediſſet. Quid quod Volaterranus Geograph. lib. 3. prætenſam illam Ludovici donationem longè aliter & difformiter, quàm Gratianus in d. c. Ego, refert? ſed ex ſcriptura quadam apocrypha; quam in Bibliotheca Papæ ſeſe inveniſſe dicit. Et ſic illius Bibliothecæ ſcriptura, unde tam Bibliothecarius quàm Gratianus & Volaterranus ſumpſerunt, ſibi ipſis non conſtant: & non ſolùm quòd domeſtica, & è loco ſuſpecto, ſed ut varia rejicienda ſunt: & multò magis ex eo, quòd fides hiſtoriæ repugnat per prædicta: tum ex eo, quod Volaterr. ibi Calabriam inferiorem & ſuperiorem, & Ducatum Neopolitanum includit, & alias quæ conſtat ex fœdere diviſionis inter Carolum Magnum & Imperatorem Conſtantinopolitanum facta Græcorum Imperio ceſſiſſe, & diu pluribusque ſeculis etiam poſt Francorum Imperium in Germanos tranſlatum uſque ad Gulielmum Ferrebach Normannum, Tancredi Galli Normani filium, (qui è Neuſtria in Italiam trajicientes, regnum Apuliæ anno millesimo ſeptimo, deinde Siciliæ, Sacerdotibus tamen Græcis relictis, occuparunt) remanſiſſe; ut etiam ex hiſtoriis eorum, qui tempore Caroli Magni & deinceps vixerunt & ſcripſerunt, liquet. Porrò nec verum nec veriſimile eſt, quod Ludovicus Pius ea donaſſet, quæ non poterat, & nullo modo poſſidebat: & quæ pater ejus ex dicto fœdere Græcorum Imperio reliquerat. Quin ſicut regnum Francorum alienare non poterat, ita nec Imperium & regiones Impe-*

rii Occidentalis, quæ ex dicta diviſione Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis ceſſerant, & multò minùs Romam caput Imperii, Alberic. in c. 1. de Sum. Trinit. & L. bene à Zenone, C. de Quadrien. præſcript. Et ſi donatio Ludovici, ſi qua fuit, eisdem cauſis nulla eſſet, ex quibus prætenſa donatio Conſtantini Magni, quam Gloſſa & Doctores communiter, qui eam factam eſſe putant, tamen non valuiſſe concludunt, ut gloſſa Accurſii in auth. quomodo oporteat Epiſcop. verb. conferens generi col. 1. Petrus Pertic. in proœm. Inſtit. nu. 11. cum ſeq. Signorolus de Homedeis Conſil. 26. ſentit. Bartol in proœm. & Bald. de Novo cod. in princ. tenet, quòd valere non potuit ſine conſenſu populi. Atqui prætenſæ donationi Ludovici Populus Romanus nunquam, ſicut nec prætenſæ donationi Conſtantini Magni conſenſit. Nec ſolùm non apparet de conſenſu, ſed de diſſenſu conſtat etiam per continuam Populi Romani reſiſtentiam, tempore Eugenii III. Adriani IV. Alexandri III. Lucii III. Urbani IV. ut ſatis ſuprà. Tum nullus unquam Papa inventus eſt, qui ſe fundarit in prætenſa donatione Ludovici, de qua in d. c. Ego Ludovicus, nec qui eam unquam allegaverit. Et licet Nicolaus III. in c. fundamenta, de Elect. in VI. fabulam illam Conſtantini Magni allegaverit, tamen non facit fundamentum in ea, ſed in verbis ſacræ Scripturæ, Pharisaico & Judaico more ad terrenum regnum detortis, ut ibi patet, & ſuprà nu. 36. Pariter Gregorius VII. qui tanto molimine Imperium Germanorum aggreſſus eſt, & attrivit, nullo modo donationum cujusvis ab hominibus, ſive à Conſtantino Magno ſive à Ludovico Pio, meminit (quas tamen maximè in rem ſuam feciſſent, ſi quid veri aut veriſimilis habuiſſent) & omnino non omiſiſſet; ſed tantùm nititur verbis Chriſti, ad Regnum & Imperium totius orbis malè detortis. Sic & Benedictus XII. contra Ludovicum Bavarum Imperatorem non alio titulo Mediolani & aliis Urbibus Imperii Vicarios nomine ſuo inſtituit, quibusdam etiam vectigal impoſuit, quàm vel unicus Chriſti Vicarius in terris, hoc eſt, etiam in terreno totius Orbis Imperio. Et ante eum Benedictus XI. eodem modo novos Magiſtratus Florentiæ conſtituit, ut apud Platinam. Præterea adhuc vivo Ludovico Pio, & biennio ante ejus obitum, Gregorius IV. electus, nunquam voluit inire Pontificatum, niſi priùs ſua electione ab Imperatore, Legatisve ſuis ad hoc deſtinatis, diligenter examinata & confirmata, ut omnes teſtantur. Et addit Platina, quòd præfatus Ludovicus hoc non faciebat ex ſuperbia, ſed ne jura Imperii amitteret. Ergo falſum eſt, illum priùs ea remiſiſſe Paſchali, ut ex Bibliothecario refert Gratianus & alii: quia Gregorius IV. poſterior eſt, & tertius à Paſchali I. & idem Ludovicus Pius adhuc vivebat, & recens adhuc fuiſſet memoria dicti prætenſi acti inter Ludovicum & Paſchalem, ſi quod tale fuiſſet. Nullus autem Paſchalis Papa fuit ante illum Primum, Ludovici authoritate confirmatum, nec alius ſecutus eſt, niſi ferè poſt trecentos annos. Jam ergo non minùs manifeſta eſt vanitas & impoſtura dictæ prætenſæ donationis de qua in d. c. Ego Ludovicus, quàm famoſa illius fabula Conſtantini Magni, nec non prædictæ donationis vel remiſſionis Conſtantini IV. ut etiam nunquam habuerunt effectum, nec leguntur Papæ acceptaſſe, vel uſi fuiſſe, ſed aliis ſibi efficacioribus præſtigiis, terrificisque & pertinacibus cenſuris & ſeditionibus ad contemnendum Imperia & Regna concitatis. Hæc Molinæus: quibus contentanea leges apud Eutropium Longobardum in libello de Statu Romanorum ſub Græcis & Francis.

Pag. 13.

HLUDOVICI PII ET LOTHARII IMPP. CAPItula de Percuſſoribus Clericorum.

Surius & Binius ediderunt nomine Concilii apud Theodonis villam, in tom. III. Concil. general. & retulerunt ad Annum Dom. 812, quod mendum natum eſt ex inverſione numerorum qui hoc modo ſunt reponendi, 821. Priora Capitula non in Theodonis villano Conventu, ſeu in Synodo Triburienſi eſſe ab Epiſcopis decreta, ipſi Imperatores affirmant in princ. & expreſſiùs cap. 5. ubi perperam in Conciliorum editione *viginti* legitur pro *octiginta*. Fuit & exordium ab inſulſo librario corruptum, qui putabat, hæc omnia in Conventu Theodonis villano fuiſſe conſtituta. Quare meo periculo reſtituendum eſt, *In Concilio apud Triburiam* &c. Theodonis-villanum Conventum ad hunc annum 821. refert Strabus Fuldenſis in Annalib. Anno DCCCXXI. *Hludovicus Imperator* (inquit) *Noviomagi diviſionem Regni fecit inter filios ſuos. Deinde in villa Theodonis omnes, qui ſuo tempore in exilium miſſi fuerunt, revocavit. & ſingulos in ſtatum priſtinum reſtituit; poſſeſſiones quoque judicio legis in fiſcum redactas magna liberalitate reſtituit.* Quare illa verba, *alio anno Triburia admoniti ſumus*, rectè atque ordine ad annum 820. retulimus, quum *alio anno* nihil aliud ſit quàm præterito vel ſuperiori, im vorigen Jahr. Carolus Calvus Rex Francorum in Capitulis in Conventu Holoſiano editis, quæ leguntur in tom. III. Conciliorum, Cap. VI. meminit Synodi Theodonis-villanæ, ejusque refert decreta. An verò illa in hoc Conventu fuerint definita, non liquet, cùm plures fuerint Synodi in Theodonis villa celebratæ. Porrò præter Surium & Binium editores in tempore & locis horum Conventuum hallucinati ſunt Arnoldus wion Ligni vitæ lib. 2. Baronius tom. 9. Annal. 608. & Seratius in Haiſtulpho.

Pag. 15.

LUDOVICI PII LOTHARII IMPP. EDICTUM de Expiatione peccatorum.

Extat in tomo III. Conciliorum ante Concilium Pariſienſe ſub Ludovico Pio habitum, & apud Baronium Annalium Eccleſiaſt. tom. 9. Anno 828. n. 28. & ſeqq. Habetur autem hujus Edicti mentio in Actis ipſius Concilii mandatu Imperatoris anno ſequenti 829. celebratis, ut veriſſimè obſervavit Baronius.

Pag. 16.

LOTHARII IMP. ET EPISCOPORUM S. ROM. IMPERII Edictum de exauctoratione Imperatoris Ludovici.

Ex Petri Pithoei JC. Collectione Annalium & hiſtoriæ Francorum, pag. 321. & Baronium Annal. Eccleſiaſt. tomo 9. Anno 833. num. 9. & ſeqq. Pithœus vocat *Acta impia & nefanda exauctoratio-*

rationis, refertque ad Annum 822. ſi numerus non fallit, quem rectè atque ordine convertit Baronius. Vetus Codex habet præſcriptionem: *Quæ ſequuntur, geſta ſunt apud Compendium Palatium contra Chriſtianiſſimum Imperatorem Ludovicum, poſtquàm regno ad tempus privatus eſt. Acta ſunt autem ſtudio non imitanda dejectionis ejus ab Hebone auctore ejusdem mali, & cæteris Epiſcopis vel errore annuentibus vel timore conſentientibus, Non ſunt autem hæc ut ſalubris Concilii decreta amplectenda, ſed ut exitialis commenti molimina reſpuenda.* Invehuntur in hujus Edicti Architectos plerique Hiſtorici, cum primis Theganus, ſcriptor coætaneus, cap. 43. & ſeqq. & Anonymus Ludovici domeſticus, qui ejus res geſtas fide non malâ conſcripſit. Indignationis cauſam fuiſſe animadverto, non quam Baronius aſſignat, quòd Epiſcopi invito pontifice Romano ſententiam ferre in Imperatorem auſi fuerint (quæ cauſſa tum non fuit curæ Hippolidi, neque ulla ejus usquam ſcriptorum mentio,) ſed quia ſibi ſoli ſumpſerunt Epiſcopi, quod laicos Proceres & univerſos Imperii Ordines æquè attinebat. *Quod* autem *omnes tangit, debet* quoque *ab omnibus approbari*, ut ait Bonifacius VIII. de Reg. juris, cap. 29. Nec tu mihi objicias, Lotharium Cæſarem illis vicem omnium laicorum fuiſſe, quum in Cæſaris, quem nunc Regem Romanorum vocant, poteſtate non ſit Imperatorem, cui ſubeſt, deponere. Et dem tibi hoc, Collegam in ipſo Imperio fuiſſe, paresque cum patre adminiſtraſſe faſces: an inde mihi evinces, deponere potuiſſe, ſine Procerum ſcito, quem ſibi à patre Carolo nominatum conſtituerunt Imperatorem? Nominare quidem, eligere, declarare atque decernere ſucceſſorem Imperatori licebat, ſed ponere & deponere in poteſtate erat univerſorum Procerum tam Laicorum quam Eccleſiaſticorum, non ſingulorum. Qua in re peccaſſe arguuntur iſti Epiſcopi. Et ſatis elateſcunt Populi Imperialis querelæ ſuper injuſta Epiſcoporum uſurpatione ex verbis Anonymi Aſtronymi, qui vitam (uti dictum) Ludovici Pii conſcripſit, etiam à Baronio relatis: *Expleto hoc negotio* (ſc. depoſitionis;) *Populus licentiâ acceptâ pro talibus geſtis mœſtus ad propria revertitur. Lotharius autem patrem ſuum ducens, Aquisgrani hiematum aggreditur. Intra hiemis hujus durationem gregatim populi tam Franciæ quàm Burgundiæ, nec non Aquitaniæ, ſed & Germaniæ coeuntes, calamitoſis querelis de Imperatoris infortunio querebantur. Et quidem in Francia Eggehardus Comes & Wilhelmus Comes Stabuli, quos poterant ſibi in unione voluntatis reſtituendi Imperatoris coadunabant. A Germania verò Hugo Abbas a Ludovico filio Imperatoris, & ab eis qui illuc confugerunt, a Drogone ſcilicet Epiſcopo, & reliquis, Pipinum in hoc ipſum inſtigabat. Porro Bernhardus & Vuarinus in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, juramentis aſtringebant & in unum velle fœderabant.* Nimirum ad vindicandum jura atque privilegia ſibi à Lothario Cæſare & Epiſcopis in judicando Imperatore per vim derogata, quum in Compendiano Conventu ob metum potentiæ Cæſareæ non auderent contra injurias Epiſcoporum hiſcere. Quare huic Edicto rectè illud Pauli accomodaveris; *Quod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia*, L. 141. in pr. D. de Reg. jur.

LUDOVICI PII Conſt. de pace publica. Pag. 19.

Edita in dicta Collectione Annalium à Petro Pithoeo JC. Ejus meminit Anonymus ille Aſtronymus in Vita Ludovici, hiſce verbis: *Indixit generalem Conventum autumni tempore, id eſt, Septembri mediante, in Cariſiaco. In quo loco & tempore filius ejus Pipinus ab Aquitania ad eum venit, & ipſi Conventui interfuit; ubi Dominus Imperator filium ſuum Carolum armis virilibus, id eſt, enſe cinxit, corona Regali caput inſignivit, partemque Regni, quam homonymus ejus Carolus habuit, id eſt Neuſtriam, attribuit. Itaq; Dominus Imperator inter filios, quantum poſſibile fuit, coagulo benevolentiæ firmato, Pipinum in Aquitaniam, Carolum autem in portionem Regni ſibi attributam dimiſit, & præſentes quidem Neuſtriæ provinciæ primores Carolo manus dederunt, & fidelitatem ſacramento obſtrinxerunt*, &c.

LUDOVICI JUNIORIS CAPITULA. Pag. 20.

Ex Bibliotheca Monaſterii S. Galli vulgavit Henricus Caniſius Noviomagus JC. & Profeſſor Ingolſtadienſis Antiquæ lectionis tomo 5. part. 2. pag. 685. Habebat illud Monaſterium multas poſſeſſiones in Comitatu Curienſi, cujus mallus peragebatur ferè Majenfeldii. Atqui hic Comitatus ſuberat Regi Italiæ ſeu Longobardorum. Unde parere poteſt, cur in archivis Monaſterii illius Capitula hujus Conventus fuerint conſervata, nempe quòd ſecundum ea, in mallo Curienſi judicaretur. Porrò numeri annorum Incarnationis Dominicæ & Imperii rectiùs habent, quàm ſibi perſuaſerit Caniſius. In numero Indictionis ſi non ſuperfluit jota, & pro IIII. una lineola dempta ſcribendum eſt III. ſtabimus rationi à D. Velſero traditæ, ut initium indictionis IIII. conveniat exeunti anno 854.

EJUSDEM IMP. CONSTUT. DE DISCIplina Eccleſiaſtica. Pag. 22.

Edita cum Synodo Ticinenſi in tomo III. part. I. Conciliorum generalium cum Notis Severini Binii Canonici Colonienſis.

LUDOVICI GERMANICI RESCRIPTUM. Pag. 25.

Baronius Annalium Eccleſiaſticorum tomo 10. Anno 860. num. 27. & ſeqq. ex ſcripto codice Antonii Auguſtini JC. de veteri M. Antonii Mureti JC. exemplari deſcripto. Hoc Reſcriptum poteſt eſſe juſto argumento, Regnum Galliæ, quale tum Carolus Calvus poſſidebat, & Germaniæ cui Ludovicus iſte præerat, numquam fuiſſe Imperatori Romano ſubjectum tamquam Imperatori, ſed benè interdum, ut hodieque, tamquam Regi ac Principi Germanorum. Quare ſi contingeret, ut Imperium Romanum transferretur in aliam nationem, Regnum Germaniarum foret liberum

 & ab-

& abſolutum, nec imperio Romano eſſet ampliùs, ſubjectum nec Rex Germaniarum recognoſceret illum Imperatorem,ut ſuperiorem,ſed ut amicum fortè vel fratrem, quemadmodum legimus Carolum Magnum recognoviſſe Imperatores Græcorum.Et in eo largiter peccamus, quòd Liberas Reſpublicas appellamus Imperiales, quum ſint Regni Germanici, quod Imperio nihil debet, & ſolum à Romanis ſemper invictum permanſit, ipſius Imperii Romani tandem victor & triumphator. Aliæ gentes ſervitutem pati poſſunt; Germanorum eſt ſua ſibi ac propria libertas. Itaque cùm nec Ludovicus Germaniæ, nec Lotharius Lotharingiæ, nec Carolus Calvus Galliæ Reges, Imperatoris Ludovici II. imperium agnoſcerent, neque quiſquam eſſet, qui lites inter tam Potentes Reges componeret,more majorum ſuorum,contempto Imperatoris judicio,provocaverunt ad Pontificem Romanum, in cujus arbitrium jam antecelli Reges (uti minus dudum dixi,ob Religionis Eccleſiæ reverentiam, compromittere ſolebant, ejusque Cenſuram Eccleſiaſticam, cujus auctoritas improvidâ quadam paulatim conſuetudine erat etiam tum inolita, partim Sacerdotum, qui noſtrâ neglectâ à linguæ Latinæ commercio pendebant, conſenſu recepta& comprobata, recognoſcere. An autem mihi ex ejuscemodi ſubmiſſionibus & recognitionibus Regum & Principum exſtrues atque confirmabis Pontificis Romani poteſtatem atque dominatum, quæ prætenduntur, in Regnum Germaniæ, Galliæ & Lotharingiæ? Quò verba compendiſaciam, audiamus Leopoldum à Bebenburg Epiſcopum Bambergenſem, in lib. De Juribus Regni & Imperii,cap. 14. ita cenſentem: *Dico, quòd tales ſubmiſſiones vel recognitiones per aliquos ex Regibus Rom. ipſi Eccleſiæ Rom. factæ, dicto Regno & Imperio in ſuis juribus, ac etiam ex conſequenti Principibus & aliis ſubditis ipſius Regni & Imperii, præjudicare non debent. Nam cum ſubmiſſiones & recognitiones hujusmodi de conſenſu Principum Electorum,ac etiam aliorum Principum & Populi, Regno & Imperio ſubjectorum,non ſint factæ, ipſi Principes & alii Populum Regni & Imperii repræſentantes, poterunt contradicere, ac eorum contradictio eſt admittenda.* Et quæ ſequuntur.

EPISCOPORUM Germaniæ Decretum de Divortio inter Regem & Reginam.

Cæſar Baronius Annal. Eccleſ. tom. 10. Anno 862. num. 13. ex ſcripto Codice pervetuſto Trevirenſi. Porrò hujus Synodalis Decreti rationes quàm diligentiſſimè exſecutus eſt Adventius Metenſis Epiſcopus, ipſius Synodi non ultima pars, libello ſingulari ſuper ea re edito. Qui utinam integer appareret in publico, cujus partem tantùm vulgavit Baronius: haberemus Regiæ & Pontificiæ poteſtatis diſcrimina ipſo Sole lucidiora, qui nunc ab invidiæ nube obfuſcatur.

RECESSUS Comitiorum Sablonariaſiorum.

Idem Baronius dicto tom. 10. Anno 862. nu. 36 ex MS.Codice Antonii Auguſtini JC.& Epiſcopi Ilerdenſis, qui fuit ex MS. codice Marci Antonii Mureti JC. deſcriptus. Deſiderantur & hîc Conſtitutiones in his Comitiis factæ, licet non editæ, de rebus inter Reges decretis,pactis & conventis.

SACRAMENTUM EPISCOPORUM ET OPTIMATUM Italiæ CAROLO CALVO præſtitum.

Petrus Pithœus JC. in Annalium & Hiſtoriæ Francorum Collectione. Porrò de ipſo Sacramento vide quæ in ſequentibus Actis Synodi Romanæ diſputamus.

ACTA SYNODI ROMANÆ DE ELECTIONE CAROLI CALVI IMP.

Petrus Pithœus JC. in Annalium & Hiſtoriæ Francorum collectione, Papirius Maſſon JC. in Annalibus, Cæſar Baronius Cardinalis Romanus Annal. Eccleſiaſticor. tomo 10. Anno 876. §.2. & ſeqq. Nos ex MSSo. Codice Friderici Lindenbruchii, auximus & emendavimus.

In hæc Acta more ſuo ſolens impingit Baronius. Principio dum ἀνισοςήτως confundit Synodum Romanam cum Conventu Ticinenſi,quem ridiculè Concilium vocat §. 1. In Synodo Romana à ſolo Papa & Epiſcopis confirmatio Imperatoris facta; in Conventu Ticinenſi homagium fidelitatis ab Epiſcopis & Optimatibus eidem præſtitum. De Synodo Romana id teſtantur MSS. Pithœanus & Papirianus, quibus & Lindenbruchianus adſtipulatur, cui titulus iſte inſcriptus: *Sequuntur geſta qualiter Karolus filius Hludovici Imperatoris fuit factus Imperator in Roma tempore Ioannis Apoſtolici, Confirmatio electionis,& conſecrationis Karoli Calvi, facta in Synodo indictione decima.* Ubi Baronius quam rectè cenſeat legend. *ind. nona*, paulò infrà arbitrabimur. Illud verò quod §. 2. ad marginem notat; *Ticinenſis Synodus,in qua Ioannes Papa confirmat Carolum Imperatorem*, aliquis Baronii Continuator conciliet cum iſtis §. 16.verbis; *Quæ ſequuntur, ſpectant ad Conventum Ticinenſem, ubi hæc ſunt recitata & firmata.* Ubi gentium legiſti, Papam cum Calvo Ticinum ad Comitia eſſe profectum? Deinde Epiſcoporum & Optimatum ſubſcriptio non ad Romanam Synodum, (cujus ſubſcriptio deſideratur) ſed ad Conventum, ſive Placitum ſeu Mallum, h. e. Comitia Ticini habita, pertinent, non autem illa tantum particula, quæ in fine legitur, ut volt Baronius. Qui & in anno hujus Synodi peccat eamdem ἀνισομερίαν, quum eum rejicit in 876 Sic enim ſcribit; *Huc uſque Acta: de quibus Aimoinus hujus temporis ſcriptor, poſt mentionem de coronatione Romæ facta*: Nonis Jan. Carolus Roma exiens Papiam rediit, ubi & Placitum ſuum habuit, *&c. ut ſcias hæc pertinere ad annum præſentem.* Imò, Baroni, ut ſcias non pertinere, ſcribit idem Aimoinus, electionem Caroli factam Anno DCCCLXXV. in Eccleſia S. Petri XVI. Kal. Jan. unctionem & coronationem in die Nativitatis Chriſti, profectionem ad Conventum Ticinenſem, ut modò dictum, Nonis Jan. Anno DCCCLXXVI. qui noſtris motibus dies eſt quin-

tus

tus ejuſdem menſis ſimul atque anni, eadem indictione nona currente. Habita ergò fuerit Synodus iſta, pro Baronii verbis, anno præcedenti LXXV. neceſſariò concedendum eſt. Qui enim in Conventu Ticinenſi, ubi ſubſcriberetur, legi potuit, quod nondum erat conſtitutum? At enim Baronius, homo antiquâ literaturâ & fide, forteam cum priſcis Gentilibus, ſpretâ Chriſtianâ traditione ut novâ & nimis plebeja, annum à menſe demùm Martio voluit auſpicari. Alioqui vix erit quod habeat ejus Continuator, unde abſurditatem hanc tam iſquàm inutilem, nobis propugnet. Nec eſt, ut cum ipſo Baronio confugiat ad eorum calculum, qui hujus Caroli electionem referunt ad finem anni DCCCLXXV. quo tradunt mortuum Imperatorem Ludovicum, quod ut quidem certum eſt, ita magis implicat ejus errorem. Quemadmodum fieri amat, ut poſito uno abſurdo conſequantur plura, ajunt Dialectici. Hæc quidem ad hiſtoricum Baronii acumen. Nunc te, benivole Lector, ex devia ejus ſemita in viam veritatis, Mercurio monſtrante, perducam. Mercurius noſter ſit Andreas Presbyter, qui funeri Imperatoris Ludovici, ſe teſte, interfuit, exſequiasque ejus *de flumine quod dicitur Olec uſque ad flumen Adnas* proſecutus eſt. Is in Abbreviatione Hiſtoriæ Langobardorum, locuſtarum vaſtationem in Langobardia ſcribit contigiſſe, *completo anno centeſimo, ex quo Francorum gens Italiam ingreſſi ſunt, anno Domini Hludovici Imperatoris XXIII. & menſe IIII. indict. VI. finita, ingrediente VII. indictione, hoc eſt, annis Incarnationis Domini noſtri Jheſu Chriſti octogentis LXXIII. transactis.* Et commemoratæ Ludovici hujus Imp. Sepultura, ſubjicit; *Qui imperavit annos XXVI. id eſt, cum ad vivente patre annos VI. & poſt mortem ejus patris annos XX. Poſt cujus obitum magna tribulatio in Italiam advenit. Colligentes ſe Majores in civitate Ticino ſimul cum Angelberga ſuorum Regina menſe Septembr. indict. nona.* Et iterum de coronatione Caroli Calvi; *Ad honorem Imperii coronatus in Papiam reverſus eſt, menſe Jan. in ſupraſcripta indict. nona.* Ex his rectè colligimus ſi indictio VII. incipiens incidit in annum Domini DCCCLXXIII completum & LXXIIII. incipientem, fieri non poſſe quin edictio VIIII. incidat in annum LXXV. completum & LXXVI. incipientem. Electus ergò Carolus Anno Domini DCCCLXXV. excurrente, coronatus & unctus eodem anno in die Nativitatis Domini, Papiam profectus anno ſequenti LXXVI. Non. Januar. ubi Conventu habito de more Imperatorum leges ſancivit. Electionis hujus Romanæ & Capitulorum in Papienſi, id eſt Ticinenſi; Conventu ſtatutorum, meminit Aimoinus lib. 5. cap. 33. ſcribeos in Actis Synodi Pontigonenſis; *Decimo Kalend. præfati menſis iterum convenerunt Epiſcopi in quo conventu lecta ſunt epiſtolæ à Domino Apoſtolico Latis miſſæ, & lecta eſt electio Domini Imperatoris, ab Epiſcopis & cæteris Italiæ Regni firmata: ſed & Capitula, quæ in Palatio Ticinenſi conſtituit, ab omnibus confirmari fecit, quæ & Epiſcopis Ciſalpinis confirmare præcepit.* Hoc electionis Romanæ Diploma Pontificium periit: quod quia parum auctoritatis apud pleroſque Tranſalpinos inveniebat, ideò à re ſua fore Carolus exiſtimavit, ſi electio in publica Synodo confirmaretur. Eâ gratiâ anno ſequenti, qui fuit DCCCLXXVII. Legatos ad Pontificem miſit, à quo in Synodo congregata hanc, de qua verbigeramur, Confirmationem impetravit. Idem Aimoinus d. lib. 5. cap. 35. de altera Caroli Calvi in Italiam profectione; *Et veniens ultra Lerim uſque ad Urbam, obvium habuit Adalgarium Epiſcopum, quem menſe Februario Romam direxerat pro agenda Synodo à Papa Joanne. Cujus exemplar idem Adalgarius pro munere magno Imperatori detulit. Summa verò ejuſdem Synodi, Poſt multas & multiplices laudes Imperatoris, hæc eſt; Ut electio & promotio ad Imperialia ſceptra anno præterito Romæ celebrata, extunc & nunc & in perpetuum firma & ſtabilis maneat. Quem ſiquis perturbare aut violare tentaverit, cujuſcunque ſit ordinis, dignitatis, aut profeſſionis, anathemate uſque ad ſatisfactionem teneatur omni tempore adnoxius. Patratores & incitatores hujus conſilii, ſiquidem Clerici fuerint, deponantur: Laici verò & Monachi perpetuo anathemate feriantur: ut quia Synodus anno præterito apud Pontigonem hinc habita ſeius Andranatum nil profuit, uſquequaque iſta debeat prævalere.* Non ne hæc verbatim ex hac noſtra Confirmatione? Quare non eſt, ut ſe potiò torqueant Baroniani de anno hujus Conſtitutionis. Quis adeò talpa, qui non videat, ad 877. referendam, auctoritate Aimoini? Et inſulſum fuiſſe oportet librarium, qui tranſpoſuit numeros. Scilicet putaſſe, quia Sacramentum Epiſcoporum poſtpoſitum notavit huic Confirmationi, etiam numerum debere eſſe poſteriorem. Apage ergò emendationem Baronii, pro *indict. X.* nobis ſubſtituentis *IX.* Cordatius animadvertit, numerum in Actis Ticinenſium Comitiorum eſſe corruptum, & rectè atque ordine reſtituit. Ex illis autem Actis, præter hoc Juramentum fidelitatis, nihil hodie ſupereſſe arbitror. Namque Capitula inibi ſtatuta feruntur periiſſe. Et hæc de tempore Electionis, Conventus Ticinenſis, & Synodi Romanæ in quibus hallucinari viſus Baronius. Nunc quid ex Decreto Pontificio conſequuta adiderit, pariter conſideremus.

§. 1. ſcribit: *Dei beneficio factum eſt, ut ejuſdem Caroli coronationis Acta extent: ex quibus in Imperatoribus initiandis, qui ſolerent ritus ſervari ab ipſis Romanis Pontificibus, poſſimus addiſcere, & refellatur eorum temeritas, qui dicere auſi ſint, in Imperatorum coronationibus nihil præterea, niſi ſolum Sacerdotale in ipſo ungendo & coronando miniſterium exhibere Romanum Pontificem conſuevìſſe. Extant inquam, Acta ipſa coronationis Caroli in Imperatorem, recitata in Concilio Ticinenſi hoc anno, ex quibus iſti mendacii arguantur &c.* Hæc ille. Quid audis, candide Lector? Dic ſodes, uter mendacii arguendus, illine qui veritatis armis inſtructi, & omnium veterum Catholicorum ſcriptorum teſtimoniis armati arrogantiam Pontificum Romanorum in electione & confirmatione Imperatoris impugnant & refellunt, an Baronius, qui ea ait in Concilio Ticinenſi (ita imperitè vocat Conventum Procerum Regni) recitata fuiſſe, quæ in rerum naturâ necdum exſtiterunt; quippe altero demùm pòſt anno in Synodo Romanâ, rogatu Calvi Imperatoris habitâ, decreta ac perſcripta, ut ſupra ex Aimoino demonſtravimus? Et ipſum electionis Pontificiæ Diploma, quamvis in Conventu Ticinenſi à Proceribus Italiæ antè

corru-

corruptis recitatum, comprobatum atque confirmatum fuerit, tamen à Patribus Concilii Pontigonenſis in Francia exploſum atque ejectum fuiſſe ex ejuſdem Aimoini verbis conſtat. Ratio Patres hæc moviſſe videtur, quòd nec Pontifici licuerit hæreditatem legitimo domino adimere, & in alterum conferre; & Rex Carolus in pietatem fraternam peccaverit, auferendo Regnum, quod ſibi nullo jure debebatur. Plerisque etiam Transalpinis viſus Calvus in legem ambitus commiſiſſe, ipſe Pontifex in Simoniam, eò magis, quòd Calvus à Ludovico fratre ad interdictum vocatus *uti poſſidetis*, venire recuſaverit, & datam etiam fidem ſuper Regno partiendo ſemper fregerit. Nam nomen Imperatoris ad ipſum Ludovicum, ut natu majorem, de voluntate defuncti Imperatoris & civium pariter Romanorum, priusquam auro eſſent à Calvo corrupti, de jure attinuiſſe, in promptu eſt edocere.

§. 9. ſcribit: *Hujusque Johannes Pontifex in Synodo peroravit: in qua quidem poſt laudes Caroli effuſas nimis (non enim facilè patiuntur encomia fraenum, quin diffluant in hyperboles) habes, Lector, ex facto ipſis expreſſam, quam tantopere impugnare conati ſunt Novatores Romani Pontificis auctoritatem & poteſtatem in creandis Imperatoribus, ut non nudum exhibeant miniſterium in ipſis ungendis & coronandis, ſicut facere ſolent Patriarcha Conſtantinopolitani in coronatione Orientalium Imperatorum. Nam audiſti ex ejus verbis, ab ipſo Joanne Papa divino inſtinctu electum Carolum ad Imperium gubernandum, & approbatum, provectumque ad tam ſublimem dignitatem, & Auguſtali nomine decoratum (ſunt hæc omnia totidem verba ejus, quibus ſuum ſignificat miniſterium) poſteà demùm unctum & coronatum. Sic enim arbitrio Papæ eſt collatum Imperium. Si res verò jure ſucceſſionis agenda fuiſſet, non Carolus, ſed Ludovicus ejus frater major natu erat præferendus: ſed quod id in arbitrio ſit eligentis Pontificis, non jure hæreditario ſuccedentes, excluſus eſt Ludovicus, & electus eſt Carolus; ut patet ex his, quæ ſunt recitata vetera Actorum monumenta: quæ ſi Novatores refractarii cognoviſſent, haud fortaſſe procaciter adeò adverſus veritatem patentem omnibus, declaratam exemplis adeò manifeſtis inſultaſſent. Sed faxit Deus, ut vel ſerò ſaltem ſapiant Phryges iſti.* Utinam, utinam, Baroni, vel [illegible]ò ſaltem ſapere tibi Deus dediſſet, non nunc ardentibus Furiarum tædis! ſed reprimo me. Ipſa tua dicta cujusmodi ſint, age ſis ordine videamus.

Ais, *perorationem Pontificis diffluere in hyperboles*. Voluiſti (opinor) dicere *hyberbolas* Sed (ut in Facetiis eſt) *inter ves & vas non eſt magna differentia*, dixit quidam ex Ordine tuo. Quid autem eſt, Baroni, diffluere in Hyperbolas, niſi abundare mendaciis & dictis falſidicis? Hoc te docuiſſe debebant Rhetores antiqui. Quintilianus Inſtit. Orat. lib. 8. cap. 6. *ὑπερβολὴν audaciores ornatus ſummo loco poſui, eſt hæc decentiens ſuperjectio.* Julius Rufinianus de Figuris lib. 1. in fin. *Hyperbole fit, cum excedit veritatem ſententia.* Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus Etymolog. lib. 1. cap. 36. *Hyperbole eſt, excelſitas fidem excedens ultra quàm credendum eſt.* Venerabilis Beda Presbyter de Tropis ſac. Script. *ὑπερβολὴ eſt dictio fidem excedens, augendi minuendive cauſa.* Alexander in Doctrinali:

Tranſcenſus veri manifeſtus iperbole fiet.

Joannes Balbus Januenſis Ordinis Prædicatorii in Catholico: *Iperbole dicitur ab iper, quod eſt ſupra; & bole, quod eſt ſententia: vel fides, quaſi ſupra ſententiam vel fidem.* Tuam fidem, Candide Lector, quis tibi nunc videtur mendacii arguendus, Hyperbolicusne iſte Pontifex, cujus oratio mendaciis & falſimoniis vel ipſius Baronii teſtimonio confuta eſt, an Novatores, qui ex ſe nihil fingunt, ſed veterum monumentis adhærent?

Ais, *divino inſtinctu à Papa eſſe Carolum electum ad Imperium gubernandum.* Os impium & blaſphemum! Tùne audes Spiritum Sanctum mendaciorum Joannis Papæ auctorem facere? At at intellegere mihi videor, cujus Spiritus inſtinctum innuas: illius nimirum, qui Achabi Regis Iſraelitarum Vatibus falſa, quæ dicerent, aſpiravit. Si Joannes iſte Pontifex Petri Apoſtoli voluit eſſe ſucceſſor, cur non ad Carolum iſtum Simoniacum, offerentem ei pecuniam, ac dicentem; Da mihi unctionem & coronationem, &c. verba Petri uſurpans; *Pereas*, dixit, *una cum argento tuo, qui divinum munus pecuniis comparandum exiſtimes. Non es hujus* Imperii *particeps, neque conſors: nam tua mens in Dei conſpectu recta non eſt. Quamobrem deſiſte ab iſta tua pravitate, Deumque comprecare, ſi forte tibi iſta mala mens ignoſcatur?* Nimirum ſingulari Dei beneficio factum eſt, ut extent Acta hujus Synodi, quibus iniquitas Romani Pontificis manifeſtetur, qui Sedeciæ Chanaanæ filii, Pſeudoprophetæ Iſraelitarum ſucceſſor, dixit ad Patres Concilii Pontigonenſis: *Quanam via emigravit à me Iova Spiritus, ut vobiſcum loceutus ſit?* Qui Carolum Francorum Regem decepit, ut Ramotha Langobardorum adortus, ibi ceciderit. Hoc tu ipſe, Baroni, ſolemni tua tibi ipſi contradicendi conſuetudine, verè & tanquam alter Caiphas ignarus divinaſti, cum §. 17. velut ex tripode profaris: *Ita planè hæc omnia maleſuada prudentia carnis operata eſſe videtur.* Et illicò; *Cùm tamen (ut exitus declaravit) Eccleſia Romana inutilem creaverit Imperatorem.* Sed neceſſarium eſt, antequam initium confutandi faciam; rem paulò altius repetere, ut quaſi [illegible] ad ipſa rerum argumenta veniamus. Regnum Langobardorum hæreditarium fuiſſe, notius eſt, quam ut à me debeat vero vinci. Igitur mortuo Ludovico Imperatore, Optimates Regni proximos agnatos, Ludovicum Germaniæ, & Carolum Franciæ Reges, defuncti Imperatoris patruos, ad ſucceſſionem ſimul vocaverunt. Sic enim tradit ejus temporis ſcriptor Andreas Presbyter in Abbreviatione ſua: *Poſt cujus obitum magna tribulatio in Italiam advenit. Colligentes ſe Majores in civitate Ticino, ſimul cum Angelberga ſuorum Regina, menſe Sept. indict. nona & pravum agentes conſilium, quatenus*

Google

quatenus ad duo mandarent Reges, id eſt, Karolum in Francia & Hlodovvicum in Bajoaria, ſicut & fecerunt. Quaſi velit dicere; tantùm natu majorem fuiſſe vocandum, ad quem de jure ſucceſſio pertineret. Calvus, inſcio fratre, vi armata Italiam ingreſſus, eam ſibi uni ſubjicere parabat. Cujus rei certior factus Ludovicus, contra eum cum exercitu miſit filium natu minimum Carolum, poſtea Craſſi cognomine Imperatorem. Quo per fidem decepto, de non uſurpanda fratre invito neque Regia neque Imperatoria poteſtate, datam, & in Germaniam reverſo, Calvus captata occaſione ſingulos Optimatum aggredi muneribus cœpit, quibus vel ſapientum corda occæcantur. Id ubi reſcivit Ludovicus, filium Carolomannum natu maximum in Italiam cum exercitu miſit. Quo & ipſo per fidei ſimulationem decepto, & in Alamaniam regrediente, Calvus tempus eſſe ratus rem ante capiendi, ipſum Pontificem iiſdem artibus eſt aggreſſus; nec difficulter expugnavit.

Multa loquor: quidvis nummis præſentibus opta,
Eveniet: clauſum poſſidet arca Iovem.

Hæc ita geſta fuiſſe, memorant Hiſtorici, ex quibus non pigrabo meliores adſcribere. Familiam ducat idem ille Andreas, homo Langobardus, & qui rebus geſtis interfuit. *Carlemannus* (inquit) *ivit in Bajoariam. Karolus Rex perrexit ad Romam, & ad eccleſiam B. Petri dona obtulit, ab Apoſtolico Iohanne unctus, & ad honorem Imperii coronatus in Papiam reverſus eſt, menſe Januario, in ſupraſcripta indict. nona.* Auctor Annalium Fuldenſium, ſive Strabo ſit, ſeu alius quiſpiam; *Ille* (Calvus) *dum negotium ferro decernendum timuiſſet, eſt enim lepore timidior, ad calliditatem ſolitam convertitur. Nam aurum & argentum gemmaſq; pretioſas infinita multitudinis Carlmanno obtulit, ut eum ſibi placare, & à paterna fidelitate ſegregare potuiſſet: juravitq; ſe de Italia citò exiturum, & Hludovvici fratris ſui judicio illud Regnum diſponendum ſervaturum, ſi Karlmannus inde diſcederet. Quo inde diſcedente & promiſſionibus illius credente, ille, quæcunq; pollicitus eſt, mentitur, & quanta potuit velocitate Romam profectus eſt, omnemq; Senatum populi Romani more Jugurthino corrupit, ſibiq; ſociavit, ita ut etiam Iohannes Papa votis ejus annuens, corona capiti ejus impoſita, eum Imperatorem & Auguſtum appellare præcipiſſet.* Aimoinus de Geſtis Francor. lib. 5. cap. 32. *Anno DCCCLXXVI. in die Nativitatis Domini, idem Carolus B. Petro multa & pretioſa munera offerens in Imperatorem eſt unctus & coronatus, atque Imperator Romanorum eſt appellatus, & Nonis Januar. Roma exiens Papiam rediit, ubi & Placitum ſuum habuit.* Regino Prumienſis Chronicor. lib. 2. *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXVII. Carolus ſenior Romam ſecundò profectus eſt, ubi jampridem Imperatoris nomen, à Præſule Sedis Apoſtolicæ Joanne, ingenti pretio emerat, Regnumque Italiæ magis in tranſeundo vidit, quàm fruendo potitus eſt. Ab urbe Roma in Langobardiam reverſus eſt.* Marianus Scotus Chronic. lib. 3. ætat. 6. Anno Chr. 875. *Carolus Romam perveniens, datis Ioanni Papæ magnis muneribus, Imperator factus eſt.* Sigebertus Gemblacenſis in Chronograph. Anno Dom. 876. *Ludovicus Imperator in Italia moritur, & patruus ſuus Carolus Rex Francorum Romam pergit, & Joanne Papa & Romanis per munera ſibi conciliatis, Imperator creatur. Sed ei ſtatim à Ludovico fratre ſuo bellum paratur, quòd ſe inconſulto ſolus Imperium fratruelis uſurpaverit.* Otto Friſingenſis Epiſcopus Chronic. lib. 6. cap. 6. *Anno Dom.* DCCCLXXIV. (ſcribo; IIII) *Ludovicus ſuaviſſimus Imperator diem ultimum clauſit. Anno eodem patruus ejus Carolus ſenior, Occidentalis Franciæ Rex, Romam veniens, à Summo Pontifice Joanne, civibusque Imperium pecunia (ut dicitur) obtinuit.* Et ex eo Gottfridus Viterbienſis Panthe. Chronic. part. 17. *Cum ſuis Francigenis Romam veniens, Imperium à Romanis (ut dicitur) pecunia impetravit.*

Satiſne idonei atque locupletes hi teſtes, Baroni, qui arguant, cujus notæ fuerit Spiritus ille, cujus inſtinctu Papa Johannes unctionem & coronationem Carolo Calvo contulit? Aterne an albus tibi videtur, qui corruptelis & largitionibus meliorem hominum Italorum partem pervertit? Deinde quod tu infers, & electum pariter & unctum atq; coronatum à Pontifice fuiſſe, id verò manifeſti mendacii arguunt illi, quos appoſui, ſcriptores, qui à Romanis electum, à Pontifice aſſerunt ſolummodò unctum & coronatum. A Romanis, inquam, profuſis largitionibus, favore illorum occupato, tam Laicis quam Clericis, quorum ipſe Pontifex membrum præcipuum, ut in priori hujus Collectionis tomo docuimus. Ergò tantùm voto ſuo conſentire Papa potuit, non arbitrio conferre Imperium, ut tu neſcio ex qua Dialectica per mehercules ridiculè concludis. Neque video, quomodo id ex verbis Pontificis conſequatur, quem noto non tam effrontis fuiſſe oris, ut id cum Baronio aſſereret, quo vitam mallet quàm nec rectè dictum perdere. Verba ejus repetam, ut vel inde clareſcat, qua fide nobis auctorum ſcripta recitarit Baronius. *Elegimus* (inquit) *hunc meritò & approbavimus, unà cum annisu & voto omnium Fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum, atque aliorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, ampliique Senatus, totiusque Romani populi gentiſque togatæ; & ſecundum priſcam conſuetudinem ſolemniter ad Imperii Romani ſceptra proximum, & Auguſtali nomine decoravimus, ungentes eum oleo &c.* Potuitne clarius & illuſtrius aliquod teſtimonium vel ab adverſario Pontificis extorqueri, qui de induſtria negaret in arbitrio ejus eſſe conferre Imperium, aut jus eligendi Imperatorem? Id quod vel ex iſtis verbis eliqueſcit ab auctoritate totius Senatus Populique Romani, tam Sæcularis quam Eccleſiaſtici pependiſſe: Pontificem & Cardinales tantùm vota ſua cum cæteris Senatoribus in publicis Comitiis interpoſuiſſe? unctionem verò & coronationem à ſolo Pontifice profectas eſſe. Hinc ſunt ea Hiſtoricis; qui ſolùm unctionis, alii coronationis mentionem faciant. Herimannus Contractus in Chronic. Anno Dom. 875. *Cujus Regnum patruus ejus Carolus Rex Galliarum invadens à Johanne Papa ſe Imperatorem coronari fecit.* Et Wernerus Rolewink Monachus Carthuſianus in Faſcicul. tempor. *Iſte Joannes unxit Carolum Imperatorem, & injuriam paſſus fuit à Romanis, quia dicto Imperatori non favebat.* Imò quia Carolomannum à Romanis electum & vo-

catum ungere atque coronare detrectavit. Idem nominis error & Sigeberti codicem occupavit. Romani, poſtquam animadverterunt ſe in electione Calvi à Pontifice fuiſſe circumſcriptos, & pleroſque Procerum auro corruptos, inclinare in Ludovici Balbi electionem, fraudem hanc in ipſum Pontificem, ut libertati Romani Populi inſidiantem (ita largitiones ejus interpretabantur) vindicare inſtituerant, niſi in Gallias aufugiens furorem illorum evitaſſet. Hujus rei quoque meminit Sigebertus Gemblacenſis in Chronolog. hiſce verbis: *Joannes Papa injuriatus à Romanis, ita ut etiam in cuſtodia teneretur, pro eo quòd Carolo non favebat, in Franciam veniens cum Rege Ludovico Balbo pene annum moratus eſt.*

Confiſus autem Caroli potentia & auctoritate quum maximè Boſonis Dux, qui familiam inter ſubſcriptores Principes hic ducit, Regno Langobardorum inhiare auſus eſt. Namque uxorem ejus in matrimonio habebat. Ab hoc ſollicitatus in Italiam properans, ejuſdem operâ uſus eſt in ſollicitandis eius Regni Optimatibus; tum ipſius Pontificis, qui ſe ab eo more ingenii humani plura habendi cupiditate corrumpi paſſus eſt, ut convocatis Populi Comitiis in ejus electionem ne diſſentirent perſuaſit, præcipuis antè Senatoribus, uti multoties dictum, largitione depravatis. Pro qua opera Boſoni neptem ſuam in conjugium cum Vicariatu Imperii per Italiam contulit. Hoc teſtatur Aimoinus lib. 5. cap. 32. ſcribens: *Boſone uxoris ſuæ fratre; Duce ipſius terræ conſtituto, & corona Ducali ornato, cum collegis ejus, quos idem Dux expetiit, in eodem Regno relictis* &c. Et Regino Prumienſis Chronic. lib. 2. *Boſoni Germanichildis* (leg. *germano Richildis*) *Reginæ Hirmingarden filiam Ludovici Imperatoris in matrimonium jungit*, &c. *Dedit inſuper eidem Boſoni Provinciam, & corona in vertice capitis ejus impoſita, eum Regem appellari juſſit, ut more priſcorum Imperatorum Regibus videretur dominari.* Marianus Scotus Chronic. part. 2. ætat. 6. Anno Chr. 876. *Carolus Imperator Romam ſecundo profectus eſt, & ab urbe Roma in Pragam* (leg. *Papiam*) *reverſus, Boſoni germano ſuo, Richildis Regiæ filio*, (ſcrib. *germano ſuæ Richildis Reginæ*, deleto τῷ *filio* quod ſpurium eſt & interpoſitivum) *Irmingardam filiam Ludovici Imp. cum maxima gloria uxoravit, deditque ei Provinciam: & corona capiti ejus impoſita, Regem eum juſſit appellare.* Sigebertus Gemblacenſis in Chronolog. *Carolus Imp. Romam ſecundo profectus, Boſoni germano uxoris ſuæ neptem ſuam, filiam Ludovici Imperatoris, uxorem dedit; & data ei Provincia in Regem eum coronavit, ut etiam Regibus imperare videretur.* Hic poſteà ab Carlomanno Italiâ pulſus, tandem denique tam temerarii lenocinii Calvo præſtiti, & in veros Regni Italici hæredes perfidiæ meritas pœnas dedit ipſius Calvi & ſuis nepotibus.

Erat iſte Carlomannus à moribundo Imperatore Ludovico ſucceſſor in Regno & Imperio deſignatus. Ita tradit Eutropius Langobardus in libro de Statu Roman. or. ſub Græcis & Francis: *Eo infirmante*, inquit *& ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit ſibi ſuccedere Carolum magnum* (Carolomannum) *ad ſuſcipienda Imperialia ſceptra.* Et pauló pòſt; *Mittitur Miſſus ab uxore Imperatoris Engelberga, vel à ſuis Primatibus ad Carolum magnum, oſtendens ei vota defuncti. Et quia longius erat, noluit tam citò venire, ut impedire poſſet iter Calvi.* Et Otto Friſingenſis Chronic, lib. 6. cap. 6. *Inter hæc Carolomannus, primogenitus Ludovici, Italiam ingreſſus, Imperium arripere attentaret.* Fruſtrà, & anticipato jam Pontifice largitionibus Calvi, operâ atque miniſterio Boſonis Ducis. Et abſque Germanorum defectione, qui ablatum ſibi abſenti Regnum Orientale in fratrem Ludovicum contulerant, indubiò in ordinem officii ſui Pontificem redegiſſet vel invitum ac renitentem. *Verùm Ludovicus* (ſubdit Friſingenſis) *qui patris exequiis interfuerat, Orientalium Rex à Principibus creatus, regnare jam inceperat.* Hæc cauſa fuit, quamobrem Carolomannus in Germaniam, fortunâ belli inexpertâ, remeaverit. Et mendaci rumore deceptus videtur Aimoinus ſcripſiſſe: *Carolomannus mendaci nuntio audiens, quod Imperator & Papa Joannes ſuper eum cum multitudine maxima bellatorum venirent: & ipſe fugam arripuit per viam, qua venerat; & ſic Deus more miſericordiæ ſuæ conventum illum diſſolvit*, ne ſcilicet ſanguine parricidiali polluerentur Reges tam inclyti & in orbe Chriſtianorum conſpicui. Hæc mens Aimoino fuit, Baroni; ubi ergo jacent rationes tuæ, quibus Deum adſeveras abſque adverſante milite in fugam egiſſe Carolomannum pugnando pro tuo Pontifice? Partito tandem Regno Germanico, & pace cum fratribus conſtituta, Italiam repetens Carolomannus, pulſo & ſublato Calvo, eam ſibi totam ſubjugavit, non Regnum modò Langobardorum, ſed & ipſam Romam. Auctor Annalium Fuldenſ. *Lambertus Widonis filius, & Albertus Bonifacii filius, Romam cum valida manu ingreſſi ſunt: & Joanne Pontifice ſub cuſtodia retento Optimates Romanorum fidelitatem Carolomanno ſacramento firmare coegerunt.* Qua de re conqueritur ipſe Pontifex in epiſt. 84. ad Archiepiſcopum Ravennatem, ubi inter alia inſit de Lamberto: *Nunc etiam minatur nobis pejora inferre, niſi ejus obtemperemus humiliter voluntati.* ſcilicet in conſecrando & coronando Carolomannum in Imperatorem ab Romanis electum & juramento fidelitatis confirmatum. At enim, licet non obtinuerit, quî minùs fuerit juſtus Imperator, & in numero Romanorum Principum à nobis ponendus, quam Henricus Auceps, aut Rudolphus Habſpurgius, quorum neuter ad coronationem pervenit, cauſſam eſſe nullam video, præſertim quum ipſe Pontifex verbis exſertis fateatur, ad Italiæ Regem de jure ſpectare honorem Imperii. Sic enim ſcribit epiſt. 155. ad Anſpertum Mediolanenſem Archiepiſcopum; *Quia Carolomannus corporis, ſicut audivimus, incommoditate gravatus, Regnum retinere jam nequit, de novi Regis electione, ut omnes pariter conſideremus, vos prædicto adeſſe tempore, nempe ad Kalend. Majas, validè oportet. & ideò anteà nullum abſque noſtro conſenſu Regem debetis recipere. Nam ipſe, qui à nobis eſt ordinandus in Imperium, à nobis primùm atque potiſſimùm debet eſſe vocatus atque electus* &c. Hoc pacto Carolum Craſſum ab

ipſo

ipſo Pontifice Joanne Imperatorem ſalutatum, antequam foret unctus & coronatus, teſtatur inprudens Baronius, qui Anno 880. §. 14. ad hunc modum ſcribit: *Porrò hoc anno contigiſſe ex Joannis Papæ epiſtola ad Carolum Imperatorem compertum habetur.* Dein parte epiſtolæ recitata, ſubjicit; *Hæc Joannes Papa, tertio Kal. Novembris ad Carolum Imperatorem ſcripſit.* Cur ergo, Baroni, ſi Carolus jam tum Imperator etiam a Pontifice agnitus, tu eum ſpreviſti, & Conſtantinopolitani Baſilii annos maluiſti numerare, quàm legitimi Urbis Romæ Domini? aut quo modo mihi hæc tua dicta concordabis cum illis, quæ ſcribis Anno 881. §. 7. *Hoc anno, ait Natalis Domini, Carolus cognomento Craſſus, Romæ Imperator coronatur. Non ante hoc tempus ipſum coronam Imperii à Joanne Papâ conſecutum eſſe, ut Imperator meruerit appellari, teſtatur,* &c. Videtur tamen Carolomannus à Germanis pro juſto & legitimo Imperatore habitus fuiſſe: & homonymiâ falſus Hepidannus Cœnobita, in Annalibus ſcripſit; *Anno Domini DCCLXXVII. Karolus Secundus Imperator cœpit regnare.* Scilicet conjungit Carolomannum cum Carolo Craſſo, qui & ipſe Magnus dictus: quorum ille hoc anno DCCLXXVII. regnare cœpit: iſte, mortuo fratri Carolomanno ſucceſſit anno DCCLXXX.

Quæ autem fuerint illa donatia in Papam à Calvo collata, memoriæ prodidit Eutropius Langobardus in libello de Statu Roman. ſub Græcis & Francis. Cujus verba, prolixiora quidem, at quæ operæ pretium ſit non neglexiſſe, apponam. *Cum hæc ita geruntur,* inquit, *Romani Pontifices ſemper per Oratores litteras mittebant invitatorias ad Carolum Calvum Regem Francorum, invitantes eum clàm. Et quia erat in litteris quaſi Philoſophus, rogabant illum ſupervenire B. Petro, & de ſervitutis jugo ad propriam libertatem reducere ſuam Eccleſiam, ut quaſi per vim ab aliquo eſſet oppreſſa. Talibus evolutis manebus moritur Hludowicus. Mittitur ſtatim citatus à Joanne, qui tunc præerat, Papa Legatus ad eundem Carolum qui nullas veniendo faciens moras, ingreſſus Italiam petiit Romam. Mittitur denique alius Miſſus ab uxore Imperatoris Engelberga, vel à ſuis Primatibus, ad Carolum magnum, oſtendens ei vota defuncti. Et quia longius erat, noluit tam citò venire, ut impedire poſſet iter Caroli Calvi. Qui veniens Romam renovavit Pactum cum Romanis, perdonans illis jura Regni & conſuetudines illius, tribuens illis ſumptum de tribus ſupradictis Monaſteriis, id eſt, Domini Salvatoris, & B. Mariæ ſemper Virginis in Sabinis, atque S. Andreæ juxta montem Soractis, & de cæteris quàm plurimis Monaſteriis fiſcalia patrimonia. Patrias autem Samnia & Calabria, ſimul cum omnibus civitatibus Beneventi, eis conſulit: inſuper ad dedecorem Regni totum Ducatum Spoletinum cum duabus civitatibus Thuſciæ, quod ſolitus erat habere ipſe Dux, id eſt, Aritium & Cluſium, quatenus ut is, qui præerat Regia vice antè, Romanis videretur poſt eſſe ſubjectus. Removit etiam ab eis Regias Legationes, aſſiduitatem vel præſentiam Apoſtolicæ electionis. Quid plura? Cuncta illis conceſſit, quæ voluerunt, quemadmodum dantur illa, quæ nec rectè adquiruntur, nec poſſeſſura ſperantur.* Tam indignam cùm Pontifice tum Rege negotiationem, tam turpem, inhoneſtam & dedecoroſam Imperii nundinationem, tam damnoſam & præjudicantem ſucceſſoribus alienationem exſecratus Carolomannus, Calvi victor pariter & ſucceſſor, quoniam Papæ confirmare noluit, ab eo unctionem & coronationem impetrare non potuit. Colligas id clarè ex ipſius Papæ Joannis epiſt. 63. ex qua hæc refert Baronius Anno 878. §. 27. *Scribit, in animo habere convenire Carolomannum, qui ad eum de obitu Imperatoris* (Ludovici Balbi) *litteras ſcripſerat, quibus ſignificarat ſe Romam venturum, & de Romana Eccleſia optime fore meriturum. Ita ille allicere conatus Pontificem ad ejus in Imperatorem coronationem. Petenti autem Legatos ab Apoſtolica Sede mittendos reſpondet Joannes, ab ipſo prius Capitula conſcribenda de his, quæ Sedi Apoſtolicæ promitteret impenſurum, petens interea redditus mitti, quos Romana Eccleſia poſſidet in Bajoaria.* Cujus petitis non ſolùm non annuit Carolomannus, verùm ipſam inſuper Calvi donationem, ut injuſtam & de corio alieno factam, quum Regnum Italiæ jure hæreditario non ad Calvum, ſed verò Ludovicum Germanicum natu majorem ſpectaret; caſſam atque irritam eſſe juſſit, ipſoque facto concinnavit. Pari eademque ratione motus Otto III. Imp. in coorſtit. de Rebus B. Petro donatis, eandem caſſationem hiſce verbis poſteà confirmavit §. 2. *Hæc ſunt commenta, quibus dicunt, quendam Carolum S. Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus, ipſum Carolum nihil dare jure potuiſſe, utpote jam a Carolo meliori fugatum, jam Imperio privatum, jam deſtitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit; ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, utpote qui malè acquiſivit, & diu ſe poſſeſſurum non ſperavit.* Hinc etiam factum, ut ab Alamannorum Chronographis non ponatur in Catalogo Imperatorum, & Carolus Craſſus ab hiſdem non Tertius, ſed Secundus nominetur. Auctor eſt Hepidanus in Annalibus, & Chartarum ſcriptores, quos Alamannicarum rer. tom. 2. part. 1. vulgavimus, ut Notkerus chart. 19. & Ercho Archi-Presbyter chart. 28.

CAROLI CALVI Imp. Conſtit. de Presbyteris ex crimine diffamatis.

In Epiſtolis Capitulatibus Hincmari Archiepiſcopi Rhemenſis, epiſt. IX. ab Joanne Buſæo Jeſuita Moguntino editis. Obſerva, Lector, quam blandè Rex Pontifici palpetur, ut fertur, & res clamat, metu amittendi Imperii, in quo non Germanis tantùm & Gallis, ſed Romanis quoque & Italis, inviſus fieri cœperat, honore Imperii ad Germanos inclinante. In priore tomo dedimus Conſtitutionem, in qua adverſus Hadrianum Papam II. pro abſoluta ſua Regia poteſtate ſancit, Epiſcopos non Papæ, ſed Imperatori, & ſuis quosque Regibus ſubeſſe; damnatumque in Synodo Provinciali Epiſcopum appellare non ad Papam, ſed verò Imperatorem aut Regem ſuum debere, à quo vel abſolvatur inſons, vel puniatur nocens. Et hæc quidem ſtudio atque ſtilo Hincmari Archiepiſcopi, cujus & ipſius epiſtolæ exſtant ſuper eadem re ad eundem Hadrianum datæ, multis canonum

nonum atque legum argumentis evincit. In hac autem conſtitutione, operâ atque miniſterio ejusdem Hincmari perſcripta, Johanni VIII. Papæ concedit cognitionem appellantium ad Sedem Romanam Epiſcoporum; eadem nimirum auctoritate, qua eidem conceſſit dominia Regni Langobardici, de cujus conceſſionis nullitate ad Acta præcedentia ediſſertavimus. Nihil eſt tam arduum, quod non ambitio aut gloriæ ſtudium extorqueat. Cur autem, inquies, tot ac tanta dona contulit in Pontificem, aut cur tantopere in ejus auxilium confidebat; ſi neque eligendi apud eum nec deponendi Imperatoris, poteſtas fuit? Quoniam multùm apud Principes populumque, penes quos ſumma electionis vel deſignati confirmationis conſiſtebat, poterat Pontificis Romani cùm religioſa auctoritas, tum valebat veneranda Epiſcopalis reverentia. Metuebat ergò Calvus, ne in alterius, puta Carolomanni, electionem voto ſuo Pontifex conſentiret, & unctionis coronationisque jura, quæ ab uno Pontifice impetranda erant, conferret. Si Satyrus aliquis Æſopius epiſtolam Hincmari ad Papam Hadrianum copioſè ſcripta, quæ legitur in Catalogo Teſtium Veritatis, cum hac conſtitutione contenderet, quid putas dicturus ſit? Hoc ſcilicet, quod apud Æſopum legitur: *Ego renuntio* conſtitutionis hujus *amicitiam: quia ex eodem ore & calidum emittit & frigidum.* Et certè, renuntiaſſe eam omnes Tranſalpinas, neque ejus vigorem unquam obtinuiſſe, veterum monumenta teſtantur. Nec inviti tamen Hincmaro condonamus, ſi ei adulatus ſit, *Quem munere palpat Calvus, cui male ſit palpere, recalcitrat*, – ut Juvenalis & Horatii verbis utar. Argumenta tam invalida atque infirma, etiam impertinentia ſatis evincunt, quàm difficile ſit, malitatem cauſſæ agere ac defendere, quam obtinere nequeas. Interim firma, inconvulſa, ſalva, ſartaque recta manent manebuntque, dum ipſa veritas. Decreta Synodi apud Duziacum habitæ, cui Hincmarus ipſe interfuit, cujusque illuſtris defenſio ab eo ipſe ſuſcepta adverſus Hadriani Papæ tyrannidem, ſæpè multorum improbitate intercluſa nunc fortiter reſpirat. Quære alii quærantur, quibus obtrudatur hic Calvi palpus: nobis non poteſt.

Pag. 41.

S. P. Q. R. Juramentum Imperatori præſtitum.

Reperitur in Annalibus Fuldenſibus à Marquardo Frehero à Keſlingen Conſiliario Palatino editis, pag. 53. & ſeq. Ex quo cognoſcere licet; quid Juris Imperator in Urbem Romam habuerit, quam Arnulphus Cæſar, recepto à civibus hoc ſacramento, *ad ſuas manus cuſtodiendam Faroldo cuidam vaſallo conceſſit*, ut ait eorundem Annalium Auctor. Quid autem illa ſibi velint, Lege mea & fidelitate Papæ, docebit te Imp. Lotharius in Conſtit. *de Elect. Rom. Pontiſ. & lege Romanor.* quam tomo primo exhibuimus.

Ibidem.

HENRICI I. Leges Haſtiludiales.

Exſtant in Libro Torneamentorum Georgii Ruexneri Heroldi Imperialis, interprete Franciſco Modio Brugenſi JC. in Pandectis ſuis Triumphalibus. Meminerunt harum legum Krantzius, Cuſpinianus, & Bucholtzerus in Chronicis.

Pag. 42.

OTTONIS I. Conſtit. de Libertate Eccleſiaſtica.

Ex MSSo. Codice Archivi Eccleſiæ Hamburgenſis, cujus copiam fecit V. CL. Erpoldus Lindenbruchius, qui hanc conſtitutionem in Septemtrionalis Germaniæ Scriptorum collectione inter Privilegia Hamburgenſis Eccleſiæ editurus eſt.

Pag. 43.

EJUSDEM Conſtit. de Protectione Romanæ Eccleſiæ.

Apud Gratianum in Decreto diſt. 63. cap. 33. Antoninum Florentinum Hiſtoriar. part. 2. tit. 16. cap. 1. §. 16. in medio, Anſelmum in Collection. Canonum lib. 1. cap. 90. & lib. 4. cap. 36. & ex Centii Camerarii Collectione apud Cardinalem Baronium Annal. Eccleſiaſt. tomo 10. Anno 960. nu. 5. Pleríque tradunt Ottonem hoc jusjurandum Johanni XII. Papæ præſtitiſſe ante coronationem. Atqui tomo præcedenti docuimus, Ottonem non à Johanne XII. fuiſſe coronatum, ſed verò Leone VIII. Quod ſatis argumento eſſe debet, falſam ac ſubditivam eſſe hanc conſtitutionem, de qua alibi fuſius.

Pag. 44.

EJUSDEM Conſtit. de Regalibus B. Petro conceſſis.

Exſtat Autographum Diploma aureis exaratum litteris, aſſervaturque Romæ in Caſtello S. Angeli; duo verò exſcripta exemplaria habentur in Vaticana Bibliotheca; ex quibus iſta Baronius Annalium Eccleſiaſt. tomo 10. Anno 962. nu. 3. & ſeqq. & Sever. Binius Concilior. general. tomo 3. part. 2. pag. 1061 ubi Diploma inſcribitur: *De confirmatione jurium Romanæ Eccleſiæ.* Quod mihi videretur eodem numero habendum, quo ſuperius Juramentum de protectione Pontificis. Nam aut ante coronationem Romanam facta eſt hæc conſtitutio, aut poſt. Si ante, fallere videmus Pontificios, qui negant, Imperatorem à Principibus electum fuiſſe *Auguſtum* appellatum, priusquam a Pontifice ungeretur atque coronaretur. Si poſt; in eandem iidem cadent decipulam. Nempe ſi hoc anno DCCCCLXII. Romæ ab Joanne coronatus fuit, ut tradit Baronius, primus Imperii ejus recenſendus erat. Atqui annum hic Imperii ſui ipſe numerat vigeſimum ſeptimum conſentiente & acceptante Pontifice. Ita lupum auribus tenent, qui hac conſtitutione nituntur. Confugient ſcilicet cum Baronio ad improprietatem. *Ut appareat*, inquit ille, *impropriè à tempore Regni numerari quoque annos Imperii*, perbellè mehercules. Dicite mihi ſulti, an huic improprietati præſtando contradixerit Pontifex nec ne. Si contradixit, nec obtinuit, ut ſcriptura tam conſpicua Sedique Romanæ præjudicans emendaretur, compeſci ſe paſſus eſt à maſculo Imperatore jus antiquum Germanorum Procerum, à quibus electus erat, vindicante, ut ſtatim ab electione, non exſpectata Pontificis Romani confirmatione, ſit ac nominetur Imperator Auguſtus. Si non contradixit, tacitè

Digitized by Google

taciṫè renuntiaſſe videtur privilegio ſuo, quod ſemper habuiſſe Pontifices jactitant, atque conſenſiſſe, ut electus à proceribus etiam ante unctionem & coronationem Pontificiam juſtus ſit habendus Imperator. *Qui enim tacet, consentire videtur*, ait ipſius Pontificis regula. Sed huic dilemmati objiciet fortè aliquis ex Baronio, alterum Ottonis Diploma Novarienſi Eccleſiæ datum ſuper recuperata inſula S. Julii, in cujus calce legitur; *Data VI. Kal. Auguſti*, *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLXII. *anno verò Imperii Domini Ottonis sereniſſimi Auguſti primo*. Quid audio, Baroni? Ex Imperatore mihi Proteum facis aut Polypum quendam, qui ſe in Diplomatis uno eodemque anno in tam varias & inter ſe diverſas repugnantesque ſubſcriptionum transmutarit formas, dedecente profectò Imperatoriam Majeſtatem μεταμορφώσει, in re quum maximè tanti momenti. Quid ergo eſt? Facio tibi poteſtatem optionemque, ut eligas utrum velis; Romanum Diploma an Novarienſe: factum eſſe, nec ne: verum eſſe, an falſum: utrum dixeris, id contra te futurum. Etenim ſi Novarienſe negaveris, jacebunt rationes tuæ, quibus inde deductis tantoperè debacchatis in Novatores Politicos Regibus ſuis bona eccleſiarum ſubjicientes. An ergo Romanum falſum & commentitium impoſtoris alicujus figmentum dicemus? Jubet Leo VIII. Pont. Roman. in Decretis ſuperiore hujus collectionis tomo relatis: jubet Otto III. Imperator, hujus Primi nepos, in conſtit. *de Rebus B. Petro donatis* eodem tomo à nobis publicata: jubet Clemens V. Pont. Rom. in ca. un. *de jurejurando* lib. 2. à quibus quum omnes, omnes ad unum Romanæ Eccleſiæ Donatores commemorentur, excluſo Ottone Primo, taciṫè negatur fuiſſe Donatorum illorum numero. Quo eodem argumento & Ludovici Pii Imperatoris eluditur donatio, cujus & ipſius nulla pariter mentio, ubi neceſſariò, erat facienda: neceſſariò, inquam; ne tu mihi dicas, me à particularibus aut negatione argumentum ſumere. Et ut maximè genuina atque vera ſit hæc conſtitutio, Baroni, quid illa facit ad ſtabilimentum Pontificiæ ſuperioritatis? Num is, qui uſum fructum percipit, abſolutus & ſupremus dominus atque major eſt? num à tributis & exactionibus liber atque exemptus? An jure tuo Vaticano uſu fructuarius factus eſt ſui proprietarii, & vaſallus major ſuo Domino? Pontifex uſusfructuarius eſt Principatuum ab Imperatore conceſſorum, Imperator proprietarius: Pontifex quoad illos Principatus & territoria vaſallus Imperii ipſe Imperator Dom. eſt: Ita n. ea certis atque expreſſis verbis diplomatis hujus conſtituitur §. 7 ubi legitur: *ſalva ſuper eosdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem & filii noſtri ſubjectione*. Et poſt paulo: *ut ea in illius ditione ad utendum & fruendum atque diſponendum firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate noſtra.* Ex quibus clauſulis eluceſcit manifeſtum que fit, Pontificem hoc diplomate non magis ab obedientia Imperii & contributionibus eximi, quàm Archiepiſcopum Moguntinum aut quemvis alium ſimilibus diplomatibus, quibus illi Comitatus & alia territoria ab Imperatoribus donantur. Sed profectò non eſt, ut ea de re multum diſceptemus, quum præter memoratas rationes vel una §. 8. falſimoniæ convincat hanc conſtitutionem, ubi electionis ſuæ confirmationem ab Imperatore impetrare Pontifices mandantur, *qualem Dominus & venerandus ſpiritalis pater noſter Leo Pont. feciſſe dignoſcitur.* Atqui Leo VIII. amodo demum Joanne XII. cui hoc diploma conceſſum fuiſſe fingitur, ab ipſo Ottone Imperatore in publica Synodo fuit pontifex ordinatus.

OTTONIS II. Reſcriptum. Pag. 46.

Apud Ekkehardum Juniorem Monachum S. Galli, in Caſibus Monaſterii S. Galli, Cap. 3 qui liber continetur Alamannicar. rerum tomo I. pag. 114. Atque hinc diſcas licet, quid juris Imperator habuerit in Abbates, & penes quem tunc jurisdictio in perſonas eccleſiaſticas fuerit.

HENRICI II. Conſtit. de Familiis Monaſterialibus. Ibidem.

In Chronico Laureshamenſi ab Frehero edito in Germanicarum rerum ſcriptoribus tom. 1. p. 74.

RECESSUS Conventus Alſatici. Pag. 47.

Apud Beatum Rhenanum Scleſtadienſem Germanicarum rerum lib. 2. cap. 17. pag. 97. & Wilhelmum Kyriandrum Juliacenſem J. U. D. in Annalibus Auguſtæ Treverorum part. XII.

INNOCENTII II. PAPÆ Decretales. Pag. 48. & ſeqq.

Ex MSSo. Codice Privilegiorum Hamburgenſis Eccleſiæ, quem debemus V. CL. Erpoldo Lindenbruchio, antiquitatum Germanicarum indagatori perinduſtrio.

ACTA COMITIORUM GEILNHUSENSIUM. Pag. 50.

Refert Helmondus Presbyter Buzovienſis in Chronica Slavorum lib. 3. cap. 18.

FRIDERICI II. Reſcripta. Pag. 51.

Leguntur ſparſim in libris Epiſtolarum nomine Petri de Vineis, qui fuit Imperatoris Cancellarius, editarum à Simone Schardio JC. & Aſſeſſore Cameræ Spirenſis Imperialis. Nos ex MSSo. Codice V. Cl. Henrici Petreii JC. & Conſiliarii Brunſuicenſis Ducis, partim auximus, partim meliores & emendatiores fecimus. Digniſſimæ profectò quæ à prudentibus noſtris legantur, propter tum imitandam ſententiarum brevitatem, tum illuſtria Judicii quondam Imperialis & Practicæ forenſis exempla.

EJUSDEM Conſtit. de Libertate &c. Pag. 77.

In ejusdem Petri de Vineis Cancellarii Epiſtolarum lib. 6. cap. 20.

EJUSDEM Apologia. Pag. 78.

Conſervavit eam Matthæus Paris Monachus Albanenſis in Anglia, in Hiſtoria majore; Anno MCCXXXIX. in Richardo Rege.

Pag. 82. FRIDERICI ANTIOCHENSIS Sententia.

In ſupradicti Petri de Vineis Cancellarii Epiſtolarum lib. 5. cap. 112.

Ibidem. GUILIELMI Cæſaris Conſtitutio.

Jacobus Meyerus Annalium Flandriæ lib. 9. *Gulielmus Cæſar magnus inimicus domus Flandriæ, Margaretam Comitem terris Imperialibus privavit, illasque Johanni Avenio tribuit.* *Terram*, inquit, &c. Videndus Cujacius Comment. in lib. 1. Feudor. in princip.

CONRADI IIII. Reſcripta.

Leguntur ſparſim in modo memorati Imperialis Cancellarii Epiſtolarum libris, quorum tamen ipſe Cancellarius non potuit eſſe auctor, quum poſt ipſius necem facta ſint. Unde etiam liquet, Epiſtolarum illarum collectorem non ipſum fuiſſe Cancellarium, ſed alium quempiam, qui Cancellario & Impp. Friderico atque Conrado ſupervixerit, aliasque inſuper epiſtolas Vineanis adjunxerit, quas forte in Archivo Imperiali repertas putavit ab eodem auctore eſſe profectas.

Pag. 85. EJUSDEM Conſtit. de Privilegiis extraneorum &c.

Earundem Epiſtolarum lib. 6. cap. 7.

Ibidem. EJUSDEM Conſtit. de Judæis.

Ibidem lib. 6. cap. 12.

Ibidem. RUDOLPHI I. Conſtit. de Electoratu Bohemiæ.

In Rerum Bohemicarum antiquis ſcriptoribus à Marquardo Frehero Conciliario Palatino collectis tomo primo, pag. 115.

Pag. 86. HENRICI VII Juramentum.

Exſtat in Clementin. *de Jurejurando*, cap. un. ex libro Pontificali Roman. depromptum. Ex hoc juramento evincere conatur Papa Clemens V. Imperatorem eſſe Papæ vaſallum & fidelem, quum hoc Juramentum præſtare cogatur, quod eſt fidelitatis & obedientiæ. Sed id ſibi ſumit, quod Henricus Imp. vivus etiamtum pernegavit, verbaque juramenti non de fidelitate, quam Papæ nullam debeat Imperator, ſed advocatia ac defenſione interpretatus eſt, ut teſtatur ipſe Papa in d. Clement. Utri nunc potior fides, Papæne hoſti atque adverſario, an verò ipſi Imperatori verbis ſuis ſacramentum firmanti? Huic potius, quoniam

Optimus interpres verborum quisque ſuorum.

Pro quibus eleganter diſputat Leopoldus de Bebenburg Epiſcopus Bambergenſis in lib. de Juribus Regni & Imperii, cap. 9. ubi ait: *Juramentum, quod ſolet præſtare Rex Romanorum Papæ & Eccleſiæ Romanæ, ſecundum formam in can. 63. diſt. c. tibi Domino, comprehenſam, non eſt juramentum fidelitatis, id eſt homagii, ſcilicet quod præſtat fidelis ſeu vaſallus domino ſuo ratione feudi, ſed eſt juramentum fidelitatis, id eſt fidelis defenſionis, per ipſum Regem Papæ & Eccleſiæ impendendæ.* Et in fine capitis: *Nec mirum ſi Rex Romanorum præſtet hoc juramentum Papæ & Eccleſiæ Romanæ. Ipſe enim eſt Advocatus ipſius Eccleſiæ, ut patet Ext. de Elect. c. venerabilem, verſ. quod autem, & de Jurejur. c. Roman. in Clement. Advocatio verò Eccleſiæ nihil aliud eſt, niſi jus defendendi eccleſiam. Unde etiam interdum in jure Patroni eccleſiarum, dicuntur Advocati earum, ut Ext. de jure patron. c. quia Clerici. Et hoc ex eo, quia habent defendere eccleſias, quorum ſunt patroni, ut 16. q. 7. c. filiis. Et de hac advocatione poteſt intelligi, quod dicitur in can. de conſecrat. 5. c. in die, ſcilicet quod regimen Eccleſiæ Romanæ eſt conceſſum Theutonicis &c. Et de tali juramento fidelitatis intelligo etiam prædictam Clementinam de jurejurand. c. Romani; & id quod notatur 63. diſt. c. quia ſancta, in ultima Gloſſa: ſed non de juramento fidelitatis, id eſt, homagii.* Non magis profectò, quam juramentum, quod Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ Aquisgranenſis præſtari ab Imperatoribus ſolet in unctione & coronatione Aquisgranenſi. Nam utriusque ſacramenti idem ſcopus, eadem eſt intentio, nempe Eccleſiæ, ut Aquisgranenſis trans Alpes, ita Romanæ cis Alpes, advocatia atque defenſio, in juribus & privilegiis earum conſervandis cuſtodiendisque.

Ibidem. LUDOVICI IV. Conſtit. Ne fideles Imperii coram alio judicio &c.

Et Actis publicis Anno 1550. impreſſis cum indice vulgati ad hunc modum concepto: **Unſer Wolffgangs von Gottes Genaden Adminiſtrators des Hochmeiſterthums in Preuſſen/ Meiſters Teutſches Ordens in Teutſchen und Welliſchen Landen/ Probſts und Herrens zu Elwangen/ Bericht/ was unſer nechſter Vorfar ſeliger und Wir/ wircklicher Execution halben der Preuſſiſchen Acht biß allhier haben gehandelt.** Geminam conſtitutionem edidit Carolus V. Imp. quam poſuimus infrà ſub titulo *De juriſdictione Romani Imperii*, Anno 1548.

Pag. 87. & ſeqq. EJUSDEM Conſtitut. de Divortio &c

Editæ primùm ex MSS. & Bibliotheca Marquardi Freheri Conſiliarii Palatini, cum Conſultationibus eadem de re Guilhelmi Occami & Marſilii Paduani; & iterum in Germanicarum rerum Scriptoribus tomo I. in additionibus Freheri ad Hainrici Rebdorffenſis Monachi Annales, Anno M. CCC. XLI.

Pag. 90. ACTA Comitiorum Francofurtenſium.

Refert M. Albertus Presbyter Argentinenſis in Chronicis. Videantur, qui fuſiùs de his Comitiis tractarunt, Albertus Krantzius in Saxonia, Hugubaldus Mutius in Chronicis German. & Caſpar. Hedion in Eccleſiaſt. Hiſtor.

RU-

RUPERTI PALATINI Conſtit. de Electoratu Bohemiæ. Pag. 91.

Et eodem volumine, ex quo ſuprà Rudolphi Imp. conſtitutionem de eadem re adduximus.

CAROLI IV. Conſtit. de Privilegiis Clericorum. Pag. 92.

Et impreſſo libello, cui titulus: *Privilegia Clericorum, & quadam alia utilia hic continentur.* In fine legitur: *Impreſſa ſunt hac Privilegia Clericorum Auguſtæ, Anno Domini MCCCCCVI.* Hæc autem Caroli IV. conſtitutio data primùm fuit Pragæ, cujus MS. exemplar nacti ſumus Hamburgâ à ſæpius laudato Clariſſimo Erpoldo Lindenbruchio: repetita dein Tangermundæ, cujus copia, ſed ſubſcriptionibus truncata, in dicto libello continetur. Nos utriuſque diſcrepantias ſtudioſè ad marginem annotavimus. Porrò de vigore & auctoritate tùm Friderici II. tum hujus & ſequentium Bonifacii Papæ, Concilii Conſtantienſis, Martini Papæ, & Sigiſmundi Imp. quid ſentiendum ſit, & num vim legis in Imperio acceperint, diſceptat Cæſarius Branchedaurias Taurinenſis in Oratione ad Imperatorem & Principes, editâ in libro, cui index: *Monita Politica ad Sacri Romani Imperii Principes de immenſa Curia Romana potentia moderanda.*

EJUSDEM Conſtit. de Electoratu Bohemiæ. Pag. 93.

Et hæc eſt in illo volumine, quo de minus dudum diximus.

BONIFACII PAPÆ Decretalis. Pag. 95.

Hæc verò in dicto libello Privilegiorum Auguſtæ Vindelicorum impreſſorum.

WENCESLAI Edictum de Papæ & Sacerdotum emendatione. Pag. 96.

Edictum ab Hulderico de Hutten Equite Franco, Anno 1520. in libello, qui inſcribitur: *De Schiſmate extinguendo, & vera Eccleſiaſtica libertate adſerenda Epiſtola aliquot mirum in modum libera, & veritatis ſtudio ſtrenua. Vide Lector & adſicieris. Huttenus in lucem edit.* Sunt illæ Epiſtolæ trium Academiarum, quarum in ipſo Edicto mentio, quas, ut ipſum Edictum rectè queas intelligere, me auctore conſules: & propediem exemplaria ſperabis in nova Schiſmaticarum rerum editione, quæ adornatur.

CONCILII CONSTANTIENSIS Conſtitut. de Libertate Eccleſiaſtica. Pag. 97.

In calce tomi ſecundi Conciliorum editionis primæ Colonienſis, Anni MCCCCCXXXX. cum hoc lemmate: *Confirmatio conſtitutionum Friderici Secundi & Carolina, cum multis adjectionibus per Concilium Conſtantienſe in XIX. ſeſſione, quibus libertati Eccleſiaſtica plurimùm favetur, & ob id adjiciendam præfato operi conſtituimus, ut ex illa, quantum deferendum ſit Eccleſia, quiſque agnoſcat.* Et poſteà vidi etiam à Binio iterari in Concil. general. tomo III. part. II. pag. 1657.

EJUSDEM Decretum de Solvenda Decima. Pag. 104.

Habetur ibidem conjuncta cum ſuperiori conſtitutione, & in fine ejus appenſa.

MARTINI PAPÆ Decretalis. Ibidem.

Ex Statutis Provincialibus Salzeburgenſis Eccleſiæ in Synodo Muldorfenſi decretis Anno Domini 1490. in quorum calce leguntur hæc verba: Quibus temporibus Carolina debeat publicari. *Statuimus & diſtrictè precipiendo hoc ſancto approbante Concilio mandamus, quatenus dicta conſtitutio Bulla Carolina, ſingulis annis, perpetuis futuris temporibus, in Dominicis quatuor temporum, per omnes & ſingulos Plebanos aut eorundem Vicegerentes per noſtram Provinciam, nulla excuſatione obſtante publicetur.* Ipſi autem Decretali lemmatis loco præfixa ſunt iſta verba: *Sequitur confirmatio Carolina per Martinum Quintum Papam in Latino & vulgari publicanda, ut infrà per ſtatutum.* In fine annus & locus editionis notatur: *Impreſſum Auguſta per Erhardum Ratdolt, quinto Kal. April. M. CCCC. LXXXXI.*

SIGISMUNDI Conſtit. de Privilegiis Clericorum. Pag. 107.

Ex eodem, quem ſuprà expreſſimus, Privilegiorum libello.

MAXIMILIANI I. Conſtit. tres de Blaſphemis, Judicio Weſtphalico, & Vinis. Pag. 110.

Translatæ ſunt ab innominato interprete ex Germanicis exemplaribus, quæ in Receſſibus Imperii Moguntinis leguntur.

EJUSDEM Articuli militares. Pag. 116.

Ex Juſtini Gobleri Goarini JC. Annotationibus in D. Caroli V. Imp. Conſtitutionem Politiæ Imperialis, cap. 5.

EJUSDEM EDICTUM CONTRA VENETOS. Pag. 117.

Ex Gaſparis Scioppii &c. Scaligero Hypobolimæo, in calce libri ultimi inter alia Diplomata.

GRAVAMINA Germanicæ Nationis. Pag. 119.

Ad incrementum Germania & Dei gloriam, Seleſtadii impreſſum in officina Schüreriana, Anno 1518. Relata leges hæc Gravamina & in Faſciculo rerum expetendarum Ortuini Gratii Profeſſoris quondam in Academia Colonienſi, & in Catalogo teſtium Veritatis Matthiæ Flaccii Illyrici, & in Col-

Collectan. Joan. Wolphii J. U. D. & in tomo ſecundo Germanicorum Scriptorum Marq. Freheri Conſiliarii Palatini, & in editione Ambergenſi der Alten Reichs-Abſcheidt &c. & fortaſſis alibi. Nos cum MS. cod. collatum emendavimus & auximus.

Pag. 123. **EPITOME Pragmaticæ Sanctionis.**

Excuſa Seleſtadii ab eodem Schürerio cum licentia Imperatoris Maximiliani I. & repertia in Catalogo Teſtium Veritatis Matthiæ Flaccii Illyrici.

Pag. 127. **EJUSDEM MAXIMILIANI Conſultatio de Expeditione Turcica.**

Comparavimus olim ex Bibliotheca Theophili Maderi Medicinæ Doctoris & Profeſſoris quondam in Academia Heidelbergenſi.

Pag. 140. **EJUSDEM Reſcriptum de Luthero.**

In Operum D. Martini Lutheri tomo primo, editionis Wirenbergenſis pag. CCIIII. & apud Johannem Schleidanum lib. 1. Commentarior. de Statu Religionis & Reipubl.

Pag. 141. **ELECTI ROMANORUM REGIS JURAMENTUM.**

Refert Joannes Schleidanus lib. 1. Rerum in Eccleſia & Republ. geſtarum. Integrum Carol. V. Imp. Juramentum exhibuimus in tomo priore hujus Collectionis. Porrò de uſu, fide & auctoritate hujus Pacti & Juramenti quam fuſiſſimè diſſerimus ad Germanicum exemplar, quò Lectorem remittimus noſtri ſermonis gnarum ac peritum.

Pag. 142. **CAROLI V. Miſſiva ad Lutherum.**

In Operum D. Martini Lutheri tomo ſecundo Jenæ & Wittembergæ impreſſo.

Ibidem. **EJUSDEM Reſcriptum de Luthero.**

Obtulit Imperatori ſua manu perſcriptum lingua Burgundica. Tranſtulit in ſermonem Latinum Laurentius Surius Carthuſianus Monachus in Commentario Rerum in orbe geſtarum, & ante eum Bernardus Lutzenburgus Ordinis Prædicatorum in Catalogo Hæreticor. lib. 5. partic. 5. ſed ſtilo inepto & planè barbaro. Verum qui Imperatori adoleſcenti hoc reſcriptum dictaverunt, id unum agebant, ut Pontifici Romano, cui erant emancipati, aſſentarentur, & pro gratia jurisjurandi facta, quod tanquam Rex Neapolitanus Pontifici præſtare tenebatur, hanc vicem Cæſar redderet, qua eum porrò quoque in bello Mediolanenſi adverſus Gallum ſibi obligaret ac devinciret. Quid autem ſub vitæ finem de Proteſtantium doctrina ſenſerit, fidem nobis facere potuit ejus Confeſſarius, F. Conſtantinus ex Ordine Hieronymiarum Eremitarum, quo Cæſar poſtremo vitæ ſuæ biennio familiariſſimè uſus eſt, quique morienti adfuit & ſacra communicavit. Nam hic continuò pòſt propter fidei confeſſionem captus, & Valliſoleti publicè ſub elogio hæretici Lutherani combuſtus eſt. Qua de re videatur ſummi judicii, ſummæ doctrinæ ſummæque fidei ſcriptor, Jac. Auguſt. Thuanus, Nobiliſſ. & Ampliſſimus Curiæ ſupremæ Pariſienſis Præſes, in Hiſtoria ſui temporis.

Pag. 143. **EJUSDEM Edictum Wormatienſe.**

In priori tomo retulimus verſionem Johannis Cochlæi Theologi Pontificii; quam quia nonnulli malæ fidei atque falſi arguunt, eorum voluntati hoc dandum eſſe perſuaderi nobis paſſi ſumus, ut ipſius Lutheri translationem pariter exhiberemus: quamvis cur magnopere de hoc edicto laboremus, cauſſam non eſſe videam, cujus uſus jam pridem olim nullus, quippe quod à communibus Imperii Ordinibus per conſtitutionem de Pace Religionis caſſatum, irritum, annullatum atque prorſus ab uſu ſit ſublatum. Exſtat autem in dicto tomo ſecundo Operum Lutheri, cum præfatione, gloſſis marginalibus & admonitione finali ipſius Lutheri, præfixa hac inſcriptione: *Duo contraria & inter ſe pugnantia edicta de Lutheri negotio.* Cauſſam, qua cauſſa Imperator motus hoc edictum propoſuerit, hiſce verbis aſſignat idem Thuanus lib. 1. ſcribens: *Cum Leo Lutherum ſacris interdixiſſet, & inaugurationem Caroli in Regem Romanorum contra clauſulam, qua Reges Neapolitani in fidem à Pontificibus Romanis accipiuntur, adprobaſſet, primis Comitiis, quæ novus Cæſar anno ſequenti Vormatiæ habuit, ut Leonis gratiam aucuparetur, Lutherum item proſcripſit, & inito cum Pontifice fœdere de Gallis Inſubria atque adeo tota Italia expellendis continuò conſilium cœpit.* De eodem edicto ſcribit Schleidanus, ſanus & probus auctor, lib. 3. *Ajunt edictum hoc à paucis aliquot fuiſſe conflatum. nam ex Electoribus nonnulli fatentur, non ſe fuiſſe conſcios, ut ſuo loco de Colonienſi dicetur. Moguntinus, qui Cancellarius eſt Imperii, multum in hiſce rebus poteſt utcunque ſit, ea lata ſententia, permagnam Cæſar iniit gratiam, ita quidem, ut à Gallis abalienato prorſus animo fœdus cum eo Pontifex intret.* Unde patet, nec damnationis Lutheri omnes Imperii Ordines conſcios fuiſſe; & quid ipſe Cæſar proſcriptione hac quæſierit. Certè ipſius exſequendi modus ſatis nobis fidem facere debet, non falſum eſſe Schleidanum. David Chytræus In Orat. de Carolo V. Imp. *Etſi enim incitatus à Pontificiis Carolus edicta in religionem noſtram duriora aliquoties propoſuit: tamen ſingulari animi æquitate & moderatione, executionem amplius viginti quinque annis diſtulit, & inſtitutis congreſſibus & colloquiis de tota religionis doctrina amice benevolè componere controverſias ſtuduit, donec tandem politicos prætextus ſpecioſos adeptus, Principes quosdam & Civitates confœdera-*

deratas, armis ad officium redigendos eſſe cenſuit, & tamen hos victos ac ſupplices in gratiam pleroſque benignè recepit. Porrò exſtat hoc edictum & apud Adrianum Barlandum in Chronic. Ducum Brabantiæ, cap. 178.

EJUSDEM Reſcriptum ad Cardinales. Pag. 149.

Typis editum Lovanii cum ſuperimpreſſis inſignibus Caroli V. inſcripto hoc titulo; *Exemplar litterarum Sereniſſimi Caroli Regis Romanorum reverendiſſimis Cardinalibus ſacroque Romano Collegio.*

EJUSDEM Edictum de Cauſa Lutherana. Pag. 150.

In Operum D. Martini Lutheri tomo ſecundo, ubi adjunctus exſtat ipſius Lutheri tractatus, *Contra calumniatores & falſarios Edicti Cæſarei, ad Cæſar. Majeſtatis Vicarium, Electores cæteroſque Principes & Status Imperii Norinbergæ in Conventu congregatos, &c.*

EJUSDEM Mandatum ad Mansfeldenſes. Pag. 152.

In dicto tomo ſecundo Operum Lutheri conjunctum legitur cum Edicto Wormatienſi.

EJUSDEM CONSTITUTIO DE FRATRUM SOrorumque liberorum hereditate. Pag. 154.

Translata ab innominato interprete de Germanico exemplari, quod in Receſſibus Imperii Moguntinis legitur.

EJUSDEM Conſtitutio de Anabaptiſtis. Pag. 155.

Translata ab eodem interprete. Confirmantur hac conſtitutione leges veterum Imperatorum, quæ habentur in tit. Cod. *Ne ſanctum baptiſma iteretur.* ubi videantur Interpretes.

CONFESSIO AUGUSTANA. Pag. 156.

Si quod Imperatorum veterum & Principum Christianorum fuit in conſervandâ Nicænâ Confeſſione, Conſtantino Magno Nicææ in Concilio à Catholicis Epiſcopis oblata, & novis non admittendis ſtudium, eadem noſtrorum Principum fuiſſet in Auguſtanâ retinendâ & propagandâ diligentia, & ipſi antiquam illam ſervare maluiſſent, quàm novas ſubinde comprobare, æquabilius atque conſtantius ſe res Chriſtianæ haberent. Nunc poſtquam ab antiqua illa abiri cœptum eſt, & aliæ atque aliæ identidem à maleferiatis Theologis excogitatæ, non poterat non res Chriſtiana turbari, unitas Eccleſiæ ſcindi, & deteſtabilia inter nos ſchiſmata oboriri. Ad quæ (quod in votis eſt) conſopienda & oblivione perpetuâ (ſi fieri poſſit) oblitteranda, viſum eſt revocare primigeniæ editionis exemplar κατὰ τὸ ῥητὸν exhibitionis in ipſis Comitiis factæ: quippe quæ & procerum Ordinumq; conſenſu publicata ſit, & communibus votis confirmata atque comprobata. Id ipſum ratio inſtituti noſtri, exigit, qui acta publica eo planè modo referre, quo publicè in Comitiis & Judiciis Imperialibus geſta ſunt, propoſuimus. Nam poſteriores editiones, quamvis ab ipſo Confeſſionis architectone & compoſitore, D. Philippo Melanchthone, ſint emendatæ & paſſim interpolatæ, tamen non ab omnibus receptæ fuerunt, ut vel ex actis Conventus Naumburgenſis liquet, & conſtat omnibus. Ea operæpretium eſt cognoſcere ex Jac. Auguſti Thuani, Curiæ Lutetianæ Præſidis, Hiſtoriar. lib. 28. Anno cIↃ IↃLXI. *Convenerant* (inquit) *Neoburgi XIII. Kal. Febr. Principes Auguſtanæ Confeſſioni addicti, Fridericus Palatinus. Auguſtus Saxo VII. vir, Joh. Fridericus Saxo, Volfgangus Palatinus, Erneſtus & Philippus Brunſuici Duces, Ulricus Megalopolitanus, Chriſtophorus Virtembergicus, Carolus Badenſis Marchio, Erneſtus Princeps Hennebergenſis:, Legati inſuper Joachimi Brandeburgici VII. viri, Johannis & Georgii Friderici Brandeburgicorum, Philippi Landgravi, Barnimi & Johannis Friderici Pomeraniæ Ducum, aliorum item. Rex Daniæ & Luneburgici Principes tantum literas benevolentiæ ac conjunctionis ſuæ in ea cauſa teſteis miſerant. Ibi quia Concilii indicendi jam fama percrebuerat, & qui Auguſtanam Confeſſionem profitebantur, in crimen vocabantur, quaſi non Confeſſionis ejuſdem, ſed confuſionis ſocii eſſent, quippe tanta ſeu diverſitate ſeu repugnantia multorum licentia coorta, ut quæ alii amplectantur alii palam impugnent, de ea denuo communi ſubſcriptione renovanda & confirmanda, tum de Concilio, an à Principibus Proteſtantibus adiri vel recuſari deberet, actum eſt. Primum quidem placuit, ut VII. viri & ceteri Principes, Confeſſionem Auguſtæ Vindelicorum Carolo Cæſari anno hujus ſeculi XXX. exhibitam nunc denuo confirmatam ac ſubſcriptam Ferdinando, non leviter Pontificiorum criminationibus, ut ipſi ajebant, turbato ſui purgandi cauſa mitterent, eamq; in futuro Concilio, quod Pontifici moliebantur, jam certam ac ſibi conſtantem ſuarum eccleſiarum nomine proponerent, ne ſi ſinguli ſuam ſeorſim exhiberent, majori ludibrio ejus Confeſſionis ſocii exponerentur. Tum prolata diverſa Confeſſionis illius editiones & exemplaria, atque illud inprimis quod in Conventu Auguſtano, quo pax Imperii ſancita eſt, Georgii Spalatini & Joh. Brentii manuſcriptum Johannes Fridericus Saxo & Virtembergicus plane cum aliis & cum prima inprimis editione Vittembergenſi paucis exceptis congruere dicebant. Verum Palatinus & Saxo VII viri recentiorem editionem, quæ non rebus ipſis, ſed verborum copia tantum atque interpretationis perſpicuitate à priori differret, & complurium manibus tereretur, recipi urgebant. Tandem cum alii Principes & fere abſentium Legati eoſdem articulos, qui Carolo Cæſari olim exhibiti fuiſſent, ſubſcribendos cenſerent, VII viri ea conditione aſſenſi ſunt, ut præfatio nova adderetur, in qua poſterior quoque illa editio Confeſſionis & Apologiæ tanquam cum priore conſentiens approbetur, & loca quædam in priore illa ad transſubſtantiationem alludentia, item de pompa ac circumgeſtatione ſacramenti omittenda, quæ diviſio ſacra-*

cramenti cum Chriſti inſtitutione non conveniat, de Miſſa item non abolita ac ſimiles controverſiæ amplius explicentur. Præterea VII. viri etiam Confeſſionis Saxonicarum eccleſiarum ac Francofurtenſis Conventus mentionem in proœmio fieri volebant. Sed cum rurſus Io. Fridericus Saxo & alii Smalcaldicos potius Articulos repetendos cenſerent, nihil ex iis præfationi inſertum eſt. Præfationem à Cracovio & Ebemo VII. virorum Conſiliariis ſcripto mandatam & coram Principibus lectam plerique probarunt; alii contra & ſubſcribere recuſarunt, & cum iis aſſenſum præbere, qui errores ac ſectas cum Dei verbo & Auguſtana Confeſſione pugnantes foverent; obliquè Palatinum VII. virum ſugillantes, qui Tilemanum Heshuſium Lutheri de cœna controverſia ſententiam propugnantem nuper Heidelberga dimiſerat. *Neque verò ferendum dicebat Fridericus Saxo, quod in præfatione falſo nec citra fucum jactabatur, nulla eſſe in Germanicis eccleſiis diſſidia, cum omnium oculis & auribus ea ſubjecta ſint, & inde Pontificiis non calumniandi tantum, ſed vanitatis ac mendacii manifeſti ſocios convincendi anſa præbeatur.* *Itaque Confeſſionem non anno quadrageſimo editam, quæ plerisque locis immutata eſſet, ſed novennio antè excuſam retineri & Smalcaldicos Articulos declarationis loco proœmio inſeri denuo petiit.* *Quod cum non impetraret, ceteris, ut hunc Principum conſenſum & conjunctionem ad refutandos ac coercendos communes hoſtes neceſſariam non impediret, hortantibus, ſpatium deliberandi ſumpſit, intra quod ſententiam ſuam de re tota ſcripto comprehenſam Senatui exhibuit, ac poſtridie, cum nihil obtineret, Neoburgo diſceſſit. Cum de Concilio Tridenti indicto inter ſocios deliberaretur, diverſa ſententiæ erant, aliis id omnino recuſandum cenſentibus; aliis placebat, Legatos eo à ſingulis Ordinibus mittendos, per quos ſe ad reddendam fidei ſuæ rationem in libera ac Chriſtiana Synodo offerrent, & gravem contra Pontificem & Curiam Romanam accuſationem inſtituerent, coramque exceptiones uſitatas & rejectiones de ſuſpectis judicibus, perverſo juris ordine & loco incommodo proponerent, id multum ad levandam invidiam, quam ſuſtineant, quaſi Synodi legitimæ auctoritatem defugiant, profuturum, omnesque ex eo intellecturos, non per ſe, ſed per hoſtium ambitionem ſtare, quo minus concordiæ ſarciendæ ratio ineatur, ac proinde in poſterum minus à Germanicis eccleſiis alienos fore. Tum ad Johannem Fridericum Saxonem Legatos deſtinant, qui ſignificarent, nihil magis optaſſe Principes, quam ipſum ad finem Conventus Neoburgi permanere. Verum quando excuſationem ipſi de diſceſſu acceperint, hoc illum ſcire velle ſubſcriptionem Auguſtanæ Confeſſioni, propter quam convenerint, à ſe decretam eſſe, atque ut deſiderio ipſius ſatisfieret, additam in præfatione de Cœna Domini antitheſin: Proinde petere, ut ei ſubſcribat.* *Quod ſi nolet, ſaltem petere, ut clamores ſuorum Theologorum cohibeat, & efficiat, ne Neoburgenſis Conventus, ut anteà Francofurtenſis, acta, Samariticum Interim, publicè nominent, aut ſcriptis editis criminentur. alioquì ſe viciſſim & innocentiam ſuam & Conventus illius originem ac progreſſum amplius explicaturos, & omnia denique facturos, quæ cauſæ hujus magnitudo ac neceſſitas requireret. His actis ſocii diſcedunt.* De hoc eodem Naumburgenſi Conventu ſcribit Simo. Schardius JC. & Cameræ Imperialis Aſſeſſor in Epitome rerum geſtarum ſub Ferdinando I. Imp. *Hoc eodem men e (ſc.* Januario Anni 1561. *Cum Electores & Principes Germaniæ Confeſ. Auguſt. adhærentes, Neuburgi in Thuringia conveniſſent, ut de tuenda Auguſt. Confeſſ. anno triceſimo Imperatori Carolo exhibita, deliberarent, quòd multos ſiniſtros ſermones de ſe ſpargi coram Imp. Ferdin. audiviſſent* Ibidem in reſponſo Procerum Legatis Pontificiis dato: *Injuſtè etiam oratione veſtra ſeſe taxari, Illuſtr. Principes affirmant, quod nullam fidei certitudinem habeant, ſed tot nunc ſint Evangelia, quot Doctores, tot religiones, quot voluntates. Extat n. non ſolum de omnib. fidei articulis perſpicua ipſorum Confeſſio, Imperatori Carolo V. Auguſtæ anno XXX. exhibita, verum etiam variis hactenus editis ſcriptis cœleſtis doctrinæ veritas illuſtrata & explicata eſt.* Et poſtibi: *Electores ac Principes literis ad Imperatorē ſcriptis teſtati ſunt, ſe Confeſſionē illam Auguſtanā unanimiter retinere, paratosque eſſe ex verbo Dei illius rationē reddere.* Exhibemus ergò hujus Confeſſionis primigeniū exemplar, cujus nobis copiam fecit Reverendus p.m. M. Johannes Steindeckerus, Eccleſiaſtes Francofurdianus. Nam eam, quam ex Originalibus & protocollis Electorum Saxoniæ & Brandenburgici tomo *II.* Hiſtoriæ Comitiorum Anno M. D. XXX. Auguſtæ celebratorum dedit Georgius Cœleſtinus, nondum videramus, cùm hæc imprimerentur. Nihil autem quidquam addidimus, præter marginales notas & numeros distinctionum, quò cum memoriæ tum quærendi ciſanriq; labori ſuccurreremus. Cur enim, quod aliis in ſacris Bibliorum libris licuit, ut eos in capita, & hæc porrò in verſiculos, præter Prophetarum & Apoſtolorum inſtituta, diſtinguerent, nobis hoc in libro interdicatur? In quo revidendo recenſendo & collationando uſus ſum opera ejusdem Steindeckeri electionis unius atq; alterius varietate ad marginem annotata. Quid autem repetita Melanchthonis editio ab hâc noſtra primigenia differat (differre autem ne hilum quidem æquus candidusque lector reperiet) indicabit facta & oppoſita utriusque editionis collatio, quæ habetur in libro Lipſiæ impreſſo cum hoc titulo: *Corpus doctrinæ Chriſtianæ, quæ eſt ſumma orthodoxi & Catholici dogmatis, complectens doctrinam puram & veram Evangelii Jeſu Chriſti, ſecundum divina Prophetarum & Apoſtolorum Scripta, aliquot libris fideli ac pio ſtudio explicata à Reverendo viro D. Philippo Melanchthone: nunc edita ad uſum Eccleſiæ ſanctæ publicum & privatum: & ad teſtimonium conſtantiæ atq; conſenſus confitentis & profitentis veritatem æternam doctrinæ cœleſtis, integram ac ſinceram, in Eccleſiis & Scholis regionum Saxonicarum & Miſnicarum, ſubditarum ditioni Principis Electoris Saxoniæ, his totis annis XXXI. ex quo Auguſtana Confeſſio oblata & edita eſt: & ad* REFUTATIONEM MENDACIORUM *ac calumniarum malevolentia & obtrectationum. Lipſiæ cum Privilegio Pr. Auguſti Elect. D. Saxoniæ, Anno M. D. LXXII. Johannes Rhamba excudebat.* Faxit Deus Opt. Max. ut ſchiſma in Eccleſia obortum gratiâ, miſericordiâ & benignitate ejus divina alluceente reſarciatur, pax & unitas Eccleſiæ reſtabiliatur, animorum diſſidia concilientur cha-

charitas Chriſtiana reſtauretur, & ut corporibus, ita amoribus quoque homines in eadem Republica degentes paſſim conjungantur. Quod ſperamus aliquando in generali omnium Proteſtantium Principum & Rerumpublicarum, non Germaniæ tantum, ſed & vicinarum gentium, Conventu fore; equidem ex animo vovemus, & à cœleſti numine precamur, FIAT, FIAT, AMEN.

PRINCIPUM AC ORDINUM PROTESTANTIUM REſcriptum de injuſtis Proceſſibus Cameræ. Pag. 170.

Impreſſum cum hoc titulo: *De injuſtis Proceſſibus Judicii Cameræ Imperialis, proteſtatio & petitio Principum, & cæterorum Confœderatorum in cauſa veræ religionis & puræ doctrinæ Chriſti.* 1538.

ACTA Colloquii Ratiſponenſis. Pag. 182.

Excuſa & proſcripta cum hoc indice: *Acta Colloquii in Comitiis Imperii Ratiſponæ habiti: hoc eſt, Articuli de Religione conciliati, & non conciliati omnes, ut ab Imperatore, Ordinibus Imperii ad judicandum & deliberandum propoſiti ſunt. Conſulta & deliberata de his Actis Imperatoris, ſingulorum Ordinum Imperii, & Legati Romani. Per Martinum Bucerum. Argentorati, menſe Septembri, M. D. XLI.* Quem librum qui volet horum Actorum pleniorem cognitionem habere, & rerum publicarum certiorem inſtructionem, eſt uti legat. Nos nuda Imperatoris, Ordinum & Legati Pontificii ſcripta more noſtri inſtituti excerpſimus; interim ad veritatem argumenta dare, ſi quis deſideravit, non detrectaturi. Quinam autem fuerint tum articuli conciliati, paucis his verbis breviter explicat Bucerus pag 74. *Perpendendum pius quam prudens & ſalutare toti Germaniæ, imò univerſæ Eccleſiæ Chriſti Conſilium Imperator Ordinibus Imperii in eo ſcripto obtulerit, quod propoſuit de conciliatis in Colloquio articulis admittendis, & ſecundum eos re Eccleſiaſtica inſtauranda, vel uſque ad generalem Synodum, vel donec aliqua alia legitima via & ratione & adſentientibus Ordinibus Imperii, melius aliquid ſtatueretur. Hi enim articuli in Colloquio conciliati ſunt. Quid ſentiendum & docendum ſit de viribus humanis, ante & poſt regenerationem: De peccato originali, ejusq; vi, tam in renatis quàm non renatis: Quid de Juſtificatione, hoc eſt, ſumma doctrinæ Chriſtianæ, de regeneratione hominis, de vi Spiritus Sancti regenerantis: De fide: De gratia Dei & merito Chriſti: De bonis Operibus, deq; horum & pretio & mercede: De eccleſia & notis ejus: De vanis & falſis Eccleſiæ membris: De canonicis ſcripturis & earum auctoritate: De judicio Eccleſiæ & Conciliorum, quod ſcilicet cum Scripturis ſemper conſentire debeat: De virtute & utroque uſu Sacramentorum: De pœnitentia: De miniſteriis Eccleſiæ miniſtrorumque in Eccleſia auctoritate: De traditionibus Eccleſiaſticis: De ſanctorum memoriis & reliquiis: De imaginibus: De miſſa, quod in ea nemo externo operi, ſed Chriſto tantum fidere & ejus propria fide amplecti ſacrificium debeat, quod denique celebrari non debeat, niſi ſint qui ſpiritualiter cum ſacerdote communicent, quibus & myſterium Chriſti, ut ſuum Amen reſpondeant, dignè explicandum ſit: De integro ſacramento populo impertiendo: De eccleſiæ diſciplina, & quod ad Clerum & ad populum attinet: De canonica electione, ordinatione, miniſterio, vita, correctione Miniſtrorum omnium graduum: De viſitatione: De Synodis. De his omnibus inquam, tam multis tamque latè patentibus dogmatis & ritibus in Colloquio convenit.* Deum immortalem, quantum viæ tum emenſum ad pacem Eccleſiæ conſtituendam! Idem Bucerus in præfat. ad libellum de Vera reconciliat. *Nihil quidem magis expeto, quàm Eccleſias Chriſti rurſus conjungi, ſed non niſi in Domino, in quo & conſociabuntur cõplenius, & cohærebunt firmius, quo doctrinam ejus fuerint purius amplexæ, & ſe ejus diſciplinæ humilius ſubmiſerint. Quod ſanè difficile non erit, cum Imperatori, Concilio Electorum, longeque majori parti reliquorum Principum & Statuum conciliatio in Colloquio Ratiſbonenſi conſtituta de vitiato hominis ingenio & perditione, de juſtificatione & regeneratione, de vero Dei cultu, de uſu ſacramentorum, de diſciplina Cleri & populi comprobata ſit.*

RECESSUS CONVENTUS HANOVERANI. Pag. 235.

Refert Juſtinus Goblerus Goarinus JC. in Annotationibus ad Caroli V. Imperatoris Conſtitutionem Politiæ Imperialis cap. VII.

CAROLI V. Decretum in Negotio Pruſſiæ. Pag. 241.

Ex actis publicè impreſſis, quorum relationem ſuprà propoſuimus in Conſtitutione Ludovici IV. Bavari, *Ne fideles Imperii* &c.

ORDINATIO JUDICII CAMERÆ. Pag. 242.

Interprete Juſtino Goblero, ſub hac epigrapha: *Conſtitutio & Ordinatio Judicii Cameræ Imperialis, à Carolo V. & Ferdinando fratribus germanis, Rom. Impp. Communibusque ſacri Romani Imperii Statibus, in Comitiis Auguſtanis Anno* 1548. *Germanicè: deinde in Latinum converſa per Juſtinum Goblerum. Adjecta ſunt & alia non inutilia. Cum gratia & privilegio Imperiali, Francofurte apud hæredes Chriſtiani Egenolphi. Anno M. D. LXIV.*

CAROLI V. Reformatio Eccleſiaſtica. Pag. 325.

Impreſſa Coloniæ cum hoc titulo: *Formula Reformationis per Cæſaream Majeſtatem Statibus Eccleſiaſticis in Comitiis Auguſtanis ad deliberandum propoſita & ab eisdem, ut paci publicæ conſulerent, & per eam Eccleſiarum ac Cleri ſui utilitati commodiùs providerent, probata & recepta. Cum Gratia & Privilegio. Coloniæ excudebat Iaſpar Gennepeus. Anno* M. D. XLVIII. Fit mentio hujus Reformationis ab ipſo Imperatore in præfat. Interreligionis ſive Interim §. 11. & ab Joh. Schleidano pag. 634.

EJUSDEM MANDATUM DE JURISDICTIONE Romani Imperii.

In Symphoremate ſupplicationum tomo III. pag. 147. verbo *Imperium Romanum.*

Pag. 340. RECESSUS COMITIORUM AUGUSTANORUM.

Editus Lovanii cum hac inſcriptione: *Decreta Cæſarea Majeſtatis Ordinumque Imperii in Comitiis Auguſtanis Anno Domini* 1551. *Lovanii apud Martinum Rotarium Bibliopolam juratum. Anno* 1551. *Menſ. Jun. cum Privilegio.* Et in averſa pagina legitur: *Cæſaris privilegio cavetur, ne quis intra triennium hæc exemplaria excudat, aut alibi excuſa divendat, niſi de conſenſu Martini Rotarii Bibliopolæ jurati, velut latiùs patet in literis illi conceſſis. Anno* 1551. *Subſignavit Ph. de Lens.* In calce libri legitur: *Subſignavit Sa. Theo. Prof. Ruardus Tapper. Divi Petri Lovanienſis Decanus, ac ejuſdem Univerſitatis Cancellarius. Lovanii typ. Reyneri Velpii Dieſtenſis.*

Pag. 359. CAROLI V. Conſtit. de Judæis.

Apud Goblerum in Annotationibus ad dictam Conſtitutionem Politiæ Imperialis, cap. 20.

Pag. 361. VISITATIO JUDICII CAMERÆ.

Interprete eodem Goblero in ſupra memorato volumine, ubi de Ordinatione Cameræ retulimus.

Pag. 366. RECESSUS Comitiorum Spirenſium.

Eodem interprete in eodem volumine.

Pag. 375. CÆS. MAJESTATIS ARTICULI DE REFORMATIONE Eccleſiæ.

Hujus Reformationis mentionem facit Carolus Guiſius Cardinalis Lotharingus, Orator Regius, in Orat. in Concilio Tridentino habita Anno 1562. *Alterum,* inquit, *Legationis meæ caput eſt, quod jam à principio Regi meo Chriſtianiſſimo cum Sereniſſimo Imperatore & reliquis Regibus & Principibus viris, quorum hic Oratores clariſſimos viros habetis, fuit commune: nempe ut de reformatione, & Eccleſiæ diſciplina omnino decernatur,* &c.

Pag. 376. 379. FERDINANDI RESCRIPTA DE USU CALICIS & Sacerdotum conjugio.

Accepimus à Reverendo, Quirino Rentero, S. Theologiæ Doctore, & Academiæ Heidelbergenſis Profeſſore, Collegiique Sapientiæ Inſpectore. Rem ita narrat Andreas Dudithius Sbardellatus, Epiſcopus Quinqueeccleſienſis, Canadienſis & Tinuinienſis, Cæſ. Majeſtatis Legatus, in Orat. habita in Conc. Trident. pro permiſſione Calicis in ſacra cœna, Anno 1562. *Etſi antea ſatis perſpicere potuiſtis, quæ Cæſaris mens fuerit, cùm à ſancta Synodo Calicis permiſſionem pro regnis & provinciis ſibi ſubjectis petendam curavit, intellexiſtisq; tam ex eo libello, qui Cæſareæ Majeſtatis ſuæ nomine vobis oblatus eſt, quàm ex accurata Illuſtriſſimi Domini Mantuani primi Legati oratione, juſtis & neceſſariis cauſis Majeſtatem ſuam adductam eſſe, ut hoc peteret.* Et paulo poſt: *Quanta ſit Ferdinandi Cæſaris pietas & religio, quantumq; in Apoſtolicam ſedem ſtudium & obſervantia, ſi nunc velim apud vos commemorare, maximè verendum eſſet, ne ſancta Majeſtatis ſuæ laudibus, quæ per ſe ſunt clariſſima, tenebras potius aliquas mea oratione offunderem, quàm lucem & ſplendorem afferrem. Sed neque id apud vos, Reverendiſſimi Patres neceſſarium eſſe judico: ſiquidem apertè declaraſtis, quænam veſtra eſſet de Cæſaris optima in Catholicam religionem voluntate opinio: cum nullo alio quàm Cæſareæ Majeſtatis ſuæ, præſidio & auctoritate muniti & tecti, tam frequentes tamque alacri animo in hanc Tridentinam ſuam urbem conveniſtis. Unum igitur illud Reverendas Paternitates veſtras rogo, ut memoria repetant, nullum unquam tempus fuiſſe, non ſolum poſtquam Cæſarea Majeſtas ſua Imperii gubernacula feliciter accepit, ſed antea etiam dum Carolus pius & glorioſæ memoriæ Imperator Auguſtus viveret, in quo Ferdinandus Cæſar de juvanda religione Chriſtiana, & Catholica Eccleſia pace reſtituenda, non cogitarit, atque in eam rem omnem ſuam curam & ſtudium poſuerit, ita ut quotieſcunque opus eſſet, ne liberorum quidem otia & saluti, nedum fortunæ atque opibus parceret. At profectò in eo maximè optimi Principis dignitatem & gloriam elucere exiſtimavit, ſi operam daret, ut animi, religionis cauſa in Germania & ſacra Majeſtatis ſuæ regnis miſerè diſtracti, in concordiam reducerentur, atq; eam pacem & unitatem perfecto hujus vitæ curriculo firmam ac ſtabilem poſteris ſuis relinqueret. Quoniam verò Cæſ. Majeſtas ſua, longo rerum uſu edocta animadvertit, nullas alias graviores eſſe contentiones & querelas, quam eas, quæ ob ſacri calicis uſum interdictum ortæ ſunt: idcircò ne officio ſuo aliqua ex parte defuiſſe videretur, de hac potiſſimùm permiſſione ad ſacroſanctam Synodum referri voluit. Quâ quidem de re nos Majeſtatis ſuæ Oratores diligenter & accuratè egiſſe ſapius, tum ex eo libello, de quo antè diximus, tum ex illuſtriſſimi Domini Legati Mantuani ſermone intellexiſtis.* Et aliquando poſt: *Cum igitur Imperiales Conventus celebrentur, & de bello adverſus Turcas inferendo aut propulſando agatur, ſtatim propoſitis quibuſdam de religione capitibus, in quibus illud præcipuum eſt, ut Calicis uſus omnibus communis ſit, cæterarum rerum omnium graviſſimæ conſultationes in aliud tempus differuntur.* Iterum ibidem: *Cum Cæſarea Majeſtas intelligeret, à quam plurimis, qui imbecilliores in fide ſunt, hunc uſum exoptari, qui tamen ad unam aliquam civitatem aut gentem non pertineant, ac propterea non ignoraret, minimo negotio fieri poſſe, ut in dies multi ad Eccleſiam Catholicam redirent, ſi hoc tantummodo ſibi remitteretur, ſatis fuit ſuis Oratoribus mandaſſe, ut Cæſ. Majeſtatis ſuæ nomine hoc ipſum à ſacra Synodo peterent.* Albertus Bavariæ Dux in epiſt. ad Papam Pium IV. Monachi, Non. Febr. Anno 1564. de hoc negotio perſcripta: *Contulimus ea de re cum Reverendiſſimis Illuſtriſſimisque ſacri Romani Imperii Archicancellariis & Electoribus ſpiritualibus,*

quorum

Google

quorum communis eſt nobiſcum ſententia, ut à S. V. tanquam ſupremo rerum Chriſtianarum monarcha, deſideratiſſimam tam ad firmandos retinendosque ſaniores, quàm reducendos lapſos, opem iternis exoremus. At de ipſorum quidem Electorum voluntate haud obſcura conſtat, eos, ſi quid indulſerit miſeræ Germaniæ S. V. libenter amplexuros & executuros fore. Quamobrem unà cum ſacra Cæſarea Majeſtate S. V. humiliter & ſtudioſiſſimè oro, ut ſacri Calicis uſum iis ſaltem liberum concedat, qui ita perſuaſi aliam ſaniorem admonitionem hoc quidem tempore non admittunt, &c. In monitione Oratorum Galliæ ad Legatos Concilii Tridentini Anno 1562. facta & Pariſiis excuſa, eodem de negotio legitur: *Quod autem pertinet ad communicationem ſub utraq; ſpecie, petitum à clariſſimis Cæſareæ Majeſtatis & Bavariæ Ducis Oratoribus,* &c. Jacobus Auguſtus Thuanus, Curiæ Pariſienſis Præſes, Hiſtoriar. lib. 35. Anno cIↄ Iↄ LXIIII. *Hoc anno Pontifex miſſo in Germaniam Vintimilienſi Epiſcopo egerat, ut Concilium Tridentinum promulgaretur. & Ferdinandus Cæſar quàm ſe paratum ad obſequium oſtendebat, tam inſtanter urgebat à Carolo Archiduce filio & Alberto Bajoaro genero monitus & ſuorum periculo meditatus, ut gratia Calicis etiam non ſacerdotibus à Pontifice fieret, eamq; in rem Vienna ad eum literas dederat XVI. Kal. Mart. cum Non. Febr. Bajoarus itidem ad Pontificem ſcripſiſſet, quibus & Calicis uſum petentibus concedi poſtulabat, idque ambo illi Morono & Lotaringo Cardinalibus & Archiepiſcopis Imperii VIIviris probari ajebant, tum etiam petebant, ut ratio iniretur, qua non ſolum ſacerdotes, qui aſſertis ſuis conjugiis ſe ipſos ab Eccleſia ſeparaſſent, retentis utcumque in contubernio aſſertis illis uxoribus eidem Eccleſiæ reconciliari poſſent; ſed etiam benigne indulgeretur, ut ad exiguas Catholicæ religionis reliquias conſervandas iis locis, in quibus presbyteri eo numero, qui ſufficiat, haberi non poſſint, ab Epiſcopis viri laici juſta ætatis ac doctrina & vita inculpata ac bona fama ad miniſterium altaris & alia ſacerdotalia munia ordinari & admitti queant & alterum quidem conceſſit Pontifex, alterum omnino negavit. Quapropter Ferdinando paullo poſt fatis concedente Maxim. Cæſ. F. per Proſperum Arcuenſem Comitem datis ad Pontificem literis IIII. Kal. Xbr. cum eo egerat, ut quod ad ſacerdotum conjugia, aliquid de ſeveritate remitteret, & Noricis, Boiis, Quadis, Marcomannis, & Pannoniis ea in re gratificaretur. Nam Calicis conceſſionem eum fructum, quem optet, minime afferre poſſe, niſi & ea in parte penuria ſacerdotum laborantibus provinciis ſubveniatur, nec rem diutius differri debere, alioqui timendum eſſe, ne brevi eò deveniatur, ut ne hoc quidem remedium ſerò adhibitum huic letali Eccleſiæ vulneri ſanando ſufficiat, & beneficii ſperati procraſtinatione fiat, ut ſemper difficilior ejus curatio ſit. Addita erat litteris ſuccincta argumentorum pro ſacerdotum matrimonio contra impurum cælibatum enarratio cum mandato, ut brevis ille commentarius Cardinalibus communicaretur, cujus ſumma hæc erat: Negari non poſſe utriusque teſtamenti teſtimoniis uxores ſacerdotibus permitti, & conſtare Apoſtolos ipſos paucis exceptis conjuges habuiſſe. Quod autem Chriſtus poſt eorum vocationem mandaverit, ut ſe ab uxoribus ſepararent, nullo loco reperiri: liquere item in prima Orientali & Occidentali Eccleſia usque ad tempus prohibitionis à Calixto factæ, ſacerdotum conjugia libera ac licita fuiſſe. Proinde cum natura noſtra fragilis ſit, & omnium ætas ab adoleſcentia ad malum prona, cum caro ſit ſtimulus peccati, & arctiſſima ſit continentiæ via, paucique reperiantur, qui carnis ſtimulum non ſentiant, & in igne poſiti non ardeant, ſitq; talis ignis concupiſcentia ad perniciem devorans, Dionyſium Corinthi Epiſcopum prudentiſſime Pinytum Suffraganeum monuiſſe, ne cælibatus onus tanquam neceſſarium fratribus imponeret, ſed infirmitatis plurium rationem haberet. Sic Paphnutium in Nicæna Synodo honorabiles conſeſſum nuptias, & concubitum cum propria uxore caſtitatem eſſe aſſerentem, ſuaſiſſe Patribus, ne cælibatus legem dicerent; gravem quippe eſſe cauſſam, quæ aut ipſis ſacerdotibus aut eorum conjugibus ſcortationis occaſionem præberet. Id ſi olim ſanctè ac ſapienter dictum, & ut inde honeſtati, hinc infirmitati hominum ſubveniretur, neceſſarium exiſtimatum eſt, nunc profectò hoc infelici ſeculo verum eſſe, quo vix inter multos unus reperiatur, qui caſtum cælibatum præſtet. Nam omneis fere publicos eſſe ſcortatores, cum maximo animarum diſcrimine & populi offenſione. Præterea eam ſacerdotum penuriam eſſe ob vetitum matrimonium, ut ſcholæ Theologorum apud Catholicos vacuæ ſint, & ſpretis Epiſcopis omnes ad ſectariorum ſcholas profugiant, ibique quali quali manuum impoſitione accepta ſe paſſim ingerant, ſintq; eccleſiæ Catholicæ, ſupra quam credi poſſit, dedecori: qui tamen libertate conjugii permiſſa, omnes in Eccleſia nobiſcum manerent. Proinde ex Eccleſia bono videri, ut ipſa contra regulæ ſeveritatem ea in re aliquid indulgeat. & liceat viris ſacram vitam profeſſis vel in cælibatu permanere, vel matrimonium contrahere; deinde ut honeſti mariti, qui docti & rerum eccleſiaſticarum periti ſint, ad ſacros majores ordines admittantur; poſtremo, ut cum ſacerdotibus, qui jam antea contra conſtitutiones ſacras matrimonium contraxerint, in tanta miniſtrorum paucitate diſpenſetur, & ii per eccleſiam gratioſè ſolerentur, ac denique ut miniſtrare poſſint, ipſorum conſcientiis relinquatur. Valde enim abſurdum eſſe, ſacerdotes conjugatos removere, ſcortatores verò, qui contra legem divinam & humanam ſimul peccant, delinquenteis pati; quod ſi ii caſtitatis voto aſtringendi videantur, certe ad ſacerdotium promoveri non debere, niſi qui provecta jam ætate ſint, & de quibus ſpes certa concipi poſſit, ut cælibatum piè & inviolatè colant. Nec verò ſatis firmum videri eorum argumentum, qui propter conſervanda bona eccleſiaſtica cælibatum mordicus retinendum cenſent: quippe iis reſpondendum eſſe, an deceat Eccleſiam tot animarum periclitatione conſervandis bonis invigilare, cum eorum indemnitati per ſolemneis deſcriptiones & inventaria, perque alias ejuscemodi legitimas cautiones abunde proſpici poſſit. Quibus tamen rationibus & argumentis, quantumvis inſtante Cæſare, & re ipſa urgente nihil à Pontifice, jam poſt Concilium ſemel dimiſſum ſecuro, impetrari potuit.*

MAXIMILIANI II. RESCRIPTUM DE Conjugio ſacerdotum.

Pag. 381.

Idem Thuanus lib. 36. Anno cIↄ Iↄ LXV. *Maximilianus primis Imperii auſpiciis, ut ditionum ſuarum populos partim captata quibus poterat juſtis rationibus ipſorum benevolentia, partim impendentis*

periculi oſtentatione ad conſtantiam hortabatur, & pecuniam, homines, arma ac cetera ad tantum bellum neceſſaria parabat. cumque videret in Boemia præcipuè & Pannonia ſuperiore paſſim fremere homines, quod de calicis in cœna uſu & conjugio ſacerdotum, quod à Concilio Tridentino expectaverat, ſibi non ſatisfieret, ut eos placatiores & paratiores ad omnia haberet, & ipſe apud Pontificem urgebat, ut promiſſa, quorum ſpem Ferdinando, & ſibi à Pontifice per Cardinalem Moronum, dum Concilium urgeret factam meminerat, tam neceſſario tempore repræſentarentur. Nec abnuebat omninò Pontifex, cujus poteſtati hoc negotium à Concilio indeciſum permiſſum fuerat, à Morono perſuaſus, & ab ea re antea non ita alienus: ſed Cardinalis Pacecs inſtigante Philippus exemplum in Belgio veritus, Petrum Avilam eodem tempore, quo Cæſareos Legatos miſſurum intellexerat, Romam mittit, qui Pontificem ab eo conſilio dehortaretur, tanquam Chriſtianæ eccleſiæ ſummè pernicioſo, his maximè rationibus, quod minimè expectandum eſſet, ut ea re ſectarii placati ad officium redirent, ſed potius verendum, ne hoc illis ad majora audenda animos faceret. Nam ita ingenium eorum eſſe, ut non iniquum petant, ut æquum ferant, ſed potius ab iis quæ æquitatis ſpeciem in ſe habere videntur, ducto initio, per ea ad iniqua poſtulata impetranda ſibi gradum faciant. Itaque potius eſſe ut ſpei omni illis præcidatur, & moneantur, ad unionem Eccleſiæ pertinere, ne plus iis quàm aliis concedatur, ut cum unius & ejuſdem Eccleſiæ membra ſint, eadem ſacra, ritus, ceremonias cum ceteris colant. Itaque Pontifex inſtante Cardinalium Collegio re dilata & renovata in poſterum ſpe, in præſentiarum Cæſaris petitionem eluſit.

Pag. 383.

EJUSDEM RESCRIPTUM DE LANIENA PARISIENSI & Belgica ſeditione.

Vulgatum eſt in libro, cui index: *Ingenua & vera Oratio ad Regem Chriſtianiſſimum perſcripta, de eo quod poſtulatur, ut Jeſuitæ reſtituantur in regno Galliæ; unà cum locorum quorundam & phraſeon, quæ illis, quibus res Gallicæ non ita nota, obſcura & dubia videri poſſent, declaratione. EDITIO SECUNDA. Quid auctarii loco huic iterata editioni acceſſerit, averſa docebit pagina. Hanoviæ, M. DC. III.* Quanto pacis publicæ ſtudio Maximilianus Cæſar flagrarit, quamque pacifico fuerit ingenio & æquitatis tranquillitatisque percupido, in negotio præſertim Religionis & conſcientiarum, agite dicamus ex Orat. funebri de D. Maximiliano II. Imp. Johanne Cratone à Craftheim, Conſiliario & Medico Cæſareo, &c. ſcripta, ubi inter alia legitur: *Optimum Cæſarem nunquam ſibi de alterius conſcientia judicium ſumpſiſſe: ſed perpetuò in cura religionis vim ab animis hominum removiſſe. Clarè enim pluribus audientibus, ante annos decem, cum Antiſtitem Olmucenſem Guilielmum alloqueretur, hoc eſt profeſſus: NULLUM PECCATUM GRAVIUS ESSE, QUAM CONSCIENTIIS VELLE DOMINARI. Meminerunt etiam multi, quid Principi regnum fugienti, & eadem fuga appetenti,* (Henrico III. Poloniâ relictâ patrium Galliæ regnum, fratre Carolo hujus lanienæ auctore defuncto, repetenti) *cum ad ſe divertiſſet, ſubridens dixerit: Eos nimirum, qui in conſcientias ſibi imperium ſumunt, cœli arcem invadere, non rarò poteſtatem, quam in terris habent, amittere. Videntur quidem hæc, ad licentiam quaſi nimiam, feneſtram ſubjectis patefacere: ſed ſi verà rem reputemus via, eò tendebant, ut pace illa vel tolerantia potius in Germania conſtituta, in qua animorum pax conſiſtit, cujus authorem ſapientiſſimum Principem, Divum Ferdinandum Imp. S. M. parentem ſuum habebat, nihil antiquius ſibi, nihil præſtabilius Chriſtianæ Reipubl. duceret, præſertim cum exitiales motus ſedare non poſſet, & animos ita exulceratos & diſtractos animadverteret, ut nulla conſenſionis ſpes, nullum remedii locus videretur. Nunquid tu Opt. Imperatorem frangere aut penitus evellere potuiſſe iſta exiſtimas, quæ nec flectere quidem licuit? Libertatem nimiam diſſolutionem & diſſipationem conſequi, optime intelligebat, idque uſu ſibi evenire, ut apud Comicum quidam ait; Tu ſi hic ſis, aliter ſentias, conquerebatur. Qui factum D. Ferdinandi Imp. factum nollent, moderationemque Cæſaris Maximiliani vituperant, ii intelligendo faciunt, ut nihil intelligant, neque ſuæ ſaluti maximè conſultum fuiſſe vident.*

F I N I S.

Reper-

REPER·TORIUM

Rerum & verborum ſingularium ac notabilium in hoc ſecundo tomo Conſtitutionum Imperialium obſervandarum, in certas materias & locos communes juxta ordinem Alphabeti digeſtum.

A.

De Abbatibus io genere.

Abbatiæ quot in Germania. 120. *in Abbates cognitio & judicium competit Imperatori.* 46. *Vide tit. de Monaſteriis & Monachis.*

De Abbatibus in Romano Imperio, quorum hic mentio.

Cæſarienſis, (qui Keiſsheimenſis vel Keiſſerheimenſis) Johannes. 356
Campidonenſis Wolfgangus. 355
Corbeienſis vel Corvejanus Jaſpar. 356
Elchingenſis Silveſter. 356
Fuldenſis Atto. 45. *Wolfgangus electus.* 355. *Abbas Fuldenſis eſt Princeps Imperii.* 355. *jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Helmſtetenſis Hermannus. 356
Herſfeldenſis Guntharius. 45. *Craſtus.* 355
Koniesbrunnenſis Ambroſius. 356
Lauriſhamenſis Abbatia in honorem S. Nazarii conſecrata. 46. *Abbatis jurgia cum Wormatienſi Epiſcopo.* 46
Luderenſis Joan. Rudolphus. 355
Marchthalenſis Joannes. 356
Minderawenſis Andreas. 356
Monaſterienſis in Valle S. Gregorii Petermannus. 356
Murbacenſis Joan. Rudolphus. Princeps Imperii. 355
Othſenhuſenſis Gerwicus. 355. 356. 361
Petershuſenſis Gebhardus. 356
Prumenſis Chriſtophorus. 356
Rockenburgenſis Georgius. 356
Rodenſis Vitus. 356
Salmanſweilenſis Joannes. 356
Sancti Cornelii Monaſterii Albertus 356. *Viſitator ſit Cameræ.* 361
Sancti Galli Abbas ab Imperatore citatur. 46
Sancti Hemmerani Ratiſponenſis Eraſmus. 356
Schuſſenriedenſis Jacobus. 356
Stabulenſis Chriſtophorus, Princeps Imperii. 356
Urſpergenſis Thomas. 356
Waldſachſenſis Abbatia à Palatino exempta. 356
Weingartenſis Gerwicus. 343. 355. 356. 361.
Werdenſis Hermannus. 356
Yrſinenſis Sebaſtianus. 356

De Abbatiſſis in Imperio, quorum hic mentio.

Buchaugienſis Legatio in Comitiis. 357
Eſſendienſis Legatio in Comitiis. 357
Monaſterii ſuperioris Ratiſponenſis 357
Monaſterii inferioris Ratiſponenſis. 357
Quedelburgenſis. 357
Rothomonaſterienſis 356

De Abſolutione Eccleſiaſtica.

de Abſolutionis Sacramento. 193. 102
Abſolutio Eccleſiaſtica quanti facienda. 163
Abſolutio privata in Eccleſiis retinenda eſt. 159

De Academiis.

Vide tit. De Scholis,

De Accuſationibus & Accuſatoribus

Accuſari ubi quis poſſit 38
Accuſatores in maleficiis ſunt neceſſarii. 97
Accuſator ut accuſationem probet. 290
Accuſator infidelitatis eſt ad probandum mittendus. 20
Accuſator ſuſpectus quomodo conveniri debeat. 2,0
Accuſatores temerarii vel injuſti quomodo puniendi. 48
Accuſatus de Crimine quomodo ſe purgare debeat. 48
ad Accuſati dilationes fruſtraneas decernatur ut de jure eſt. 305

De Actis judicialibus.

Acta ad referendum tradita in catalogo annotata habere debet Judex 251
Acta ad referendum Aſſeſſoribus tradita ſine Prætoris voluntate non ſepenantur. 251. 256
Acta abſentis Aſſeſſoris in archivum reponantur aut alii tradantur. 252
pro actis prioris inſtantiæ habendis infra 30. dies inſtandum eſt apud priores Judices. 300
Acta plena & integra edere debet Judex primæ inſtantiæ. 313
pro Actis integris edendis edictum ad inferiores Judices. 300. 301
Acta integra cum mandatis inſertis perſitiantur. 300
Acta integra non ſcribentium pœna. 300
Acta non in membranis, ſed papyro ſcribantur. 300
Acta ex Cancellaria petita & reproducenda ut partibus dentur inſpicienda. 263
Acta judicialia pauperib. gratis danda. 370
Acta peregrini ſermonis in Latinum convertenda. 300

De Actionibus & Actoribus.

Agendum quo ordine ſit. 316
Agendum & proponendum eſſe in ſcriptis. 316
Actiones in judicio inſtituere fœminæ prohibentur. 61
Actor quando debeat Commiſſarios nominare. 309

De Adminiſtratore Cancellariæ.

de Adminiſtratore Cancellariæ, ejusque officio. 261
Adminiſtrator in arduis cauſis ipſe manum admoveat. 261
de Adminiſtratoris Cameræ juramento. 276
de Adminiſtratoris Cancellariæ ſtipendio. 271

De Adportione.

Adportio quid ſit, & ejus privilegia atque jura. 10

De Adulteris.

Adulterii domeſtici pœna teſticulorum exſectio. 54
nobiles adulterii & ſcortatores ut in torneamento caſtigentur. 42

De Advocatis.

de Advocatorum & procuratorum perſonis, in Camera ut qualificati & quot eſſe debeant. 257
ut Advocati conducendi ſint, quot & quas cauſas quoque acceptare poſſit ac debeat. 257
Advocatorum mores ad tribunal quales eſſe debeant. 259. 253. 260
de Advocatorum officio coram Cancellaria. 260. *conſilio.* 259. *judicio.* 259
Advocati à partibus ad Cameram mitti poſſunt. 260
Advocatos ſumere ubi velint, partib. liberum ſit 158

Advocatis

Advocati quomodo pauperibus dandi. 258
Advocati ne partes ſuas exactionentur, aut ſalariis emungant. 365. 371
Advocati abſentia ſua veniam petere debent. 365. 370. 371
de Advocatorum in judicio Cameræ juramentis, 277
de Advocatorum ſtipendio. 272
Advocati pretio aut gratia corrupti pœna. 47
de Advocatorum transgredientium pœna. 274
De Advocoto fiſci,
Advocatus fiſci, & ejus officium. 63
de Advocati fiſcalis juramento. 276
de Advocati fiſci ſalario. 278
De Advocatis & Præfectis, vulgò Vögten.
Advocatus Civitatis Aquenſis. 6
Advocati Epiſcopatuum & Monaſteriorum. 46. 47
Advocati Epiſcopatus aut Monaſterii officium. 43
Advocatias Eccleſiarum tollere conatur Papa. 50
De Ærario,
Ærarii Imperialis depoſitio ad hoſtes & rebelles domandos. 342. 343
Vide tit. de Fiſco.
De Agendis Eccleſiaſticis.
Agenda Eccleſiaſtica renovanda. 376
De Agricolis
Agricolis ſemper pax publica. 47
De Anobaptiſtis.
Anabaptiſtarum jam olim damnata ſecta. 156
Anabaptiſtarum errores damnantur. 158. 159. 160. 192. 201
Anabaptiſtæ ut ultimo ſupplicio afficiantur. 351. 156
De Ancillabus.
Ancilla in alieno agro vel prato graminantes ne fuſtibus ſubjiciantur. 56. 57
De Animabus.
Animas à Deo fieri & dari. 2
Animas in cœlo non fuiſſe, antequam in corpus venirent. 2
Animas non eſſe particulam divinæ ſubſtantiæ. 2
Animas ante corpus non peccaſſe. 2
De Angariis & Fronis.
Angaria vel parangaria ex eccleſiaſticis bonis aut hominibus ne imponantur. 95. 98. 105. 107
De Annatis,
Annata caſſanda. 214
Annatarum intolerabile jugum deponendum per Papam 120
Annatarum injuria & tyrannica exactiones. 119
Annatarum auctiones propter nova officia & Curtiſanos in curia Romana. 119. 120
Annata Eccleſiæ Moguntinæ quomodo ad tantam ſummam pervenerint. 120
Annatarum quam difficilis ſolutio quamque gravis Archiepiſcoporum ſubditis. 120
De Apocryphis.
Apocrypha ex Eccleſiis tollenda 376
Apocrypha ex horis Canonicis tollenda. 328
Apocrypha ex officio Miſſæ tollenda 332. 376
De Apoſtatis
Apoſtata eſt, qui a bonis recedit operibus. 29
De Appellationibus & Provocationibus
Appellationes in Italia in ditionibus Papæ ad Papam deferuntur, ſed à Legato Imperatoris dijudicentur. 45
Appellari à Vicario vel Præſide provinciæ ad Imperatorem poteſt. 51
Appellationes à ſententiis Judicum ad Vicarium Imperialem vel Præſidem provinciæ fieri poſſunt. 51
Appellationes in Synodo audiendæ, & quales. 338
Appellare ad Romanam Sedem quando & quatenus Epiſcopis condemnatis permiſſum. 36. 37. 49
à judicibus, quos in cauſa Presbyterorum Primates dederunt, vel quos ipſi elegerunt, appellari & provocari non poteſt. 38
Appellare ad quem Presbyteris & Clericis liceat. 38. *ad Romanam Sedem non licet.* 39
Appellatio in criminalibus interjecta ut ſuperiori committatur. 58
De Appellationibus ad Cameram.
Appellare ad Cameram nemo prohibendus eſt. 297
Appellare à quibus, in quibus cauſis & à quibus ſententiis ad Cameram liceat. 297
Appellare gravato licet ad judicium Cameræ. 297
Appellare à Comitiis Provinciaru[m] ad Cameram licet. 34[8]
Appellationes in criminalibus Camera non recipit. 298
Appellandi facultas ab auſtregis utrique parti libera ad Cameram conceditur. 285. 287
Appellationes ab interlocutoriis factæ non recipiuntur. 298
Appellationum cauſa minores. 50. *fl.* *in Camera non admittuntur.* 298
Appellandum in ſcriptis quomodo & quando. 298
Appellatio intra quod tempus in Cameræ interponi debeat. 298. 299
Appellationes ſecundum jura communia obſerventur. 301
Appellationes gradatim fieri debent. 298
Appellatio facta coram fide digno & approbato Notario admittatur. 298
Appellanti juramentum injungendum, & ejus formula. 298
Appellationis proceſſus totus ut ad Curiam Imperialem mittatur. 58. 61. 65
Appellationis formalia quomodo probentur. 313
in Appellando parendum eſt privilegiis & libertatibus Statuum. 299
de Appellatione infirmanda vel confirmanda, 64
Appellatione pendente ne quid innovetur. 61. 65
poſt Appellationem interjectum quod actum aut ablatum eſt ut integrum eæſtimatur. 65
Appellantium temeritas retundenda & punienda eſt. 297
Appellari à ſententiis Cameræ non poteſt. 323
Appellatio quando pro deſerta habenda. 299
De Aqua,
Aqua tranſeuntibus quomodo vendenda. 25
De Aquæ calidæ & frigidæ judicio.
Vide tit. de Purgationibus Canonicis.
De Arboribus cæſis.
Arborum vi caſarum pœna, & compenſatio. 62
De Archidiaconis.
Archidiaconorum officium. 327
Archidiaconorum viſitationes. 338
De Archiducibus.
Archiduces Auſtriæ in Comitiis. 354. *Imperatores, Maximilianus.* 110. 112. 114. 117. *Carolus V.* 134. 148. 150. *Ferdinandus.* 366. *Maximilianus II.* 380
Archidux ans Auſtriæ injuriis Pontificum proximus. 121
Auſtriaca provincia quouſque porrigantur. 124
Vide tit. de Ducibus.
de Archiepiſcopis in genere.
Archiepiſcopi ... ſuffraganeis Synodales conve... agant, de vita hominum correctione indagent. 16
De Archiepiſcopis in Rom. Imperio, quorum hic mentio,
Agrippinenſis. vide, Colonienſis.
Bremenſis. 239. 240. *jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247.
Bremen-

Digitized by Google

Bremenſis Eccleſia Capitulum. 92. 93. *vide Hammaburgenſis.*

Colonienſis Archicancellarius & Princeps Elector. 27. 110. 239. 240. 354. *Hadabaldus.* 13. *Guntharius.* 27. *Theodoricus.* 110. *Adolphus.* 354. *Colonienſis Eccleſia Capitulum.* 92. 93

Gnetzuenſis in Polonia Imperio rebellis. 86

Hammaburgenſis (qui nunc Bremenſis) Epiſcopatus in honorem S. Dei Genitricis Mariæ conſecratus. 43. *Epiſcopus Adaldagus.* 43. 45. *Adelbero.* 48. 49.

Lugdunenſis Agobardus. 16

Magdeburgenſis Primas per Germaniam. 172. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Eccleſia Cathedralis.* 92. 93. 354

Mediolanenſis Angilbertus. 22. *Auſpertus.* 30

Moguntinus Archicancellarius & Princeps Elector, promittit Imperatori auxilium contra Papam. 90. *renuit dare annatam pro pallio.* 120. *Chriſtianus.* 8. *Aiſtulfus.* 13. *Anſgarius.* 16. *Arribo.* 47. *Conradus, & ejus ſententia de Papa.* 50. *Ludovicus.* 93. *Gerlacus.* 94. *Jacobus, & ejus Pallii redemptio, tempus regiminis, & moriente in Papæ avaritiam dictum,* 120. *Uriel.* 120. *Albertus Cardinalis.* 141. 172. *Sebaſtianus.* 354. *Moguntinenſis eccleſia à nata.* 119. *quomodo ad tantam ſummam pervenerit.* 120

Pragenſis. 94. *petit Calicis permiſſionem Sacerdotibus ſuis liberam.* 378 *Epiſcopatus à Ferdinando Cæſare reſtauratus.* 377

Rhemenſis Ebbo, qui nunc ſub Gallorum regno. 13

Salzburgenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Erneſtus, Dux Bavariæ.* 355

Senonenſis, qui nunc ſub Gallorum regno. 16

Strigonienſis in Ungaria petit Calicis permiſſionem. 378

Toloſanus Hebo in regno Arelatenſi. 16

Treverenſis Archicancellarius & Princeps Elector, promittit Imperatori auxilium contra Papam. 90. *Hetto.* 13. *Theutgaudus.* 27. *Johannes.* 354

De Archipresbyteris.

Archipresbyterorum officium. 327

in Archipresbyterorum ordinatione plebis conſenſus accedere debet. 23

De Archivis.

Archivum Imperatoris cui bono ſerviat. 10. 11

Archiva ſeu Grammatophylacia duo ſint in Camera. 263

De Armis & Telis.

Arma tempore interdicti pace publica non ſunt ferenda. 47

Arma peregrinantibus licet ferre. 47

Armorum illicitorum latores ultione gladio diſtringendi, 77

Arma hoſtibus Imperatoris non liceat ferre. 47

De Articulis judicialibus.

Articuli additionales quando debeant exhiberi. 308

de Articulis defenſionalibus, peremptoriis, eliſivis, &c. 308

de Articulorum exceptionalium probatione. 311. 312

De Aſſeſſoribus.

Aſſeſſores quales viri eſſe debeant. 247

Aſſeſſores conquirantur ac ſuſcipiantur rerum forenſium docti & periti. 247. 248. 367

de Aſſeſſorum præſentatione juriperitorum & Equeſtrium. 368

Aſſeſſores præſentare qui poſſint. 247

Aſſeſſores ex ipſis circulis præſentandi. 363

Aſſeſſorum præſentandorum qualitas & idoneitas, non favor, attendatur. 248

Aſſeſſor etiam unus præſentatus, ſi idoneus ſit, recipiatur. 249

in Aſſeſſoribus Cameræ præſentandis æqualitas & tempus ſervandum. 246

Aſſeſſorum præſentandorum tempore elapſo quid faciendum. 248 249

Aſſeſſorum præſentandorum delectus per Prætorem Cameræ habendus. 248

Aſſeſſores Cameræ quot. 246

Aſſeſſorum Claſſes binæ aut tres. 251. 252. 367

Aſſeſſoribus ordinariis adduntur conſeſſores extraordinarii. 343. 367

Aſſeſſores extraordinarii quomodo à circulis diſponendi. 367

de Aſſeſſorum extraordinariorum qualificatione, 367. *& continuatione.* 367

Aſſeſſores maturè in judicio compareant, 362. *& uſque ad finem perſiſtant.* 362

Aſſeſſores bini deputentur, coram quibus leviores cauſæ actusque agantur. 306

de Aſſeſſorum officio in conſilio, 254. *in judicio.* 256

Aſſeſſores in ſuffragiis ac relationibus mutuò ſeſe audiant. 254. 362

Aſſeſſores Cameræ uni huic judicio incumbere debent. 249

Aſſeſſores non niſi proprias & propinquorum cauſas advocent. 255

Aſſeſſorum nullus præ alio multitudine actorum oneretur. 250

Aſſeſſores tantum ex jure ſcripto & conſuetudinario deliberare debent. 254

Aſſeſſorum in vacantiis officium. 363. 369. 301

Aſſeſſorum viciſſitudo & æqualitas ſervanda. 367

Aſſeſſorum ordo in deliberando cœptus non turbandus. 251

Aſſeſſores in referendo aut conſiliando non debent turbari à judice. 252

Aſſeſſores Cameræ debent abſentiæ ſuæ veniam petere. 249

Aſſeſſoribus quam longa abſentia venia danda ſit. 363. 369

Aſſeſſores tantum vacent cauſis ac deliberandis ſententiis, ab aliis negotiis omnibus abſtinentes. 254

Aſſeſſorum inhabilitas, & ut amoveri debeant. 249

Aſſeſſor ſupinus aut ignavus quomodo mulctandus. 252

de Aſſeſſorum malè judicantium pœna. 274

Aſſeſſorum Cameræ reformatio. 362

de Aſſeſſorum Cameræ juramento. 275

Aſſeſſores liberentur Dominorum ſuorum juramentis. 368

de Aſſeſſorum Cameræ Salario. 271

Aſſeſſoribus Salarium ampliatum. 368

Aſſeſſoribus extraordinariis idem Salarium, quod ordinariis, debetur. 367

Aſſeſſorum veſtitus atque mores. 250

Aſſeſſorum miſſio & ſurrogatio quomodo fieri debeat. 248

Aſſeſſores diſceſſuri acta primum, quæ habent, referant. 363. 369

De Aſylis.

Aſyla ſunt loca ſancta & honoratorum hominum ædes. 19

ex Aſylis eccleſiarum & cœmiteriorum ne confugientes extrahantur. 92. 96. 98. 105. 107

De Audientiis judicialibus.

Audientia judicialis in Camera quoties in ſeptimana habeatur. 302

Audientia in Camera ordinaria. 302. 303

Audientia in Camera extraordinaria. 303

in Audientia publica ſex circulares quæſtiones. 303. 304

De Auſtrægis.

Vide tit. de Juſtificationibus.

De Auxiliis & Suppetiis.

Auxilia an ab infidelibus contra infideles petenda. 131. 134. 136

B.

De Balivis Ordinis Theutonici, quorum hic mentio

Sigiſmundus Theutonicorum Ordinis

Commendator Provincialis Balivia, Alſatia & Burgundia, & Commendator in Altenhauſen. 356
Guilelmus Commendator Provincialis Balivia in Conſluentia Ordinis Theutonicorum. 356

De Bannitis & Proſcriptis.

Bannire aut proſcribere ſine juris ordine non poteſt Imperator. 141
Bannorum & Proſcriptionum inſinuatio quomodo à tabulatis facienda. 269
Bannitus Imperii qualiter habendus. 118
Banniti bona confiſcantur. 82
Banniti ut capiantur & plectantur. 68
Banniti ut capiantur & in Curia præſententur. 69
Bannitus ab Imperatore ſine injuria lædi poteſt. 68. 82
Bannitorum receptatores in Camera conveniri poſſunt. 291
contra Bannitorum corpora & bona ut in Camera procedatur. 293
in Bannum Imperiale quando contumaces declarandi. 317
in Bannitis rei & bona actor ut immittatur petere poteſt. 318
Bannitorum bona non ſunt à Bannitis accipienda, etſi ab eis vendantur, 291
Banniti & proſcripti non fovendi. 290
Bannum extra juris ordinem, & absque cauſa cognitione vel partium conſenſu caſſari vel ſuſpendi non debet. 241
pro Banni abſolutione ubi & quomodo agatur. 293

De Banno judiciali.

Banna & mulctas imponendi poteſtas ab Imperatore conceſſa. 51

De Banno Eccleſiaſtico.

Vide tit. de Excommunicatione.

De S. Baptiſmate.

de Baptiſmi Sacramento. 192
de Baptiſmi adminiſtratione. 332
de Baptiſmi ceremoniis. 332
Baptiſma unum. 2
Baptiſmus in Parochiali Eccleſia percipiendus. 24
Baptiſmus ad ſalutem neceſſarius eſt. 159
Infantes ut baptizentur. 2. 156. 159. 351
Baptiſma infantum qui non neceſſarium eſſe putat, puniatur ut anabaptiſta. 156. 351
Infantes ante Baptiſmum decedentes non ſunt immunes à damnatione. 185
Infantes ſine Baptiſmo ſalvos fieri affirmant Anabaptiſtæ. 159
ne ſanctum Baptiſma iteretur, & de Anabaptiſtarum pœna. 155. 156. 351

De Baronibus & Liberis Dominis in genere.

Barones Imperii jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247
Barones quomodo in prima inſtantia convenire aut conveniri debeant. 283. 284. 285. 287
Baronatuum cauſa Imperatori & Regi reſervantur in Imperio juſtificanda. 286

De Baronibus & Liberis Dominis in Imperio, quorum fit mentio.

Dapiferi Barones in Walpurg. 357. 358
de Elrbach Burckhardus. 94
Falckenſteinii Barones in Dagſtul. 357. etiam Leiningii Barones in Dagſtul. 357
in Fronhoven Jacobus. 357
Fronſpergii Barones in Mindelhaim. 358
de Fryberg Eglolfus. 94
in Gever Baroniſſa. 240
à Granuela illuſtris Dominus Nicolaus. 233
de Graveneck Ludovicus, Dominus in Eglin. 357
de Haſenburg Sblinco. 93
de Hedwig Petrus. 94
Henninus Baro de Boſchin & Reckem. 354
de Hewen Liber Dominus, & Dominus in Hohentrintz. 356
de Hohengeroltzeck & Sultz. 358
in Konigseck & Aulendorf. 357. 358
Hohenfelſii Barones in Renpoltzkirch. 357
de Holoch Crafto, 94
Ilſung Præfectus utriusque Sueviæ. 354
de Orlonesberg Theodoricus. 6
Reuſſii Domini in Plawen, 356. Henricus Dominus in Graitz & Cranichfeld. 358
de Prunes Gotfredus. 94
in Ravenſtein Dominus eſt Dux Juliacenſis. 356
à Schwendi Lazarus. 383
Schenckii Barones in Limpurg. 358
Schenckii Barones in Tantenberg. 358
à Stauffen Bernardinus. 222
de Turre Liber Baro Franciſcus. 373
de Walfe Eberhardus & Fridericus. 94
de Wilharceitz Ieſco. 93
à Wolfſtein Barones in Oberſultzberg. 358

De Belgia.

Belgica Provincia Receſſibus, Ordinationibus & Conſtitutionibus Imperii non ſubjecta. 346. 349
Belgica turba ab Imperatore improbata. 383

De Bello.

Bellum aliud offenſivum, aliud defenſivum. 127
in Bello offenſivo quæ animadvertenda ſint. 128
Bellum inferentis melior conditio quàm propulſantis. 127
Bellum indicere aut inferre ſine Electorum & Ordinum conſenſu non poteſt Imperator. 141
Belli nervus pecunia. 120. 129

De Beneficiis & Feudis.

Beneficia nullus Vaſallus depravere debet, ſed inſtaurare. 25
Beneficiis nemo injuſtè privandus eſt ab Imperatore. 25
Vid. tit. de Feudis.

De Beneficiis & Præbendis.

Beneficium datur propter officium. 180
in Beneficii loco reſidendum. 336
Beneficia quibus cura animarum annexa eſt. 336
Beneficia tenuia quomodo augenda. 335. 336. 376
Beneficiorum & præbendarum tertia pars conferatur graduatis. 126
de uno aut duobus beneficiis ad collationem diſponere Papa quomodo poſſit. 126
Beneficia majora Cardinalibus & Protonotariis injuſtè reſervari. 119
Beneficia eccleſiaſtica pro defenſione Eccleſiarum Laicis præſtita. 50
Beneficiorum & præbendarum multitudo tollenda. 121. 214. 325. 335. pluralitas etiam in una civitate interdicenda. 122

De Bibliothecis.

Bibliotheca Friderici II. Imp. 76

De Blasphemis.

Nobiles blaſphemi quomodo puniendi, III. in torneamento. 41
Blaſphemi milites quomodo puniendi. 117
Propter blaſphema & impia dicta & juramenta Dei furor, & inde immiſſæ clades & calamitates. 110. eorum pœna. 111
Blaſphemi ut ultimis ſubdantur ſuppliciis. 110. 111

De Boemis.

Boemiæ incolis calix conceſſus. 377
Vide ſub tit. de Regnis.

De bonis Operibus.

Bona opera facienda, & cur. 158. 160. 161. 165. 209
Bona opera fructus pœnitentiæ. 159
Bona opera quæ neceſſaria, quæ inutilia. 160
Operibus nos non juſtificari. 158. 160. 161. 163. 209.
Bona opera non prohibentur à Proteſtantibus. 160. 161

De Breviariis.

Breviaria debent emendari. 328. 376

De Bullis Pontificiis.

Bullas ſucceſſores Pontifices aut non tenent,

Google

tenent, aut quocunque modo contraveniunt. 119

De Burgaſaticis.

Burgaſatica in regno Siciliæ non audent emere aut hæreditare Templarii & Hoſpitalarii. 79

De Burggraviis in Imperio, quorum hic mentio.

S. Romani Imperii Antverpiæ. 110. 134. 366

Aquisgranenſis Wilhelmus. 6

in Lumbeck Joannes Haunart. 152

Magdeburgenſis Burchardus, Aulæ Cæſareæ Præfectus. 93. *hodie eſt Ducum Saxoniæ.* 170

S. Rom. Imperii Miſiæ. 356

Norimbergenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Joannes.* 94. *hodie eſt Marchionum Brandenburgenſium.* 354. 356

C.

De Calumniæ Juramento.

Calumniæ juramentum quomodo præſtetur. 278

Calumniæ juramentum ab ipſis principalibus præſtandum ex Statuto Senenſium. 62

De Cambiis.

Cambia pecuniarum per mercatores militibus facienda. 129

De Cameræ Judicio.

Cameræ Imperialis Conſiſtorium inſtituetum. 120

Camera ſummum Imperii Romani tribunal. 118. *in Germania.* 247

Cameræ judicium ad Sacri Imperii Teutonicæ Nationis utilitatem inſtitutum eſt. 271

Camera Imperialis ex Germanis conſtituenda. 141

Judicium Cameræ à Carolo M. Aquisgrani inſtitutum. 7. 8

Camera Imperialis Wormatiæ reſidens. 118

Cameræ judicium ut Spiræ perduret. 301

Cameræ judicium quibus ſumptibus ſuſtineatur. 370. 371

in Camera utriusque Religionis libertas. 363. 364 369

Cameræ judicio ſuus curſus rectus permittatur. 302

de Cameræ judicii Proceſſu. 302

Cameræ nulla competit juriſdictio in eos ſtatus, qui Principibus ſubjacent, in prima inſtantia. 176

Cameræ Imperialis Proceſſus in cauſa Religionis ſuſpenſi. 173. 174. 177

contra Cameræ Imperialis iniquos & ſuſpectos Proceſſus Proteſtationes. 171. 175

Cameræ Judex caput eſt. 249. 250

Cameræ Prætor ſeu Judex qualis vir eſſe debeat. 246. 247

Cameræ Judex reverenter colendus eſt. 250

Cameræ Judicis alba duo. 251 252. 253

Cameræ Judex uni huic judicio incumbere debet. 249

de Cameræ Judicis officio in juridicali audientia. 253

Cameræ Judex debet abſentiæ ſuæ veniam petere. 249. 250

in Cameræ Judicis decedentis locum quis ſurrogandus. 248

Cameræ Aſſeſſores numero viginti quatuor. 246

in Cameræ Aſſeſſoribus præſentandis æqualitas & tempus ſervari debent. 246

Cameræ Aſſeſſores uni huic judicio incumbere debent. 249

Cameræ Aſſeſſores debent abſentiæ ſuæ veniam petere. 249. 250

Cameræ Imp. Judex & Aſſeſſor an ut ſuſpecti rejici queant. 177. 178

in Cameræ judicio duo fratres ſimul eſſe non debent. 364. 369

de Cameræ perſonarum juramentis. 275. 276. *eorum formula correcta.* 368

de Cameræ perſonarum juriſdictione & coertione. 274. 275

de Cameræ perſonarum ſecuritate & immunitate. 273

de Cameræ Imperialis perſonarum ſtipendiis & ſalariis. 271. 272

de Cameræ judicii Cancellariæ perſonarum ſalario. 271

Cameræ judicii Ordinatio reviſa. 366

Cameræ Ordinationes quæ caſſentur. 273

Cameræ viſitatio quotannis fiat. 273 361

Cameræ Viſitatorum perſona quomodo qualificata eſſe debeant. 366

Cameræ viſitationis Receſſus duo. 366

De Cancellaria.

Cancellaria judicii Cameræ, deq; ejus perſonis & officialibus. 261

Cancellariæ ſecreta nemini publicanda. 279

à Cancellaria antigraphi ſeu copia atteſtationum danda. 260

de Taxa Cancellariæ emolumentorum accidentiumq;. 264. 370

Cancellariæ Cameralis perſonæ & officia. 364. 370. *pœna derelinquentium.* 275

de Cancellariæ Cameralis famulo, & ejus officio. 264. *juramento.* 280

De Canonibus, Decretis, & Jure Canonico.

Canones eccleſiaſtici quando ſervabantur, benè regebantur Eccleſiæ. 124

Canones & Secreta à poſterioribus Pontificibus & Epiſcopis non eſſe mutanda. 39

Decretalium Papæ contemptores Daniæ Epiſcopi. 49

Canonicum jus à Luthero combuſtum. 145

De Canonicis & Canoniſtis.

de Canonicis, & eorum officiis. 327

Canonici quales eſſe debeant. 328

Canoniſtarum Collegia & mores. 329

De Canonizatione & apotheoſi.

Canonizatio juſſu & auctoritate Papæ facta. 6

De Capitaneis.

Capitaneus idem qui Vicarius. 64

Capitaneus regni Lombardiæ & ejus officium. 52

Capitaneus regni Siciliæ. 71. 73

De Captivis.

Captivus, qui fidejuſſeriam præſtat cautionem ut liberetur. 64

ob Captivos in Camera agatur. 295

Captivi immediatè reſtitui mandentur. 295

Captivæ eccleſiaſticæ perſonæ aſſignandæ ſunt judicio Prælatorum. 80

De Carcere & Cuſtodia.

Carcer non importat infamiam. 84

De Cardinalibus.

Cardinales ab Imperatore evocati. 7

Cardinalium numerus & doctrina. 126. 357

Cardinales non eligantur ex filiis Principum. 126

Cardinalium reformatio. 375

De Cauſis judicialibus.

Cauſæ ſervitutum & cenſuum in Camera recipiuntur. 298

Cauſæ injuriarum in Camera recipiuntur. 298

Cauſa in prima inſtantia quæ ad Cameram pertineant. 282. & ſeqq.

Cauſæ nomen initio indicium retineat Procurator. 307

Cauſæ in ſecunda inſtantia quæ ad Cameram pertineant. 297. & ſeqq.

de Cauſis quæ ob denegatam juſtitiam ad Cameram devolvuntur. 296

in Cauſis denegata juſtitia ut propinquius majus & ſublimius tribunal adeatur pro juſtitia adminiſtranda. 296

Cauſæ in Camera extraordinariæ quomodo expediendæ. 363

Cauſarum graviorum acta primùm referenti, deinde correferenti tradantur. 251

Cauſarum acta ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur. 250

Cauſæ abſque ſcitu Judicis & partium conſenſu à Procuratoribus ſubſtitui non debent. 258

Cauſæ principatuum Imperatori & Regi reſervantur in Imperio juſtificandæ. 286

Cauſarum, quæ ad religionem pertineant, aut non pertineant, cui competat cognitio. 175.176.178
Cauſarum ingens numerus & copia hoc tempore. 256
Cauſæ quænam præcedere & maturari in judicio debeant. 362
Cauſæ vetuſtiores præferendæ in judicio 251.362. *& privilegiatæ.* 251
Cauſæ leviores apud deputatores agenda in Camera. 306. *deproperandæ ſunt.* 255
Cauſæ ex Germania non abducantur ad tribunalia Romana. 120
Cauſa ſemel deliberata non rurſum diſceptetur. 255

De Cautione vindicatoria.

Cautio de non vindicando ex juſtis cauſis præſtita ſervetur. 295

De Cenſura Eccleſiaſtica.

Vide tit. de Excommunicatione.

De Ceremoniis & Ritibus Eccleſiaſticis.

Ceremoniarum inſtitutio unde. 331
Ceremoniæ & ritus Eccleſiaſticæ quæ nam ſervandæ. 159 161
Ceremoniæ Eccleſiaſticæ non ſunt in ſuperſtitionem vertendæ. 335
Ceremoniæ mutari poſſunt, ſed non à privato. 331
de Ceremoniarum abſurdarum & indignarum abrogatione. 218
Ceremoniarum & rituum Eccleſiaſticorum diverſitas non diſſolvit unitatem fidei 158.161.165
Ceremonias pietatis Chriſtianæ populus obſervare debet. 337
de Ceremoniis & ritibus variis Eccleſiaſticis. 195.334
Ceremoniæ in Sacramento baptiſmi. 332
de Ceremoniis Miſſæ. 332

De Ceſſione bonorum.

de Ceſſione bonorum, ut creditoribus ſatisfiat. 68 69
qui bona ſua creditoribus ceſſit, immunis eſt à detentis & cuſtodiis. 68.69

De Chirurgis & Barbitonſoribus.

de Chirurgi ſeu Barbitonſoris juramento in judicio 281

De Chorepiſcopis.

Chorepiſcoporum officium. 327

De Chriſto Jeſu Salvatore.

Jeſus Chriſtus Dei Filius unigenitus ab æterno 1
Chriſtus verus Deus & verus homo. 1. 158
Chriſti incarnatio quomodo facta. 1
Chriſtus eſt Filius Dei per naturam; nos per gratiam. 32
Chriſti una perſona in duab. naturis. 1
Chriſtus ſolus Rex & Pontifex. 25
Chriſtus paſtorum princeps. 25
Chriſti caro non exinanita, ſed glorificata eſt. 2
Chriſti paſſio ſecundùm humanitatem, non ſecundùm divinitatem. 1.2
Chriſtus pro omnibus peccatis ſatisfecit. 158.163
Vide tit. de Dei Filio.

De Ciborum diſcriminibus.

de Ciborum prohibitione aliquid remittendum. 376
Ciborum obſervationes non eſſe meritorias. 159

De Cingulo militari.

Cingulo militari per pœnitentiam Epiſcopalem depoſito, non amplius licet redire ad militiam. 18

De Circulis Imperii.

Circuli in Imperio ſex, qui jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247
Circuli Imperiales in Saxonia tres. 237. 239. *eorum partitio.* 240

De Citatione.

Citationes quibus modis & conditionibus impetrentur. 306
Citatio à non judice impetrata nihil valet, ſed rejici debet. 282
in Citatione exprimantur cauſa in jus vocandi. 306
de Citationum die & termino præfigendo. 59.61.62.64.65
Citatio breviter proponatur. 306
Citationis compulſorialis taxa. 264. *item, inhibitoriæ & ſimplicis.* 264
Citationibus Imperiale ſigillum appendatur. 307

De Civitatibus in genere.

Civitates non poſſunt ſtare ſine ſalute Imperii. 91
Civitates ſuos habuerunt Comites & Epiſcopos. 10.25
Civitates Imperii eandem juriſdictionem habent, quam Principes. 165
Civitates Imperiales promittunt Imperatori auxilium contra Papam. 91
Imperii jus habent præſentandi Camerales. 247
Civitates Imperiales quomodo in prima inſtantia convenire aut conveniri debeant. 283. 284. 285. 287
in Civitatibus Imperii ne quis ſimul habeat Canonicatus & Vicarias. 121. 122
Civitatis, quæ homicidam non cepit nec detinuit, multa. 68
Civitates ob proditionem deſtructa ſine conſenſu Imperatoris non poſſunt reædificari. 80

De Civitatibus liberis Imperii, quarum hîc mentio.

Aalen. 229. 359
Aquæ vel Aquiſgranum. 10.11.91. 228.358. *unde dictum.* 7. *caput omnium Civitatum trans Alpes.* 7.8. *ejus cives omnes ſunt liberi* 8. *privilegia.* 6.8. *Advocatus.* 6
Aretium in Italia. 70
Argentina vel Argentoratum. 114. 150.172.173.222. *jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Auguſta Vindelicorum. 91.140. 343.359.370
Barcinona in Hiſpania. 11
Baſilea Rauracorum. 247
Bibracum. 172.174.222.359
Biterra in Hiſpania. 11
Bopſinga. 229.359
Buchorna. 359
Cameracum. 358
Campodunum ſeu Kempta. 172 174.222.359
Caprara ſub Imperio. 69
Carcaſſona in Hiſpania. 11
Cariſiacum, hodie ſub Gallorum Rege. 19
Caſtella civitas ad Imperium pertinet. 80
Colmaria. 228.358
Colonia Agrippina. 144.150. 228.358
Compendium, nunc ſub Rege Gallorum. 16.17
Conſtantia ad lacum Podamicum. 172.222.373
Cremona Imperio fidelis. 69.70
Dantiſcum, olim Gedanum. 241
Dinckelſbuhel. 222.359
Elbinga Boruſſorum. 241
Empuria in Hiſpania. 11
Erdfordia Thuringia. 86
Eslinga. 172.174 222.359
Ferraria Imperio rebellis. 68
Florentia Imperio fidelis. 64.65
Francofordia ad Mœnum. 87.90. 222.358.360. *Camera Imperialis.* 370
Gelnhauſa. 358
Gemunda Suevia. 359
Gengenbacum. 222
Genua Ligurum Imperio rebellis. 67
Gerunda in Hiſpania. 11
Gienga. 222.359
Goslaria. 172.174. 222. 239. 240. 358
Hagenoa. 47.228.358
Hailbrunna ad Nicrum. 172.173. 222.359
Hallis Suevorum. 172.173.222.359
Iſna. 172.173.222.359
Kaufbeura. 359
Keyſſersberga. 228.358
Landoja. 228.358
Lauda Imperio fidelis. 59.65
Leodium. 144
Leutkircha. 359
Lindavia. 172.174.359
Lubeca. 172.173.222.239.240. 358
Luca Imperio fidelis. 64

Luce-

Digitized by Google

Luceria Imperio ſubdita. 80
Lugdunum in regno Arelatenſi trans Ararim. 16
Magdeburgum. 342. 343. *Imperio rebellis.* 342. 343. *ab Imperio obſidetur.* 342. 343
Memminga. 172. 174. 222. 309
Metis vel Mediomatricum. 92. 150. 228. 358
Moguntia. 16. 91. 144. 150
Mulhuſium Thuringorum. 239. 358
Monaſterium in S. Georgii Valle. 228. 358
Narbona in Hiſpania. 11
Nordlinga. 222. 359
Norimberga. 149. 152 172. 173. 174. 222. 343. 345. 359. *Camera Imperialis.* 370. *ſubſcripſit Confeſſioni Auguſtanæ.* 170
Northuſia. 172. 174. 222. 359
Obernehenheim. 228. 358
Offenburgum. 358
Papia, olim Ticinum. 10. 22. 31. 51
Pariſii, nunc caput Regni Gallor. 16
Parma Imperio rebellis. 70
Peruſium Imperio rebellis. 59
Piſa, 9. Imperio fidelis. 62
Pfullendorphium. 229. 359
Ratiſpona. 129. 359
Ravenſpurgum. 129. 359
Rens ſuper Rhenum. 90
Reutlinga. 172. 174. 222. 359. *Confeſſioni Auguſtanæ ſubſcripſit.* 170
Roma. 41. 81. *mundi caput.* 9. *de ejus obedientia & juramento Imperatori præſtando.* 41. 84. *Imperio fidelis.* 81. *Papæ donata, ut prætenditur,* 11. 44. *Romæ fideles ſuos habet Rex Siciliæ.* 81
Roſcilona in Hiſpania. 11
Rosheim. 128. 358
Rotenburgum ad Tuberim. 229. 359
Rotweila. 357. 359
Schweinfordia. 172. 174. 229. 359
Seleſtadium. 124. 228. 358
Sena Imperio fidelis. 62. 66
Spira Nemetum. 154. 155. 156. 228. 247. 358. 372
Theodonis villa. 14
Toloſa in Regno Arelatenſi. 16
Tremonia. 358
Treveris. 144
Tiburtia. 13. 14. 47. *nunc eſt vicus modicus Langravio Haſſiæ ſubdita, jure libertatis in Oppenheimios translato.*
Tudertum Imperio ſubjectum. 57
Turckheim. 228. 358
Uberlinga. 91. 123. 229. 359
Viterbium Imperio rebellis. 63
Ulma. 172. 173. 222. 359. 361. *ejus parochia à gratiis Papalibus exempta.* 125
Wangen. 229. 359
Weila Suevorum. 359
Weiſenburgum Nortgojæ. 172. 173. 222. 359
Weiſenburgum ad Rhenum. 228. 358
Werda ad Danubium. 359
Wimphina. 359
Winchemia. 172. 173. 221. 359
Wormatia Vangionum. 111. 114. 119. 148. 128. 247. 358
Zella ad Hamersbacum. 358

De Civitatibus liberis Principum in Imperio.

Brema. 172. 174. 176. 239. *initio Monaſterium.* 43
Brixia. 69
Brunduſium Siciliæ. 64. 74. 131
Brunſuiga. 172. 174. 222. 239. 240. *ejus Præpoſitura.* 96
Bruſella in Brabantia. 149
Durrachium. 64. *à Turcis occupatum.* 131. 132
Einbeca. 172. 174. 222
Friburgum Brigoiæ. 116. *ejus parochia exempta à gratiis Papalibus.* 125
Gottinga. 172. 174. 222. 240
Hala Saxonum. 222
Halberſtadium. 222
Hamburga. 172. 173. 176. 222. 240. *in Camera propter reformationem proſcribitur.* 170. 181. *olim Archiepiſcopo ſubdita.* 43
Hannovera. 222. 240
Hildesheimia. 240
Hydruntum Siciliæ. 74
Luneburgum. 222. 239
Magdeburga. 172. 174. 176. 222. 240
Minda. 176. 240. *in Camera proſcribitur.* 176. 181
Nordheimia. 222
Saone ſub Imperio. 64
Sora propter rebellionem ab Imperatore deſtructa. 80
Taurinum Imperio ſubjectum. 77
Verona, Imperiale feudum. 118
Vincentia, Imperiale feudum. 118

De Clauſula ſalutari.

Clauſula ſalutaris in ſupplicationibus ejusq; vis. 364. 369

De Clericis Sacerdotibus & Presbyteris.

Sacerdotale munus quale & quantum ſit. 16. 17
de Sacerdotum dignitate & honore. 34. 35
Presbyteri locum tenent LXX. Diſcipulorum. 34
Presbyteri & Clerici debent bona converſationis exemplum præbere. 23
Sacerdotes omnium primos decet Chriſto gratias condignas reddere. 124
Clericis ſemper & ubique pax publica. 47
Clerus ſuo utatur miniſterio ſine moleſtatione. 15
Presbyteri & Clerici ſine licentia Epiſcopi non recipiendi. 23
Clerici & Religioſi ſine teſtimonialibus non permittantur de civitate in civitatem tranſire. 71
de Converſatione & vita Clericorum judicare Imperator debet. 22. 97
Clerici non celebrantes miſſarum ſolennia tempore interdicti Papalis, bonis omnibus tàm patrimonialibus quàm eccleſiaſticis privati proſcribantur. 71. 72
Presbyteros & Clericos corrigere & punire Imperator debet. 23. 57
Presbyterorum cauſæ à quibus judicanda. 37. 38
Presbyteri ex criminibus diffamati quomodò judicari debeant. 34
Presbyteri & Clerici debent apud ſuum Epiſcopum accuſari. 37. 38
Clerici nec in criminalibus nec in civilibus ad ſeculare forum trahi poſſunt. 95. 98. 105. 107
Sacerdotum judicium Deus ſibi, non hominibus reſervavit. 14
Clericale privilegium de non parendo in judicio ſeculari ab Imperatore ſublatum. 70
Res & bona Clericorum arreſtari non poſſunt. 92. 96. 98 105. 107
Clerici ad agendum & teſtificandum in civilibus & etiam piis cauſis non admittantur. 92. 95. 98. 105. 107
Sacerdotes in negotiis civilibus nulli ſerviant. 336
Bona à proximis ab inteſtato decedentibus venientia Clericis non auferantur. 71
de Clericorum privilegiis & immunitatibus. 42. 92. 95. 97. 104. 107
Clericis Imperio fidelibus inviolata ſerventur privilegia & eccleſiaſtica libertates. 71
Sacerdotem aut Clericum lædens quomodo ſit puniendus. 93. 96. 99. 106. 108
Presbyteri vulneratio aut cædes quomodo componi debeat. 14
Presbyteri & Clerici excommunicati à nemine recipiantur, niſi prius reconcilientur. 37
Presbyteri ne fruges aut alios redditus ad proprias vel conductitias domos abducant. 23
Clericorum frugalitas. 335
Clerus non ſit luxurioſus. 335
Clerici concubinarii & ſcortatores ab officio ſuſpendendi. 335
Sacerdotum ſecularis auſtus. 336
Sacerdotalibus monitis obedire detrectans quomodo puniendus ſit. 17. 24

de proviſione Presbytero facienda de vacantibus eccleſiis. 59
Presbyterorum & Clericorum defunctorum bona mobilia vel immobilia ad quos pertineant. 109
Vid. tit. de Eccleſiaſticis perſonis. &c. item, de immunitatibus, &c. item, de Concionatoribus; item, de Eccleſiaſtis; item, de Parochis.

De Collationibus & Collaturis.

Collationes beneficiorum quomodo facienda. 126
in Collationibus ſi Ordinarii negligentes ſunt, præventioni locus eſt. 126
ad Collationem de uno aut duobus beneficiis diſponere Papa quando poſſit. 126

De Collationibus tributariis.

Vid. in tit. de Contributionibus.

De Collectis.

Vide in eodem titulo.

De Colonis

De Colonis Monaſteriorum. 43

De Coadjutoris.

Coadjutoria non niſi examinatis concedantur. 326
Coadjutores indigni removeantur. 325

De Cœna Domini.

Vide tit. de Eucharistia.
in Cœna Domini Paſchalia Sacramenta ab omnibus Chriſtianis celebrantur. 18

De Comitibus in genere.

Comes in civitate, ubi Epiſcopus. 10. 25
Comites Imperii jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247
quæ cauſa ad Comitis juriſdictionem pertineant. 9. 10
cum Comite ſuo in exercitum ire ſubjecti tenentur. 9
Comites ut latrones perſequantur. 21
de Comitum correctione. 24
Comitatuum cauſæ imperatori & Regi reſervantur in Imperio juſtificandæ. 286
Comites quomodo in prima inſtantia convenire aut conveniri debeant. 282. 283. 284. 285. 287

De Comitibus Imperii, quorum fit mentio.

Altenburgi ſive Oldenburgi, Theodoricus Magiſter Ordinis Theutonici. 86. *Oldenburgi & Delmenhorſti.* 239 240
Antonius. 358
ab Artho Proſper. 377. 380
Aretii Comitatus ſub Imperio. 66
Arthesii. 110. 112. 143. 148. 150
Aſcania Principes Anhaltini. 356
Advennu Joannes Imperio feudalis. 82
à Barby, Domini in Mulingen. 358
Barcinona in Hiſpania. 12. 143. 148. 150
Bentheimi & Steinfordia. 239. 240. *Arnoldus Dominus in Wevelinghoven.* 358
à Bruneborſt Jodocus. 240
Bruchauſen, Comitum ab Hoya. 358
Burgundia Germ. Comitatus. 124 *Auſtriacorum.* 110. *Hiſpanorum Regis.* 143. 148. 150
Caſertanus Comes Richardus. 9
in Caſtel Comites & Domini Conradus & Heinricus. 358
in Cazenelenbogen Comites ſunt Lantgravii Haſſiæ. 170. *& Naſſovii.* 357
à Dhaun Comites in Falckenſtein, Domini in Oberſtein & Brach. 358
Delmenhorſti Comitatus eſt Oldenburgiorum. 358
à Diepholt. 240. *Comites & Generoſi Domini.* 358
Dieszenſes Comites Lantgravii. 170 *Naſſovii.* 357
Eberſteins Guilelmus. 357
Eiſenburgi ſuperioris Comites in Budingen. 357
Eiſenburgi inferioris Comites jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247
Erpachs Georgius & Eberhardus. 222
Faſanella Pandulphus proditor & ab Imperio proſcriptus. 58. 59 63. 64
Firmanus ſub Imperio. 65. *Nicolaus de Firmo.* 63
Firnenberga Comites jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247
Flandria Comitatus Imperiale feudum. 82. *Comitiſſa ab Imperio proſcribitur.* 81. *eſt Auſtriacorum.* 110. 143. 148. 150
Friſia Orientalis. 240. 358
Furſtenberga Wilhelmus. 222. *Fridericus.* 357
Goritia vel Gortia Joannes. 87. 94. *eſt Auſtriacorum.* 340
in Gutzgaw Comites ſunt Pomerani Duces. 356
Habſpurgia dicuntur Auſtriaci. 110. 143. 148. 150. *eſt Lucernatum.*
Haga Ladislaus. 357
Halſia ſunt Lantgravii Leuchtenbergenſes. 356
Hanovia, Domini in Mintzenberg. 357
Hanovia Domini in Lichtenberg. 357
Hartenſteins Henricus. 356
Heilgenberga ſive Sacrimontis Bertholdus. 357. *eſt Furſtenbergiorum.* 357
Helffenſteins Ulricus. 94. *ab Helffenſtein, Barones in Gundelfingen* 357
Hohenberga Capitaneus. 357. *eſt Auſtriacorum.*
Hogenloha Albertus, Ludovicus & Georgius. 357
Hoya 222. 240. *Albertus Comes in Hoya & Bruchauſen.* 358
Honſteins, Domini in Lohra & Klotenberg. 359
Konigſteini Comitatus fuit Stolbergiorum. 222. 357. *Comites in Stolberg, Konigſtein & Rutſchenfort, Domini in Epſtein.* 357. *nunc eſt Electoris Moguntini.*
Kyburgi, dicuntur Auſtriaci. 110. 112. *eſt Tigurinorum.*
Leininga & Dagsburgi, Domini in Aſpermont. 357
Lippia. 240. *Comites & Generoſi Domini à Lippen.* 358
Lupfia Joannes. 357
Manderſchieda Chriſtophorus. 56
Mansfeldia. 152. 172. 173. 222. *Comites & Domini in Mansfeld, Domini in Heldrungen.* 152
Marcha Comes & Dux Juliacenſis. 356
in Megen Comes, & Dominus in Humbricort, Carolus Brimen. 354
Montfortii Henricus. 93. *Hugo Comes in Monfort & Rottenfels, Dominus in Tetnang & Argen.* 357
Mumpelgarda Comites ſunt Duces Wirtembergenſes. 356
Namures Comitatus eſt feudum Imperii. 82
Naſſovia 222. 247. 357. *jus habent præſentandi perſonas Camerales.* 247
Ravenſpurgi, eſt Ducis Juliacenſis. 356
in Reupolszkirch Comes & Baro Joannes Hohenfelſini. 357
Ritberga. 222. 140
Rheingravii vel Comites Rheni, Comites in Salm, & Domini in Fuſtingen. 357
Salmenſes Comites, vide Rheingravii.
Schaumburgi. 240
Schwarszenburgi Guntherus & Henricus. 222
Schwartzenburgi, Domini in Anſtat Sondershauſen. 358
in Schwerin Comites ſunt Duces Mechelburgenſes. 356
Solmenſee, Domini in Mintzenberg. 357
Spanheims, eſt Palatinorum. 355
Steinfordia, eſt Bentheimenſium. 239. 240. 358. *Comites jus habent præſentandi perſonas Camerales.* 247
Stolberga. 222. 357. *Comites in Stolberg, Königſtein & Rutſchenfort, Domini in Epſtein.* 557
Sultzenſes Guilelmus & Rudolphus. 357
Teckelnburga. 222. 239. 240. *Comes in Teckelnburg, Dominus Reyda.* 357
Tholoſanus Comes Raimundus. 9
Tyrolis Comitiſſa Margareta. 87. 88. 89
Comes Joannes. 87. 94. *eſt Auſtriacorum.* 110. 112. 114

Velden-

Veldentia vel Validentia, eſt Palatinorum. 355
Vianda Comites ſunt Naſſovii. 357
Waldeckia. 222. 240. 358.
Werdenberga, dicuntur Furſtenbergii. 357. *eſt Glaronenſium.*
Werthemi, Rudolphus. 94. *Michaël.* 222
à Widt, Domini in Runckel & Iſenburg. 357
Wilgravii vel Silveſtri. 9. *Emico Comes Silveſter.* 9
Zigenhains Comites ſunt Landgravii Haſſiæ. 170
in Zimbern Domini & Comites. 361. *Comites & Domini in Zimbern, Domini in Meskirch & Wildenſtein.* 357
in Zolren Comites, Domini in Heigerloch. 357
Zweibrugge ſeu Geminipontis, Domini in Bitſch & Lichtenberg. 357. *nunc eſt Palatinorum.*
Zutphania Comites ſunt Auſtriaci Archiduces. 110. 112

De Comitibus Palatinis in Imperio, quorum fit mentio.

Ceritaniæ. 143. 148. 150
Hannoniæ. 110. 112. 117. 143. 148. 150.
Holandiæ. 110. 112. 143. 148. 150.
Kyburgi. 143. 148. 150
Namurci. 110. 112. 143. 148. 150.
Phireti. 143. 148. 150.
Roſſilionis. 11. 143. 148. 150
Selandiæ. 110. 112. 143. 148. 150
Zutphaniæ, 143. 148. 150. *qui omnes Comitatus ſunt ditionis Auſtriacæ.*
de Palatinis Comitibus judicii Weſtphalici. 110. 111

De Comitibus Palatinis Rheni.

Palatini Vicarii rata auctoritas. 141
Palatinus eſt S. Rom. Imperii Archidapifer & Princeps Elector. 91. 172. 354. 361. *Rupertus,* 91. *Ludovicus,* 172. *Fredericus,* 354. *Otto Henricus.* 361
Fridericus Palatinus, Cæſ. Majeſtatis Locumtenens. 152
Robertus & Wolfgangus Palatini, Comites Validentiæ ſive Veldenſes. 221. *Wolfgangus.* 355
Joannes Palatinus, Comes Spanhemenſis. 355
Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ. 233
Vide Duces Bavariæ.

De Comitiis, Conventibus, Placitis & Dietis Imperialibus.

Comitiorum utilitas, & deliberationes. 340
Comitia Imperialia univerſam Remp. Chriſtianam repræſentant. 139
Comitia indicere ſine Electorum conſenſu non poteſt Imperator. 141
Comitia non ſunt extra Imperii fines indicenda. 141
Comitiorum congregandorum difficultas. 139
Comitia Provinciarum quomodo convocanda. 347. 348
in Comitiis Provinciarum eodem modo procedendum eſt, quo in generalibus ſive Imperialibus. 348
propter frequentia placita ſive comitia populum gravari nimiis exactionibus. 24
Vid. tit. de Placitis.

De Comitiis Imperialibus in ſpecie, & eorum Receſſibus.

Comitia Aquiſgranenſia. An. 828. 15
Comitia Aquiſgranenſia. An. 1166. 6
Comitia Auguſtana. Anno 1530. 228. 232
Comitia in Cariſiaco. Anno 837. 19
Comitia Colonienſia. Anno 1344. 90
Comitia Compendii celebrata. Anno 833. 17
Comitia Confluentana, eorumq; Receſſus. 25. 28
Comitia Francofurtenſia. Anno 1344. 90
Comitia Friburgenſia. Anno 1498. 114. 293
Comitia Geilenhuſenſia. An. 1184. 50
Comitia Haganoenſia. 222. 228
Comitia in Rhens, Anno 1344. 50
Comitia in Sablonarias. 28
Comitia Spirenſia, Anno 1524. 153. 154
Comitia apud Theodonis villam. 14
Comitia Ticinenſia, Anno 854. 20
Comitia Ticinenſia, Anno 855. 22
Comitia Ticinenſia, Anno 876. 30
Comitia Wormatienſia, Anno 1495. 110. 112. 113
Comitia Wormatienſia, Anno 1509. 117
Comitia Wormatienſia, Anno 1521. 149. 150
Comitia Deputatorum, Anno 1551. 343
Comitia Monetalia Spirenſia. Anno 1548. 344
Comitia Provinciarum Wormatiæ. 347
Vide tit. de Electoribus.

De Commiſſariis.

Commiſſarios actori quando nominare concedatur. 309
Commiſſarii non debent eſſe ex Procuratoribus 309

De Compulſorialibus.

Compulſoriales contra priores Judices pro edendis actis, ubi fuerit neceſſe dentur. 300
Compulſoriales pro edendis actis præbeantur petentibus. 301
Compulſoriales pro actis pauperum habendis decernantur. 270
Compulſoriales quomodo à tabulariis inſinuandæ. 267. 268. 269
Compulſoriales quomodo Conſiſtorio aut Dicaſterio inſinuandæ. 268
Compulſorialibus literis omnes parere tenentur. 348
Compulſorialis citationis taxa. 264

De Conciliis & Synodis.

Concilium Papa & Imperator ſimul edicere debent. 157
Concilio præeſſe debent Imperator & Pontifex. 375
de Concilio celebrando tractationes variæ, & Pontificis Romani tergiverſationes. 157
Concilium liberum & Chriſtianum in Germania celebrandum. 150. 152. 180
Concilii univerſalis indictio in Comitia à Pontifice miſſa. 340
Concilii indictio per univerſum orbem propoſita. 341
de Conciliorum auctoritate. 145. 190. 191. 200. 201
Concilii libertas quomodo intelligenda. 374. 375
in Concilio antiquum eſſe retinendum. 375
Synodalia Decreta debent ſcriptis committi. 16
Concilia erraviſſe. 2. 3. 4
Concilium perfectum quod. 37
Conciliorum defenſor eſt Imperator. 341. 374
Concilio ſe ſubmiſerunt Ordines Imperii. 340. 341
Concilia ſex generalia & eorum auctoritas. 4. *Agathenſe.* 27. *Aquiſgranenſe.* 27. *Ariminenſe.* 5. *Conſtantienſe.* 142. 145. *Conſtantinopolitanum VII. Oecumenicum de imaginibus improbatur.* 3. *Hilardenſe.* 27. *Lateranenſe.* 97. 99. 104. *Mantuanum ſuſpectum.* 180 *Nicænum ſanctum,* 36. *Nicænum II. de imaginibus improbatur.* 4. *Ticinenſe.* 22. *Triburienſe.* 13. *Tridentinum, & in eo res ſacras perverſo modo proceſſiſſe.* 374
Synodi quomodo celebrentur. 200. 338. *earum examen,* 338. *quæ res in illis tractari debeant.* 338
Concilia nationalia an celebrari poſſint. 230. 231
Synodi nationales in Imperio Francorum celebrandæ. 16
Concilia nationalia cur impediat Papa. 374
in Concilio nationali non poſſe determinari cauſas fidei. 229
Synodi provinciales inſtituendæ. 325. *bis in anno* 36. 38. *aut ſingulis trienniis.* 338

Syno-

Synodi Diœceſiani inſtituendæ, 325. bis in anno. 338
in Synodum qui recipiantur. 338
Synodalis receſſus publicatio. 339

De Concionatoribus, Prædicatoribus, Eccleſiaſticis, & verbi Dei Miniſtris

de Concionatoribus, & diſpenſatoribus verbi Dei, & officio Eccleſiaſtæ. 330. 331
Prædicatio in parochiali eccleſia facienda. 23. 24
Concionatores Evangelium purè prædicent. 150. 151
Concionatores omittant inutiles & diſputabiles & intricatas materias. 240. 150 151. 224. 331.
in Concionibus nihil proſanum aut incertum proponendum eſt. 330
Prædicatores & Concionatores ut ab omnibus abſtineant, quæ tumultibus, rebellionibus, diſcordiis & ſeditionibus, occaſionem præbent. 121. 150. 151. 331.
Prædicatores propter diffamationes capi & coerceri poſſunt. 80
Concionatoribus auſcultatores ordinandi ſunt. 151
Conciones diebus Dominicis & Feſtis audienda. 336
ad prædicationes audiendas tantum pauperes conveniunt. 23
ad prædicationes in Eccleſiis audiendas nobiles ab Imperatore cogi debent. 23
Vide tit. de Clericis; item, de Concionatoribus; item, de Eccleſiaſticis; item, de Presbyteris.

De Conclusionibus.

de Concluſionibus verbalibus, quomodo & quando fieri debeant. 311
Concluſionis reſciſſio. 311

De Concordia Eccleſiaſtica.

Concordia eccleſiaſtica quatenus moderanda cum diſſidentibus. 208
Concordiæ nullum honeſtum modum Proteſtantes detrectant. 157
Vide tit. de eccleſiaſtica unitate.

De Concordatis Principum.

Concordata Principum Germaniæ cum Papa. 121
Concordata Principum cum Pontifice ut à Romanor. fraudibus Imperator cuſtodiat. 141
Concordata Principum violans Curtiſanus quomodo coercendus. 121

De Concubinis & Concubinariis.

Concubina expellenda. 335
Concubinarii Clerici ab officio ſuſpendendi. 335
Focaria vel concubina domini ſui ſe commiſcens quomodò plectendus. 54
Vide tit. de Fornicariis.

De Confeſſione & Confeſſoribus.

de Confeſſione & enumeratione delictorum. 202. 210
Confeſſio in Eccleſiis quare retinenda ſit. 164
Confeſſio peccatorum ſemel in anno facienda. 333
in Confeſſione non eſt neceſſaria omnium delictorum commemoratio. 159 164
de Confeſſione quid Lutherus ſenſerit. 144
Confeſſio Viſitatoribus facienda. 338
Confeſſores ſint prudentes. 333

De Confeſſione Auguſtana.

Confeſſio Auguſtana Imperatori in Comitiis oblata. 156
Confeſſio Auguſtana comprobatur. 208. 211

De Confirmatione & Chriſmate.

de Confirmationis Sacramento. 192. 211
de Confirmationis adminiſtratione. 332
Confirmatio debet ab ipſis Epiſcopis fieri. 24

De Confirmationibus electionum.

Confirmationes Eccleſiaſticorum electionis canonicè fiant. 125
pro Confirmationibus nihil eſſe dandum Pontifici aut aliis. 214
pro Confirmatione ſi Papa aliquid accipiat, ad Concilium deferendus eſt. 126
pro Confirmatione nihil accipiendum eſt. 126

De Conjugio Sacerdotum.

de Conjugio Sacerdotum. 199. 206. 207. 213. 216. 229
Conjugium Clericorum & Sacerdotum concedendum. 376. 380. 381. 382
Conjugium Sacerdotum impiè interdictum fuit. 162
Sacerdotum & Monachorum matrimonium contrahentium pœna. 151

De Conjurationibus & Conſpirationibus.

Conſpiratores & Prædones ut perſequantur & puniantur. 21

De Conſecrationibus

Conſecrationes Eccleſiarum, Altarium, calicum, pallarum, veſtium, campanarum, &c. ut fiant. 334

De Conſtitutionibus & Decretis Principum.

ex Conſtitutionibus error aut dubietas enata quomodò emendari debeat. 20
Banno Pontificis Decreta Imperialia ſaucita. 48
Vide tit. de Legibus; item, de Imperatore.

De Conſuetudinibus & Moribus.

Conſuetudo contra mandatum Dei introducta non eſt probanda. 162
longa conſuetudo & inveterata non facile mutari poteſt. 50
ex conſuetudinibus & ſtatutis judicare debent judices. 254

De Conſultationibus.

Conſultatio non habet locum, ubi intervenit neceſſitas. 127
Conſultandum benè, quod faciendum eſt ſemel. 127

De Contractibus.

Contractus uſurarii prohibiti. 349 350. 360
Contractus inter Clericos & Laicos facti legitimè ut inſcribantur ac ſigillentur. 92. 56. 98. 105 107

De Contributionibus, Collationibus & Collectis

Collecta generalis diſtributio ut æqualiter fiat. 84
De Contributione generali in bellum Turcicum. 153. 154
de Collationis ſive contributionis forma, concordia & moderatione. 347
Collationis forma Wormatienſis. 348
Collecta ne ultra debitum ab Imperatore præceptum à ſubditis exigantur. 55
Contributionis Turcicæ conſenſus & determinatio. 353
Contributio ad bellum Turcis inferendum qualiter facienda. 129 134
de Contribuendarum pecuniarum locis & civitatibus, ut Fiſcali indicentur. 370
Collationis moderatio quomodo & qualiter facienda. 348
Dacias & collectas conferre cum Univerſitatis civibus etiam Nobiles tenentur. 69
Contributio ad Cameram judicium ſuſtinendum. 270. 271
Collecta pro maritagio filiæ Imperatoris, 55
Collecta & tallia ab Eccleſiaſticis quando & quomodo exigenda. 99. 104
de Collecta Eccleſiarum militibus Laicis proviſum. 68
Contributiones reſtantes pendantur & præſtentur ſub pœna declarationis. 367
qui collectas & exactiones Imperiales refutat, ut coerceatur. 60
qui pro vitandis collectis ad alia loca conceſſerunt, ut cogantur redire ad propria domicilia. 56
à Collectis & exactionibus immunes ſunt, qui Reip. cauſa abſunt aut in ſervitio Imperatoris verſantur. 60
Contributionum cauſa quomodo in Camera peragenda. 257
Vide tit. de Exactionibus; item, de eccleſiaſticis perſonis; item, de inquiſitionibus.

De

De Contumacia.

de Contumacia actoris non comparentis in prima inſtantia. 317

de Contumacia rei non comparentis in prima inſtantia. 317

Contumace Reo licebit Actori proclamationem petere. 307

de Contumacia appellantis non comparentis. 318

de Contumacia appellati non comparentis. 318

de Contumacia partium comparentium, & earum ceſſationibus & moris. 317

Contumaciarum cauſa & circuitus olim à duobus tantum adminiſtrabantur. 305

in Contumacia procedatur ad proſcriptionem & bannum. 68. 82

Contumax bannitus quomodo liberetur. 319

ſi Contumax poſteà compareat, quid agendum ſit. 318

De Conventione.

de Conventione Statuum immediatè Imperio ſubjectorum in prima inſtantia. 282. 283. 284. 285

De Copiiſtis.

de Copiſtarum Cameræ officio. 264

de Copiſtarum juramento. 279

De Coronationibus.

Coronatio Regia Aquisgrani facienda eſt. 7. 8

De Corpore Chriſti.

Vide tit. de Euchariſtia.

De Crimine læſæ Majeſtatis.

læſæ Majeſtatis reo ne feſtis quidem diebus parcendum. 52

læſæ Majeſtatis reus Epiſcopus. 67

propter crimen læſæ Majeſtatis Eccleſiaſticæ poſſunt ab Imperatore proſcribi. 80

læſæ Majeſtatis reus ad limina Apoſtolorum ſive Papam confugiens ut capiatur & plectatur. 54

Criminis læſæ Majeſtatis pœna. 5

læſæ Majeſtatis pœna in honorato & multis dignitatibus prædito. 52

nobilis læſæ Majeſtatis reus ut in torneamento caſtigetur. 41

in Majeſtatis crimine etiam conatus punitur. 52

De Criminibus & cauſis Criminalibus

Crimina vindicanda ſunt propter timorem & exemplum. 52

ubi de criminibus agi oporteat. 38

Criminalium quæſtionum cognitio pertinet ad præſentem Imperatorem. 51

Criminales cauſæ ad Imperatoris & ejus Comitis judicium pertinent. 10

de Crimine accuſatus quomodo ſe purgare debeat. 48

in Criminalibus cauſis nulla recipitur appellatio. 298

De Croco.

Crocum Margianum & Arragonicum falſificatum ne in Imperio vendatur. 350. 351

De Crucis ſigno & judicio.

Crucis ſignaculo cur muniamur. 334

Crucis vexilli judicium in dubiis controverſiis. 20

De Cruciata.

Cruciata per univerſitatem Chriſtianorum prædicanda. 128. 133. 135

S. Cruciata fraternitas inter univerſos Principes Chriſtianos. 128

De Curatoribus.

Curatores dandi poteſtatem habet Vicarius Imperialis. 51

De Curatoribus ad litem.

de Curatorum ad litem juramentis. 279

De Curtiſanis.

Curtiſanorum Romanæ Curiæ rapacitas. 121. *eis reſiſtere Imperator tenetur.* 122

Curtiſani in terris & civitatibus Germaniæ vivere non permittantur. 121

Curtiſani in Germanicis Eccleſiis ne admittantur. 125

ex Curtiſanorum faucibus eripere Germaniam Imperator debet. 122

Curtiſanis iniqua petentibus quomodo reſiſtendum. 121

D.

De Damnatione impiorum.

Damnatorum & impiorum ſupplicia fore æterna & ſine fine. 2. 160

Vide tit. de Peccatis & Peccatoribus.

De Debitis & Debitoribus.

Debitoris in ſervitio Imperatoris verſantis aut Reipubl. cauſa abſentis bona ne diſtrahantur aut publicentur. 59. 60

de Debitorum bonis, qui cedunt, creditoribus ſatisfaciendum eſt. 68. 69

De Decalogo.

Decalogi obſervatio quam religioſa eſſe debeat. 110

De Decanis.

de Decani & Canonicorum officio. 327

Decani rurales & eorum officium. 327

Decanorum ruralium viſitationis. 338

De Decimis.

Quando ſolvenda ſint ſive deneganda decima. 104

Decimæ non ad privatas baſilicas, ſed ad Eccleſias parochiales dandæ ſunt. 24

Decimas eccleſiaſticas poſſidere an Laicis fas ſit. 50

Decimas non cogitur ampliùs ſolvere, qui bona creditoribus ceſſit. 68. 69

Decima Eccleſiaſticorum pro bello Turcis inferendo. 129. 134

Decimæ ſub prætextu expeditionis Turcicæ doloſè exiguntur. 119

De Decretis & Decretalibus.

Vide tit. de Canonibus.

De Decretis Judicum.

Vide tit. de Sententiis Judicum.

De Delatoribus.

Delatores probent, aut non audiantur. 337

De Deportatione.

Deportatio immerita non importat infamiam. 84

De Depoſito.

Depoſiti contrectatio illicita, & ejus pœna. 54

Depoſitum mutuum ut reſtituatur. 62

Depoſita vel ſequeſtrata pecunia apud Cameram cuſtodia. 263

De Deo.

Deus unus in Trinitate. 158

Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. 1

Deus Pater omnipotens & creator omnium rerum. 1

Deus impaſſibilis eſt. 1

Deo cur corporea membra tribuantur. 3

Deus nos caſtigat, ut emendemur. 15

Beneficiis Dei quia ingratè utimur, ideò ab eo affligimur. 15

Dei furor ob peccata noſtra quomodo placandus. 15. 16

Modi, quibus placetur ira Dei. 128

Vide tit. de Trinitate.

De Dei Filio.

Dei Filii incarnatio quomodo facta. 1

Dei Filium propter aſſumptum hominem non minùs potuiſſe quam ante aſſumptionem. 2

Dei Filium neceſſitate carnis non fuiſſe mentitum. 2

Vide tit. de Chriſto Jeſu.

De Diaconis.

Diaconi vulneratio aut cædes quomodo componi debeat. 13. 14

De Diffamationibus.

contra Diffamantes ex lege diffamari in Camera agi poteſt, & quomodo. 296

Vide tit. de Injuriis.

De Diffidationibus.

Diffidatores violenti & injuſti quomodo plectendi ſunt. 46. 47

Diffidatores in pace publica quomodo puniendi. 48

in Diffidatione caſtrum occupantes ut ad Curiam citentur. 62

De Dilationibus.

ad rei Dilationes fruſtraneas decernatur prout jus eſt. 305

Vide tit. de Reis.

De Diſciplina Eccleſiaſtica.

de Diſciplina eccleſiaſtica Clericorum. 198. 200. 211. 212. 219. 223. 224. 335

de Diſciplina eccleſiaſtica populi & Laicorum. 199. 200. 215. 218. 335. 336

Diſciplina eccleſiaſtica multis partibus deformata. 325

De Diſcordia.

Diſcordia in Imperio auctor diabolus. 26. 33

Diſcordia & diſſenſiones Principum Chriſtianorum quantum impedimentum afferant bello Turcis inferendo. 128. 135

De Diſpenſationibus.

de Legibus & conſtitutionibus humanis diſpenſare ſolummodo pertinet ad Imperatorem, non etiam ad Papam. 89. 90

Diſpenſationes cauſarum matrimonialium pertinent ad judicium Imperiale. 88. 89

Diſpenſationes cauſarum matrimonialium de facto, non de jure ſibi Pontifices aſſeruerunt. 89

Diſpenſationes ſcandaloſæ tollendæ. 375

De Diſputationibus.

Diſputationibus temerariis & captioſis argumentis læditur & ſcandalizatur Eccleſia. 140

Diſputationes difficiles & intricatæ pro concione non proponendæ. 224. 331

Diſputationes curioſæ & frivolæ prohibendæ ſunt. 140

Diſputabiles & inutiles materiæ à concionatoribus omitti debent. 150. 151

Diſputationes cum notoriis hæreticis omni jure prohibentur. 145

De Divortio.

Divortium matrimoniale ab Imperatore factum. 88

Divortia & diſſidia ab Epiſcopis facienda. 27

De Doctoribus.

Vide tit. de Profeſſoribus.

De Dominico die.

Dominicus dies quomodo inſtitutus, & qualis ſit ejus obſervatio. 169

Dominici diei obſervatio an ſit juris divini. 169

De Dominiis Ditionalibus vel Regionalibus in Imperio, eorumque Dominis.

Alberti Vallis in Voſego Domini ſunt Auſtriaci. 124

in Badenwiler Domini ſunt Marchiones Badenſes. 356

in Berenburch Domini ſunt Principes Anhaltini. 356

de Burge regionum Domini. 29. *fuerunt Duces Sabaudiæ, nunc eſt Rex Gallorum.*

Friſia à Carolo M. ad fidem converſa. 6 *ejus Domini ſunt Auſtriaci.* 110. 112. 143. 148. 150

Salinarum Domini ſunt Auſtriaci. 110. 112. 143. 148. 150. 366.

Stargardiæ ditionis Domini ſunt Mechelburgenſes. 356

Vandalica Marchia Domini ſunt Auſtriaci. 110. 112. 143. 148. 150. 366

Mechlinia Domini ſunt Auſtriaci. 110. 112. 143. 148. 150

Oppellenſis Domini ſunt Marchiones Brandenburgenſes. 356

Portunoia ſive Portus-Naonis Domini ſunt Auſtriaci. 110. 112. 143. 148. 150. 366

Ratibarnia Domini ſunt Brandenburgenſes. 356

Roſtochienſis ditionis Domini ſunt Duces Mechelburgenſes. 356

in Roteleu Domini ſunt Marchiones Badenſes. 356

De Donationibus.

de Donationibus Romanæ Eccleſiæ factis. 11. 44

Donationes Eccleſiis aut eccleſiaſticis perſonis factæ ne à ſecularibus uſurpentur. 92. 96. 98. 105. 107

De Ducibus in genere.

Ducum in exercitu non debet eſſe par poteſtas. 128

Ducatuum cauſa Imperatori & Regi reſervantur in Imperio juſtificanda. 286

De Ducibus & Ducatibus Imperii, quorum ſit mentio.

Augaria vel Augrivaria Dux Archiepiſcopus Colonienſis. 354

Aquitania Imperio ſubjecta. 9

Athenarum Dux Rex Siciliæ ſcribitur. 340

Auſtria Germaniæ Ducatus. 124. *ejus Duces Spirenſem Eccleſiam dotaverunt.* 124. *ſubditi à Cæſare Calicis permiſſionem petunt.* 378. *Vide tit. de Archiducibus.*

Bavaria Imperio obſequens. 7. *duplex, ſuperior & inferior.* 355. *hinc utriuſque Bavariæ Duces.* 355. *jus habent præſentandi perſonas Camerales.* 247. *vocantur Comites Palatini ad Rhenum.* 228. 355. 379. *Wilhelmus & Ludovicus.* 228. *Otto Henricus.* 228. *Joannes & Wolfgangus.* 247. *Henricus Adminiſtrator Epiſcopatuum Friſingenſis & Wormatienſis.* 355. *Erneſtus Archiepiſcopus Salzburgenſis.* 355. *Albertus* 355. *petit Calicis conceſſionem ſuis ſubditis.* 379. *Bavari à Cæſare Calicis permiſſionem poſtulant.* 378. *Vide tit. de Comitibus Palatinis Rheni.*

Beneventanus ſeu Spoletanus Ducatus in patrimonio eſt Imperatoris. 12. 44. *Papæ donatus.* ibid.

Bergenſis Dux jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *pertinet ad Juliacenſem.* 356

Boruſſia Imperii membrum. 87. *quomodo ad Imperium pervenerit.* 77. *ejus Duces.* 354

Brabantia Duces Auſtriaci. 110. 112. 143. 148. 150. 366

Brunſuicenſes jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247. *Philippus Erneſtus & Franciſcus.* 172. 173. *Erichus.* 221. *à Brunſuig & Luneburg.* 240. *Philippus.* 221. 240. *Henricus.* 228. *Henricus junior Dux Brunſuicæ & Luneburgi.* 355. *Vide infrà Luneburgenſes.*

Burgundia Germaniæ Ducatus. 124. *ejus Dux eſt Viſitator Cameræ Imperialis.* 361. *Rex Hiſpaniæ.* 361. *Duces ſunt Auſtriaci.* 110. 143. 148. 150. 366.

Calabria utriuſque Ducatus eſt in patrimonio Imperatoris. 12. 44. *Papæ donatus.* 12. 44

Campania Ducatus in Italia Papæ ab Imperatore donatus. 11. 12. 44

Carinthia vel Carinia Dux Margareta. 87. 88. 89. *Joannes.* 87. 94. *Duces ſunt Auſtriaci.* 110. 112. 114. 143. 148. 150. 366. *ſubditi à Cæſare petunt Calicis permiſſionem.* 378

Carniola vel Crania Duces ſunt Auſtriaci. 110. 112. 114. 143. 148. 150. 366. *ſubditi à Cæſare Calicis permiſſionem poſtulant.* 378

Caſſubia Duces ſunt Pomerani. 354. 356

Clevenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *pertinet ad Juliacenſem.* 228. 356

Delphinatus à Regibus Franciæ ornatus. 124

Franconia Imperio obſequens. 7. *ejus Dux nominatur Epiſcopus Herbipolenſis.*

Geldrienſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Duces ſunt Auſtriaci.* 110. 112. 340

Holſatia Dux Chriſtianus Rex Daniæ. 221

Jegerdorffii Dux Georgius Fridericus Brandenburgenſis. 356

Juliacenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Guilelmus Dux Juliacenſis, Clevenſis & Bergenſis.* 240. 356

Limburgi Duces ſunt Auſtriaci. 110. 112. 114. 143. 148. 150

Livo-

Livonia membrum Imperii. 87. *quomodo ad Imperium pervenerit.* 77
Lotharingia Dux jus habet praſentandi perſonas Camerales. 247
Lotharingia Duces Auſtriaci. 110. 112.114.117.143.148.150. *hic Ducatus alioqui vocatur Inferior Lotharingia, ille autem Superior.*
Lucemburgi Duces Auſtriaci. 110. 112. 340. 366. *Lucemburgenſis Ducatus praſidens.* 361. *Senatus Ducalis Praſes.* 354
Luneburgi Dux. 240. *Erneſtus.* 170. 173. 221. *Franciſcus.* 170.172. 173. 221. *Henricus.* 355. *vide ſuprà Brunſuicenſes.*
Mechelburgenſes vel Megalopolitani jus habent praſentandi perſonas Camerales. 247. *Henricus.* 152 221. *Henricus & Joannes Albertus.* 356
Neapolitanus Ducatus eſt in patrimonio Imperatoris. 12, 44. *Papa donatus.* 12
Opavia & Ratiboria Dux Nicolaus. 94
Oppelenia Duces ſunt Brandenburgenſes. 356
Opulienſis Dux Balbo. 93
Pomerani Duces jus habent praſentandi perſonas Camerales. 247. *Barminus.* 221. 356. *Albertus.* 356. *Philippus.* 221.356. *Joachimus.* 354
Ratibarma Duces ſunt Brandenburgenſes. 356
Ratiboria Dux Nicolaus. 94
Romanus Ducatus Papa donatus. 11. 44
Sabaudia Dux Carolus. 356
Salernitanus Ducatus eſt in patrimonio Imperatoris. 12. *Papa donatus.* 12
Saxonia Germania Ducatus. 124. *Imperio obſequens.* 7. *à Carolo M. ad fidem converſa.* 6. *duplex ſuperior & inferior.* 92. *Jus habent praſentandi perſonas Camerales.* 247. *Saxonia Princeps Elector.* 239.240. *Vicarius Imperii.* 91. 239. 240. *Archimareſcallus.* 94. 170
Rudolphus ſenior. 94. *Rupertus.* 91. *Joannes.* 170. 172. 173. 174. *Joannes Fridericus.* 170. 172. 173. 174.179.221. *Mauritius.* 354
Saxonia Duces, Rudolphus junior. 93. 94
Henricus. 221. *Joannes Erneſtus.* 221
Sileſia Duces Auſtriaci, tanquam Reges Bohemia. 366. *item, Brandenburgenſes Marchiones.* 354 356. *Ducatus duplex, ſuperior & inferior.* 366. *Subditi petunt Calicis permiſſionem à Caſare.* 378
Septimania Imperio ſubjecta. 9
Spoletanus ſive Beneventanus Ducatus eſt in patrimonio Imperatoris. 12. 44. *Imperio fidelis.* 65. *Papa donatus.* 12. 44
Stetinæ Duces jus habent praſentandi perſonas Camerales. 247. *ſunt Pomerani Brandenburgenſes.* 354. 355. 356
Stiria Duces ſunt Auſtriaci. 110.112. 114. 143. 366. *ſubditi petunt calicis permiſſionem à Caſare.* 378
Suevia Duces Spirenſem Eccleſiam ditaverunt. 124. *Fridericus Barbaroſſa.* 6. *Henricus.* 6. *ſubditi petunt calicis permiſſionem à Caſare.* 378
Teckenſis Dux Fridericus. 94. *nunc pertinet ad Ducem Wirtembergenſem.* 356
Theſinenſis Dux Priwinlaus. 93
Tuſcia Ducatus Papa donatus. 12. 44. 45. *ſub Imperio & ab Imperatoribus adminiſtrata.* 69. *per Vicarium generalem.* 58.59.63.64
Vaſconia Imperio ſubdita. 13
Venetiarum Provincia Papa donata. 44. *Dux Leonardus ab Imperatore proſcriptus* 118
Wandalia à Carolo M. ad fidem converſa. 6
Wendia vel Vinidorum Duces ſunt Brandenburgenſes & Pomerani. 354. 356
Weſtphalia à Carolo M. ad fidem converſa. 6. *ejus Dux Archiepiſcopus Colonienſis.* 354
Wirtembergenſis jus habet praſentandi perſonas Camerales. 247. *Ulricus.* 221. *Chriſtophorus.* 356.361. *ab Auſtriacis titulatur.* 143.148. 150

De Duello & Campo.

Duellum vel Campus in Regum controverſiis prohibitus. 20

E.

De Ebrietate.

Ebrietas & compotationes vitanda. 337

De Eccleſia.

de Eccleſia, & illius ſignis ac auctoritate. 187. 188. 210
Eccleſia quid. 158
Eccleſia una eſt. 158
Eccleſia Catholica deſcriptio. 2. 3
de Eccleſia hierarchico ordine, & in conſtituenda politia auctoritate. 194. 195. 204
Eccleſia typus fuit arca Noe. 3
Eccleſia ſponſus Chriſtus. 2. 4
Eccleſia roſeo Chriſti ſanguine acquiſita. 25. *fundata.* 133. 139
Eccleſia fundamentum in Petri Apoſtoli fide & nomine locatum. 25
Eccleſia ex electis producitur. 31
de auctoritate Eccleſia in diſcernenda & interpretanda Scriptura. 189. 190
Eccleſia unitas. 194. 204. *in quibus conſiſtat.* 158. *perpetua mater charitatis & fidei.* 48. *Imperatori incumbit.* 97
Eccleſia bella. 2. 3
ab Eccleſia unione non eſt recedendum. 3. 210
in Eccleſia etiam malos & hypocritas verſari. 159
in Eccleſia novas conſtitutiones ingerere jactantia eſt. 4
Eccleſia in gremio regna ſuſcipiuntur. 3
Eccleſia defenſores ſunt omnes Chriſtiani. 3
Eccleſia defenſor ſingularis eſt Imperator. 3. 5. 341
de Eccleſia reformatione Articuli Caſarei. 375
Eccleſiaſtica miniſteria gratis praſtanda. 376
Eccleſia univerſitatem errare, accuſari, & ab Imperatore judicari poſſe. 97
Eccleſia proteſtantium in nullo Articulo fidei diſſentiunt ab eccleſia Catholica. 161

De Eccleſia Romana.

Eccleſia Romana, magiſtra, mater & caput Eccleſiarum. 32
Romana Eccleſia facta donationes de Regnis Italia. 11. 31. 44
Romana Eccleſia defenſionem jurat Imperator. 43. *& bonorum reſtitutionem.* 43
Eccleſia Romana defenſionem ſuſcipere debent Reges Imperii. 20
Vide tit. de Papa.

De Eccleſiis, Cathedris & Baſilicis.

Eccleſiis ſemper & ubique pax publica. 47
Eccleſiarum regimina minus digni Roma concedi. 119
Eccleſiarum in regnis ſuis ſitarum defenſionem ſuſcipere Reges debent. 10
de vacantibus Eccleſiis ut proviſio Presbytero fiat ibi commoranti. 59
Eccleſiarum fundationes in Francia & Germania. 124
Eccleſia in quem finem dotata. 123
Eccleſias licet ordinare, ſed Imperatorum, privilegiis & dignitatibus ſalvis. 79
de Eccleſiarum reſtauratione judicare Imperator debet. 22. 13
Eccleſiarum Privilegia cuſtodiri debent. 25
Eccleſia incorporata. 121.336.376
Vide tit. de Templis.

De Eccleſiaſtis & Eccleſiæ miniſtris.

Eccleſiaſtes exemplum ſit vita. 331

Eccleſiarum miniſtri quales olim electi. 124
de Miniſtrorum Eccleſiæ gradibus. 214
Eccleſiæ miniſtri etiam pravi audiendi, & illorum miniſterio utendum eſt. 159
de Eccleſiæ miniſtrorum ordinatione & electione. 326
de miniſtrorum Eccleſiæ reſtitutione & reformatione. 211. 212. 213
Miniſtrorum Eccleſiæ ſtipendia. 200. 207. 211. 213. 215. 221.
Vide tit. de Concionatoribus; item, de Clericis; item, de Parochis.

De Eccleſiaſticis perſonis, juribus, rebus & bonis.

Eccleſiaſticæ dignitates non niſi idoneis concedendæ. 325. 326
Eccleſiaſticorum noſtrorum vita Chriſti vitæ contraria. 123
Eccleſiaſticorum vitia tegenda. 122
Eccleſiaſticorum perſonam lædens quomodo ſit puniendus. 13. 14. 93. 96. 99. 106. 108
Eccleſiaſticorum matrimonium contrahentium pœna. 151
Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum privilegia cuſtodiri debent. 25. 70. 71. 337
Eccleſiaſticorum impunitas, & quid inde conſequatur. 79
ad eccleſiaſticam juridictionem quæ cauſæ pertineant. 13. 108. 109. 339
Eccleſiaſticæ perſonæ ad nullum judicium ſæculare trahi poſſunt. 95. 98. 105. 107. 108. *imò poſſunt.* 70. *& ab Imperatore.* 22. 23. 46
Eccleſiaſticorum ſubditi criminoſi à quibus puniendi ſint. 109
Eccleſiaſtici propter crimen læſæ Majeſtatis proſcripti. 80
Eccleſiaſtici capti & incarcerati aſſignandi ſunt judicio Prælatorum. 80
Eccleſiaſticorum judicium Deus ſibi non hominibus reſervavit. 14
de bonis eccleſiaſticis, eorumque diſpenſatione & uſu. 214
nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam transferri debent. 92. 95. 98. 105. 107
Eccleſiaſticis in Regno Siciliæ non licet emere nec hæreditare bona allodialia. 79
Eccleſiaſtica bona cur à donatoribus data & conceſſa. 123
Eccleſiaſtica bona ſint in Paſtorum & Rectorum eccleſiarum integra poteſtate, ubicumq; locorum ſita ſint. 20
Res eccleſiaſticæ Sacerdotibus commendatæ ſunt ad pauperum & egentium uſus. 123. *quarta parte illis deputata.* 330
Eccleſiaſticæ res & fundi permutari licitè poſſunt. 79
Super alienatione eccleſiaſticarum rerum decretum interponere Vicarius Imperialis poteſt. 51
Res eccleſiaſticæ ablatæ reſtituantur. 24. *maximè à Pontificibus in toto terrarum orbe alienatæ.* 100. 101. 102. *à Proteſtantibus occupata nondum reſtituenda.* 376
Res eccleſiaſticæ neque à ſolo Papa, neque à ſolo Epiſcopo tallitari vel alienari poſſunt, ſed utroque ſimul. 99. 104
Eccleſiaſtici de re feudali coram Imperatore conveniri debent. 79
Eccleſiaſtici ab Imperatore exempti ne cogantur ad collationem tributorum & collectarum Imperialium. 70
Eccleſiaſticis perſonis tallia & collecta imponi poſſunt pro feudalibus & patrimonialibus bonis. 79
Eccleſiaſticorum contributio ad bellum Turcis inferendum. 129. 134
Eccleſiaſtici in cauſa pacem publicam concernente onerari & exigi à Magiſtratu poſſunt. 343
Eccleſia & eccleſiaſticæ perſonæ contribuere ad viarum & pontium refectionem tenentur. 52
Eccleſiaſticarum rerum ſubſidia quando & quomodo Laicis facienda. 99
Eccleſiæ proventus militi Laico pro bene meritis aſſignati. 67. 68
Eccleſiaſticarum perſonarum defunctarum bona mobilia vel immobilia ad quos pertineant. 109
Eccleſiaſticorum ambitio & avaritia quas clades & calamitates importent. 124. 125
Vide tit. de Clericis, &c. item, Immunitatibus, &c. item, de Juriſdictione.

De Electoribus Principibus, & Electione Regali & Imperiali

Electorum jura, ſuffragia, loca, &c. in electione. 92
Electores fundamenta & columnæ fortiſſimæ Imperii. 91
Electores in Imperio ſunt, quod remiges in navi. 91
Electionis facultatem Electoribus liberam tueri Imperator tenetur. 141
in Electione Romanorum Regis, futuri Imperatoris, Regem Bohemiæ habere eligendi plenarium jus & vocem. 86. 91. 92
Electores quomodo in prima inſtantia convenire & conveniri debeant. 282. 283. 284. 285. 287
Electoribus licet Conventus celebrare, & de Rep. conſulere. 141
Conventus Electorum Metis. 91
Conventus Electorum in Rheno. 90. 91

De Electione Eccleſiaſtica.

Electio & confirmatio Eccleſiarum ſit Canonica. 125. 126
Electiones Prælatorum non poſſe Papam rejicere. 119
Electiones Præpoſiturarum à Papa etiam contra datas Bullas moleſtantur. 119
Electivarum Eccleſiarum reſervationes generales Papæ non permittendæ. 125

De Electis Dei.

Electi ſunt ante mundi conſtitutionem prædeſtinati. 31
Electorum tantum eſt vera Eccleſia. 31

De Epiſcopis in genere.

Epiſcopi locum tenent Apoſtolorum. 34. 195
Epiſcopi ſunt Vicarii Chriſti & Clavigeri regni cœlorum. 16
Epiſcopi habent ligandi & ſolvendi poteſtatem. 16. 17
Epiſcopi debent eſſe exemplum benè agendi, & terror malè facienti. 16. 23
Epiſcopi ſunt Medici ſpirituales. 17
ad Epiſcopatum nemo aſſumi debet, niſi ſit Presbyter. 326
in Epiſcoporum ordinatione plebis conſenſus accedere debet. 23
Epiſcoporum libera à Clericis electio ab Imp. conceſſa. 43
Epiſcoporum gradus. 195. 204
Epiſcoporum officium quantum & quàm amplum ſit. 16. 17. 327
Epiſcopi in magnis civitatibus conſtituendi. 212
Epiſcopatus plures in latioribus provinciis erigendos, vel ex monaſteriis. 376
Epiſcopatuum pluralitas refrenetur. 325
Epiſcopi ad reſidentiam cogendi 375
Epiſcopi quoties viſitare debeant. 337
Epiſcopi in confirmatione circumeuntes quid ab Archipresbyteris accipere debeant. 24
Epiſcopi non uni Vicario committant. 375
de obedientia Epiſcoporum Metropolitano præſtanda 48. 49
Epiſcopi appellare ad ſedem Apoſtolicam poſſunt. 35. 36. 49
Epiſcoporum duplex juriſdictio, eccleſiaſtica & politica, & de utriuſque officio. 168
Epiſcopi Germaniæ utramque juriſdictionem habent. 199. 211. 212. 219. 327

Epiſcopi an competat politica adminiſtratio. 208. 211. 212. 213
Epiſcoporum Titulos tantum Germania habet. 219
Epiſcopis non adimunt ſuos honores Eccleſiæ reformatæ. 169
Epiſcopi vulneratio aut cædes quomodo componi debeat. 13. 14
Epiſcopus novis exactionibus eccleſias gravans quomodo coercendus. 99
Epiſcopus à quibus & quomodo judicari debeat. 35. 36. 37
Epiſcopi Imperatoris Vaſalli ei ad omnes juſtitias tenentur. 50
de converſatione & vita Epiſcoporum judicare Imperator debet. 22
Epiſcopos corrigere & punire Imperator debet. 23. 79
Epiſcopi & miniſtrorum ejus judicium Deus ſibi non hominibus reſervavit. 14
Epiſcoporum Contractus cum Laicis ut ſerventur. 67
Epiſcoporum defunctorum bona mobilia vel immobilia ad quos pertineant. 66 67. 109
Epiſcopi defuncti debita ex bonis Epiſcopatus ſolvenda. 66. 67
Epiſcopatus quot in Germania. 120

De Epiſcopis Imperii, quorum fit mentio.

Albenſis Hildradus. 31
Aquenſis Bodo. 31
Aretinus Joannes. 31
Argentinenſis, qui olim Argentarienſis, Ratholdus. 27. *Voco.* 45. *Eraſmus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Eccleſia à Dagoberto Rege Auſtraſiæ exaltata.* 124. *ejus annata.* 119
Atrebatenſis Antonius. 355
Augustanus jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Otto Cardinalis.* 354. *Augustenſis Eccleſiæ Capitulum.* 104
Auguſtanus in Italia Hilvinus. 31
Bambergenſis vel Babebergenſis Lupoldus. 124. *Wigandus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *ejus annata.* 120
Baſileenſis Philippus. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Brandenburgenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247
Brixienſis Epiſcopatus Adminiſtrator Chriſtophorus. 355
Caminenſis electus Epiſcopus Martinus. 355
Cameracenſis Robertus. 355
Canadienſis in Ungaria. 378 379
Comenſis Filbertus. 31
Conſtantienſis Chriſtophorus. 354. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Cremonenſis Benedictus. 31. *Imperio ſubjectus.* 69. *Imperio fidelis.* 78
Curienſis Hartbertus. 45. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Eiſtetenſis Mauritius. 354. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Eporedienſis Azo. 31
Farria Epiſcopi Metropolitano Hamburgenſi ſubjecti. 49
Firmanus P. Imperio fidelis. 67. *Epiſcopus læſæ Majeſtatis reus.* 67
Florentinus Andreas. 31
Friſingenſis Epiſcopus & Capitulum. 106. *Adminiſtrator Henricus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Genuenſis Epiſcopus. 31
Gronlandiæ Epiſcopi Metropolitano Hamburgenſi ſubjecti. 49
Halberſtadenſis Eccleſiæ Capitulum. 96
Adminiſtrator Albertus Cardinalis. 172. *Epiſcopus jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Cathedralis Canonicus.* 354
Halſingalandiæ Epiſcopi Metropolitano Hamburgenſi ſubjecti. 49
Havelburgenſis Epiſcopus jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Cathedralis Præpoſitus.* 354
Herbipolenſis ſive Wirciburgenſis Melchior. 354. *pro Imperatore reſcribit ad Papam.* 78. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Hildesheimenſis Otwinus. 45. *Valentinus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Eccleſia Capitulum.* 96
Iſlandiæ Epiſcopi Hamburgenſi Metropolitano ſubjecti. 49
Kemſeenſis Hieronymus. 355
Laudenſis Gerardus. 31. *Imperio fidelis.* 78
Lauſannenſis Sebaſtianus. 355
Leodienſis, qui olim Tungrenſis, Franco. 27. *Georgius.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Lubecenſis, jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247
Lundenſis in Dania, Archiepiſcopo Hamburgenſi ſubjectus. 48. 49
Lutomislenſis Joannes. 93. 94
Merſeburgenſis electus Michaël. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Metenſis vel Mediomatricum Adventius. 28. *Carolus Cardinalis.* 355. 379
Michsnenſis vel Miſnenſis Nicolaus. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Mindenſis. 95. 239. *Lantwartus* 45. *Theodoricus.* 93. *Adminiſtrator Franciſcus.* 355
Monaſterienſis. 239. 240. *Franciſcus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Mutinenſis Leodoinus. 31. *Wido.* 45. *Imperio fidelis.* 78
Naumburgenſis electus & confirmatus Julius. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Novarienſis Imperio fidelis. 78
Olomucenſis. 94. *Joannes, Cæſareæ Aulæ Cancellarius.* 93
Oſnabrugenſis. 239. 240. *Drogo.* 45. *Franciſcus.* 355
Paderbornenſis. 240. *Reinebertus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Parmenſis Hugbertus. 45. *pro Imperatore ad Papam reſcribit.* 78
Paſſavienſis vel Patavienſis Wolfgangus. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Diœceſis.* 104
Pharenſis Epiſcopus Papæ ad Cæſarem Legatus. 377. 379
Placentinus Paulus. 31
Præneſtinus Imperio fidelis. 81. *Cardinalis Moronus.* 379. 380
Quinqueeccleſienſis in Ungaria. 379
Ratiſponenſis Georgius. 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Sclavorum Epiſcopi Metropolitano Hamburgenſi ſubjecti. 49
Scritindiæ Epiſcopi eidem ſubjecti. 49
Spirenſis, qui olim Nemetenſis, Otgerus. 45. *Philippus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *à Ducibus Sueviæ & Auſtriæ locupletatus.* 124
Ticinenſis Joannes. 31
Ticinienſis in Ungaria. 378
Tortonenſis Teudulphus. 31. *Gezo.* 45
Tridentinus Cardinalis Chriſtophorus. 354
Tullenſis Arnulphus. 27. *Tuſanus.* 355
Vercellenſis Adalgaudus. 31. *pro Imperatore ad Papam reſcribit.* 78
Verdenſis. 95. 240. *Adminiſtrator.* 239
Verdunenſis vel Virdunenſis Atto. 27. 28. *Nicolaus.* 355. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247
Veronenſis Adelardus. 31
Vintimellienſis Papæ ad Cæſarem Legatus. 380
Vratiſlavienſis vel Preſlavienſis. 94
Vulturenus P. Imperio fidelis. 66
Wormatienſis, qui olim Vangionenſis Epiſcopatus in honorem S. Petri

conſecratus. 46. *Epiſcopi jurgia cum Laureshamenſi Abbate.* 46. *pro Imperatore ad Papam reſcribit.* 78. *Jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Adminiſtrator Henricus.* 355

De Equis.

Equi Admiſſarii in perpetua pace publica ſunt. 48
Equi in bello amiſſi ut militibus reſarciantur. 63. 70. *aut alii præſtentur.* 68

De Euchariſtia & Dominico Sacramento.

de Euchariſtia Sacramento. 192. 193. 201. 202. 205
de Euchariſtia Sacramento ſub utraque ſpecie. 162. 198. 206. 216. 219. 376. 377. 379
in Communione corporis & ſanguinis Domini poſt baptiſmum præcipuè conſiſtit humana ſalutis reconciliatio & ſumma. 40
in cœna Domini corpus & ſanguinem Chriſti verè diſtribui. 159
in cœna Domini Sacramenta redemptionis noſtræ redemptis omnibus Chriſtus propinavit. 29
Euchariſtia ſub utraque ſpecie à Pontifice conceſſa. 360. *Bohemis.* 377
Euchariſtiæ & corporis Chriſti conſervatio & pompoſus cultus. 333
ab Euchariſtia criminoſi abſtineant. 335

De Exactionibus, Datiis, Talliis, & Tributis.

Exactiones & Tributa ſine Electorum conſenſu non poteſt imponere Imperator. 141
Tributa non debent conſtitui ex honorariis & voluntariis oblationibus. 10
Exactiones ab Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, &c. in villa ſua morantibus nulla facienda ſunt ab incolis, ſed propriis ſumptibus vivere debent. 25
Exactiones & Tallia indebitè de bonis Eccleſiæ & reditibus ne exigantur. 92 95. 96. 97. 98. 99. 104. 105. 107. 108
Exactiones pro viarum & pontium reparatione etiam ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis fiant. 52
Exactiones propter expeditionem Imperatoris. 43
Exactiones ne ultra debitum ab Imperatore præſcriptum flagitentur. 55
Exactiones propter placita ſive Comitia Imperialia. 24. 43
Exactiones pro maritagio filiæ Imperatoris. 55
de Exactionibus injuſtis ac tyrannicis Nobilium. 21
Nobiles, qui exactiones novas in ſubditos inſtituunt, ut in torneamento caſtigentur. 42
Vide tit. de Contributionibus; item, de Eccleſiaſticis Perſonis, &c.

De Examine Ordinandorum.

de Examine eccleſiaſtico. 326
pro Examinatione Ordinandorum nihil exigatur. 326

De Exarchatu.

Exarchatus Ravennas Papæ donatus. 11. 44

De Exceptionibus.

de Exceptionibus contra Articulos. 309
de Exceptionibus dilatoriis, quando ſint proponendæ. 311. 312
de Exceptionibus peremptoriis. 312

De Excommunicatione, Interdicto & Banno.

Excommunicatio qualis, quando & quomodo facienda. 339 376
Excommunicatio ne temerè ab Epiſcopis inſtituatur. 40
Bannus Epiſcopalis in quos diſtringatur. 13. 14
Cenſura Apoſtolica ſive eccleſiaſtica injuſtos Reges diſtringere Papa debet. 26
qui communicat peccatis, communicare debet excommunicatis. 29
Excommunicatio injuſta ipſo jure nulla eſt. 71
Excommunicari Laici à Viſitatoribus. 338
Excommunicati Laici in civili foro non repelluntur. 92. 95. 98. 105. 107
Excommunicati à nemine recipiantur, niſi prius reconcilientur. 29. 37. 339
de Excommunicationis eccleſiaſticæ reformatione. 219
Excommunicatio Papalis Imperatori prævenienda. 121
Excommunicationis Papalis ſcrupulus vanus eſt. 91
Excommunicationem Papalem ne Epiſcopi exhorreant, Imperator præcavere debet. 121
de interdicto & Excommunicatione Papali literas in Regnum portantes ne ſupplicio ignis afficiantur. 71
Interdicti Papalis tempore non celebrantes Miſſarum ſolennia bonis multati proſcribantur. 71. 72. *celebrantes autem capaces ſint bonorum ab inteſtato venientium.* 71
Banno Epiſcopali propter homicidium perſonæ eccleſiaſticæ percuſſus, etiam Imperiali Banno ſubjiciatur, & feuda amittat. 14
in Excommunicatione per annum exiſtens Banno Imperiali ſubjaceat. 95. 98. 105. 107
Excommunicatio eccleſiaſtica quando victrici in judicio parti contra parentem victum communicanda. 320

De Executione.

ab Executione non eſt inchoandum. 295
de Executione rei judicatæ & latarum ſententiarum. 63. 319
Executio ſententiarum latarum certa ſit firmaq́. 320. 321
Nihil prodeſt ferre ſententiam, niſi executio ſequatur. 63
pro Executione quando Imperator & Rex ſint implorandi. 320

De Exemptione.

Vide tit. de Immunitate.

De Expeditione & Heereſordio.

Expeditiones ſine magno conſilio & utilitate non faciendæ. 18
Expeditiones tempore Quadrageſimæ aut Paſchali ſine urgentiſſima neceſſitate non faciendæ. 18
Expeditio Imperialis quibus ſumptibus facienda. 48
de Expeditione in Turcas ſuſcipienda per univerſitatem Chriſtianorum. 27
in Expeditionem Regis ut exactiones facere Epiſcopis in ſubditos liceat. 43

De Expenſis.

Expenſarum ſcheda partibus, expeditis cauſis, tradenda. 264
Expenſas eſſe deponendas ad judicium Cameræ. 322
quas Expenſas Procuratores ſolvere teneantur citra litigantium præjudicium. 322

F.

De falſi crimine, & Falſariis.

de Falſis chartis ſeu inſtrumentis, quomodo evinci debeant. 21
Falſarii Epiſcopi pœna. 79
Falſarii Monachi pœna. 57
nobiles Falſarii ut in torneamento caſtigentur. 41

De Feriis & Vacantiis.

Feriarum & Vacantiarum nomenclatura per totum annum. 301
in Feriis quid Cameræ Judex & Aſſeſſores agant. 301. 563. 369

De Feſtis & Feſtivitatibus.

Feſtivitates quæ à populo ſint obſervandæ. 24
Feſtivitates ſine ſuperſtitione celebrandæ ſunt. ibid.
Feſtis diebus conciones audiendæ. 336
Feſtis diebus licet de majeſtatis reo, proditore & fure, ſupplicium ſumere. 52

Vide

Vide tit. de Dominico die.

De Feudis & Beneficiis.

Feuda vacantia ad patrimonium imperiale redigenda. 141

Vide tit. de Beneficiis; item, de Eccleſiaſticis perſonis; item, de Imperatore.

De Fide.

Fides Catholica verbo & gladio propagata. 6

Fide nos juſtificari non operibus. 160. 161. 163

Fidei nomen quomodo accipiendum. 161

Fidem non ſervat Pontifex Romanus quam Turca & Judæi ſervant. 121

De Fiſco.

Fiſcus cum alterius jactura non debet locupletari. 66

Fiſci Imperialis in Germania inopia, & ejus conſervatio pro neceſſitatibus publicis. 120

Fiſcus belli Turcici generalis quomodo & per quos adminiſtrandus. 129. 134. 135

Vide tit. de Ærario.

De Fiſcali.

De ſuſcipiendo Imperiali Fiſcali, ac hujus Advocato eorumq; qualificatione. 256

de Fiſcalis Imperatoris officio in judiciali audientia. 257

de Fiſcalis Imperatoris officio extra judicium, ac de ſuis deputatis. 256

Fiſcalis Imperatorius teneat Protocollum. 364. 370

Fiſcalis ſit diligentiſſimus, præſertim turbulento tempore, & ſi qua forte ſeditio in Imperio exorta fuerit. 257

Fiſcalis contra violatores pacis ad Bannum procedat. 289

Fiſcalis in Camera contra non parentes procedat. 343. 353

Fiſcalis temerè litem motam de ſuo ære pendat reſarciatq; ; ſecus, ſi malè informatus fuerit. 256

Fiſcalis non tranſigat cum delinquentibus ſine deputatorum conſilio. 257

Fiſcalis ordinationi Cameræ ſit ſubjectus. 257

Fiſcalis in gravioribus cauſis mandatum Imperatoris requirere debet ad tranſigendum. 257

Fiſcalis binos Deputatos in omnibus audiat ſimul, & Advocatum ſuum. 256

de Fiſcalis Imperatoris juramento. 276

de Fiſcalis Imperatorii ſalario. 271

De Fiſcalibus cauſis.

Fiſcales cauſa quando agenda. 302

Fiſcalium cauſarum expediendarum ordinatio. 371

Fiſcales cauſæ & caſus qui ſint, & ut in Camera juſtificentur. 293. 294

Fiſcales proceſſus ex fiſcalibus emolumentis ſeu mulctis ſolvantur. 257

De Focariis, Coquis, Ancillabus, & Pediſſequis.

Focariis & ancillis heri ſui ſi commiſceat libidinoſe, quomodo plectendus. 54

De Fœderibus.

Fœdus de rebus Imperii ſine Electoribus nullum facere Imperator poteſt. 141

Fœdera adverſus Principes inita Imperator aboleat. 141

De Fœminis & Virginibus.

Nobiles, qui virgines aut fœminas honeſtas lædunt, ut in torneamento caſtigentur. 41

Fœminis ſemper & ubique pax publica. 47

De Fœniſecis.

Fœniſeca in alieno prato deprehenſi ut puniantur. 56. 57

De Fœnoribus.

Vide tit. de Uſuris.

De Fornicariis.

Fornicarii Sacerdotes in Francia & Germania condemnati. 38. 39

Fornicarius Princeps corpore & ſanguine Chriſti excommunicatus. 29

Vide tit. de Concubinis.

De Fratribus.

Fratrum pax & concordia. 19. 20

Frater fratri quomodo in Regno ſuccedere debeat. 19

De Frigidis & Maleficiatis.

Frigidus & maleficiatus ſeu impotens coeundi ſeparari poteſt. 87. 88

De Fugitivis.

Fugitivi non recipiendi. 19. 291

Fugitivi poſſunt reprehendi, ubi ubi locorum inveniuntur. 79

De Furtis.

Furum gradus & pœna. 48

Fures perſequendi & plectendi. 76. 77

Furi ne feſtis quidem diebus parcendum. 52

Furti tenentur Laici, qui Archipresbyteros juvant in frugibus, aut aliis rebus Eccleſiarum ad domos ſuas convehendis. 23

Furti accuſatio & proceſſus. 57

G.

De Ganerbiis.

Ganerbii ſocios bannitos recipientes in commune caſtrum, in Camera accuſari debent. 291

De Germania.

Germania latitudo & morum diverſitas. 133

Germania populoſa & prolifica. 120

Germania doctorum virorum productrix. 120

Germania per bella & peſtilentias exhauſta habitatoribus. 120

Germania à Papis exſugitur & eviſceratur. 120

Germani torpentes & à progenitoribus degeneres. 139

Vide tit. de Regno.

De Grammatica.

Grammatica in Scholis particularibus ubique doceri poteſt. 73. 74

De Gratiis Exſpectativis, & Reſervationibus

Gratiarum expectativarum multitudo, & inde emergentia damna. 119

Gratiarum expectativarum reſervationes & multiplicationes juri contraria. 124

Gratiarum reſervationes generales Papæ non permittenda. 125

Ubi non datur aditus gratiis Papalibus ſive Apoſtolicis, Eccleſia & Religio magis florent. 125

In Collegiis & Eccleſiis, ad quæ per gratias Apoſtolicas non patet aditus, omnia piè & rectè adminiſtrantur. 125

Badenſe Collegium exemptum à gratiis Papalibus. ibid.

Heidelbergenſe Collegium exemptum à gratiis Papalibus. ibid.

Novæ civitatis juxta Spiram Collegium exemptum à gratiis Papalibus. 125

De Gravaminibus.

Gravamina Germanicæ Nationis. 159

Pontifici tranſmiſſa ex Comitiis Norinbergenſibus. 150. 153

H.

De Hæreſibus & Hæreticis.

Hæretici non audiendi. 331

Hæretici à viſitatoribus inveſtigandi. 337. 338

Hæreticis deliberandi in jure ſpatium denegari poteſt. 145

Hæreticorum libri etiamſi aliquid boni contineant, tamen prohibentur. 147

de Hæreticis cognoſcit Imperator. 142. *eis obviare tenetur.* 143

Hæreſeos vel ſuſpicionem avertere Imperator tenetur. 142

Hæreticus notorius ad cognitionem non eſt admittendus. 145

Nobiles infideles atque hæretici ut in torneamento caſtigentur. 41

Hæretici damnati, Apollinaris. 1. *Arrius & Arriani.* 158. *Cataphryges.* 2. *Cathari.* 188. *Donatiſta.* 159. 191. *Ennomiani.* 158. *Jovinianus.* 2. *Mahometiſta.* 158. *Manichæi.* 2. 158. 101. *Novatiani.* 159. 188. 193. *Pelagiani.* 158.

158. 160. 201. *Photinus*, 1. *Sabellius*. 1. *Samoſateni*. 158. 201. *Valentiniani*. 158
Hæreticorum damnatorum & proſcriptorum pœna. 147

De Homine.

Homo quomodo ad imaginem Dei conditus. 183
de Hominis conditione ante lapſum. 183

De Hominibus propriis, Mancipiis & Servis.

Homines proprii poſſunt revocari, ubicumque locorum deprehenduntur. 79
Vide tit. de Servis.

De Homicidiis, Sicariis, Latronibus, & Graſſatoribus

Homicidas, Sicarios, Latrones, Inſidiatores & Graſſatores publicè inquirendos, perſequendos, puniendos, & plectendos eſſe. 21. 47. 51. 52. 76. 77. 120
de Latronibus & graſſatoribus manipularibus. 235. 236. 237. 238. 239. 240
Homicidiarios & malefactores capiendos & detinendos eſſe à magiſtratibus locorum. 68
Homicidia Epiſcopi & Clericorum quomodo puniri debeant. 13. 14
Latronum & graſſatorum fautores & receptatores quomodo puniendi. 21
an qui latronem & graſſatorem occidit homicidii teneatur. 21
Nobiles homicidæ ne in torneamento caſtigentur. 41
Homicidii purgatio per duodecim juratores facienda. 21
Homicidii accuſatus propter contumaciam banniri debet. 68. 69
Homicidii in diffidatione pœna, & interfecti Werigeldum. 47

De Honoribus & Honorariis.

Honoraria non debent fieri oneraria vel tributa & cenſus. 10
Cui honos, eidem onus. 105

De Horis Canonicis.

Horarum preces quales. 328
de Horarum Canonicarum & Pſalmodiarum cultu. 328 376
Horæ Canonicæ quatenus ſervandæ. 328
Horis Canonicis multa inepta & apocrypha adjecta. 328. 376

De Hortis

In Hortis nulla ſemina ſpargere licet, quam uſibus humanis commoda. 57
Hortorum devaſtatores & raptores ut puniantur. 56

De Hoſpitalibus & Xenodochiis.

Hoſpitalium antiquus uſus. 330
de Xenodochiorum ordinatione judicare Imperator debet. 22. 24
de Hoſpitalibus pauperum infirmorum & peregrinorum. 330
Hoſpitalia impiè à Monachis ſublata. 330. *reſtauranda.* ibid.
Hoſpitalia in Collegiis & Monaſteriis reſtauranda. 330
Hoſpitalia civitatum quomodo curanda. 330
in Hoſpitalia qui recipiendi. 330

De Hoſpitalariis Equitibus.

Vide tit. de Ordine B. Mariæ Hoſpitalis Teutonicorum.

De Hoſtibus.

Hoſtium graſſationes propter peccata populi permittuntur. 15

I.

De Jejuniis.

Jejunium generale in toto orbe Imperator edicit. 15
Jejunium propter irruptionem hoſtium indictum. 15
de Jejuniorum rigore aliquid remittendum. 376
Jejuniorum utilitas. 15

De Ignorantia Juris.

Legum ignoratio neminem excuſat. 39. 299

De Imaginibus, Iconibus & Idolis.

Imago quid ſit. 3
Imago ab idolo quid differat. 3
de Imaginum cultu & veneratione. 196
Imagines non eſſe adorandas. 4
Imagines non omnes eſſe è templis ejiciendas. 3
Imagines eſſe ornamenta Eccleſiæ. 4
de Imaginum ſuperſtitioſarum & ineptarum abrogatione. 218
Figuræ & imagines obſcœnæ, aut famoſæ ſunt prohibitæ. 337

De Immunitatibus, Libertatibus, Exemptionibus & Privilegiis.

de Immunitatibus & privilegiis Clericorum. 42. 92 95 97 104. 107
Exemptionem à tributis allegantes in jure probare tenentur. 63. 69
Immunis à decimis eſt, qui bona creditoribus ceſſit. 68. 69
Exempti & immunitate gaudentes in cauſa pacis publicæ conſervandæ onerari & exigi poſſunt. 343
de Immunitate Cameræ perſonarum. 273
Immunitates hominum & communitatum ut conſerventur. 66
Immunitates Eccleſiaſticorum ut conſerventur. 24. 337
Exemptiones Eccleſiaſticæ revocentur. 375
Immunitatem ab oneribus publicis allegantes in jure probare tenentur. 63
Vide tit. de Eccleſiaſticis perſonis, &c. item, de Epiſcopis; item, de Clericis, &c.

De Imperatore & Imperio.

Divi Auguſti. 8
Imperium Germanorum ſanguine partum. 143
Imperator debet in Germania reſidere. 141
Imperator ſine ambitione & intruſione debet eligi. 32
Imperatoris juramentum Imperio præſtitum. 90. 141
Imperatoris quæ debeant eſſe virtutes & officia. 6. 31. 32. 33. 122
Imperator exemplum eſt omnibus ad imitationem poſitus. 15. 35
Imperatores præcedentes ſunt imitandi. 6
Imperator non ſolùm armis decoratus, ſed etiam legibus armatus eſſe debet. 96
Imperator Chriſti Vicarius in terris eſt. 27
Imperator eſt Eccleſiæ Advocatus & totius Chriſtianitatis defenſor. 3. 5. 43. 86. 97. 123. 141. 143. 144. 155. *Eccleſiæ primogenitus filius.* 375. *Religionis Chriſtianæ propagator.* 6
Imperatorum ſtudia pro Eccleſia & Republica. 123
Imperator Paganos exterminare, & Chriſtianos debet liberare. 32
Imperatoris præcipua cura & ſollicitudo in juſtitia reddenda. 51
Imperatori in ſæcularibus, Papæ in ſpiritualibus obediendum eſt. 50
Imperator Papæ injuſtitiis & ineptiis reſiſtere debet. 50
Imperator etſi Papa adverſetur, tamen Princeps eſt Catholicus, & Catholicæ fidei amplexator. 72
in Imperatorem populus Romanus omnem poteſtatem ſuam contulit. 84
Imperator in protectorem, dominum ac defenſorem omnium eligitur. 30
Imperator ut tueatur eos, quos ſub protectione ſua recepit. 56
Imperator mundialis machinæ regit Monarchiam. 91. *à Deo conſtituitur Salvator mundi.* 32
Imperator eſt caput ſæcularium Principum & Advocatus Eccleſiæ. 133
Imperium cur omnibus Regnis præpoſitum. 51
Imperator non habet imperare Regi Franciæ. 34
Imperator ne quid humile faciat, quod non deceat ſuam perſonam. 90
Imperator ſine Electorum conſilio nihil agat. 141
Imperator in dubiis adeundus. 362. 366

Impe-

by Google

Imperatoris præcepta pro legibus tenenda. 7
Imperator pœnitentiæ eccleſiaſticæ ſubjectus. 17. primus correctionem agat. 15
Imperator pro maritagio filiæ ſuæ collectas inſtituit. 55
de adminiſtratione Imperii Romani. 83
Imperii ditiones avulſas recuperare Imperator tenetur. 141
Imperio conjungere debet provincias Imperator à ſe occupatas. 141
Imperii ditiones nullas pignerare aut alienare Imperator poteſt. 141
Imperator jurat ſe ablata Romanæ Eccleſiæ reſtituturum. 43
Imperii jura in Italia reſtauranda. 81
Imperii unitas à Tyrannis propter peccata populi ſcinditur. 15
Imperatoris Caroli Magni virtutes & elogia. 6. 31. canonizatio. 6
Imperatoris Caroli M. donatio Papæ facta. 12. 13. 31. 44. 45
Imperatoris Caroli Magni virtutes & elogia. 631. canonizatio. 6
Imperatoris Caroli M. donatio Papæ facta. 12. 13. 31. 44. 45
Imperatoris Ludovici Pii pœnitentia publica. 17. encomium. 32
Imperator Italiæ tantum fuit Ludovicus junior. 34
Imperatoris Caroli Calvi electio. 30. 32 *& confirmatio.* 31. 33
Imperator ne Imperium ſibi aut ſuis ſucceſſoribus tentet facere hæreditarium. 141
Imperator propter quæ deponendus ſit. 17. 18
Imperator Ludovicus Pius deponitur. 16
Imperii Francici diviſio. 19.

De Imperio Conſtantinopolitano vel Græcorum.

Imperator non eſt dicendus Conſtantinopolitanus, ſed Rex. 3
Conſtantinopolitanus Rex Conſtantinus VI. 3
Græcorum regnum. 7

De Imperio mero & mixto.

Merum & purum Imperium cum gladii poteſtate ab Imperatore conceſſum. 51
ad merum & mixtum Imperium, quæ pertineant. 51

De Inceſtu.

Inceſta matrimonia cum conſanguineis vel monialibus commiſſa. 24
Inceſtum matrimonium ab Epiſcopis diſciſſum. 27
Inceſto matrimonio ſolutis licet ad aliud honeſtum accedere. 27. 28

De Indulgentiis.

Indulgentiarum prædicatio pro Cruciata generali contra Turcas. 129. 135
Indulgentiarum novationes, & inde Laicorum murmura. 119
Indulgentia à Luthero impugnata. 140

De Infamibus.

Nobiles Infames ut in torneamento caſtigentur. 41

De Ingratitudine.

Ingratitudo hominum neminem à recte faciendo avertere debet. 97

De Ingroſſiſtis.

de Ingroſſiſtarum Cameræ officio. 264
Ingroſſiſtæ ſententias Camerales in ſpecialem codicem conſignare debent. 262
de Ingroſſiſtarum juramento. 279

De Inhibitionibus

Inhibitiones quomodo à tabulariis inſinuandæ. 267. 268. 269
Inhibitiones quomodo Conſiſtorio aut Dicaſterio inſinuandæ. 268

De Injuriis.

Injuriarum cauſa in Camera admittuntur. 298
Injuriarum actio ex Lege Diffamari. 296
Injuriarum actio ad revocationem ſeu reclamationem. ibid.

De in Jus vocando.

in Jus vocandi cauſa exprimantur in citatione. 306

De Injuſtitia.

Injuſtitia ut corrigatur. 46

De Inquiſitionibus.

Inquiſitiones in populum faciendæ quoties & quando. 21
Vide tit. de Contributionibus; item, de Exactionibus.

De Inſinuatione.

Inſinuatio Edictorum & Bannorum quomodo facienda. 269
Inſinuatio proceſſuum Electoribus & Principibus quomodo facienda. 267
Inſinuatio proceſſuum quomodo Prælatis & Abbatibus facienda. 268
Inſinuatio proceſſuum quomodo Comitibus, Baronibus & Dominis facienda. ibid.
Inſinuatio proceſſuum quomodo Civitatibus & Communitatibus facienda. ibid. bis.
Inſinuatio proceſſuum quomodo Conſiſtorio vel Dicaſterio facienda. 268
Inſinuatio proceſſuum quomodo privata perſonæ facienda. 268. 269
Inſinuatio proceſſuum etiam per Notarios publicos fieri poteſt. ibid.
ob Inſinuationem plerumque Notarii ſunt laſi. 297

De Inſtantiis judicialibus.

de prima Inſtantia, & perſonis cauſiſq; immediatè ſubjectis, nec in ea ad tribunal Cameræ ſpectantibus. 282
de perſonis & cauſis, quæ ſua vi ac natura propria in prima inſtantia ad Cameræ judicium pertinent. 288
de cauſis ſecunda Inſtantiæ, quæ per appellationes ad Cameram devolvuntur. 297

De Interdicto civili.

Vide tit. de Banno.

De Interdicto eccleſiaſtico.

Vide tit. de Excommunicatione.

De Interlocutoriis.

ab Interlocutoriis non licet appellare. 298
ab Interlocutoriis vim diffinitivæ habentibus appellari poteſt. ibid.
Vide tit. de Sententiis.

De Invidia.

Invidiæ malum & effectus. 91

De Itinere.

Iter diurnum, octo milliaria. 272

De Judæis.

Judæi Romanis legibus ſubjecti ſunt. 360
Judæi ſervi ſunt Imperialis Cameræ ſpeciales in toto Imperio. 85
Judæorum uſura iniqua & interdicta. 350. 359. 360
Judæi Contractus cum Chriſtianis initos coram magiſtratu conſcribi faciant. 350. 360
Judæis in nundinis juſtæ negotiationes non ſint interdictæ. 350. 361
à Judæis nemo Chriſtianus Debita aut Nomina Chriſtianorum emat. 350. *nec Notarii conſentiant.* 350. 360
Judæo juratoro verba proponenda. 281. 282
de Judæorum Privilegiis. 85

De Judicibus in genere.

Judicis commune officium quodnam ſit. 253
Judex pro tribunali ſedens in minimis cauſis & actibus ipſe decernat. 253
Judices ex jure ſcripto & conſuetudinario judicare debent. 254
abſente Judice aut ægrotante, cui munus pronunciandi delegetur. 254
Judicis incompetentia mediante proceſſu oſtendenda. 241
Judices ordinarii an ut ſuſpecti rejici queant. 277. 178
Judicum ſordes & corruptela. 324

De Judice Cameræ.

Quæ male judicantium pœna. 274. 324
Judex Cameræ qualis vir eſſe debeat. 247
Judex ab Aſſeſſoribus aliiſque reverenter habeatur & colatur. 250
Judex Cameræ duo debet albo tenere, unum actorum, alterum officii ſui cauſarum. 251. 252. 253
Judex Cameræ uni huic judicio incumbere debet. 249
Judex Cameræ debet abſentiæ ſuæ veniam petere. 249

de Judicis Cameræ officio. 250. 251
de Judicis Cameræ juramento. 275
de Judicis Cameræ ſtipendio. 275
de Judicis Cameræ decedentis locum quis ſurrogandus. 248

De Judiciis.

Judiciarius ordo commendatur. 282
Judicium Imperiale Aquisgrani. 7. 8
Judicia tàm civilia quàm criminalia exercet Imperator, ubicunque præſens eſt. 51
Judicia Eccleſiaſtica pariter & ſecularia debent emendari ac reformari. 282
in Judiciis ſcripto agendum eſt. 300
Ne Judices extra ſuam civitatem aut diœceſin contra quoſcunque procedere audeant. 106
Ne quis extra ſuam civitatem aut diœceſin in judicium evocetur. 106
ad Judicia extranea, etiam Papæ, nullus fidelis Imperii ſe pertrahi patiatur. 86. 87. 146. 339
contra Judicii Rotulenſis injuſtos ac ſuſpectos proceſſus proteſtationes. 171. 172. 175
Judicii Vetiti in Weſtphalia reformatio. 110. 112
contra ſecreta Weſtphalorum judicia eorumq; Scabinos, Fiſcalis procedat. 294
Judicii acta ſecreta etiam à famulis ſunt celanda. 362. 369
Judicialibus perſonis omnes ſuſpiciones ſunt vitandæ. 255
in Judicio Cameræ duo fratres ſimul eſſe debent. 364. 369
Judicio intereſſe fœminæ prohibentur. 61
Judicii Cameræ viſitatio. 361

De Judicio noviſſimo.

de Judicio extremo & futuro ſeculo. 160

De Juramentis.

Juramentum calumniæ quomodo præſtetur. 278. 279
Juramentum malitiæ quomodo præſtetur. 279
de Juramento Principis per Advocatum. 290
Juramentum de non vindicando ex juſtis cauſis præſtitum ſervetur. 295
Formula juramentorum à perſonis Cameræ præſtandorum. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282
de formula Juramenti appellantium. 298
de Juramentorum relaxationibus ad effectum agendi. 295

De Jure & Legibus.

Jus commune habeat ubique locum. 324
Jus ſcriptum & conſuetudinarium in Camerali judicio obſervetur. 254
Vide tit. de Legibus.

De Jure Patronatus.

Jus patronatus Laici non violandum. 122

De Jurisdictione.

de diſtinctione Juriſdictionis Eccleſiaſticæ & Politicæ. 13
de Juriſdictione Eccleſiaſtica. 43. 337
Juriſdictio ut Eccleſiaſticis reſtituatur. 344
Juriſdictionem in Eccleſiaſticos Imperator exercet. 55. 57. 69. 70. 71
de Juriſdictione Abbatis & Epiſcopi, qui contermini ſunt. 46
Juriſdictio amittitur, ſi quid contra eccleſiaſticam libertatem ſtatuitur. 95. 98. 105 107. 108. *ſi perſona eccleſiaſtica in jus trahantur.* 95. 98. 105. 107
quæ cauſæ ad Comitis juriſdictionem pertineant. 9
ad Nobilium juriſdictionem olim tantum civiles & minores cauſæ pertinebant; criminales ad Comitem Imperatoris. 9. 10
Vide tit. de Clericis, &c. item, de eccleſiaſticis perſonis, &c. item, de Epiſcopis; item, de Poteſtate.

De Juſtitia.

Juſtitia ut diligentiſſimè & ſtrictiſſimè reddatur. 77
Juſtitiæ omnes præcipiuntur obedire. 72
Juſtitiæ reformatio in Epiſcopiis & Abbatiis. 46
in denegatæ juſtitiæ caſu quomodo procedendum. 282
de Juſtitia denegata ac prorogata querela. 296

De Juſtitiariis.

Juſtitiarius idem qui Præſes Provinciæ. 76. 77
de officio Juſtitiarii. ibid.
Juſtitiarius regni Lombardiæ, & ejus officium. 52. 53. 54
Magiſter Juſtitiarius regni Siciliæ. 55. 71
Juſtitiarius terræ Laboris & ejus officiales, atque rationum ſcholæ. 74

De Juſtificationibus & Auſtrægis.

de Juſtificatione & Auſtrægis ſtatuum immediatè Imperio ſubjectorum. 281. 283. 284. 285
à Juſtificationis Commiſſariis utrique parti licet ad Cameram appellare. 285

De Juſtificatione hominis.

de Juſtificatione hominis. 186. 187. 209
Juſtificari nos fide, non operibus. 158. 209

L.

De Lantgraviis & Lantgraviatibus Imperii, quorum ſit mentio.

Alſatia Auſtriacis ſubeſt. 110. 112. 143. 148. 150. 366. *Alſatienſium Decretum pacis.* 47
Briſagum ſimiliter. 124
Bara, Comitum Furſtenbergium. 357. *Haſſia in ſuperioris Saxoniæ Circulo.* 239. 240. *jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Philippus.* 170. 173. 221
Kleckgoria, Sultzenſium Comitum. 357
Leuchtenberga Ulricus. 94. *Georgius.* 228. 356
Stulingæ, Lupfiorum Comitum. 357. *nunc eſt Pappenheimiorum Mareſcalcorum.*
Suntgovia Auſtriacis ſubjecta. 124
Suſemberga, Marchionum Badenſium. 356
Thuringia jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Ducum Saxoniæ.* 170. 354

De Lapſis.

de Lapſis & eorum pœnitentia. 188. 189
Lapſos per pœnitentiam poſſe ſalvari. 2

De Latronibus.

Vide tit. de Homicidiis.

De Lectoribus Cameræ.

Lectores in Camera duo & de eorum officio. 263. 365
Lectores Notariis in completione actorum ſint adminiculo. 371
de Lectorum Cameræ juramento. 276

De Legatis & Miſſis.

Legatis quomodo manſiones & parata facienda. 25
Legatis Imperialibus, quæ præſtationes à fidelibus Imperii debeantur. 9
Vide tit. de Miſſis.

De Legatis & Fideicommiſſis.

Legata ad pias cauſas ne à ſecularibus uſurpentur. 52. 96. 98. 105. 107

De Legibus & Conſtitutionibus

Leges recenſendi mos Regum Francorum & Germanorum. 7
Leges ab Imperatore ferri cum conſilio Statuum debent. 7. 8
Regum præcepta pro legibus tenenda. 7
Leges à ſucceſſoribus Principibus non eſſe mutandas. 39
Leges non præterita damnant, ſed in futurum conſulunt. ibid.
Leges Caroli Magni. 6. 7. *Pipini.* 7. *Francorum, Noricorum, Ripuariorum, Salicorum, Saxonum, Suevorum.*

Vide

Vide tit. de Conſtitutionibus.

De Legibus & Mandatis divinis.

Leges divinæ ſunt immutabiles, nec diſpenſari poſſunt neque à Papa nec ab Imperatore. 89

Legem & mandata Dei à ſingulis poſſe ſervari. 2

De Legitimatione.

Legitimatio liberorum ad Imperatorem pertinet. 90

Legitimationis cauſa ſecularibus judicibus interdicta. 108

De Leproſis.

Leproſi & poſtulati publicè alendi ſunt. 120

Leproſorum plena eſt Germania. ibid.

De Libertate & Liberis hominibus.

Liberæ fiunt omnes gentes, quæ ad fidem Catholicam convertuntur. 77. 78

Liberis hominibus permiſſum eſt ſe in vaſſaticum dare, cui Domino voluerint, ſed qui ſub Imperio ſit. 19

De Libero arbitrio.

de Libero arbitrio, quid ſit & quale. 160. *ejus triplici modo.* 184. 209

Liberum arbitrium, & hominem ſemper peccare aut non peccare poſſe. 2

Liberum arbitrium tollit Jovinianus, qui hominem non poſſe peccare aſſeruit. 2

Liberum arbitrium tollit Manichæus, qui ab homine peccata non poſſe vitari docuit. 2

de Libero arbitrio Lutheri ſententia. 144

De Libello.

Libellus judicialis quid ſit. 97

De Librorum ſcriptione, impreſſione, cenſura, inſpectione; deque typographis & bibliopolis.

de typographia & Librorum inſpectione atque cenſura. 150. 151. *bis.*

de Librorum famoſorum ſcriptione & impreſſione. 147

de Librorum conſcriptione & impreſſione judicare, Imperator debet. 22

de typographia & Librorum imprimendorum cenſura. 148. 153. 220

de Librorum ſuſpectorum in Gymnaſiis & Academiis inſpectione, cenſura & examine. 153. 329. 376

Libri contagioſi & ludicri ſunt prohibendi. 337

Libri quinam populo legendi. ibid.

De Linguis, & earum interpretatione.

Lingua Latina aut Germanica tantum in ſcriptis Imperialibus uſurpanda. 141

Linguarum interpretatio in judicio facienda. 300

Gallica lingua acta in Latinam convertenda. ibid.

Linguæ Latinæ uſus in Eccleſia Occidentali. 331. 332

Lingua vernacula liceat in Eccleſiis preces intermiſcere. 376

De Literarum ſtudiis.

Literarum ſcientia neceſſitas in gubernatione Reip. 75

Literatorum & doctorum virorum utilitas ac præſtantia in regnis & Imperio. 122

Literati & docti viri in aula Imperatoris, Principum & Civitatum. 123

Literarum promotor, & eruditorum fautor Carolus M. 31. 32

Literarum & eruditorum fautor atque promotor Fridericus II. Imperator. 72. 73. 76

Vide tit. de Studiis; it. de Scholis.

De Litis conteſtatione.

conteſtandi Litem, &c. actus eodem die præſtetur. 304

Litis conteſtatio quando facta intelligatur. 364

in Litis conteſtationibus ſuperflua omittantur. 308

de Litis conteſtatione in ſecundo termino. ibid.

De Litigantibus.

de pœna temerè Litigantium pauperum. 275. 370

De Litis & Iammundlingis.

de Litis vel iammundlingis monaſteriorum. 43

De Luthero & ejus doctrina.

de Luthero & ejus doctrina. 142. 143

de Luthero Maximiliani I. Imperatoris ſententia. 140

de Lutheranæ doctrinæ augmentis & ſcandalis. 152

Lutherus Dæmon cucullatus. 145

Lutherus cum ſuis ſcriptis à Pontifice damnatus. 144

Lutherus ab Imperatore proſcribitur. 147

Lutheri libri paſſim comburendi. ibid.

Lutheri dogmata quæ improbata. 144

M.

De Magiſtratu.

Magiſtratuū poteſtas cur inſtituta. 51

De Maledicis.

Maledici in ſcriptura duplices. 40

De Maleficiis & Delictis.

Maleficia impunita non debent relinqui. 97

in Maleficiis accuſatores neceſſarii ſunt. ibid.

De Mandatis.

Mandata quibus mediis & conditionibus impetrentur. 306

de Mandatis, & in quib. caſibus ea cum aut ſine clauſula decernantur. 295

à Mandatis non eſt inchoandum. 295

Mandatum breviter proponatur. 306

pro litera Mandati in Camera quid detur. 264

Mandata Cameræ quomodo à tabulariis inſinuanda. 267. 268. 269

Mandata quomodo Conſiſtorio aut Dicaſterio inſinuanda. 268

Mandata procuratoria non ad unum actum, ſed ad totam cauſam dari oportet. 307

De Manſionibus & Paratis.

Manſiones & parata Miſſis & Legatis Imperatoris facienda. 9

Manſiones per palatia Imperiali paranda Imperatori & Legatis ejus, ne graventur Eccleſiaſtici. 25

Manſiones & parata ut de propriis ſumptibus fiant. 22

De Manus impoſitione.

Manus impoſitio in parochiali Eccleſia percipienda. 24

De Marchionibus in genere.

Marchiones ſunt Comites, qui marchas tuentur. 9

Marchiōnes Imperii in limitibus Hiſpaniæ. ibid.

De Marchionibus & Marchiis, ſeu Marchionatibus Imperii, quorum fit mentio.

Anconitana Marchia Imperio rebellis. 61

Antuerpii, quæ vulgò ſacri Romani Imperii dicitur, eſt Auſtriacorum. 110. 112. 143. 148. 150. 366

Badenſis jus habet præſentandi perſonas Camerales. 247. *Erneſtus.* 228. *Badenſis & Hochbergenſis.* 356. *Philibertus & Chriſtophorus.* 356

Brandenburgenſis S. Rom. Elector & Archicamerarius. 354. *jus habet præſentandi perſonas Camerales.* 247. *Ludovicus.* 88. 89. *Joannes.* 221. *Joachimus.* 354. *Marchiones Brandenburgenſes, Albertus Cardinalis.* 172. *Georgius.* 170. 172. 173. 221. *Albertus.* 221. *Albertus junior.* 356. *Georgius Fridericus.* 356

Burgovia, eſt Auſtriacorum. 110. 112. 143. 148. 150. 366

Hiſtria Pontifici donatus. 44

Hochberga, Marchionum Badenſium. 356

Luſatia utriuſque, eſt Regum Bohemiæ. 366

Marchia Italiæ Imperio ſubjecta. 67

Marchia Saracenorum in regno Siciliæ. 79

Miſnia N. deſponſavit filiam Friderici II. Imper. 55. *eſt Ducum Saxoniæ.* 170. 354

Moravia vel Merania, eſt Regum Bohemiæ. 91. 366. 378

Rottelenſis eſt Badenſium. 356

Terviſii Marchia ad Imperium pertinet. 80

De Maſſariis.

de Reformatione Maſſariorum. 75

De Matrimonio, Conjugio & Nuptiis.

de Matrimonii Sacramento. 194. 193

Conjugium quare à Deo inſtitutum. 162

Nuptias primas Manichæi damnant. 2

Nuptias ſecundas Cataphryges damnant. ibid.

Matrimoniorum communio libera ſit in regnis Imperii. 19

Matrimonia debere eſſe libera, non coacta. 334

Matrimonia contracturi parentum & amicorum conſilio utantur. 334

Inter perſonas ſanguinis affinitate junctas matrimonium lege divina non eſſe prohibitum. 89

inter fratrum ſororumq́ liberos Matrimonium poſſe contrahi. 89

Matrimoniorum cognitio ſecularibus judicibus interdicta. 108

Matrimoniorum diſpenſationes in judicio Imperiali facienda. 88. 89

Matrimoniales cauſæ ad cognitionem Imperatoris pertinent. 88

Matrimonia clandeſtina non eſſe legitima. 334

De Mechanicis & Opificibus.

de Artificum & Mechanicorum famulis, filiis & diſcipulis ut Politiæ Ordinationi ſubjiciantur. 350

De Medicis.

de Medici juramento in judicio. 281

De Mendicantibus Fratribus.

Mendicantium Ordo à contributione immunis. 133

Mendicantes Fratres à diffamationibus inhibendi. 121

Mendicantium Fratrum privilegia injuſta. ibid.

De Mercatoribus, Mercaturis & Negotiationibus.

Mercatoribus ſemper & ubiq́ pax publica. 21. 47

Mercatores & Negotiatores à latronibus defendendi. 21

Negotiationes fiduciariæ. 360

Nobiles Mercatoriam & monopolia exercentes ut in torneamento caſtigentur. 42

Mercaturam exercere non licet ſacerdotibus. 336

Monopolia mercatorum ab Imperatore coërcenda. 141

De Militibus & Soldatis.

Militibus adeſſe debet ductor eoſq́ à raptu & incommodationibus coercere. 25

Milites peregrinos ſine conſenſu Electorum in Germaniam ducere non audet Imperator. 141

de Militibus, qui nullos Dominos habent. 236. *& eos ementiuntur.* 238

Milites obſervare Epiſcopus & Comes tenentur, ne quid damni faciant. 25

Milites ne externis ſtipendiis ſe addicant, aut in Imperio armorum apparatus militareſq́ expeditiones ſuſcipiant. 352

Milites tranſeuntes precio ab incolis neceſſaria emant. 25

Militibus tranſeuntibus quid ab incolis præſtandum. 25

Militibus damna in bello accepta ab Imperatore reſarciri debent. 63. 68. 70

Formula militaris juramenti. 116

De Militibus graſſantibus & Freibeuteris.

de Militibus exautoratis & vagantibus ut coerceantur. 353

adverſus Milites graſſantes qui ſuppetias denegant, quomodo agi debeat. 292

de Militibus graſſantibus ut perſequantur & puniantur. 21

de Militibus, vagantibus & graſſatoribus. 235

De Miniſtris Eccleſiæ.

Vide tit. de Concionatoribus; item, de Eccleſiaſtis.

De Minoribus ſeu Minorennibus.

Minorum tutio Vicario Imperiali demandata. 51

Minoribus reſtitutionis in integrum beneficium Vicarius Imperialis impertiri poteſt. 51

ſuper tuitione Minorum Vicarius Imperialis Decretum interponere poteſt. ibid.

De Miſſa.

de Miſſæ ſacrificio. 196. 197. 205

de Miſſæ ceremoniis. 332

Miſſæ elevatio. 332

Miſſæ Canon ſubmiſsè legatur. 332

Miſſæ officium ſine prædicatione inutiliter auditur. 23

Miſſa ſub concione non celebretur. 332

Miſſa ne procrabatur. 332

in Miſſa communicatio fieri debet. 163

Miſſarum prophanatio apud Pontificios. 163. 180. 333

Miſſæ privatæ & angulares. 198. 205. 332. 333. *quare abolitæ.* 163

Miſſæ myſteria. 333

Miſſæ à peregrinis & dubiis Presbyteris ne celebrentur. 23

Miſſa à Proteſtantibus quomodo celebretur. 163

Miſſarum ſolennia interdicti Papalis tempore non celebrantes bonis privati proſcribantur. 71. 72

De Miſſalibus.

Miſſalia purganda. 376

De Miſſis & Commiſſariis.

Miſſis ſive Commiſſariis Imperialibus quæ præſtationes debeantur. 9

De Monachis.

Monachi vivant juxta regulam. 25

Monaſticum Ordinem maxima ex parte jam olim degeneraſſe. 24

Monaſticus Ordo ad primævam inſtitutionem reducatur. 376

Monachi juniores ad ſcholas amandandi. 329

Monachi non exerceantur rebus prophanis. 329

Monachi non debent otioſos & vanos facere ſumptus. 329

Monachi ut in juribus & rebus ſuis defendantur. 66

Monachos & Moniales emendare & in ordinem redigere Imperator debet. 22. 24. 46

Monachi Imperio fideles. 66

Monachi fratrem injuſte diffamantes, ut caſtigentur ab Abbate, mandat Imperator. 57

Monachus falſarius ab Imperatore punitus. ibid.

Monachorum monaſterium deſerentium pœna. 151

De Monialibus.

Moniales Canoniſſæ, & earum mores. 329

Moniales non egrediantur ſuis monaſteriis. 329

Monialium Oeconomus. 329

Moniales delinquentes juſſu Imperatoris ejiciantur. 69

Monaſteria puellarum in urbibus inſtitui utile eſt. 221

De Monaſteriis.

Monaſteriorum fundationes in Francia & Germania. 124

Monaſteria cujuſmodi olim fuerint. 328

Monaſteria ſubſint Epiſcopis. 375

Monaſteria olim ſcholas fuiſſe. 166

Monaſterii feneſtræ propter aſpectum ſecularium recludantur. 55

Monaſteria exciſa vel deſerta reſtauranda. 329

in Monaſteriis ſacrarum lectionum uſus reſtaurandus. ibid.

Monaſteria viſitari & emendari ab Epiſcopis ſuis debent. 24. 337. 338

Monaſteria quomodo reformanda. 221. 328

de Monaſteriorum in Imperio libertate ac defenſione. 37

De Monaſteriis in ſpecie.

Monaſterium S. Blaſii Brnoſucenſis. 96

Mona-

Monaſterium Scotorum in Wienna. 104
Monaſterium S. Cyriaci Brunſuicenſis. 96
Vide tit. de Abbatibus.

De Monetis & re monetaria.

Moneta regalibus quuque Status pro ſe utatur. 346
Moneta cudendæ libertas nemini vendatur aut concedatur. 346
de Moneta conſtitutiones. 344. 345
Moneta non ſignata aut infecta ne extra Imperium exportetur. 346
Moneta peregrina improba ne in Imperium inferatur. ibid.
Moneta ex thaleris, floreuis, &c. non cudantur. ibid.
de Moneta probatione ſeu examinatione. 345
de Moneta juſto valore. 344. 345
Monetaria officina diligenter exploranda. 346
Monetarum granallia, concoctiones, conflationes & ſeparationes prohibita. ibid.
de Moneta in Camera taxatione. 271. 368

De Monopoliis.

Monopolia mercatorum ab Imperatore inhibenda. 141
nobiles Monopolia exercentes ut in torneamento caſtigentur. 42

De Mora.

de Mora & ceſſatione partium in judicio. 317

De Mutuo.

Mutuum ut reſtituatur. 58
Mutuum Epiſcopo datum ut ex bonis Epiſcopatus ſolvatur. 66. 67
Mutuum Studioſo datum quomodo exigendum. 73

N.

De Naturis in Chriſto.

Naturarum in Chriſto proprietates. 1
Vide tit. de Chriſto; item, de Dei Filio.

De Negotiationibus.

Vide tit. de Mercaturis.

De Nobilibus.

Nobiles & Equeſtris Ordo quomodo in torneamentis coërceri & caſtigari debeant. 41
Nobiles homines novi & vitio creati ut in torneamento caſtigentur. 42
ad Nobilium juriſdictionem olim tantum civiles & minores cauſa pertinebant; criminales ad Comitem Imperatoris. 9. 10
Nobiles quomodo in prima inſtantia convenire aut conveniri debeant. 283. 284. 285. 287

De Notariis.

Notarii publici ab Imperatoribus conſtitui debent. 77
Notariorum publicorum certus numerus conſtitutionibus Imperialibus comprehenſus. ibid.
Notariorum extraneorum legalitatis approbatio. 363. 369
Notariorum, qui conſentiunt Judæis debita Chriſtianorum vendentibus, pœna. 350. 360
de examine Notariatus. 77
de Notariorum officio. 262. 263
Notariorum Protocolla. 262
Notarii à ſollicitudinibus, procurationibus, & ſimilibus abſtineant. 269
de Notariis qualiter ipſi exequantur. 265. 269
Notarii publici etiam inſinuare Proceſſus & exequi poſſunt. 269. 270
Notarii plerumque ob inſinuationem ſunt læſi. 297
de Notariorum Camera ſecuritate publica. 273
de Notariorum Camera juramento. 276
Notariorum numerus ſupplendus. 74. 77

De Novitatibus.

Novitates vocum in Religione abjiciendæ. 4
in Eccleſia Novas opiniones ingerere jactantia eſt. ibid.

De Nullitate,

de Nullitate, & nullitatibus cauſa quomodo & qualiter in iis procedatur. 315
Nullitas, informitas & iniquitas in ſententiis eſt attendenda. 323
Nullitates cauſa mediante proceſſu proponenda. 241
Nullitas proceſſus allegata audienda eſt. 298

De Nuntiis & Tabellariis,

de Nuntiis Camera judicii, ac quomodo ii conducantur ac ſuſcipiantur. 266
de Tabulariorum & Nuntiorum Cameræ, eorumq; Magiſtri officio. 265. 266
Tabularii quomodo & qua forma proceſſus exequi, & propterea relationem facere debeant. 267
Tabulariorum modeſtia ubique ſervanda, præſertim apud exteros. ibid.
Nuntius Cameræ non ſit pedeſter, ſed equeſter. 265
Tabularii pedeſtres non uſurpent inſigne Imperialis judicii, quod pixidem appellant. 266
Tabularii maturent iter. 265. 267.
de Tabulariorum ſeu Grammatophororum officio. 266
Tabulariorum concordia in pixidem conferenda ſunt, ac poſteà diſtribuenda. 265. 267
de Nuntiorum Camera ſecuritate publica. 273
Tabularii ultra ſtatutum ſalarium nihil à partibus accipiant. 267
de Tabulariorum Camera juramento. 280. *ſalario.* 272. *pœno.* 275
de Tabulariorum Magiſtri ſalario. 271. *juramento.* 280

O.

De Oblationibus.

Oblationes fidelium ad eccleſias ne diminuantur aut reſtringantur. 93. 96. 98. 105. 107

De Obſequiis & Officiis.

nemini Obſequium & Officium ſuum debet eſſe damnoſum. 68. 70

De Obſidibus

Obſides & eorum conditio. 20

De Officio divino.

Officia divina diligentius & devotius facienda. 376

De Officialibus.

de Officialibus, & inquiſitione in eos facienda. 52. 55

De Operibus.

Vide tit. de bonis operibus.

De Oppreſſionibus & Injuſtitiis.

Oppreſſiones Eccleſiarum, viduarum, orphanorum & pauperum, ab Imperatore inquirenda & inhibenda. 22. 25
Oppreſſiones agricolarum & pauperum ut ſevere diſtringantur. 56
Oppreſſores immunitatum ut coërceantur. 66
nobiles Oppreſſores viduarum, orphanorum, & pauperum ſubditorum ſuorum, ut in torneamento caſtigentur. 42
Oppreſſiones pauperum ab Imperatore inhibenda. 25
Vide tit. de Tyrannis; item, de Viduis.

De Orationibus & Precibus.

Orare pro quibus ſoleant Eccleſia Bohemica. 377
Orandum eſt in Eccleſia pro Clero & Magiſtratu. 331
Oratio perfecta qua. 3

De Ordine.

Ordo eſt omnibus in officiis optimus, & ubique ſervandus. 261

De Ordine Eccleſiaſtico,

de Ordine Eccleſiaſtico, ejus Sacramento, uſu & gradibus. 191
de Ordine miniſtrorum Evangelii. 204
de Ordinatione & electione miniſtrorum Eccleſia. 326
Ordinatio miniſtrorum per examen facienda. 210. 218
ad Ordinem Eccleſiaſticum nemo admittatur ſine examine & vocatione. 159
de Ordinandorum ætate rigorem canonum temperat neceſſitas. 326
Ordinatos indignos abſque examine Eccleſia rejicit. ibid.

De Ordinariis.

Ordinarii in collatione beneficiorum ordinem ſervent. 126

Ordinarii locorum corruptos mores reformare debent. 325

De Ordinibus & Statibus Imperii.

cum Ordinibus Imperii non vi, ſed legibus agere Imperator tenetur. 141

Ordinum Imperii jura illibata conſervare Imperator tenetur. 141

nullum Statum Imperii proſcribere ſine juris Ordine Imperator debet. ibid.

de conventione Statuum immediate Imperio ſubjectorum in prima inſtantia. 282. 283. 284. 285

De Ordine Theutonicorum Hoſpitalis D. Mariæ Virginis.

Magiſter generalis Ordinis Theutonicorum eſt Princeps Imperii. 86

Magiſter Theutonicorum in Comitiis. 228

Theodoritus de Altenburg, Magiſter generalis Ordinis Hoſpitalis S. Mariæ Hieroſolymitani, Domus Theutonicorum, Princeps Imperii. 86

Wolfgangus Adminiſtrator Magni Magiſterii in Pruſſia. 354

Wolfgangus Ordinis Theutonicorum per Germaniam & Galliam Magiſter. ibid.

Hoſpitalariis injuſta poſſeſſiones in Sicilia adempta. 79

Hoſpitalariis in regno Siciliæ non licet emere nec hæreditare alodia. ibid.

De Ordine D. Joannis.

Magiſter Joannitarum eſt Princeps Imperii. 355

Georgius Ordinis S. Joannis per Germaniam Magiſter. ibid.

De Ordine Templi.

Templariis injuſta poſſeſſiones in Sicilia adempta. 79

Templariis in regno Siciliæ non licet emere nec hæreditare alodia. ibid.

De Organis.

Organa nihil laſcivum ſonent aut ſeculare. 332

de Oſculo pacis.

Oſculum pacis in Miſſa officio. 332

P.

De Pace publica.

Pax publica per univerſitatem Chriſtianorum quomodo inſtituenda. 128

Pacis publicæ conſtitutio Norimbergæ facta. 172. 174. 177

Pacis publicæ Wormatienſis conſtitutio. 288

Pacis publicæ conſtitutio ratificatur. 342

de Pace reformanda inter nobiles & plebeios civitatis. 54

Pacis publicæ læſio quomodo fiat. 288

Pacis publicæ turbatio in alienatione bonorum. 290. 291

ob Pacis publicæ læſionem in Camera agi poſſe. 288

Pacis fractio actio publica eſt. 290

Quomodo contra eos, qui de fracta pace, aut quod fractoribus auxilia tulerint, ſuſpecti ſunt, agatur. 289. 290

adverſus Pacifragos potentes quomodo Cameræ ſubveniri debeat. 292

Pacis publicæ violatores puniendi. 342

Pacis publicæ fractor quomodo puniendus. 41. 47. 48

Nobiles, qui contra pacem publicam diffidant, ut in tornamento caſtigentur. 42

Violatæ pacis actio tranſit ad hæredes. 289. 367

Pacis publicæ turbatores ut ad Curiam Imperialem citentur. 62. 67

Pacis publicæ armati & militares turbatores ut banno imperiali proſcribantur. 288

Pacis publicæ violatori non detur ſalvus conductus. 284

Violato contra pacem publicam ut impenſa & damna reſarciantur. 292

De Pactis & Conventis.

Pacta non ſervat Pontifex Romanus quæ Turca tamen & Judæi ſervant. 121

De Palatiis.

Palatia in locis extruenda, in quibus Imperatori & Legatis ejus manſiones parentur. 25

De Pallio Epiſcopali.

Pallii quam difficilis ſolutio quamque gravis Archiepiſcoporum ſubditis. 120

Pallii tanta auctiones quo ſucceſſu facta. ibid.

De Pannis.

de Pannis laneis edictum Cæſareum. 349

de Pannis laneis, eorundem tonſura, madefactione & extenſione. 349

De Papis & Pontificibus Romanis.

Papa Petri & Pauli Vicarius. 14. 30. 44

Papa Dominus & Coangelicus. 33

Papa eſt ſummus Pontifex & univerſalis Papa. 11. 25. 44

Papa antecellit omnes Eccleſiaſticos. 7

Papa libere à Romanis eligatur. 12. 45

Papæ electionem Imperator aut ejus Legatus non impediat. 12. 45

Papa electus jurare debet Imperatori, ſe omnium Eccleſiarum liberam electionem permiſſurum. 125

Papæ electio ab Imperatore confirmatur. 149

Papæ officium eſt curare, ut Evangelium ſincere prædicetur. 121

Papæ in ſpiritualibus, Imperatori in ſecularibus obediendum eſt. 50

Papa gerit generalem ſolicitudinem ſuper omnes Principes & homines. 26

Papa injuſtos Reges corrigere & cenſura eccleſiaſtica diſtringere debet. 26

Apoſtolico Papæ culmini nemo unquam reſtitit, niſi judicandus. 33

ad Papæ veſtigia Chriſtiani Principes provolvuntur. 26

Papa non eſt legitimus aut competens judex Principum Imperii, ſed Imperator. 86. 87

Papa de legibus neque divinis neque humanis diſpenſare poteſt. 89

Papa cum Eccleſia errare, delinquere, & accuſari poteſt. 96 97

Papa cum Curia ſua reformandus omnium primo. 379

Papa delinquens ab Imperatore eſt judicandus. 97

Papa vocatus eſt illegitimus, qui Imperio rebellis. 89

Papa nihil eſt juris in Imperium & Imperatorem. 90

Papæ Imperatores pro Dominis ſuis agnoverunt. 97

Papa non eſt Dominus directus, ſed tantum utilis ſeu beneficiarius ditionum Italiæ. 12. 45

Papa Imperii unitatis conturbator. 121

Paparum ingratitudo erga Imperatorem. 97

Papa ſubditos in Imperatorem concitare ſolet. 121

Papæ in Imperatorem iniquitas. 50

Papa ſtatum & jura Imperii labefactare ſtudet. 90

Papæ fraudibus in libertatem Imperii obviare Imperator tenetur. 141

Papæ vi ibus & rapinis reſiſtere Imperator tenetur. 122

Papa ut Imperatori in exactionibus ejus juſtitiam faciat, ab Epiſcopis admonetur. 50

Papales literæ contra decus & honorem Imperatoris. 81

Papæ contradictiones in epiſtolis. 81

qui Papales literas de interdicto in Regnum portant, à quocumque obvio interfici poſſunt. 71

Papæ & Curtiſanorum ambitio & avaritia, & inde exorta mala & detrimenta publica. 121. 122. 124

Papam admonendum eſſe de mitigando jugo exactionum. 120

Papa anteceſſorum ſuorum bullas non tene-

tenere, aut contra eas diſpenſare fas eſſe dicunt. 116
Papa ſophiſmata atque ſtrophi ad decipiendos ſimplices. 121
Papa perfidia & pacis publica turbatio. 80
Papa falſa & perfida judicia arbitraria. 81
Papa iniquitas & haretica pravitas. 73
Papa omnia mala nunc accidentia in die judicii imputabuntur. 125
Papa ablata reſtituturum jurat Imperator. 43
Papa Imperatori praſtare debet juramentum fidelitatis. 13.43.45
Iniquiſſima ſunt qua à nobis petunt Pontifices. 90

De Parochis & Parochiis.

Parochi, & eorum officium. 327
in Parochorum ordinatione plebis conſenſus accedere debet. 23
Parochiales Eccleſia ſunt, qua baptiſmum & pradicationem, & manus impoſitionem, & Chriſti Sacramenta habent. 24
Parochia ſolis doctis & moratis concedenda. 326
Parochiales Eccleſia quomodo providende. 126
Parochiis, qua ſub gratiis non cadunt, citius providetur de idoneo paſtore. 125
Parochiis incorporatis ut ſubveniatur. 121
Parochia Germanica Epiſcopatus Italicos aquant. 122
Parochiarum viſitationes. 337
Vide tit. de Clericis; item, de Eccleſiaſticis; item, de Concionatoribus.

De Parricidis.

Nobiles Parricida ut in torneamento caſtigentur. 42

De Patribus Eccleſiæ.

Patrum orthodoxorum auctoritas. 4. 140
Patrum auctoritas à Luthero ſpreta. 144.146
Patrum & Eccleſia Doctorum ſcripta à Pontificiis corrupta & mutilata. 140

De Patriarchis & Primatibus.

Patriarcha Antiochenſis. 79
Andreas Patriarcha Aquilegienſis. 22
Albertus Cardinalis, Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Primas per Germaniam. 171

De Pauperibus.

Pauperibus publicè ſubveniendum eſt. 120
Pauperum curam Eccleſia & Monaſteria habere tenentur. 123
Pauperum filia publicis ſumptibus depenſanda. 120
Pauperum oppreſſiones ab Imperatore cavenda. 25
de Pauperibus partibus in Camera litigaturis. 370
Paupertatis juramentum. 258.279
Pauperum cauſis quomodo Procuratores & Advocati dandi. 258
Pauperibus ſpoliatis Advocati & Procuratores à Principe dandi. 286
in Pauperum uſum dandas eſſe pœnas ſeu mulctas Camera. 274.275

De Peccatis & Peccatoribus.

Peccatum non eſſe ſubſtantiam. 1
de Peccato originis. 158.184
Peccatum originale quomodo diſcernatur ab actuali. 185
de Peccato originali quid remaneat in renatis. 209
Peccatum originale quomodo diſſolvatur. 185
de cauſa Peccati. 160.184
nemo ſine Peccatis, ne ſanctiſſimus quidem. 35
Deus peccata in nos vindicare ſolet ad noſtram emendationem. 15
propter Peccata noſtra Deus nos undique percutit. 15.30
publicè Peccantes publica pœnitentia ſubjiciantur. 24
Peccatorum expiatio quomodo facienda. 15.16.128.129.133
pro peccatis tam originalibus quam actualibus ſatisfecit Chriſtus. 158.163
Peccata ſemel in anno confitenda. 333
Peccatorum omnium commemoratio eſt impoſſibilis. 159
de pœna peccatorum. 2

De Pedello Cameræ.

de Pedelli officio in Camera. 264.265
de Pedelli Camera juramento. 279
de Pedelli Camera ſtipendio. 272

De Peregrinis & Peregrinantibus.

Peregrinantibus ad loca ſancta ſemper & ubique pax publica. 21.47
Peregrinantibus licet arma ferre. 47
Peregrinorum nomina ne ab hoſpitibus deferantur magiſtratui tempore bellico. 238

De Perjuris.

Perjuri quo judicio notandi. 48
Nobiles perjuri ut in torneamento caſtigentur. 41

De Perſecutionibus.

Perſecutionem ab infidelibus paſſi & ad Chriſtianos confugientes quomodo recipiendi ſint. 9.10

De Pfalburgeris.

Pfalburgeri non recipiendi. 19
Pfalburgeri cum cateris civibus conferant dacias & collectas. 69

De Pignorationibus. Diſtrictionibus & Repreſſaliis.

de Pignerationibus & diſtrictionibus liberorum hominum, ut inhibeantur. 21

De Piratis & Prædonibus.

Pirata & Pradones ut puniantur. 64
Vide tit. de Homicidis.

De Placitis & Conventibus.

Placitus & Conventus non eſſe frequenter faciendos, ne populus oneretur. 24
in Placitum ſive Comitia Imperatoris ut exactiones facere Epiſcopis in ſubditos liceat. 43
Vide tit. de Comitiis.

De Pœnis.

Pœna tenere non debet inculpatos. 69

De Pœnitentia.

de Pœnitentia Sacramenti adminiſtratione. 333
de Pœnitentia poſt lapſum. 188.189
per Pœnitentiam lapſos poſſe ſalvari. 2
Pœnitentia duabus partibus conſtat. 159
de Pœnitentia publica reducenda. 200
publicè peccantes, publica pœnitentia ſubjiciantur. 24
Pœnitentia percuſſorum & homicidarum eccleſiaſtica. 13.14
Pœnitentes eſſe recipiendos. 159
Pœnitentia fructus. 159
Pœnitentia à Viſitatoribus injungenda. 338
Pœnitentiales canones. 333

De Politia.

Politica ordinatio. 360
Politia obſervatio diſtrictè mandatur. 349
Politia ordinatio ratificatur. ibid.

De Pontibus.

Pontes publici ut reficiantur. 52

De Poſſeſſionibus.

de Poſſeſſione, unde vi turbatus quis eſt, ut reſtituatur. 58.60
Poſſeſſionem alterius vi occupantes, ut in jus vel curiam citentur. 62.67
Poſſeſſionis litigioſa controverſias ut utrinque in Camera agant 294

De Poſtillis.

Poſtillarum multitudo tollenda. 376

De Poteſtate, & ejus diſtinctione.

de Poteſtatis eccleſiaſtica & politica diſtinctione. 167.168.317
Poteſtati eccleſiaſtica quenam competant. 167.168
ad poteſtatem eccleſiaſticam non pertinet jus gladii. 167
Vide tit. de Juriſdictione; item, de Clericis; item, de eccleſiaſticis perſonis; item, de Epiſcopis.

De

De Poteſtate clavium.

de Poteſtate clavium. 200

Vide tit. de Abſolutione.

De Poteſtate & Poteſtariis.

de Poteſtatibus in Italia. 58. 60

Poteſtaria ab Epiſcopis vendita. 67

de Poteſtatum ſalariis. 59. 60. 63

De Præbendis.

Vide tit. de Beneficiis.

De Prædeſtinatione.

de Prædeſtinatione Lutheri ſententia. 144

De Prædicatoribus.

Vide tit. de Concionatoribus; item, de Eccleſiaſticis.

De Prædonibus.

Prædones ut perſequantur & puniantur. 21

Vide tit. de Homicidis.

De Prælatis & Prælaturis.

Prælatura ſolis dignis atque idoneis concedenda ſunt. 325. 326

Prælati quomodo in prima inſtantia convenire & conveniri debeant. 282. 283. 284. 185. 287

De Præpoſitis & Præpoſituris.

Præpoſitura quot in Germania. 120

Baſileenſis Præpoſitura exempta à gratiis Papalibus. 121

Brunſuicenſis Præpoſitura. 96

Elvangenſis Præpoſitus ac Dominus Henricus Princeps Imperii. 355

Francofurtenſis Præpoſitura exempta à gratiis Papalibus. 125

Haſelenſis Præpoſitura exempta à gratiis Papalibus. 119

Seltzenſis Præpoſitus Princeps Imperii. 356

Spirenſis Præpoſitura exempta à gratiis Papalibus. 119. 121

Weiſenburgenſis Præpoſitus Philippus, Princeps Imperii. 355

De Præſide Provinciæ.

Præſidis Provinciæ jura & poteſtas. 51

De Pragmatica Sanctione.

Pragmatica Sanctio Regni Francorum. 120. 123

Pragmatica Sanctio in Germania conſtituenda. 120. 121. 123

Pragmatica Francorum epitome. 124

De Precario.

Precario pignora poſſidens Studioſus, quando teneatur reſtituere. 73

De Presbyteris.

Presbyteris deficientibus, idonei Laici ſacris præficiantur. 376. 308

Vide tit. de Clericis.

De Principibus in genere.

Principum poteſtas cur inſtituta. 51

Princeps debet bono exemplo cæteris præire. 15

Principum Imperii competens judex eſt ſolus Imperator, non Papa. 86. 87. 339

Principatuum cauſæ Imperatori & Regi reſervantur in Imperio juſtificandæ. 286

Principes quomodo in prima inſtantia convenire & conveniri debeant. 282. 283. 284. 285. 287

Princeps per Advocatum in animam ſuam jurat. 290

Principes pro maritagiis filiarum collectas inſtituunt. 55

De Principibus & Principatibus Imperii, quorum fit mentio.

Aprutium in Italia. 74

Apulia Sicilia. ibid.

Anhaldia Principes Wolfgangus. 170. 172. 173. 222. *Joannes, Georgius & Joachimus.* 222. 356

Eſconia quomodo ad Imperium pervenerit. 77

Goritia vel Goritia Principes Comites ſunt Auſtriaci. 366

Habſpurgia iidem. ibid.

Hennenberga Comes & Dominus Guilhelmus. 356

Phirts Principes Comites ſunt Auſtriaci. 366

Provinciæ Imperio ſubjecta. 9

Romani Principes, ab Imperatore ad Comitia vocati, ejusq́; præcepto obedientes. 7

Rugia Principes ſunt Pomerani & Brandenburgenſes. 354. 356

Senogalia quomodo ad Imperium pervenerit. 77

Suevia Principes ſunt Auſtriaci. 143. 148. 150. 366

Terra laboris in Sicilia. 59

Tyrolis Principes Comites ſunt Auſtriaci. 366

Veronenſes Vicarii & Principes Joannes duo de Scala. 118

Vincentini Vicarii & Principes Domini de Scala. ibid.

Wederavia Principes jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247

Wendia Principes ſunt Mechelburgenſes. 356

Weſterichia Principes jus habent præſentandi perſonas Camerales. 247

De Privilegiis.

de Privilegiis extraneorum in Regno Siciliæ. 85

Privilegiis de non appellando parendum eſt. 299

de Privilegiis Clericorum, vide in tit. de Clericis; item, in tit. de Immunitatibus.

De Probationibus.

de Probationibus actoris in judicio Cameræ. 309. 310

Probationes reorum in exceptionalibus. 311

contra Probationem judicialiter exhibitam exceptio rei. 310

De Probationibus, Purgationibus & Judiciis Canonicis.

Aquæ frigidæ purgatio. 20

Judicium aquæ frigidæ. 48

Purgatio crucis vexilli. 20

De Proceſſu.

de Proceſſu Judicii Cameræ. 302

Proceſſus in Camera quibus modis & conditionibus impetrentur. 306

Proceſſus denegari an propter ſupplicationum errata debeant. 344

Proceſſus denegati cauſa non eſt Procuratoribus oſtendenda. 262

Proceſſus quomodo ſint per tabularios inſinuandi. 267. 268. 269

Proceſſus etiam per Notarios publicos inſinuari poſſunt. 269

De Procuratoribus.

ut Procuratores conducendi ſint, quot & quas cauſas quisque acceptare poſſit ac debeat. 257

de Procuratorum perſonis in Camera, ut qualificati, & quot eſſe debeant. 257. 259

Procuratorum mores ante tribunal quales eſſe debeant. 259. 253. 260

Procuratores ſufficientia habeant mandata agendi. 258. 259

Procuratores in tempore adſint judicio, & absque venia non exeant. 253

Procuratores quo ordine & quomodo in audientiis publicis agere debeant. 303. 304. 305

Procuratores circulorum quo ordine procedere in cauſis debeant. 363

Procurator, niſi loco ordineq́; ſuo non audiatur. 254

Procuratores Cameræ non audeant in aliis judiciis procurare, nec alias aut alibi cauſas tractare. 258

Procuratores ſua Protocolla inſpiciant. 253

Procuratores aliis non tradant cauſas absque ſcitu judicis & conſenſu partium. 258

Procuratores in ſcriptis proponant. 260. 262

Procuratores à prolixis prolegomenis abſtineant. 260. 262. 253. 254

Procuratores à procacitate verborum & conviciis ubique abſtineant 253

Procuratores dictata ſua tarde & diſtinctè proferant. 260. 262. 253. 254

Procuratoribus defectus & errata ſupplicationum denegatiq́; proceſſus non ſunt indicanda. 262

Procuratores ne recipiant plures cauſas, quam peragere poſſint. 258

Procu-

Procuratoribus quot cauſas ſuſcipere liceat. 364
Procuratores à partibus ad Cameram mitti poſſunt. 260
Procuratores Advocatiæ munus requiſiti ſuſcipiant. 364. 365. 371
Procuratores ne partes ſuas nimiis expenſis emungant. 365. 371
Procuratores quomodo pauperibus dandi. 258
Procuratores ad litem ſtatuto Senenſi dari prohibentur à tutoribus & curatoribus. 162
Procuratores ad litem fœminis dantur. 62
Procurator Cameræ ab Imperatore conſtituitur ad litem pro fiſco. 63
Procurator Rei non potens agere, cauſas det in ſcriptis. 305
de Procuratorum officio coram Cancellario. 260. *conſilio.* 259
Procuratores abſentia ſua veniam petere debent. 365. 370. 371
Procuratores non fiant Commiſſarii 309
de Procuratorum Cameræ juramentis. 277. 278
de Procuratorem ſtipendio. 272
de Procuratorum transgredientium pœna. 274
Procuratoribus clientes non rependant mulctas. 274

De Proditoribus.

Proditorum domus, quarum dirutio inferret damnum fidelibus, ne non diruantur. 52
Proditores Romam confugientes ne capiantur & plectantur. 54
nobiles Proditores ut in torneamento caſtigentur. 41
Proditrix civitas deſtructa ſine conceſſu Imperatoris non readificanda. 80
Proditoru pœna. 52
Proditoru patris filio fideli ut bona ablata reſtituantur. 83

De Profeſſoribus & Doctoribus.

Doctores Theologi & Canoniſtæ in Collegiis conſtituendi. 121. 330. *& Monaſteriis.* 329
Profeſſorum Academicorum dignitas, & privilegia. 72. 73
Profeſſores ut antiquos auctores interpretentur. 76
Profeſſores Grammaticæ artis ubique docere poſſunt. 73. 74

De Profugis.

Profugi non recipiantur, ſed ad jus ordinarium ſuſtinendum compellantur. 291

De Promotorialibus.

Promotoriales in Camera impetrata paſſim non ſunt [illegible]eptæ. 296
Promotorialibus requiſiti Principes, ſi non juvent partes, cauſa ad Cameram devolvitur. 297

De Protectione.

Protectionis abuſus per Imperatorem emendandus. 337
Vide tit. de Imperatore.

De Protocollis.

Protocolla à Protonotariis excipienda. 260. 262. 253
Protocolla Protonotariorum tria eſſe debent. 262
Protocolla ſua Procuratores inſpiciant. 253
Protocolla in Cancellariam reponenda. 262
Protocolla reproducenda ut partibus dentur inſpicienda. 263

De Protonotariis.

Protonotarii in Camera duo, deque eorum officio in conſilio, judicio & Cancellaria. 262
Protonotarii non ſunt dictatis Procuratorum obruendi. 252. 254
Protonotarii habeant tria Protocolla. 262
Protonotariorum Protocollum indicet cauſarum audientias. 303
Protonotarii debent Procuratorum dictata protocollare. 260. 262. 253. 254
de Protonotariorum Cameræ juramento. 276

De Provinciis.

Provinciæ ab Imperatore occupata, ſunt Imperio conjungenda. 141
Vide tit. de Imperatore.

De Pſalmodia.

Pſallendi melodia. 3

De Pueris, Infantibus & Puerperis.

Pueri expoſititii publicè alendi. 120
Puerperæ pauperes publicè ſuſtentandæ. 120

Q.

De Quadrageſima.

In Quadrageſima diebus ſine magna neceſſitate non eſt expeditio bellica facienda. 18

De Quæſtore Cameræ.

Quæſtor Cameræ & officium ejus. 370
de Quæſtoris Cameræ juramento. 279
de Quæſtoris Cameræ ſalario. 272

R.

De Rapinis & Rapacitate.

Rapina ex Imperio eliminanda ab Imperatore. 25
Rapina militum coercenda. 25
Rapacitas miniſtrorum ab Imperatore coercenda. 22. 25
Papæ & Curtiſanorum eius rapacitati reſiſtere Imperator debet. 122

De Raptu.

Raptus viduæ illicitus & damnatus. 29

De Rationalibus.

Rationales quando & ubi ratiocinia ponere teneantur. 74

De Rebellione.

Rebelles Imperio comprimendi. 120
propter Rebellionem civitates deſtructa readificari non permittuntur. 80

De Reconventione.

de Reconventione, quomodo in ea procedendum ſit. 312
Reconventio in criminalibus. 290

De Referentibus & Relationibus.

de Referentibus in judicio, & eorum officio. 250. 251
in Relationibus ſeſe mutuo audire debent Aſſeſſores. 254. 362
in Relationibus omnis ſuperfluitas vitanda. 362
Referentes litigatoribus non ſunt revelandi. 251. 255
Referentes acta ad referendum data diligenter cuſtodiant atque celent. 362
Referentes ab amanuenſibus non detegendi. 362

De Reformationibus.

Reformatio Theodorici Archiepiſcopi Colonienſis. 110
Reformatio Friderici III. Imperatoris. 110. 113
Reformatio judicii Vetiti in Weſtphalia. 110
Reformatio eccleſiaſtica Caroli V. Imperatoris. 194. 325
Reformatio eccleſiaſtica à Papa non impediatur. 325

De Regibus & Regnis in genere.

Divi Reges & Imperatores. 6
Regum poteſtas cur inſtituta. 51
Rex Chriſti Vicarius in terris eſt. 27
Regia dignitas Deo accepta referatur. 128
Regnorum jura & fines in manu Dei ſunt. 128
Rex in ſpeculo eſt ad exemplum omnibus ſubditis. 34
Reges præcedentes imitandi. 6
in Regno ſuccedat filius, quem populus idoneum elegerit. 19
in Regno quomodo frater fratri ſuccedere debeat. 19
Regibus interdictum eſt bona immobilia in alterius Regno emere aut accipere. 19
Regum controverſia quomodo dijudicanda. 20
Regni capite deſtituti incommoda. 91
Regnorum Ludovici Pii diviſio. 19
Reges non excuſantur, ſi quid alii eorum nomine peccant. 383

De Rege Romanorum.

Regia ſedes Aquiſgrani. 7. 8
Regis Romanorum juramentum Electoribus præſtandum. 141

Regum inauguratio Aquisgrani facienda. 7

De Regibus & Regnis Germaniarum.

Germania, quæ & Alemania, Imperio obſequens. 7. *Theutonicum Regnum.* 8. *Germaniæ Archicancellarius Moguntinus Archiepiſcopus.* 94. 355. *Reges: Carolus Magnus.* 2. *Carolus V.* 143. 148. 150. *Ferdinandus* 366. *Vide tit. de Germanis; item, de Imperatore.*

Bohemia Imperii nobilius membrum. 94

Proceres & Prælati S. Rom. Imperii fideliſſimi zelatores. 94. *Conſtitutionibus ac Receſſibus Imperii non ſubjecta.* 346. *ejus adminiſtrationem arguit Imperator.* 383. *Rex eſt Elector Imperii.* 85. 86. 91. 93. 94. *Archipincerna.* 86. 92. *Officium tamen ſub corona Regali exercere non tenetur.* 92. *Reges: Johannes.* 88. *Carolus de Bohemia, ejus filius.* 88. 92. 93. *Joannes de Bohemia hujus frater.* 87. 88. *Sigismundus.* 107. *Maria Regina.* 354. *Ferdinandus.* 366

Dania vel Dacia, cujus Epiſcopi ſubjecti ſunt Metropolitano Hamburgenſi. 48. 49. *Rex eſt inferioris Saxoniæ circuli Capitaneus.* 239. 240. *Princeps Imperii.* 221. *Chriſtianus.* 221

Norwegia, cujus Epiſcopi ſunt Metropolitano Brandenburgenſi ſubjecti. 49

Suedia, cujus Epiſcopi ſunt Metropolitano eidem ſubjecti. 49

De Regibus & Regnis Galliarum.

Gallia pro tota Francia. 7. *Francia duplex, Orientalis & Occidentalis, Imperio ſubjecta.* 7. *Galliæ Epiſcopi, Abbates & Principes ab Imp. evocati.* 7. *Burgundia inferiores Regiones Germanicæ Nationi juncta.* 144. *Imperii conſtitutionibus & Receſſibus non ſubjecta.* 346. *earum Dominus Hiſpaniarum Rex eſt Imperii ſtatus.* 361. *ejus in Belgio tyrannis & erga Imperatorem inobedientia.* 383. *Galliæ ſive Lotharingici & Arelatenſis Regni Archicancellarius fuit Colonienſis Archiepiſcopus.* 27. *poſtea Trevirenſis.* 355. *Galliarum Reges Dagobertus.* 124. *Carolus M.* 2

De Regibus & Regnis Hiſpaniarum, quatenus Arelatenſi Imperio unita erant.

Hiſpania à Carolo M. ad fidem converſa. 6. *Imperio acquiſita* 9. *Hiſpanorum ad Imperium confugientium privilegia.* 9. 10

Navarra, ejus Rex Carolus V. 340

De Regibus & Regnis Italiarum.

Italia Imperii Regnum. 7. *Italiæ Epiſcopi Abbates ac Principes ab Imperatore ad Comitia in Germaniam vocati.* 7. *Optimates.* 30. 31. *Civitatum & locorum dominia ſaltem utilia Papæ conceſſa: directa ſibi Imperator reſervavit.* 12. 45. *in ditionibus ad Papam ſpectantibus Papa & Imperatoris Legati ſimul jus dicunt.* 45. *Archicancellarius Joſephus.* 22. *hodie Archiepiſcopus Colonienſis.* 355. *Rex ab Imperatore conſtituatur, qui à partibus Papæ ſit.* 43. *juret ſe patrimonium S. Petri defenſurum.* 43. *Italiam rexit Carolus M.* 2

Romandiola vel Romania Vicarius generalis ab Imperatore ordinatur. 60. *Principes ab Imperatore ad Comitia vocati, ejusque præcepto obedientes.* 7

Lombardia quæ Longobardia & Liguria, Imperio ſubjecta. 80. *eſt Imperii laborioſa pars.* 74. *ſed precioſa.* 51. *ad defectionem ab Imperio ſollicitatur à Papa.* 81. *ejus Regni cenſus annuatim Papæ præſtandus.* 12. 45

Sicilia regnum in toto mundo nobilius & habilius. 79. *Papæ donatum.* 12. *proprium & hæreditarium eſt.* 74. 83. 85. *à Saracenis vaſtatum.* 77. 79. *de extraneorum privilegiis.* 85. *Magiſter Juſticiarius.* 55. 71. *Capitaneus.* 71. 73. *Rex habet ſuos fideles Romæ.* 81. *Conradus IV. Imperator.* 83. *Fridericus II. Imp.* 6. 82. *Carolus V. Imp.* 143. 148

Neapolitanum regnum eſt in patrimonio Imperatoris. 12. 44. *Papæ donatum.* 12. 44. *Rex Carolus V. Imper.* 143. 148

Sardinia Papæ donata. 12. 44. *Rex Carolus V.* 148. 150

Corſica Papæ donata. 12. 44. *Rex Carolus V.* 143. 148. 150

De Regibus & Regnis Pannoniarum.

Hungaria Imperii Germanici propugnaculum. 153. *ejus ſubditi Caliciis permiſſionem petunt à Cæſare.* 378. *Conſtitutionibus & Receſſibus Imperii non ſunt ſubjecti.* 346. *Rex Maximilianus I. Imp.* 110. 112. 114. 117. *Maria Regina.* 354. *Carolus V. Imperator.* 143. 148

Dalmatiæ Reges Sigismundus Imp. 107. *Maximilianus I. Imp.* 110. 112. 114. 117. *Carolus V. Imp.* 143. 148. 150. *Ferdinandus Imp.* 366

Croatiæ Reges iidem.

Sclavoniæ Rex Ferdinandus Imp. 366

Dacia, quæ Tranſilvania, ad expeditionem Turcicam. 137

Moldavia Turcis tributaria. 137. *ab Imperatore ad expeditionem Turcicam ſollicitanda.* 137. 138

Valachia Turcis tributaria. 137. *ad expeditionem Turcicam animanda.* 137. 138. *duplex major & minor.* 137

De Regibus & Regnis Sarmatiarum.

Polonia Ordini Hoſpitali Theutonicorum infeſta. 86. *annumeratur gentibus Germanis* 132. *ejus Rex ad expeditionem Turcicam tenetur.* 130. 132. 136. 137. 138. *tutor eſt Regis Hungariæ.* 136. *nominatim Rex, eſt illegitimus, qui Imperio rebellis.* 86. *Commiſſarios à Cæſare deputatos recuſat.* 241. *Kazimirus.* 86. 87

Lithuania Imperio ab ordine Theutonicorum acquiſita, & in regnum erecta. 63

Ruſſia vel Ruthenia ad expeditionem Turcicam vocata. 137

De Rege Galliæ vel Franciæ.

Franci Carolo M. ſubditi. 2

Regi Franciæ non habet imperare Imperator. 34. 383

Franciæ Regnum cur tantopere floreat. 122

Gallorum Regis truculentiſſima in Proteſtantes laniena. 383

De Regibus & Regnis Britanniarum.

Angliæ Rex Henricus Imperio amicus. 6. *ejus litera ad Imperatorem pro proditore interceſſoria.* 80. *ejus expeditio Imperatori auxiliaria in Turcas, cujus ſit ſummus Capitaneus.* 136

Scotia auxilia Imperatori mittenda contra Turcos. 132

Hibernia milites in Turcos auxiliaris. 132. 136

De Regibus & Regnis Orientis, in quæ jus ab Imperatoribus Romanis prætenditur.

Hieroſolymorum vel Syriæ Reges, Fridericus II. Imp. 6. 82. *Conradus IV. Imp.* 83. *Carolus V. Imp.* 340

Antiochia Rex Fridericus. 66. 82

Attica Carolus V. Imp. 340

De Reg[illegible] Hungitaniæ.

Regis Hunicia filius ad Imperatorem Fridericum II. profugus. 80

De

De Republica.

Reipublica cauſa abeſſe cenſetur, qui in ſervitiis Imperatoris verſatur. 59. 60

De Reis.

Reo contumace licebit Actori proclamationem petere. 307
ad Rei dilationes fruſtratorias decernatur ſicut jus eſt. 305

De Religione.

Religio penè collapſa in Imperio erigenda. 325
Religionis negotium Imperatori & Principibus commiſſum. 142
Religionis negotium debet in univerſali Concilio expediri. 340. 341. 342
Religionis res non volunt gladio dijudicari. 383
in cauſis Religionis cui cognitio competat. 176. 178
Religionis declaratio ſive interim ratificatur. 341
Religionis cauſa quænam ſint, quarum cognitio ad Cameram non pertineat. 180 181
Religionis utriusque Facultas in Camera Imperiali admittitur. 248. 363. 364. 369
Religiones diverſæ an in Collegiis & Monaſteriis ferenda. 180

De Reliquiis Sanctorum.

de Reliquiis Sanctorum, & earum adoratione. 196
Reliquiæ Sanctorum, in Eccleſiis recondita. 7
ſuper Reliquias jurandi mos. 41. 43. 47

De Remuneratione.

Remuneratio & recompenſatio fidelibus facienda eſt. 63. *etiam in eorum liberos.* 64

De Replicis.

Replica contra articulorum exceptiones conceduntur Actori. 309

De Repreſſaliis.

Repreſſalias ne quis facere audeat, ſed jus ſuum apud Imperatorem proſequatur. 57. 58
Repreſſalia mercatoribus adverſus ſpoliatores ab Imperatore indulta. 61
Vide tit. de Pignorationibus.

De Reſervationibus.

Reſervationes omnes revocentur. 126
Reſervationes generales Papæ adimantur. 125
Reſervationes gratiarum juri ſunt contraria. 124
Vide tit. de Gratiis.

De Reſignationibus.

Reſignationes dignitatum Eccleſiaſticarum eadem cura & examinatione fieri debent, qua electiones & collationes. 326

De Reſponſionibus.

Reſponſiones quando fieri debeant. 309
Reſponſiones inſpicere tenentur Procuratores. 309

De Reſtitutionibus.

Reſtitutionis in integrum beneficium & majoribus & minoribus dare Vicarius Imperialis poteſt. 51

De Reſurrectione.

de Reſurrectione mortuorum. 2. 160

De Reviſione.

de Reviſione actorum & Syndicatu in pravo latis ſententiis. 274
de Reviſione ex inſpectione actorum & Syndicatu. 368. 369
Reviſio actorum & Syndicatus reſervatur litigantibus. 323
Reviſio quando ab Archicancellario petenda. 324
de Reviſorum & Syndicatorum juramento. 324

De Romipetis.

Romipetæ à latronibus defendendi. 21
Romam ad Apoſtolorum limina viſitare promittunt Reges. 26

S.

De Sacra Scriptura.

In ſacra Scriptura diſcernenda & interpretanda Eccleſiæ auctoritas qualis. 189. 190. 200. 201
Sacræ Scripturæ lectiones & profeſſiones in Monaſteriis reſtaurari debent. 329

De Sacramentis.

de Sacramentis, & eorum uſu atque fine. 191
Sacramenta quare inſtituta. 159
de Sacramentorum adminiſtratione. 331
Sacramenta Chriſti in parochiali Eccleſia percipienda ſunt. 24
de Sacramentorum differentia. 192
in Sacramentorum uſus fides requiritur. 159
Sacramenta an lingua Latina adminiſtranda. 331. 332
Sacramenta Paſchalia in cœna Domini ab omnibus Chriſtianis celebrantur. 18

De Sacerdotibus.

Vide tit. de Clericis.

De Sacrilegio & Sacrilegis.

Sacrilegium committunt Archipresbyteri, qui fruges & reditus Eccleſiarum ad ſuas domos convehunt. 23
Nobiles Sacrilegi ut in torneamento caſtigentur. 42

De Salvo Conductu & Securitate.

de Securitate perſonarum Cameræ Imperialis. 273
de Securitate publica Nuntiorum Cameræ. 273
de Securitate & ſalvo conductu Imperiali ad Concilia euntium. 341
Salvus conductus etiam hæreticis præſtandus. 143. 146
Salvus conductus Luthero præſtitus. 142

De Sanctis.

Sanctorum una vita, præmia diverſa. 2
Sanctorum cultus & memoria qualis eſſe debeat. 161. 195. 196. 204. 205
Sanctorum corpora in templis. 17
Sanctorum hiſtoria quales ſeligendæ. 330. *in Eccleſia proponenda.* 330
Sanctorum memoria ſive ſuffragia quatenus à precibus Canonicis tollenda. 328

De Satisfactionibus Canonicis.

De ſatisfactione propitiatoria & canonica. 193. 203
Satisfactio Canonica nimis rigida. 333
Satisfactiones Canonicas non eſſe neceſſarias ad ſalutem conſequendam. 159

De Schiſmatibus.

Schiſmata Eccleſiæ inferens in Chriſtum eſt injurius. 4

De Scholis ratiociniis.

Scholæ ratiociniis in Regnis Siciliæ diſtributa. 74

De Scholis, Academiis, Univerſitatibus, Studiis & Collegiis.

de Scholarum inſtitutione & uſu. 220
Scholæ ſunt ſeminaria. 329
Academiarum loca quas debeant habere commoditates. 72
Scholæ in Collegiis erigendæ. 330
Scholæ in civitatibus inſtituendæ. ibid.
Academiæ in magnis Collegiis erigendæ. 330. 376
Particulares Scholæ ab Imperatore Friderico II. interdictæ, ut ad Academias transferantur. 73
de Scholarum, Academiarum & Univerſitatum reformatione. 220. 329. 330
in Academiis probati auctores legantur. 329. 376
Academici Profeſſores indicare debent viros ad regimen Eccleſiæ idoneos. 329
de juriſdictione Academicorum. 73
Academiarum & Univerſitatum beneficia ac privilegia ſarta tecta conſerventur. 329

Scholarum & Scholaſticorum ſtipendia, unde accipienda ſint. 200. 207. 211. 215. 221
Academia Bononienſis. 75
Academia Neapolitana à Friderico II. Imperatore reparata & reformata. 72. 73
Univerſitatis Pariſienſis ſcriptum contra Eccleſiam Romanam. 97. *præconia.* 121
Univerſitatis Pragenſis ſcriptum contra Eccleſiam Romanam. 97
Univerſitatis Oxonienſis ſcriptum contra Eccleſiam Romanam. 97
Academia Salernitana. 73
Vide tit. de Profeſſoribus; item, de Literarum ſtudiis; item, de Studiis.

De Scholaribus, Scholaſticis, & Studioſis.

Studioſi adoleſcentes debent Collegiorum ſumptibus in Academiis ali. 328
Studioſi in civilibus apud ſuum Rectorem debent conveniri. 73
Scholarium & Studioſorum privilegia. 72. 73. 329
Studioſi non debent privilegiis & libertate ſua abuti. 329
Studioſis negligentibus aut perverſis ſtipendia auferenda ſunt. 328

De Scholaſticis Theologis.

Scholaſticorum Theologorum ſtudia in commendandis traditionibus. 164. 165
Scholaſtici ſuas nenias obtruſerunt Eccleſiæ. 140
Scholaſticorum Sophiſmata à Papa inhiberi debent. 140
Scholaſtici ſunt hæretici non damnati. 140

De Secretariis.

de Secretariorum Cameræ officio. 264
de Secretariorum juramento. 279

De Segetibus.

Segetes & vineæ in perpetua pace publica ſunt. 48
Segetum & fructuum devaſtatores ut puniantur. 56. 57
Segetum devaſtatores nocturni quomodo plectendi. 54

De Senibus & Effœtis.

Senes effœti & pauperes publicè ſuſtentandi. 120
Senibus & effœtis ſubvenire Eccleſiæ & Monaſteria tenentur. 113

De Sententiis.

Sententiarum ferendarum poteſtas penes quos ſit. 319
Sententia ante publicationem celanda. 255
Sententiarum diffinitivarum aſſeſſores in Camera quot eſſe debeant. 367
Sententia diffinitiva aut interlocutoria in minoribus actibus maturanda ſunt. 255
Sententia concipienda & promulganda ſunt ex jure ſcripto & conſuetudinario. 264
Sententia quomodo, quo tempore & à quot judicibus in Camera publicari debeant. 319
Sententia interlocutoria graviores quando publicanda. 255
Sententia lata quando & quomodo rata ſint. 319
Sententia diffinitiva graviores quando publicanda. 255
Sententia lata, à qua appellatur, menſis, dies & hora notentur. 300
à Sententiis Cameræ appellari non poteſt. 322
Sententia Camerales in Protocollum exſcribenda & in Cancellaria conſervanda. 262
Sententiarum literæ ſemel petita redimi rogantur. 264. 370
Sententia literas nemo invitus redimere cogatur. 264
Sententia Camerales quomodo reformentur. 323
Sententiarum malè latarum & iniquarum reviſio. 274

De Sequeſtratione.

Sequeſtrata aut depoſita pecunia apud Cameram cuſtodia. 263

De Servis.

Servi caſati computantur in rebus immobilibus. 19
Servi civitati Aquenſi adſcriptitii ſiunt liberi. 8
Servi fugitivi non recipiendi. 19
Vide tit. de Hominibus propriis.

De Servitutibus.

Servitutum cauſa in Camera admittuntur. 298

De Seſſionum ordine.

de Seſſionum controverſiis in Comitiis. 348. 353. 354

De Sicariis.

Vide tit. de Homicidis.

De Simonia.

Simonia crimen publicum eſſe, & ejus pœna. 214
contra Simoniam priſci canones revocandi. 376

De Spiritu Sancto.

Spiritus Sanctus verus Deus ex Patre & Filio procedens. 1
Spiritus S. in conceptione Chriſti creator fuit, non ſemen. 1

De Spoliis & Spoliatis.

de Spoliis & Spoliatis extra pacis publicæ violationem factis quomodo & apud quem agi debeat. 286
Spoliati omnes, ſublimes ac infirmi, agere poſſunt. 286
Spoliorum ſimplicium cauſa coram ordinariis judicibus explicentur. 288
in Spoliis apud juſtificationis ſeu auſtrega Commiſſarios agi poteſt. 286
Ob Spolia & Captivos in Camera agatur. 295
in cauſis Spoliorum ſummariè procedendum. 286
Spoliatis ante ordinationem Cameræ factam nihil præjudicatur. 288
Spolia & captivi immediatè reſtitui mandentur. 295
Spolii expeditio ſit matura. 286

De Statibus Imperii.

Vide tit. de Ordinibus.

De Statutis.

Statutum civitatis temperare Imperator poteſt. 62
Statuta contra eccleſiaſticam libertatem edita caſſantur. 92. 95. 96. 98. 99. 105. 107. 108

De Studiis.

Studiorum utilitas & fructus. 72
Sine literarum ſtudio mortalium vita non regitur liberaliter. 76
Vide tit. de Literarum ſtudiis; item, de Scholis.

De Stupro & Scortatione.

Stupri domeſtici pœna, teſticulorum exſectio. 54
Nobiles adulteri & ſcortatores ut in torneamento caſtigentur. 42
Stuprum ancillæ vel focariæ heri ſui inferens quomodo plectendus. 54

De Subdiaconis.

Subdiaconi, vulneratio aut cædes quomodo componi debeat. 13. 14

De Subſtitutis.

de Subſtitutis Procuratoribus, & cauſarum traditionibus. 258
Subſtituti Procuratorum quatenus admittendi. 371

De Succeſſionibus.

de Succeſſione fratrum, ſororumque liberorum in patrui aut avunculi hæreditatem. 154
de Succeſſione patrui vel avunculi cum fratrum ſororumque liberis in defuncti patrui vel avunculi ſui hæreditatem. 148
Bona à proximis ab inteſtato decedentibus relicta Clericis non auferantur. 71

De Suffragiis.

Vide tit. de Votis.

De Suffragiis & Interceſſionibus SS.

Suffragia & interceſſiones Sanctorum pro noſtra ſalute & peccatorum venia. 7

De Supplicationibus.

Supplicationibus juſtis fidelium Imperator

ratur auſcultare aures præbere tenetur. 6. 7
Nomina eorum, contra quos ſupplicatur exprimenda. 259
in Supplicationibus priora decreta communicantur. 259
Supplicationes cum clauſula ſalutari. 364 369
Supplicandum ad conſilium judicii. 259
Supplicationum tractationi privatum tempus in Camera deputetur. 252
ad Supplicationes in judicio quomodo agi debeat. 315
Supplicationum Decretis motiva adſcribantur. 362
Supplicationum errata, & an propter ea proceſſus denegandi. 344

De Synodis.
Vide tit. de Conciliis.

T.

De Tabernis & Cauponis.
Tabernæ diebus feſtis non pateant ante ſacrum peractum. 337

De Tabulariis.
Vide tit. de Nuntiis.

De Taxa.
Taxarum moderatio & conſignatio ab inferioribus judicibus facienda. 300
De Taxa Cancellariæ emolumentorum accidentiumq́;. 264

De Templis.
Templum Aquiſgranenſe à Pontifice Rom. conſecratum & dedicatum. 7
Templum in D. Virginis honorem dedicatum. 7
Vide tit. de Eccleſiis.

De Templariis Equitibus.
Vide tit. de Ordine Templariorum.

De Terminis judicialibus.
de Terminis primæ inſtantiæ coram judicio Cameræ. 306. 307. 308. 309. 311
de Terminis ſecundæ inſtantiæ. 313. 314 315
de Terminis in exceptionibus dilatoriis. 311. *in peremptoriis.* 312
Terminos ſervandos eſſe ſub pœna. 316
Termini non obſervati quomodo emendentur. 316
de Terminorum moderatione. 316

De Teſtamento ſacro.
Teſtamenti novi & veteris libri Catholici. 2

De Teſtamentis
Teſtamentorum infra annum non executorum cauſa ſecularibus judicibus interdicta. 108

De Teſtibus & Teſtimoniis.
Teſtes eſſe fœminæ non poſſunt. 61
de Teſtium juramentis. 279
Teſtium publicationem quando actor petat. 310
pro Teſtimoniorum aut teſtium examinandorum commiſſione quid detur. 264

De Torneamentis & Haſtiludiis.
Leges de Torneamentis ſive haſtiludiis. 41
nemo ad Torneamenta admittatur, niſi qui ſtirpe nobilis ſit. 41

De Traditionibus.
de Traditionibus & diſcrimine ciborum atque dierum. 160. 164. 165. 168
Traditiones eccleſiaſticæ excruciant conſcientias. 164. 165
Traditiones inſtituendi poteſtatem an habeant Epiſcopi. 168. 169. 195. 204
Traditiones humanas non eſſe utiles ad promerendam remiſſionem culpæ & pœnæ. 164. 165
Traditiones non debent æquari obligationi legum divinarum. 376
Traditiones pravæ reſecandæ. 341
Traditionum multitudo contrahenda eſt. 376

De Transactionibus.
ſuper Transactione alimentorum decretum interponere Vicarius Imperialis poteſt. 51

De Transfugis.
Transfuga ut ab obvio quovis occidatur. 117
nobiles Transfugæ ut in torneamento caſtigentur. 41

De S. Trinitate.
de ſancta Trinitate & fide Catholica. 158
Trinitatis una ſubſtantia in tribus perſonis. 1. 3
in Trinitate quomodo Perſonæ nomen intelligendum. 158
in Trinitate nullus eſt gradus. 1
Trinitatis myſterium à Davide expreſſum. 3. bis.

De Turcis & Saracenis.
Turcus atrox & terribilis Dei & Chriſtianorum hoſtis. 127. 152. 156
Turca Chriſtiani nominis & Germanicæ Nationis hoſtis jurattiſſimus. 172
Turcæ ſunt Dei flagellum pro peccatis noſtris. 128
Turcarum & Saracenorum graſſationes propter peccata populi ſiunt. 15. 128
Turcarum fœlicitas contra Chriſtianos. 132. 133
Turcæ Principibus atque Nobilibus tantum infeſti ſunt. 129
Saracenorum perſecutio in Hiſpania. 9. 10
Saracenorum irruptio in Siciliam, & Eccleſiarum ab illis vaſtationes. 78
Turcarum fœdeiifragi conatus. 353
de expeditione in Turcas ſuſcipienda per univerſitatem Chriſtianorum. 117

De Tutoribus.
Tutores & curatores ſtatuto Senenſi non poſſunt procuratores ad litem dare. 62
nobilis fœmina poteſt eſſe tutrix filiorum ſuorum. 61

De Typographis.
Vide tit. de Libris.

De Tyrannis.
Tyranni propter peccata populi à Deo dantur. 15
Vide tit. de Oppreſſoribus.

V.

De Valetudinariis & Ægrotis.
Valetudinariis & ægrotantibus publicè ſubveniendum eſt. 120. *Eccleſiæ & Monaſteria ſubvenire debent.* 123

De Vaſſis, Vaſallis & Vaſſatico.
Vaſſi Imperatoris vel Comitum. 11
Vaſalli poſſunt ſub diverſis Dominis prædia poſſidere. 19
Vaſalli Epiſcoporum poſſunt à Comite Imperiali in expeditionem vocari. 21
in Vaſſaticum ſe Comitibus aut alicui Principi dare licet. 10
in Vaſſaticum dare ſe aut Comiti, aut Vaſſis Imperatoris, aut paribus ſuis licet. 11
Vaſalli in regnis Dominorum ſuorum conſiſtant. 19
Vaſallorum obſequia. 10. 11

De Vectigalibus & Teloniis.
Vectigalia aut telonia de rebus & bonis Clericorum ne exigantur. 92. 96. 98. 105. 107. 109
Vectigal nullum imponere ſine Electorum conſenſu Imperator poteſt. 141
Vectigalia Rhenana neque augere nec minuere Imperator debet. 141

De Venationibus.
Venatoribus ſemper & ubique pax publica. 47
Venatoria licet in expeditione exercere. 48
Venationes facere non licet ſacerdotibus. 336

De Vetuſtate & Antiquitate.
Vetuſtas in ſcriptoribus auctoritatem habet. 76

De Via publica.

Via publica ut reparentur. 53

de Via publica, ſtratis & itineribus, ut tuta transeuntibus praſtentur. 21.51.53.77

De Vicariis Imperii.

Vicarius ſive locumtenens in regimine abſentis Imperatoris. 152

Vicariorum ſive interregnum Imperii rata auctoritas. 141

Vicarius idem qui Capitaneus. 64

Vicarius fungitur Imperiali auctoritate. 82

Vicaria ab Imperatore commiſſa cum poteſtate gladii. 51

Decreta interponendi poteſtas Vicario Imperiali conceſſa. 51

Fridericus de Antiochia Sacri Imperii Vicarius per Italiam. 66

Vicarius generalis in Romagnia. 60

Vicarius Imperatoris in Regno Lombardia, & ejus poteſtas. 51

Vicarius generalis in Tuſcia. 58.59.63.64

Vicarius Veronenſis in Italia. 118

De Viduis & Orphanis.

Vidua an ante luctum annuum intrare Religionem monaſticam poſſint. 20

Vidua & Orphani pauperes publicè alendi. 120

Viduarum & Orphanorum cura ab Imperatore habenda, ne injuſtè opprimantur. 22.25

Viduarum & Orphanorum curam Eccleſia & Monaſteria habere tenentur. 123

Vidua & Orphani à militibus non lædendi, ſed protegendi. 117

Nobiles Viduarum atque Orphanorum oppreſſores ut in torneamento caſtigentur. 42

De Vindicta.

Vindictæ non exercenda cautio quatenus ſervanda. 296

De Vineis.

Vinea & ſegetes in perpetua pace publica ſunt. 48

Vinea devaſtationem ut communitas, ſi auctores incerti ſint, compenſet. 62

Vinearum devaſtatores & raptores ut puniantur. 56

De Vinis.

de Vinorum viſitandorum cura. 115

de Vinis herbatis & exoticis. 115

Vinorum corruptores, & eorum pœna. 115

Vinum muſtum quomodo ab uvis exprimendum. 114

de Vinis factitiis & noxioſis, & morbis inde contingentibus. 90

Vinum quatenus ſulphurare liceat. 114.115

de Vectoribus vinorum, aurigis & naucleris vina furantibus. 115

De Virgine Deipara.

D. Virginis Dei genetricis præcellentia. 7

De Viſitatione Cameræ.

Viſitatio Cameræ quotannis fiat. 273

Viſitatores ſive Commiſſarii Cameræ quotannis defectus reformare debent. 261

Viſitatorum Cameræ perſonæ quomodo qualificatæ eſſe debeant. 366

Viſitationis Cameræ Receſſus duo. 366

De Viſitatione eccleſiaſtica.

Viſitatio à quibus facienda, & apud quos inſtituenda, & de quibus rebus. 337.338

Viſitationes Archidiaconorum & Decanorum ruralium. 338

à Viſitatione Epiſcopali nulla Eccleſia ſit exempta. 337

Viſitatione neglecta corruit Religio. 337

Viſitator quomodo in caſtigatione procedere debeat. 338

De Vita æterna.

Vita æterna una, ſed præmia diverſa. 2

Vita æterna meritorum diverſitatem negavit Jovinianus. 2

De Unctione.

de Unctionis infirmorum Sacramento. 194.211

de Unctionis extremæ adminiſtratione. 333

De Unitate Eccleſiæ.

Unitatis eccleſiaſticæ cura Imperatori incumbit. 97

Vide tit. de Concordia; item, de Eccleſia.

De Univerſitate & Communitate.

Univerſitatem errare & accuſari poſſe. 97

De Uſuris, Fœneribus, & Uſurariis.

Uſurarii Contractus prohibiti. 349.350.360

de Uſuris & fœnerationibus Judæorum. 350.359.360

Uſurarum cauſa ſæcularibus judicibus interdicta. 108

Uſuram exercere non licet ſacerdotibus. 336

Uſurariorum bona ut confiſcentur. 79

De Votis & Suffragiis.

de Suffragiorum ordine in Comitiis. 348

in Suffragiis omnis ſuperfluitas vitanda. 362

in Suffragiis dandis brevitati non eſt nimis ſtudendum. 252

in Suffragiis ſeſe mutuo audire debent Aſſeſſores. 254.362

Vota, deliberationes & conſilia ſunt celanda. 255

ad Vota & ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcenda Judex ſit attentus. 252

De Votis eccleſiaſticis.

de Votis Eccleſiaſticorum. 199 207

Vota Monaſtica olim non fuiſſe perpetua. 165

Vota Monaſtica non eſſe meritoria. 166.167

Vota Monaſtica eſſe contra Dei inſtitutionem. 166.167

Vota Monaſtica baptiſmo præferri. 166

Z.

De Zigineris, Saracenis & Ægyptiis.

de Zigineris vel Saracenis non ferendis, & eorum privilegiis ac diplomatibus rejiciendis. 350

F I N I S.

by Google

MENDA ET ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 1. lin. 19. *& unius cum patre, ut nec tempore*) Repone verba omiſſa, *Patre ſubſtantia, atque ita per omnia æqualem Deo Patri, ut nec &c.* p. 6. l. 44 *revelutione*, p. 14. l. 47. *alodis eius*, diſpeſſis vocibus. p. 15. l. 37. *Igitur*. lin. 38 *quoniam bis*. l. 41 *contra inſenſatos*, in marg. leg. *Arzonem*, p. 16. l. 40. *ſparſim*. p. 18 l. 40. *quæ enumerari*, delcta negativa particula. lin 45. *reum ſe*. p. 20. l. 22. *irruptum* pro *corruptum*. p. 24. l. 33. reſcribe CAPIT. XIV. & ſic emenda ſequentia, p. 29. l. 1. *Tuſſiacum*. p. 31. l. 40. *divinolum*. lin. 50. *munificentius*. lin ult. in marg. dele * *patrum* p. 37 l 7. *utrasque*. lin. 23. *ſi videris*, p. 40. l. 5. à fin. *Sed & quem*, p. 42. l. 7. à fin. SUPER LIBERTATE. p. 43. l. 32 De Protectione Rom. p. 48 l. 2. *curtis aut domus*. l. 5. *aufugere*. p 55. l. 29. *paritatis apud eos* p. 56. l. 37. *cuius nos ſubd.* p 59 l. 8. *comp. ſolvere pecunia*. p. 61. l. 44. *rigorem* p 62. l. 19. *fractu pace*. p. 64. l. 21. *deliberatione*. p. 65. l. 24. *Curia* p 67. l. 13. pro LV. repone LI. & ſic corrige ſeqq. numeros p 72. l. 38. *Bonum autem* l. 43. *diſcrete* p. 74. l. 12 dele alterum *penes*. p. 75. l. 33. *per te*. p. 78. l. 11. *quemadmodum alis lib.* p. 79. l. 4. à fin. *omnibus*. p. 89. l. 42. *rhotoricus* p. 90. l. 46. *conſeſſu*. p. 85. l 51. *ſeculares in pot* p. 86 l. 47. *interdici ſup.* l. 7. à fin. *factos legitime ad libros* p. 100. l. 12 *quas vis* l 31. *conſueverat ad habit.* l. 55. *de*, *in*, *pro & aut ſuper*. p. 105. l 21. *bona oor.* l. 41. *ſeculares perſon*. p. 112 l. 24. *Germanica* p 123. l. 24. *Germanica* p. 127. l. 1. CONSULTATIO. p. 128 l. 7. à fin. *tamen eſt*. p. 130. l. 28. *pares eſſe*. p. 131. l 48. *extremis* l. 51. *coniunctum*. l. 58 *fidens*. p. 136 l. 9 à fin. *ut Sanctiſſimus D. N.* p. 137. l. 42. *Quod en.* p. 143. l. 1. *nec me*. l. 45. *conticeſcet*. p. 52. l. 9. à fin. *ſubditique*. p. 155. l. 47. in marg. *nec a Cuiacio, neque Hoto*. p. 190. l. 28. *fir. veritatis*. p. 192. l. 2. à fin. in marg. appone hæc verba: *De hoc articulo Proteſtantes exhibuerunt ſuum ſcriptum ſignatum B.* p. 194. l. 11. *nobis tale*. p. 203. l. 5. *peccata*. l. 12. *abſolverentur*. p 208. l. 3. *articulus* p. 217. l. 51. *initium* p. 218 l. 3. à fin. *poſſe proficere*. p. 224. l. 46. in margine apponantur hæc verba: *Auctore Philippo Melanchthone*. p 225. l. 23. *ſi emend.* p. 226. l. 40 dele puncta, & reſcribe hæc verba omiſſa: *Operam, ut in propria perſona iam conveniat Pontificem Romanum, ut certo ab illo cognoſcat, quidnam de Concilio ſperandum ſit*. p. 233. l. 27. *Ordinibus*. p. 236. l. 39. *plectantur*. l. 47. *paſſagiis*. p. 247. l. 30. *Steinfort*. p. 286. in marg. *partis egenis*.

587095
SBN

Digitized by Google